300
14
1200
300
4200

300
13
900
300
900

600
14
2400
600
8400

1

850
850
1700
2
2400

[illegible]

Allegoriarum moraliumq; sententiarũ in vtrũq; diuinę legis instrumentum (excepto dũtaxat psalterio, in quod seorsum molimur opus) abs triginta pręclaris & religione & doctrina viris, quorũ nomina iam pridẽ in cælis scripta sunt & in tergo huius subscribẽtur, mira industria cõcinnata miscellanea secundum Bibliorum ordinem: Cum indice ad seriẽ literariã pręmittẽdo.

Cumq; gratia et priuilegio amplissimo, ne quis pręter Badium triennio proximo imprimat.



Vẽnũdantur in officina & tabernis literariis Eiusdem Iodoci Badii Ascensii.

Fr. Alonso de Riuera

A. setiẽbre. 1559

D.Michaeli Bodeto Regio Consiliario prudentissimo, Pariumq; Franciæ ac Lingonesi. Archiepiscopo & optimo & dignissimo: Iodocus Badius Ascensius, Chalcographus, cũ omni obseruantia Salutem.

QVandoquidem, vt Idumęus ille diuino elogio & sanctitate & sapientia & tolerantia vir incõparabilis, pręclare definit, Militia seu tentatio est vita hominis super terrã: notiq; philosophi placito, prudẽtium (siqui sunt) vita, assidua est mortis meditatio: quocirca Rex ille ad vnguem & ad cor diuinũ factus, & vates eximius Dauid, hæc iusta lãce pensitans, In imagine (inquit) pertransit homo, sed & frustra cõturbatur. Thesaurizat, & nescit cui cõgregabit ea. Et nũc, q̃ est expectatio mea, nõne dominus? q.d. maxime. Vnde paulo mox ad dñm sic profat̃ Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei. Cui sentẽtiæ subscribens apostolorũ princeps Petrus, ait. Obsecro vos tãq; aduenas & peregrinos. Quã peregrinationẽ idem psaltes & Rex Dauid prolixiorem videns, sic deplorat. Hei mihi, quia incolatus meus prolõgatus est. Quãdo (inquã) vita nostra & laboriosa est exercitatio, & amara mortis meditatio, & periculosa difficilisq; peregrinatio: prudenter faciunt, pręsul ac princeps prudẽtissime, qui sibi in hac peregrinatione, comites, aut potius duces eligunt facũdos, prudẽtes, & fidos. Quocirca pro virili mea, vetereq; instituto, ac qua in omneis mortales afficior charitate, delegi cum mihi (quoniã sui pręcipue memor est charitas, & tardiusculũ me sentio) tum aliis omnibus hac via ingredi paratis, triginta magnos proceres atq; insignes duces, tam facundos vt merito pro vehiculo sint: in quibus quod in iureconsultis Romanis Laurentius Valla miratus est, ꝙ videlicet cũ aliquot etiam seculis inter se distarent, sic tamen sermonis latini elegantiam & proprietatem pariter obseruarint, vt vno tempore, vnoq; ore locutos putare possis, optimo iure demiremur. Cum enim allegorias atq; ethicen tractent, cuiusmodi, vt de mathematica cecinit Manilius: Ornari res ipsa negat, contenta doceri: sic tamen elegantes sunt & culti, vt nos æui nostri vel merito pudeat, quo res Theologica in tantam decidit barbariem. Tam vero prudentes, vt nullum emittant verbum, quo non vel deus ipse ad nos, vel nos ad deum ipsum loquamur. Vbiq; enim aut admonent & mouere volunt, aut deprecantur & supplicant. Tam deniq; integros & sanctos, vt neminem decipiant, neminẽ destituãt, neminem se qui volentẽ ad ęternam non perducant beatitatẽ. Qui cũ tanti sint & tam egregii, sic tamen sunt modesti, vt vix nomina sua profiteri audeant. Vnus em̃ illorũ, qui non ab re primipilus censeatur, quoniã reliquos ad iter istud transigendũ conduxit, contentus in libro vitæ scribi, nomen suũ subticuit, & quæ ipse interfatur, Cantica sine titulo inscripsit. Hos aũt proceres ac vitæ nostrę duces certe religiosos & sanctos viros: eorũq; doctrinam & castam & sanctã vt honorifico hospitio accipias, & ab improbis morsibus defendas te Michael optime, Parium ac Regulorum Frãcię & sapiẽtia & vitæ honestate facile princeps, mirum in modum rogamus. Hæc summa est. Vale. E chalcographia nostra in Parrhisiorum Academia ad Idus Febr. Anni salutis humanæ supputatione Romana. M.D.XX.

Nomina Authorum sequentis operis.

Adam de Persenia.
Ailredus.
Aithardus.
Balduinus.
Bernardus.
Bruno.
Cantica sine titulo.
Cassianus.
Drogo.
Ernaldus.
Galfridus.
Gillebertus.
Gregorius.
Guilielmus de Cailloe.
Guilielmus de S. Theodoro.
Hildebertus.
Hugo de sancto Victore.
Hugo de Foilleto.
Ysaac.
Odo de Morim.
Odo Tusculanus.
Petrus Rauennas.
Petrus Damianus.
Petrus Longobardus.
Petrus Cantor.
Radulphus.
Ricardus de S. Victore.
Sellio.
Stephanus Cantuarien.
Vverricus.

Aplicasse a la libraria deste Convto de S. Diego de Sevilla

Fr. Juo de Sta Lucia
Alxo Proal

Index Alphabeticus.

In noīe domini. Incipit Tabula serie literali in sequens Allegoriarū opus collecta ad numerum foliorum.

Index Alphabeticus.

transfigurat se in angelum lucis. fo. I. d.

Index Alphabeticus.

Index Alphabeticus.

Index Alphabeticus.

FINIS INDICIS.

Allegoricarum & moralium sententiarũ in vtrũq; diuinæ Legis instrumentũ ex sanctis & laudatis auctoribus collectanea.

Ricardus de Sancto Victore.

Quomodo prima mũdi creatio moraliter agatur in nobis.

ca. 1. A IN principio creauit deus cœlũ & terram. Cœlũ spiritus. Terra corpus. quia sicut cœlũ terra sublimi⁹ & solidius: sic excellẽtior & dignior est corpore spiritus. Mundus in prima cõfusiõe est homo in sua iniqtate. Et deus in media cõfusione lucẽ primariã creat qñ peccatorẽ diuersis cõfusum sceleribꝰ lucis intimæ radiis illustrat vt qd sit: qd esse debeat: agnoscat: & ad normã recte viuendi semetipsum disponat. Significat itaq; lux primaria cognitionem peccati.

Bernardus.

Q2 carnalis cogitatio coercẽda sit: vt spiritualis amplius augmentetur.

B ℭTerra autẽ erat inanis & vacua vsq; hodie in ciuibꝰ Babylonis. Aquarũ cõfusio. i. cõfusio cogitationũ: terrã facit inanẽ & vacuã. Dum nãq; fluitat circa carnẽ cogitatio vniuersa: nullũ ex ea sperare est fructũ salutis. Diuidant̃ ergo aquæ ab aquis: quatinꝰ aĩa quoq; partẽ sibi vendicet sollicitudinis & meditationis. Sane inferiores certis limitibus coerceant̃: certis cõtineant̃ alueis: vt necessitatis terminos nõ excedant: vt perinde superiores copiosius dilatent̃. Ex hoc sane dñs dat benedictionẽ: & terra nostra dat fructum suum.

Stephanus de spiritali scientia.

C ℭEt tenebræ erant super fa. aq. Abyssus sacra scriptura. Tenebrę sunt nõ in abysso: sed super faciẽ abyssi: quia obscuritas nõ est in medulla: sed in cortice. Et spiritus. i. spiritualis intelligẽtia fere. super fa. a. Qđ fert̃ de loco ad locũ mouetur: quia spiritualis intelligẽtia huc & illuc dimoueri potest. at litera: quasi fundamentum immobilis manet.

Hugo de Sancto Victore.

Q2 spiritualis vir diiudicat omnia.

ℭEt vidit Deus lucẽ ꝙ esset bo. & di. lu. a te. D Nõ negligẽter trãseũdũ est qđ dicit̃: vidit deꝰ lucẽ ꝙ eẽt bo. & di. lu. a te. &c. Fecit & vidit. deinde diuisit & vocauit. Quare vidit? Noluit prius diuidere q̃ vidisset. prius vidit si esset bona: & tunc demum diuisit lucem a te. & vo. lu. di. & te. noctem. Adducet enim omne opus suum in iudicium. Non solum opera alia q̃ in luce fecit: vidit deus ꝙ essent bona: sed ipsam quoq; lucẽ vidit deus ꝙ esset bona: & diuisit lucẽ a te. Nam ipse angelus malus trãsfigurat se aliquãdo in angelũ lucis: & ingerit se ad decipiendam mentẽ: quasi lux vera. Sed hæc lux non est diuidenda a tenebris: nec dies vocãda: sed nox. Propterea priꝰ vidit deus lucẽ si esset bona: vt nõ statim credamus. o. s. sed ꝓbemꝰ. s. si ex deo sunt. Sed si cætera opera sua in luce vidit si essent bona: in qua luce vidit lucẽ si eẽt bona? Nihil em̃ sine luce videri potest: sed nec tenebrę sine luce videnť: quanto magis lux nõ videtur sine luce? Verum alia lux fuit increata: in qua ista lux creata videbatur ꝙ esset bona: quia illã imitabatur quæ semper est bona. Qđ enim ab ipsa discordare videtur: malum esse videtur: & qđ ei simile esse videtur: bonũ esse videtur: & vtrunq; non nisi in ipsa & per ipsam videtur. Hæc ipsa lux est: qua & nos videre oportet omnẽ lucẽ si bona est: nec poterimus iudicare vere de luce si bona ẽ: donec ista luce fuerimus illuminati q̃ vere bona est. Spiritualis em̃ diiudicat oĩa: & ipse a nemine iudicatur: & si spiritus dei in nobis vere habitat nõ nos poterunt decipere spiritus erroris: etiã si in luce veniat ad nos: quia habebimꝰ lucẽ in nobis: in qua nobis manifestũ erit de oĩ luce si bona est: & sic fiducialiter diuidemus lucẽ a tenebris: & iudicabimus nõ solũ inter tenebras & lucẽ: sed etiã ĩter lucẽ & lucẽ. Parũ est ad ꝑfectũ inter lucẽ & lu. diuidere: hoc est virtutes a vitiis sequestrare: nisi sciamus ĩter diẽ & diẽ iudicare: & sciamus omnẽ diẽ iudicare: vt sapiamus qui sunt illi motus: qui sub virtutum specie: quasi luce aliena ad nos veniũt: & q rursum illi sint: qui verã virtutis claritatẽ prætẽdunt: & in ipsis quoq; virtutibus non solum q̃ bona sint: sed q̃ sint etiã potiora ꝓbemus. Spiritualis em̃ diiudicat oĩa &c. Itaq; geminum est iudiciũ. Primũ in quo lux iudicat̃ & videt̃ si bona est: vt diuidat̃ a te. Secundum quando opera ipsa q̃ in luce facta sunt ad iudiciũ vocãtur: & videtur quia ipsa quoq; bona sunt.

Hugo de Sancto Victore.

Q2 nullum testem bona conscientia vereatur.

ℭFiat lux: & facta est lux. Incipiens deus opera E

sua vt persiceret:primũ fecit lucem:vt cætera omĩa postmodum faceret in luce. Significauit enim nobis se non amare opera quę in tenebris fiunt:quoniã mala sunt:quia omnis qui male agit:odit lucẽ:& nõ ve.ad lu.vt nõ ar.o.e.quoniã mala sunt. Qui autẽ fa.verita.ve.ad lu.vt ma.o.e.quia in deo sunt facta.Ipse autẽ qui veritatem facturus fuit:in tenebris operari noluit:sed venit ad lucem:& fecit lucem:vt manifestaret se per lucẽ. Deus enim auctor tenebrarũ nõ est:sed lucis:quia peccatũ tenebrę est & peccatũ nihil est:& sine ipso factum est nihil.

Hugo de Sancto Victore.

Q; ad vidẽdum tenebras nostras oportet nos gratiæ lumine præueniri.

F ¶Et diuisit lucem a tenebris.Ego puto hic magnum aliquod sacramentum cõmendari:quia omnis anima q̃diu in peccato est:quasi in tenebris est & quadam cõfusione:sed nõ potest euadere cõfusionẽ suam:& ad ordinẽ iustitiæ formamq; disponi:nisi illuminetur primum videre mala sua:& discernere lucem a tenebris:hoc est virtutes a vitiis:vt se disponat ad ordinem & veritati conformet.Hæc igit̃ anima in confusione iacens facere nõ potest sine luce:& propterea necesse est primũ vt lux fiat:vt videat semetipsam:& suæ turpitudinis horrorẽ intelligat:& applicet se atq; coaptet ad illam rationabilẽ disputationẽ & ordinẽ veritatis. Postq̃ sese ordinauerit:statim icipiet ei lucere sol iustitiæ:quia sic in promissione dictũ est. Beati mundo corde:quoniã ipsi deũ videbunt.Prius ergo in rõnabili illo mũdo cordis humani creatur lux:& illuminat̃ cõfusio:vt in ordinẽ redigatur.Post hæc cum fuerint purificata interiora eius:venit lumẽ solis clarum:& illustrat eã. Sic lex p̃cessit gratiã:sermo spiritũ.Ioannis.x. lux lucẽ:lucerna solem.& ipse Christus prius humanitatẽ suam demonstrauit:vt post manifestaret diuinitatẽ:& vbiq; lux lucẽ præcedit: lux quæ peccatores ad iustitiã illuminat:illam lucem q̃ iustificatos ad beatitudinem illustrat.

Hugo de Sancto Victore.

Qui sunt tres dies qui diem contẽplationis p̃cedant.

G ¶Quarta die sol illuxit.Sic nulla anima meretur lumen solis accipere & summæ veritatis claritatem contemplari:nisi tres dies isti in ea præcedant.Prima quidem die fit lux.Secunda firmamentũ. Tertia cõgregantur aquæ.quæ omĩa spiritualia p̃ferunt documenta.Primum in corde peccatoris creatur lux:quando semet ipsum agnoscere incipit:vt diuidat inter lucẽ & tenebras:& nõ fit de q̃bus iam dicit̃. Vę qui dicunt bonum malum:& malum bonum:ponentes lucem tenebras:& te.lucẽ.Post hæc aũt cum cœperit inter lucem & tenebras diuidere & lucem diem:tenebras quoq; appellare noctẽ id est cum mala sua veraciter per iudiciũ rationis improbare:& laudabilia lucis opera eligere cœperit:restat vt fiat in eo firmamentũ: hoc est in bono proposito corroboret̃ diuidens inter aquas superiores & inferiores,id est desideria carnis & spiritus:vt medius & mediator duo sibi aduersantia:nec permisceri sinat: nec transponi. Nouissime sequitur in dispositionis ordine diei opus tertiæ:vt congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in vnum locum ne carnis desideria fluxa sint & vltra metam necessitatis se expandant: vt totus homo ad statum naturæ reuocatus:in vnum locum omne desiderium colligat:quatinus & caro spiritui:& spiritus subiectus sit creatori. Quisq; sic ordinatus est:dignus est lumine solis:vt mẽte sursum erecta: & desiderio in superna defixo lumen summæ veritatis contemplanti irradiet:& non iã per speculũ in ænigmate:sed in seipsa:vt est:veritatem agnoscat & sapiat.

Stephanus Cantuariensis.

De differentia peccatorum.

H ¶Et diuisit lucem a te. Peccatum mortale a gratia.Sol eñ secum non sustinet in eodem hemisphęrio noctem:sed quãdo nox est superius: sol est iferius:quia dũ mortale peccatũ regnat in hoĩe:homo solẽ nescit.i.Christi gratiã cõtemnit:& hũc cõculcat sub pedib9.Quãdo vero sol in eo regnat:diabolũ cõculcat:& habet sub pedibus suis.Verũ sicut sol nebulã sustinet:sic gratia veniale peccatum.

De misericordia dei.

I ¶Factũ est vespere & mane.Quãdo iustus errat cadit:& est vesper gratiæ:quãdo resurgit: mane.Nec fit mẽtio de nocte:quia si fueris iustus: & cadas & resurgas:deus ex vespere & mane vnũ diẽ reputat:nõ noctẽ mortalis pcĩ cõputat:iuxta promissionẽ suam.Quacũq; hora ingemuerit peccator.

De humilitate nostra.

K ¶Item bene post vespere sequit̃ mane:quia vespere significat perfectionẽ operis:mane ichoationem.vnde cũ cõsummat̃ homo tũc incipit. Hiere.3.Patrẽ me vocabis:& post me ingredi non cessabis.hoc est:quasi semper te inchoantẽ reputabis. Item Tota die contrista.ingre.In signum huius rei vestimenta filiorum Israel nõ erant attrita.semper enim debemus habere vestes recentes:qui volumus nuptiis interesse.

Radulphus.

Q; anima dum subiacet tẽpori, agendi & contemplandi vicissitudinibus sit addicta.

L ¶Factum est vespere & mane dies vnus. Mane fit animæ: quotiens per contemplationis & meditationis studium, æterno lumini se ingerit. Vesperã autem patitur: mox vt ad tenebras exterioris actionis relabitur. Quæ tamen ne in noctem tenebrosam descendat: opus est vt lumen omissum citius repetat: & studiis spiritualibus se restituat. Vnde Moyses post vesperam statim factum mane subiungit dicens. Factum est vespere & mane dies vnus. Qđ per omnes sex dies repetitur. Necesse est enim: vt per omnes sex mundi huius ætates humana anima has vicissitudines patiatur: donec septima illucescẽte, nulla amplius vespera subsequatur. Nam & Salomon nos ammonet dicens. Mane semina semẽ tuum: & vespere nõ cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur: hoc an illud. Q; si vtrunq simul: melius erit. Et quasi illam mane partem collaudans: Dulce (inquit) lumen & delectabile est oculis videre solem.

Hugo de Sancto Victore.

Q; sit inter spiritum & carnem ratio firmamentum.

M ¶Et vidit Deus q̃ esset bonum: & ait: fiat firmamẽtũ in medio a. Noluit Deus ad sequens opus transire: donec diiudicasset primum. In illo qui in terris fabricatus est mundo: terra. s. sensualis natura hominis deorsum cõsistit. Sursum autẽ in cœlũ scilicet puritas intelligentiæ fertur. Duas vero istas dissimiles in vno homine naturas: magna quidem desideriorum moles hincinde fluctuantium sæpe oberrat: quia & aliud est qđ subtus caro ex ĩfirmitate pressa appetit: & aliud quod spiritus sursum per contemplationẽ veritatis eleuatus intendit. Tunc ratio media ĩteruenies: quasi firmamẽtũ quoddam in medio sese collocat: atq hic supercœlestes aquas, id est desideria spiritus: illic autem eas quæ sub cœlo sunt: carnis. s. appetitus separatim disponit: & ita non potest inferior corruptela superiorẽ animę puritatẽ inficere: neq ipsa quæ sursum est synceritas, ad ea quæ subter sunt abiecta & vilia sese sinitur inclinare.

Stephanus Cantuariẽsis de p̃latis.

N ¶Et diuisit aquas ab aquis. Ecclesia est firmamentum: quasi in bono confirmata: quę habet aquas superiores: id est p̃latos: & inferiores: id est subditos. Et diuisit aquas ab aquis: quia vita prælatorũ longe debet esse a vita subditorum.

Contra inanem gloriam.

¶Et vocauit Deus firmamentũ cœlum. Mens iusti: quę per bona opera firmamentũ est: recte cœlum dicitur: quia & sculpta est virtutũ floribus: & cõscientiæ gloriam celat. O

Hugo de Sancto Victore.

Q; dilatanda sit charitas, cupiditas coercẽda.

¶Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum vnũ. Hoc mirũ videt: q̃ aquæ q̃ sub cœlo sunt cõgregant in loco vno: & illę q̃ sunt super cœlũ nõ congregantur: sed relinquuntur diffusæ: atq expansæ: quasi q̃ coarctari nolint: vel colligi. Quid putas hoc sibi vult: nisi q̃ charitas dei diffusa est in cor. n. per spiritũ sanctũ qui datus est nobis? Et istæ sunt supercœlestes aquæ: qa adhuc excellentiorẽ (ait Apostolus) vobis viam demõstro. Si linguis hoĩm & ang. &c. Iam videmus quare aquę istæ nõ debuerũt colligi: & in vnũ coarctari: quoniã charitas amplificanda est semper & dilatãda: & q̃to latius pandit: tanto celsius sublimat. Quæ autẽ sunt sub cælo, cõgregandæ sunt & cõstringendæ in vnũ locũ: quoniã affectus aĩæ ĩferior nisi certa lege cõstringat: non potest apparere arida: nec germina producere. sicut Apostolus castigat stigat corpus suũ: & in seruitutem redigit: ne forte cum aliis. &c. P

Bruno.

Cur maris & terrę p̃ria vocabula sũt mutata.

¶Et vocauit Deus aridã terrã: congrega. q̃. a. ap. ma. Quare mutato noĩe aridã Deus vocauit terrã: nisi qa iã tũc sanctã ecclesiã: q̃ p terram designat: flagellandã, cõterendã, multisq modis affligendã, significabat? Terra eñ a terẽdo dicit: quã & colẽdo, & calcãdo hoĩes & cuncta animalia terũt. Aquarũ vero cõgregationes, maria dixit: quoniam etsi audire & intelligere sacras scripturas dulce sit & suaue: facere tamen quod iubẽt asperũ est & amarum. Mare enim ab amaritudine nomen accepit. Q

Stephanus de cõuersatiõe sanctorũ.

¶Fiant luminaria in firmamẽto cœli & diuidãt diẽ & noctẽ: & sint in signa & tempora & dies & annos: vt luceãt in fir. & illu. ter. Ecclesia est firmamẽtũ: luminaria viri iusti: qui bonos & peccatores diuidunt: & sunt in signa & tempora. i. in signa temporũ. i. tẽporalis miseriæ. Oẽs eñ qui pie volunt viuere per. pa. Item duo tẽpora sunt. Vnũ amatorũ dei: aliud amatorũ mũdi. In signũ horũ tẽporum sunt: vt vnũ expectemus: aliud caueamus. Præterea in signũ sunt pœnę reproborũ: quia si illi in vita p̃senti sic puniunt: signũ ẽ q̃ reprobi ĩ futuro plurimũ puniant. Itẽ sunt ĩ dies & annos. Per septẽ dies septẽ opera misericordiæ designant: R

quæ debent exerceri in præsenti vita:quæ diebus.vii.voluit.Sex sunt in euāgelio:septimū in Thobia.Per annos vero vita æterna designat.

Ailredus.

Q₂ tam regnum,q̄ sacerdotiū sit corruptum.

S ¶Fecit Deus duo magna luminaria:luminare maius:vt pēsset diei:& luminare minus:vt p̄esset nocti.Sunt in sanctæ ecclesiæ firmamento a dño creata duo magna luminaria:sacerdotiū scilicet & regnū,rex & episcopus,princeps & clericus.Dies spiritualia:nox secularia,pfigurat.Ita luminare maius,sacerdotium:vt preſit diei:id est spiritualib⁹:luminare minus,regnū:vt psit nocti.i.secularibus.Cōtra naturā proinde est si sol nocti:si psit luna diei: Si princeps ad spiritualia se ingerat:si sacerdos seculariū negociorū tenebris cōscientiæ suæ serenum obnubilet.Væ nobis qui in ista infelicia tēpora incidimus:in quib⁹ sol in tenebras est cōuersus. Eia videāt ipsi pontifices quorū vices gerunt: quorum obtinuerunt cathedras:quorꝫ infulis gloriant̄:& iudicēt ipi:si nō est ita vt cernim⁹ Considerent quos scientiæ radios:q̄ virtutum lumina:quas charitatis scintillas:q̄ spiritualiū correptionū fulgura,suis emittebāt tēporibus Gregorius, Ambrosius,Aug. Hilarius, Martinus & mille alii.Felicia tempora:in qbus tā raro malus:q̄ nūc bonus in ecclesia inuenitur. Nunc etiā luna versa est in sanguinē. Nā manus principum plenæ sunt sanguine,exactionibus,& vectigalibus effundentes viscera miserorum,iustificantes impiū pro muneribus:& iustitiam iusti auferentes ab eo.

Hugo de Sancto Victore.

Q₂ de massa generis humani alii tolluntur ad cœlos:alii relinquuntur in infimis.

T ¶Producant aquæ rep.animæ viuentis. Duo sunt genera animantiū:q̄ ex vna origine prodeunt:sed nō vnā mansionē sortiunt̄.Pisces in originali sede pmanēt.Volatilia sursum tolluntur:quasi supra id qd̄ facta sunt.Sic de vna massa corruptibilis naturæ,vniuersa gn̄is humani ꝓpago trāhit̄.Sed aliis deorsum in ea in q̄ nati sunt corruptione iuste relictis:alii sursū dono gratiæ ad sortē cœlestis patriæ eleuant̄.

Stepha.Cantua.de duplici lætitia.

V ¶Nota ꝙ ludus ceti signū est tempestatis: ita gaudiū diuitū,signū est tempestatis æternæ. Vel in bono sic. Cetus gaudet in tempestate: & sancti in tribulatione.

De Compunctione.

X ¶Crescite & multiplicamini.Semper incrementum bonorū operū & multiplicationē desiderat Deus.Et replete aquas maris:quia in omnibus bonis desiderat amaritudinē cordis.Vnde myrrha & aloes cū vniuer.vn.quia cum bonis operibus nostris oportet ꝙ assit carnis mortificatio,& amaritudo cordis.

De hominis dignitate.

¶Faciamus hoīem.In tribus notat̄ dignitas hominis.In deliberatione creationis.In dignitate ꝑlationis.In excellētia formationis.Per hoc ꝙ cū deliberatione fecit Deus hoīem,innuit̄ nobis vt omnia cum consilio faciamus. Y

Hugo de Sancto Victore.

Cur ab vno omne genus hominum sit creatū.

¶Creauit Deus hominē ad imaginē & simili. Z suā.Creauit Deus primū hoīem vnū: vt vnū esset generis humani principiū:quatenus & in hoc diaboli superbia cōfunderetur:& humanę naturæ humilitas diuinæ imaginis similitudine glorificaretur. Diabolus nāqꝫ aliud adeo principiū cōcupierat.& idcirco vt magis eius superbia cōfunderet̄,hoc hō in dono accepit: qd̄ ipse peruerse rapere voluit,& obtinere nō potuit:vt i hoc etiā imago dei in hoīe appareret:ꝙ sicut Deus oībus rebus creationis principiū extitit:ita ille oībus principiū esset generationis.& oēs hoīes dū se ab vno,& vnū esse cognoscerēt:oēs se quasi vnū amarēt:& sic in dei amore veraciter permanerēt:siquidē sine vnitate nil subsistere potest.

Ailredus.

Q₂ per.vii.dies virtutes totidē designantur.

COmpleuit deus die.vii.o.opus qd̄ fe. & re.ab omni opere qd̄ par.Sit nobis fides q̄si prim⁹ dies:quo fideles ab infidelib⁹:q̄si lux a tenebris sepamur.Sit spes secūdus:p quā in cœlestib⁹ habitantes:& p fidei meritis sola sperantes cœlestia:ab iis q terrā sapiētes,& a deo sola terrena flagitātes:sub cœli firmamēto aquarū instar dilabunt̄ & fluitant, deo ꝓmouēte,discernimur.Tēperātia nobis q̄si dies tertius illucescat:in quo nobis carnales cōcupiscentias q̄si aquas amarissimas,necessariis terminis coercētib⁹,appareat terra cordis nr̄i arida & inaquosa:sitiens dn̄m deū suū.Iā vero prudētia q̄si diei quarti lumē erūpat:ī quo sol sapiētię:luna sciētię:sed & exēpla sanctorꝫ: tāq̄ stellæ nobis appareāt.Sit nobis fortitudo quasi dies quint⁹:p quā hui⁹ maris magni & spatiosi tolerem⁹ ꝓcellas:ac pisces sp̄uales effecti,vitā nostrā īter vndas seruem⁹:ac mētis nr̄æ desideria:quasi volatilia pēnata ad cœlestia erigētes, multiplices bonorū operum fructus deo benedicente reddamus.Porro diem sextum nobis iustitia dictet:per quam diuinam similitudinem reinduti atrocissimis vitiorum bestiis ter- 2. A

renisq; desideriis: quasi reptilib⁹: corporisq; motibus: quasi iumentis, generosa auctoritate imperemus, agentes, vt corpus menti, mens Deo subdatur: sicq; dictante iustitia cuiq; q̃d suum est tribuatur.

Cur solis auibus seclusis cæteris animantibus dei benedictio tribuatur.

B ¶Notandum vero ꝙ nec bestiis nec iumentis siue reptilibus: sicut piscibus ac volatilibus cœli benedictionem Dei legimus accessisse: & tamen crescunt sicut & ipsa: ac multiplicantur super terram. hominibus enim datur benedictio: non iumentis. Nimirum sanctis affectibus quos piscibus volatilibus credimus comparandos: debetur benedictio: debetur spiritualis generationi successio. Verum sicut homini ad Dei imaginem & similitudinem creato: bestiæ & iumenta deo benedicente subduntur: sic in ipsam imaginem & similitudinem iustitiæ meritis reparato: spirituales bestiæ quibus successio nec debetur, Dei imperio substernuntur. Restat septimus dies: id est sabbatum: in quo omnia opera ista consummantur: in quo requies vera suscipit: in quo labori nostro terminus ac finis indicitur. Ipsa est charitas oīm virtutum consummatio: sanctarum animarū suauis refectio: honesta morum compositio. Ipsa radix & ramus: arbor & fructus: solatium in pugna: præmium in corona. Ipsa ergo dies septimus in quo diuina gratia nos reficit. Ipsa septimus mēsis: in quo post tētationis diluuiū arca cordis nostri suauiter requiescit.

Stephanus de humilitate.

C ¶Benedixit deus diei septimo. Omne opus bonum ex fine pensatur. Et nota ꝙ dies septimus non legitur habuisse vespere: sed mane: quia homo debet semper reputare ꝙ sit in mane: & non in vespere: id est in initio boni operis: non in consummatione: & semper esse in portis filię Sion: id est in ingressu boni operis. Vnde beatus homo qui inue. sa. & qui afflu. pru. quia reuera beatus est qui habet bonorum affluentiam: & tamen se reputat inuenire: id est nunc primo habere. Item q̃tum distat ortus ab oc. l. f. a. n. ini. n. quia debet se reputare in oriente: id est in initio boni: & peccatum in occasu: & hoc est vt tu sis in ortu: & peccatum in occasu.

Galfridus.

Q2 Christus fons vitæ in quatuor flumina diuiditur cum per quatuor euangelia prædicatur.

D ¶Fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Sepultus est Christus in terra: sed ascendit de corde terræ viuus & fons vitæ: vt omnem terræ superficiem irrigaret: id est omnes qui habitāt super terram. Quiq; terrigenæ haurite aquas de fonte sal. Idem est fons & fluuius de loco voluptatis: de sinu patris egrediens: & diuidit in quatuor capita dū per quatuor euangelia prædicatur. Nomen vni Physon: quod dicitur os pupillæ: & Matthæo congruere potest: qui quod vidit id loquitur: plura de humanis Christi actibus scribens. Nam Ioannes intentus iis potius quę audiuit. Reliqui duo non ipsius domini: sed apostolorum discipuli fuisse creduntur. Circuit terram Euilath: qui est parturiens. Iudæis dicitur hebręo sermone scripsisse Matthęus: & nouellæ illi ecclesiæ ex Iudæis vix quidem parienti: sed magnos viros habenti: qui per aurum optimum & bdellium & onychinum siue prasinum & carbunculum cōmendatur. Gion secundus præruptum sonat: & Marcus nobis non tam scribit historiam: q̃ prærupto quodā sermone sparsim videtur carpere quę spiritus suggerebat. Circuit autem omnes terminos Aethiopiæ: primus scribens ad gētes: primus vt legitur in passione ipsius: in toto Aegypto & finitinis nationibus euangelizans. Tygris: id est sagitta vadens contra Assyrios: qui dirigentes interpretantur: Lucam nobis exhibet scribentem ex ordine veritatem contra eos qui conabantur ordinare narrationem: & quæ erant diuina, humano sensu dirigere præsumebant. Quartus ex paradisi fluminibus euangelista Ioannes Euphratē nobis: id est frugiferum repræsentat: diuini verbi fruges afferens cæteris vberiores. sed nec dicitur quo vadat. Non enim per terram graditur ille cum cæteris. Deniq; & aquila est. Et quis diceret: quo volauit? An adhuc de eisdem haurire fontibus: de eisdem fluminibus bibere liber? Bibite & inebriamini Charissimi.

Item moraliter vnde vt supra.

¶Itaq; & si aliter eadem considerare delectat: E
Physon nobis oris mutatio: Hiat⁹ terræ Gion interpretatur. Tygris & Euphrates non mutantur. Sagittam ille: ille frugiferum sonat. Et forte si fuerit qui aduertat: concinunt iis quatuor æque quatuor illa de psalmo. Dominus soluit compeditos. Dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos. Domin⁹ dirigit iustos. Et de Apostolo. Qui factus est nobis sapientia a deo patre: & iustitia: & sanctificatio: & redēptio. Et propheta. Vocabitur nomen eius admirabilis: consiliarius: deus fortis. Cæterū oris mutatio vitæ correctio est. Hæc circuit omnē

terrã Eiulath:quia qcũq; a timore domini con cipientes parturiunt spiritũ salutis:per hunc saluantur. Ibi aurum optimum nascitur:vt superabundet gratia vbi peccatũ abundauerat. Ibi inuenitur bdellium:arbor nigra:sed aromatica:& lapis onychinus vngui similis: qui in carne ortus desiit esse caro:siue etiã prasinus & carbũculus:hoc est viri quiq; perfecti:vt nõ desperet peccator se quoq; in eandem eminentiam gratiæ posse pertingere per hãc mutationem dexteræ excelsi per quã & ille. Gion hiat⁹ terræ absorbens om̃ia delicta velut in profundum mersa:pœnitentiæ satisfactio est. Circuit autem om̃es angulos cõscientiæ:& vitæ tenebrosæ singula quæq; explorat:tanq̃ terminos Aethiopiæ. Sagitta subtiliter penetrans:& cito volans prudentia:cõtra Assyrios vadit cogitationes sathanæ & eius astutias non ignorans. Euphrates ferẽs fructus iustitiæ nõ dicit quo vadat:quia iustitia omnibus debetur:reddens vnicuiq; quod suum est:& om̃is fructus noster in amore boni. Iam vt quaternarios sibi conferas:in oris mutatione soluit cõpeditos redẽptor admirabilis. Maius em̃ hoc q̃ mortuos suscitare. In hiatu terræ elisos erigit sanctificator Deus. Solus em̃ peccata remittit. In sagitta cæcos illuminat sapiens cõsiliarius:qui docet hominẽ scientiam. In frugibus iustitiæ diligit iustos iustificator fortis:qui operatur in nobis nõ solum velle:sed perficere pro bona voluntate.

Quid sit deum in faciẽ hominis vitæ spiraculum inspirasse.

F ¶Formauit igit̃ Deus hoĩem de li.ter.& inspi. in faciem eius spi.vi. Ad hoc referunt qui studiosius eadẽ facta vel verba scrutant̃:q̃ rõnis capacẽ fecerit & virtutis. Qđ autẽ alibi dicit̃: Verũtamẽ in imagine pertrãsibit homo:q̃uis intelligit̃ satis iuxta literã q̃ nostræ nos mortalitatis admoneat:q̃ instar somnii vel cuiuslibet phantasiæ transeat vita nostra : nonnulli tamẽ sic intelligere volũt:q̃ similitudine virtutis amissa:in imagine tamen rationalitatis transeat homo:videlicet qđ animę est retinens etiam cum amiserit qđ ad spiritũ pertinebat. Verumtamẽ ex quo assumpsit hominẽ Deus: dignũ prorsus vt aliq̃tenus etiã deũ sapiat homo:& oĩs eius operatio,sermo,cogitatio,diuini aliquid timoris habeat & amoris.

Quomodo vitæ fluuius ab vtero virginis erumpens in quatuor flumina deriuetur.

G ¶Fluuius egrediebatur de loco voluptatis. Locus voluptatis,vterus virginis. Vnde fluuius ipse miserationis:fluuius voluptatis lętificans ciuitatẽ dei in quatuor capita diuidit̃:quãdo saluator natus ex matre factus est nobis a Deo patre sapientia & iustitia:sanctificatio & redẽptio. Redemptio:soluẽs a vinculis peccatorũ. Sanctificatio:ad resistendũ tentationibus. Iustitia:dirigẽs iustos in viã salutis per custodiam mandatorũ. Sapiẽtia:illuminãs cæcos ad intelligentiam mysteriorum.

Stephanus Cantuariensis de compunctione.

H ¶Fluuius egrediebat̃.&c. Fluuius iste est gratia spiritus sancti:quę fluit per loca:id est corda humilia. Hũc fluuium cõtemnunt diuites sed pauperes de eo hauriũt,om̃ibus est em̃ cõmunis. Item aqua fluminis est dulcis:& tamen in mare fluit:& gratia spirit⁹ sancti dulcis est: & tamẽ germinat amaritudinem in corde. Vnde liber deuoratus a Ioanne dulcis erat in ore: & tamen amaricatus est in ventre.

Hugo de Sancto Victore.

Q; vt homo gratiam dei agnosceret in paradiso sit positus non creatus.

I ¶Tulit dñs Deus hoĩem:& po.e.in pa.vo. In tali loco & talibus referto delitiis:posit⁹ est homo nõ creatus:quatenus beneficiũ dei non naturæ imputaret:sed gratiæ.

Lombardus.

Q; instrumento triplici diabolus vsus sit ad hominem capiendum.

K ¶De ligno scientię boni & mali nõ com. Lignũ scientiæ boni & mali quasi instrumẽtum fuit diaboli ad hominẽ supplantandũ.& vide versuti hostis astutiã. Ad capiendũ em̃ genus humanum misit hamũ,sagenã,rete. Vnde Abacuch. Totum in hamo subleuauit:traxit illud in sagena sua:& cõgregauit in rete suũ. Quasi hamũ misit cũ ait ad mulierem. Cur p̃cepit vobis Deus:vt nõ com.de o.l.pa. Cui mulier. De fructu lignorum paradisi vescimur,vsq; ne forte moriamur. Explorato ergo per hamum versutę interrogationis quid mulier timeret:illud per sagenã falsæ promissionis remouit dicens: Nequaq̃ moriemini. Addidit etiã rete cũ ait. Quocunq; die com.aperientur oc.ve.& e.s.d. sci.bo.& ma. Vides q̃ artificiosa malitia genus nostrũ piscator ille pessimus irretiuit? Quasi hamus fuit interrogatio:sagena negatio:rete promissio deitatis.

Isaac.

Q; tria in vnoquoq; homine cõsiderãda sunt.

L ¶Quacũq; hora com.mo.moriemini. Tria in quocũq; hoĩe cõsiderãda sunt. Concupiscentia carnis. Sensus aĩalis. Mens rõnalis. Hæc sunt in

vno vnicuiusq; hominis paradiso: vir: mulier: serpẽs. Cõcupiscẽtia prurit. Delectat̃ animalitas. Cõsentit rationalis volũtas: & pctm̃ perficitur: & a semetipso peccator foras eiicit̃. Hoc quottidie agit̃ ab hoĩe in hominẽ cũ peccat. Tẽtatur em̃ quis a ꝓpria cõcupiscẽtia aliqua. vii. principaliũ. Delectat̃ sensus aĩalis: & cõcipitur peccatũ. Cõsentit volũtas rationalis & parturitur. Peccatũ autẽ cũ fuerit cõsummatũ, id est per plenũ volũtatis consensum natum: occidit vtrũq; parentẽ: & sic operat̃ mortẽ. Quacunq; em̃ die vetitũ comederint: morte morient̃. Tẽtatur ait Apostolus a ꝓpria cõcupiscẽtia abstractus & illectus. Cõcupiscentia cũ cõceperit per delectationẽ. s. parit peccatũ: peccatũ autẽ cum fuerit cõsummatum per consensum: parit mortem consentienti & delectanti viro & mulieri.

Bernardus.

Q; Adæ dormitio non somnus corporis fuit: sed mentis excessus.

M ¶ Immisit dominus soporẽ in Adã. Mihi videt̃ incõmutabilis veritatis ĩtuitũ & abyssum diuinæ sapientię, corporeis excedẽs sensibus obdormisse. Qđ ex verbis eius coniici potest: dũ tãq̃ ebrius de cella vinaria veniẽs: & eructãs illud magnũ sacramẽtũ: qđ tanto post in Christo & in ecclesia Apostolus cõmendauit: Hoc nunc os (inquit) ex ossibus meis: & propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ: & adhęrebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Neq; em̃ cõmunẽ arbitror fuisse soporem aut nostris similem somnis: quos nec cõtemplationis excessus: nec miserationis affectus: sed infirmitatis defectus immittit: quos nec veritas: nec charitas: sed necessitas parit. Graue siquidẽ iugum non quidem in principio super Adam: sed iam super filios eius.

Gillebertus.

Q; tunc spiritualiter in infirmiorem mollescat sexum: cum prælatus discipulo condescẽderit.

N ¶ Tulit dominus vnã de costis Adã & ædif. in mu. Cõtemplationis gratia, cõpassionẽ nõ euacuat: sed informat: & mẽtis excessus cõtemperantẽ reddit infirmis. Deniq; dũ dormit Adã: virilis costa in infirmiorẽ mollescit sexũ: & propter socialẽ copulam de latere viri formata est mulier. Immo in sociã mulierẽ Adã ipse cõuertitur: & cõformatione quadã trãsit in cõiugẽ. Ideo dũ euigelat: charitatis vocẽ primã emittit in cõpari sua seipm̃ agnoscẽs. Hoc nũc inq̃t os ex ossibus & c. An nõ Paulus tibi videt̃ virilem dignitatẽ in humiliorẽ sexũ deflectere cũ dicit se factũ infirmis infirmũ? Quasi spiritualis Adã Aeua efficit̃: dũ subiectis compatitur apostolica firmitas: & sublimitas virtutis & scientiæ: sobrietate quadam capacitati temperatur infirmorum.

Bruno.

Q; qui carnis amorem vicerint, tanq̃ qui propriam naturam transcenderint: merito cęteris hominibus præferantur.

¶ Tulit dominus vnam de costis Adã & ædif. e. in mu. & repleuit carnẽ pro ea. Vt maior inter hominẽ & mulierem dilectio foret: nõ aliũde: sed de viri costa facta est. Vnde fit: vt naturali quodam amore viri insectãtes costam suã mulieri adhærere cupiant: quasi carni suæ. Cuius amoris appetitum: qui diuinitus in se adiuti: vincere queunt: quasi propriam naturam dimicando vicerunt: & merito cæteris hominibus præferuntur. Subtracta quoq; costa locus eius non osse: sed carne repletur. vt ex eo etiam nos infirmiores & molliores esse sciam⁹: q̃ mulieribus adhæremus. O

Galfridus.

Q; anima a Christo receperit vt ossea sit per virtutem: carnea per amorem.

¶ Hoc nunc os ex ossibus meis & car. de car. m. De qualibet fideli anima vel ecclesia electorum potest hoc intelligi. Os ex ossibus Christi, est ecclesia: vt sit pudica. Caro de carne: vt sit amica. Os ex ossibus: vt resistat vitiis. Caro de carne: vt respondeat beneficiis. Os ex ossibus: vt custodiat fortitudinem. Caro de carne: vt obtineat pulchritudinem: & in vtroq; dignantissimi sponsi dignam præferat similitudinem. Sicut enim ille decorem induit & fortitudinem: sic de illa legimus: quia fortitudo & decor indumẽtum eius. Vnde & subditur. Hæc vocabitur virago: quia de viro sumpta est. Nec immerito fidelis anima dum resistit viriliter, virago vocatur. De viro siquidem sumpta esse: & a viro vires sumpsisse probatur. Alioquin nihil de similitudine eius haberet: nisi de plenitudine eius acciperet. P

Odo de Morim̃.

Q; sancta ecclesia in contemplatiuis sit ossea in actiuis carnea.

¶ Hoc nunc os ex ossibus meis. Quod factũ est de carne carneum est: & quod de osse osseum. Q Ossea est ecclesia in contemplatiuis: qui mente excedunt deo. Carnea in actiuis: qui sobrii pro Christo.

Bernardus. Q; viris religiosis non

tam vires diaboli: q̄ astutia sit timenda.

3 R Serpens er. callidior. c.a.ter. Non est quod vobis timeam a viribus sathanæ fratres mei: & satellitum eius: cū nouerim illius fortitudinē traductam per vulnera redēptoris: & deductā ad nihilū a versutiis & astutiis eius. Timeo vobis in qbus ptim subtilitate naturæ: partim experientia tēporū: sub tot annorum milibus eruditus: fragilitatē humanæ naturæ quaqua versum se verterit non ignorat. Sic em̄ ille insatiabilis homicida non vrsos, non leones, non fortia terræ animalia delegit: sed tortuosum & callidum serpentem: qui per sinuosa volumina, nūc caput cauda, nunc caudā capite tegere cōsueuit. Deniq; & serpens erat nō fortior: sed callidior. c.a.ter. Mentē mulieris explorās: sciens ingenio, nō viribus laborandū: Cur inquit p̄cepit vobis dominus ne comederetis? Quæ respondit: Ne forte moriamur. Qđ deus affirmauit: ista sub dubio iā ponit. Nequaq̄ inquit moriemini. Deus affirmat, mulier dubitat, sathan negat.

Hugo de Sancto Victore.

De serpentis astutia & corpore in quo protoplasto apparuit.

S ¶Serpens erat callidior cæ.a.ter. Venit ad hominem in serpente callidus hostis: qui fortassis si permissus fuisset in forma columbæ venire maluisset: sed hoc vas sibi spirit⁹ sanctus reseruauit: quia pfecto digniū non erat: vt spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret: in qua postmodū eidem spiritus sanctus apparere debuisset.

Qꝫ nequitia etiam in diabolo timida sit inuenta.

T ¶Cur præcepit vobis deus vt nō co. Vide quāta est cōfusio & timiditas nequitiæ in cōspectu virtutis. Stans coram: & coram fœmina hostis superbus ex sola malitia cogitata nondū dicta cōfunditur: & quasi se iā priusq̄ etiā loqueret̄ deprehensum metuēs: nō audet exire in verba persuasionis: donec animū tētans interrogatione p̄sentiat. Cur inquit p̄cepit vobis deus: vt nō com. de.l.pa. Respōdit mulier. De fructu l. qđ est in me.pa.præ. nobis deus ne com. & ne tan. illud: ne forte mo. Nouissime serpēs dixit: Nequaq̄ morie. Deus affirmauit, mulier dubitauit, diabolus negauit. Nequaq̄ autem diabolus coram muliere verba dei negare præsumpsisset: si non prius ipsam mulierem dubitantē inuenisset.

Galfridus.

Qꝫ disciplinæ censura lignum sit sanans morbum a ligno scientiæ boni & mali contractum.

¶De fructu lignorū quę sunt in para. ves. Primus hortolanus Adam omnibus sibi paradisi lignis & eorum fructibus concessis solum legitur gustasse lignum scientiæ boni & mali: qđ solum ei fuerat interdictum. Inde nobis cōcupiscentia innata per quam nitimur in vetitum semper cupimusq; negata. Vt ergo contraria contrariis curentur: tanq̄ lignum scientiæ boni & mali dominus tribuit ad medelam, disciplinam. s. de qua legitur: primum q̄ nō sit gaudii: sed mœroris. deinde q̄ exercitatis per eā pacatissimos afferat fructus. Et q̄ melior a malo ad bonum transitus: q̄ a bono ad malum. V

Quomodo homo per veritatem dei moritur: per misericordiam conseruatur.

¶Scit enim Deus q̄ in quocunq; die com. ex eo ape. o.v.&c. Ergo inuidus est: iniquus est: crudelis est. Videte laqueos: videte versutiam: si sententiam tenuerit deus: ait ille versutus, bonitas eius non apparebit: si mutauerit veritas eius peribit. Quid facies domine deus? Cito mendax appares de imposito tibi mendacio. Sed vbi est bonitas tua? Vbi sunt misericordiæ tuæ? Ille te nec timeri voluit nec amari Habemus iam vnde timeam⁹: sed timor solus solam habet pœnam. Vnde amabimus? vnde sperabimus? Ille vtrāq; molam tulit a nobis: & spem videlicet & timorem. Sed adhuc nobis vna non sufficit: neutram pro pignore accipi tu iussisti. Innotuit veritas: incussit timorem: quia stultus timere nesciuit donec acciperet. Veniat super nos misericordia tua domine: vt amemus te. Vexatio dedit intellectum: miseratio mutet affectum. Manet veritas: qua morior. Veniant mihi miserationes tuæ & viuam. Et quo modo illæ superueniant isti? Nā & istam manere necesse est. Nisi steterit veritas: misericordia vera non erit. Angustiæ vndiq;. Væh peccatis nostris: quæ in istas nos angustias detruserunt. Quid faciet nobis deus? Incipit mentiri. An obliuiscetur misereri? Laudate dn̄m om̄es gētes: laudate eum omnes populi. laudate semel: laudate iterum. Q m̄ confirmata est super nos misericordia eius: & ve. domini manet in æternum. Per aliam viam reducit nos in patriam. Inuenit consilium magni consilii angelus. Non subuertit iudicium: sed misericordiam superexaltat. Non mortem quam minatus est aufert: sed facit eam ianuā vitæ. Nam peccatum gratis remittit: sed ipse portat. Vtrunq; nobis in eodem opere probat: quantum peccata oderit: & quantum diligat homines. X

Bernardus de mendacio.

Q ꝙ primis parentibus diabolus persuasit.

Y ¶Eritis sicut dii sci.bo.& ma. In primo opere cõditionis nostrę de limo terrae plasmauit de⁹ hominẽ:& inspi. in fa.e. spi.vi. Mira cõmixtio. Limus terrae:& spiritus vitę. Limus quidẽ iam creatus erat:q̃ñ in principio creauit deus cęlũ & terrã. At spiritus nõ cõmunẽ plane, sed singularem habet conditionẽ. Nec in massa creatur:sed singulari quadã excellentia inspiratur. Compacta & cõfoederata sunt in homine caro & anima:Illa plasmata:haec inspirata. Sed cui hac vnione praestatur? Iuxta sapientiam filiorũ huius sęculi:vbi sociant̃ summis inferiora: pręualent qui potestatem habent:& humilioribus vtuntur pro libito. Non sic in opere tuo deus: non ad hoc sociasti spiritũ limo. Quis non videat quantũ praestet corpori anima? Siquidem omnis sensus in anima est. Charitatẽ mihi coniũctio ista commẽdat. Charitatẽ in proprię cõditionis pagina lego. Et quidem magna hęc cõditio:sed si stabilis permansisset. Nunc autem diuino licet sit signata sigillo: siquidem ad.i.s. s.cre.deus ho. heu diruptum est sigillũ. Accedens ille pessimus latro recens adhuc sigillum fregit. Eritis ĩquit, sicut dii sci.bo.& ma. O maliuole:O maligne:ad quid eis hui⁹ similitudo scientię? Sint certe sicut dii recti, iusti, veraces. Sint sicut deus:in quẽ peccatũ non cadit. hoc quippe sigillo stãte stabit vnitas illa. Iam experimur miseri quid nobis persuaserit versutia diabolicę fraudis. Fracto nãq; sigillo sequitur dissidium amarũ:triste diuortium. Vbi est quod dixisti nequam: Nequaq̃ moriemini? ecce oẽs morimur:& non est homo qui viuet, & nõ videbit mortem.

Galfridus.

Q ꝙ ad malum nos trahere vniuersus diaboli sit conatus.

Z ¶Eritis sicut dii sci.bo.& ma. Ad scientiam boni & mali nos ꝓuocat inimicus:licet malit nos malum semper & malũ, vel malũ & peius nosse:videlicet malis initiis peiores ꝓgressus:pessimum finẽ dare. alioquin si bona nobis omnimodis dissuadere nõ potest, prima esse maluerit, etiam in hoc ipso ad exitũ viae pergens & calcaneo magis insidians.

Bernardus.

Quanti mali sit si non exteriorum sensuũ curiositas compescatur.

& ¶Vidit mulier lignum. O Aeua quid tam intente tuã mortẽ intueris? Quid spectare libet: q̃d manducare non licet? Oculos inquit, tendo non manũ:non est interdictum ne videam:sed ne comedam. Etsi culpa non est, culpę t̃ñ indiciũ est, nisi mens se minus curiose seruaret:tua curiositas tempus vacuũ non haberet. Te eñ intenta ad aliud:latenter interim in cor tuum illabitur serpens:blandiens alloquit̃. Blanditiis rationẽ:mendaciis timorẽ compescit: Nequaq̃ inquiẽs morie. Auget curã dum incitat gulã. Acuit curiositatem: dum suggerit cupiditatem. Offert prohibitum:& aufert concessum. Porrigit pomum:& subripit paradisum. Haurit virus peritura:& perituros paritura. Perit salus:nõ desistit partus. Nascimur, morimur. Ideoq; nascimur morituri:q̃a prius morimur, nascimur. Propterea graue iugũ super omnes filios tuos vsq; in hodiernum diem.

Hugo de Foill.

Q ꝙ propter tria pomum carnis illecebris comparetur.

¶Tulit mulier de fructu lig.& com.& de.vi.s. Aeua quottidie primo parẽti offert pomũ: q̃a caro spiritui suggerit volũtatis affectũ. Pomo eñ voluptas carnis per similitudinẽ comparat̃ In pomo eñ tria sunt:odor, color, & sapor. Et in voluptate tria, id est fauor, honor, & amor. A Fauor itaq; mundi est quasi odor pomi. Color honor. Sapor, amor. Sicut enim naribus dulcis odor attrahit̃:sic totis desideriis animi, famae sęcularis fauor affectatur. Sed caret pomũ pulchritudine coloris: si voluptas priuet̃ honore mundanae potestatis. Odorẽ vero sapor sequit̃ quando opere desideriũ voluptatis impletur. Monstrat diabolus Aeuae pomi colorẽ p suggestionẽ. Odorat Aeua per delectationẽ. Consentit Adã per delectationis amorẽ. Hęc in nobis quottidie fiunt. Suggerit eñ diabolus, delectatur caro, spiritus consentit.

Galfridus.

Q ꝙ ex facto domini arguuntur qui cunctantur ad gratiam:& saliunt ad vindictam.

¶Cum deãbularet dñs in para.ad au.&c. Nõ B sic postea venit ad spõsam: q̃ in magno se gaudens amore ꝓuentam in eo ꝙ venientem cum celeritate conspiceret:Ecce inquit, venit hic saliens in montibus. Nunc vero deambulare dicitur:quęrens latentẽ inter frutices peccatorem Sic eñ sanctus quidã exponẽs q̃d de Ioseph legitur:quia inuenit eum vir errantem in agro: Errabat inquit, quia errãtes quaerebat. Sic velut cunctabũdus & mutare paratus q̃d intendebat dñs deambulabat:nec ferebat̃ ĩpetu: sed quasi moras nectens retractando & expectãdo an poenitere peccator vellet: hincinde pergebat. Retardabat̃ & lẽtis gradibus incedebat:vt pote qui veniebat tristẽ mortalibus inferre sententiam. Ad sponsam vero veniens festinat, &

lętis admodũ saltib9 aduolat: ęternę reparationis afferens medicinã. Nihil ergo mirũ: si salt9 istos p̃uidens, ante arcã fœderis propheta Dauid saltauit. Nihil mirũ si & Michol sterilitate dãnata est: q̃ mysticos saltus, sacramentũ videlicet huius exultationis irrisit. Adhuc eñ hodie plebs reproba Iudęorũ dũ nobis saluatoris aduentũ inuidet: Dauidicos salt9 irridet: tãto proinde subdita maledicto: vt cũ sterilitatis damno: legitimi quoq; viri sit dãnata diuortio. Nobis aũt vt ex his morale aliqd sumam9: sicut in saltib9 istis vigor charitatis innuit: sic in deãbulatione illa fraternę correptiõis grauitas cõmendat: vt discam9 ex istis cuilibet indigẽti cũ omni festinatione & alacritate succurrere: Ex illa vero cuiuslibet offensę vindictã cũ multę deliberationis põdere retractare. Absit autẽ vt similes eorũ simus: qui cũ petunt suffragari, dissimulando deambulãt: & cũ sitiunt vindicari, saliunt & festinant.

Bruno.

Q̃ timenda nequitia dat testimonium condemnata.

C ¶Et cum audissent vo. dñi deam. in pa. ad au. post me. abscondit se Adam & vxor eius. Quã vocẽ dñi: fortasse minãtis, & quia peccauerant terrorem significãtis. Siue eñ quia nudi erant ei apparere erubescebãt. Sed quare ad aurã deambulasse dicit? Qui eñ aurã quęrit æstuationis calorẽ se passum esse demonstrat. Vnde datur intelligi: q; primi hoĩs peccatum deum in iram cõmouerat, nõ q; istę passiones in deum sint: sed q; eius voluntas nisi humanis affectionibus significari non potest. Q̃ aũt hora erat post meridiẽ, eorũ occasum significabat & mortem. Propinquabãt eñ nocti: quia ad mœrorẽ de lętitia p̃perabant. Hoc autẽ quasi hęreditariũ nobis reliquerũt: vt peccantes nos abscondamus: & impia quadã excusatione nostra facinora semper occultare conemur.

Hugo de sancto Victo.

Q̃ Deus quãdoq; fugam simulat: vt auidius reuocetur.

D ¶Cum deambularet dñs in para. ad au. post me. vocauit & dixit: Adam vbi es? Nõ ambulauit, sed deambulauit: huc & illuc quasi errabũdus & vagus in directũ non vadẽs: sed pergẽs quocunq;: hoc est deambulauit. Et quare deambulare itaq; voluit? Vt ostenderet se talem foris: qualis intus cœperat ille esse. Iam enim in eo mota erat veritas & fluctuabat: & ideo veritas foris deambulabat. deambulabat tamen: & non discedebat. Neq; abiit in directum: elanguens quasi irreuocabilis, nec reuersurus amplius: sed prope gyrans & iuxta deambulans, abiit: & non abiit: modo vadens: modo rediens & magno quodam incerto æstuans: quasi nolens sedem suam deserere: nec valens pollutã mansionẽ sustinere. Quid facis Adam? Quare siles? Voca discedentem: sequere fugiẽtem: qm̃ adhuc prope est: & expectat si forte reuocetur & ideo moram facit: & blãde minat abscessum læsum se dolens & violenter eiectum: & redire velle si forte inuitetur vt veniat. Sed heu non est qui memor sit amoris: qui charitatis recordetur: cui cordi sit societatis affectus. Vbi es Adam? Adam vbi es? Audiui inquit, vocem t. & abscondi me. O abscondite vbi es? Q̃ longe es: & q̃ prope es. Q̃ longe es ab illo: & q̃ prope es illi. Quærit te deus tuus: vt tu ipsum inuenias. & quęrit te vt & tu ipsum quęras, & dicas: Domine vbi es? Et tu ergo quid facis? Nã ipse perdidit: tñ quærit. Si perdidit: nõ totum perdidit, quia videt quod perdidit. Non enim quęreret: nisi videret. Tu aũt quid? Adam vbi es? Tu totum perdidisti: quia perdidisti ne habeas: & videre desisti ne regras. O ĩfidelis Adã vbi est recordatio tua? dure: indurate: & obdurate: non te emollire potuit tanta benignitas: tanta flamma: tam ingens ardor dilectionis: vt liquefieres & curreres post eã? Tu vero q̃d facis? Audiui inquit, vocẽ tuã: & abscondi me. Quare? Ideo q; nudus essem. Ergo fugis veritatem: quia amas prauitatem.

Bernardus.

Q̃ excusatio peccati celat turpitudinem: sed non aufert.

¶Vocem tuam audi. in pa. & ti. Quid ne timeat sermonem veritatis: qui lætari vult cũ malefecerit, & in rebus pessimis exultare? Sed friuolũ nimis tegimẽ quęris anima misera: prorsus inutile tegumentum folia sunt ista q̃ consuis. Operiunt: sed non calefiunt. Celant vulnera: sed non sanant. An vero diu tegere poterunt? Absit. Fluent certe: & effluent folia. ad primũ radium solis siccabũtur. & disperget ea flatus tenuis auræ. Nihil eñ occultum: q̃d nõ reue. &c. Non eñ erit vbi lateant miseri. Nudi astabunt ante tribunal Christi: vt audiant vocem iudicii: qui ad vocem consilii aures obturauere. E

De primorum parentum quadruplici vestimento.

¶Timui eo q; nudus essem. Videre mihi videor quatuor virtutibus amictum hominẽ primum. Misericordia scilicet & veritate: Iustitia & pace: ab ipso suæ creationis exordio. & vt p̃pheta meminit: Vesti. sa. indutum. Est enim in his quatuor salutis integritas. Nec fine his omnibus potest constare salus. Pręsertim cum F

nec possint esse virtutes: si ab inuicē separenē. Acceperat ergo homo misericordiā: custodē. s. atq; pedissequā: vt ipsa præueniret atq; sequeretur eū: ipsa protegeret & conseruaret vbiq;. Vides qualē nutriciū cōtulit paruulo suo de⁹ qualē dedit pedissequā homini recens orto, sed illi necessarius est eruditor, tanq̄ ingenuę & rationabili creaturę: vt nō sicut iumētū aliquod custodiretē: sed tanq̄ paruulus educaretur. Cui sane in mysterio nemo poterat aptior inueniri q̄ veritas ipsa: q̄ eum in agnitionē summę perduceret aliquādo veritatis. Interim vero ne sapiēs īueniretē vt faceret malū, essetq; peccatū & tanq̄ scienti bonū & nō facienti: iustitiā quoq; qua regeretē accepit. Adhuc autē & pacē qua foueretur & delectaretur addidit manus benignissima creatoris: Pacē vtiq; duplicem: vt nec intus pugnæ: nec foris timores, id est nec caro concupisceret aduersus spiritum: nec esset ei creatura vlla formidini. Quid huic deerat: quē misericordia custodiebat: docebat veritas: regebat iustitia: pax fouebat? Sed heu homo iste descendit ab Hierusalem in Hiericho: & īcidit in latrones: a quibus & ante omnia legitur despoliatus. An non despoliatus qui dn̄o veniēte nudum se esse cōqueritur? Timui inquit, eo q̄ nudus essem. Nec vero poterat reuestiri: nisi sua Christ⁹ amitteret vestimēta. Sicut eī iustificari in aīa nisi interueniente corporali morte non potuit: ita nec reuestiri sine eius spoliatiōe. Sed spoliatum quatuor virtutibus hominē diximus⁹ quonā modo sit spoliatus singulis videamus. Perdidit homo iustitiā: quum Aeua serpentis, Adam mulieris voci potius obediuit: q̄ diuinę Erat tn̄ residuum aliqd qd̄ apprehendere possent: idq; dn̄s suo illo scrutinio innuebat. Prior em̄ iustitiæ portio: non peccare. Secūda per pœnitentiā damnare peccatū. sed abiecerunt etiā illud: cōuersi in verba malitię ad ex. exc. in pec. Perdidit & misericordiā: cum sic exarsit Aeua in concupiscentia sua: vt nec sibi: nec viro, nec filiis parceret vniuersis. Adam quoq; indignationi diuinæ mulierem pro qua peccauerat obiecit: quasi post tergū eius volens declinare sagittam. Priuata est etiā veritate mulier. Primo quidē male detorquens quod audierat: morte morieris, dicens. Ne forte moriamur. Demum serpenti credens penitus abneganti & dicenti: Nequaq̄ moriemini. Priuatus etiā & Adā veritate: vbi eam erubuit confiteri volatilia excusationum operimenta prætendens. Pacē quoq; protinus amiserunt: quia non est pax impiis dicit dominus. Nonne em̄ contrariam legem inuenerant in membris suis: quos de nouo pudere cœperat nuditatis? Timui inqt, eo q̄ nud⁹ essem. Non sic miser: nō sic paulo ante timebas non q̄rebas folia: licet nudus corpe sicut modo.

Petrus Rauennas.

Q̄ merito doleat, qui incipit a mœrore.

¶ In dolore paries filiū. Qualis finis est vbi origo pœnalis? In vita lætitiam quam tenebit: qui vitæ sumit exordia de mœrore? Ecce inquit, in iniquitatibus conceptus sum &c. Inde est q̄ ab vtero in via peccatorū proiicimur: & delictorum iter totas currimus per ętates. G

Hugo de Foilleto.

De quatuor vocibus & obediendi forma.

¶ Quia obedisti voci v. t. p. q̄ meæ. Quatuor sunt voces: vxoris, mundi, diaboli, & dei. Audiam ergo quid loquatur in me dn̄s deus. Nū quid loquatur diabolus: nunquid loquatur caro: aut mundus. Vox vxoris: vox carnis. Vox autem carnis: voluptas. Vox mundi vanitas. Vox diaboli iniquitas. Vox dei bonitas. Voci igitur vxoris obediunt: qui carnis suggestionibus non contradicunt: & plus voci vxoris: q̄ voci creatoris. Est autē vox creatoris ad subiectos de prelatis, dicens. Quę dicunt facite &c. Vt peruersis obedias prelatis, monuit: qui etiā male operātibus obedire iussit: vt sic ingrediaris cum Dauid sub Saule: & eundē honores licet reprobum cū Samuele. Inobedientes ergo & superbos seipsos esse testātur: qui prælatis licet peruersis non obediunt: & eos non venerantur. Nec bonis tn̄ obedias in malū: nec peruersis contradicas in bonum. H

Bernardus.

Q̄ primi hominis pœna multa sit misericordia temperata.

¶ Terra es, & in terram ibis. Grauis equidē sententia: sed nō sine grādi misericordiæ tēperamēto. Dura admodū: sed si merita pēses: indulgentię plena. Siquidē nō min⁹ iuste peccāti diceretē Terra es: sed ex hoc sub terrā ibis. Iustus foret etiā tūc iustus dn̄s: & laudabilis nimis: sed non ego idoneus q̄ laudarē. Tūc quoq; nihilominus⁹ dicerē: si tn̄ dicere possem. Iustus es dn̄e, & rec. iu. t. At nō infern⁹ cōfitebitē tibi: neq; mors laudabit te: sed nos q̄ viuim⁹ benedicimus dn̄o. Pepercisti ergo creaturę tuę: pepcisti gloriæ nominis tui: vt descendentē de Hierusalē non tn̄ vsq; in Hiericho patereris abduci. Semiuiu⁹ adhuc in via semilaudare possū. Vbi tot⁹ vixero: ibo totus in laudē: & dicēt oīa ossa mea. De⁹ q̄s similis tibi? Propter hoc cū iratus fuisses: misericordię meministi: nō dānans hoīem in loco pditionis: sed in loco afflictionis humiliās. Quid causaris o homo? qd sentētiā quereris duriorem? Terræ addictus es: factus e terra; vt ipsa tibi I

sit patria quæ materia fuit. Sed audire inquies velim: Spirit⁹ es: & ad spiritũ ibis. Siquidẽ etiã spiritus sum. Audiui aũt ab Apostolo: quia dominus spiritus est, & ab ipso: quia spiritus est de⁹: & spirituũ pater. Vt quid ergo tenet me mater carnis: quia caro ex parte: spirituũ pater non recipit: cũ ex parte spiritus sim? Agit hoc non tam substãtia q̃ culpa. Traxit animam corpus in regionem suam: & ecce præualẽs opprimit peregrinam. Factum nãq; est talẽtum plũbi: non aliunde tñ: nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus ei aggrauat animam: sed qđ corrumpitur. Corrũpitur: immo etiã mortuũ est propter peccatũ. Itaq; licet quodãmodo cœlum sit homo, cœlestibus spiritib⁹ similis, substantia qa spiritualis, & forma qa rationalis: minime tamen iam leuare eũ ista sufficiunt: nec audire mereatur. Cœlũ es & in cœlũ ibis. Frustra glorietur de libertate arbitrii quę in mente est: captiuus ducitur in legẽ peccati: quæ in carne est. Nam etsi forte videreẽ duplex funiculus posse alteri æque duplici præualere: vt videlicet quid sibi terra gemino quodã iure tan q̃ patria & materia vendicat: ob geminã nihilo minus quæ prędicta substantię & formę similitudinẽ cœlum quoq; recipiat, vt cœlestẽ. Sed iam triplicatus inferior ille & deorsum trahẽs peccato, f. accedẽte funiculus: nisi illic quoq; occurrerit gratia: non rũpetur. Itaq; ibo mihi ad montẽ gratię & colles miserationũ: quarũ thesauros omnes repositos audio penes Christum. Deniq; propter salutem quã operaturus erat in medio terræ, non confestim sub terra posuit hominẽ vt peccãdo meruerat: sed in terra.

Ricardus de sancto Victo.

Quanta sint erga nos diuinæ viscera pietatis.

K ¶Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Pensa homo dei pietatẽ si potes. Contẽptus a nobis: contemptũ nostrũ sustinere non potuit. Reiecit homo ad quã formatus est similitudinem diuinã. Deus e uestigio conformauit se ad illam qua homo transformauerat similitudinẽ humanam. O qualis reformatio honoris. O qualis detersio exprobrationis: trãsformatũ similitudini iumẽti habere iam deum similẽ sui. Cesset ergo iam vetus opprobriũ. Ecce eñ audio vnam aliquam ex tribus in trinitate personis, personare in vocem exprobrationis. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Merito certe exprobrastis: sed nunquid semper exprobraturi estis? Certe si ironice dicitis: quia hõ factus est quasi vnus ex nobis: nos decætero dicemus tam fidenter q̃ veraciter: quia deus factus est quasi vn⁹ ex nobis. Dictum est illud in voce exprobrantis & obloquẽtis. Dicamus nos istud in voce exultationis & cõfessionis. Quod igitur dictum est per ironiam de Adam primo: iã dicere possumus ex sentẽtia de Adam secundo. Ecce factus est Adã quasi vn⁹ ex nobis: sciens bonum & malum.

Bruno.

Q₂ flammeus sententię gladius peccatorẽ vel illuminat vel condemnat.

¶Eiecit dñs Adam de paradiso voluptatis: & collocauit ante pa. vo. cherubin & flammeum gladium atq; versatilẽ ad custodiendã viam ligni vitæ. Cherubin plenitudo scientię interpretatur: ecclesięq; doctores significat, in quib⁹ sapientiæ & scientiæ thesauri sunt reconditi. Cũ autem quis de paradiso: id est de sancta ecclesia propter peccatũ suum eiicitur, ne ad lignum vitæ, id est ad carnẽ Christi participandã accedere prẹsumat: ab his interdicitur. Stãt enĩ cũ gladio spiritus: quod est verbum dei: & ab ecclesiæ introitu peccatores constanter repellũt. Est autem iste gladius lucẽs, & flammeus, splẽdidus & sine rubigine: quo qui percussus fuerit, aut illuminatur: aut exuritur. Est autem & versatilis facilis & velox ad feriendum. Vndiq; circa se delinquẽtes percutit: pauperes & diuites condemnat. L

Bernardus.

Q₂ fides sine operibus mortua reputetur.

SI recte offeras & recte non diuidas peccasti. Inuisibilis animi statum nunciat fides & actio. Rectum iudica: si fide catholicum & rectum opere comprobaris. Si quo minus, curuum censere nõ dubites: sic nẽpe habes. Si recte offeras, & recte non diuidas peccasti. Recte quidẽ quodcũq; horum offers. Recte autem ab alterutro nõ diuidis. Noli esse rect⁹ oblator, & prauus diuisor. Quid diuidis actum a fide? Inique diuidis fidem perimẽs tuã. Nã fides sine operib⁹ mortua est. Munus mortuum offeres deo. Si eñ quædam fidei anima ipsa deuotio est: quid fides q̃ non operatur ex dilectione nisi cadauer exanime? Bene honoras deũ munere fœtido? Nõ mirũ si Caim insurrexit in fratrẽ: qui suam prius occiderat fidem. Quid miraris o Caim si ad tua non respicit munera: qui te despicit? Si manũ deuotioni: qđ animũ das liuori? Non concilias tibi deum discors tecum. Non placas, sed peccas: etsi nondũ impie feriendo: sed tñ diuidendo non recte. Si nondũ fratricida: iam tamen fideicida. Nunqđ rectus vel quando manum porrigis deo: cuius cor in terram trahit liuor & fraternum odiũ? Quo modo rectus cuius fides mortua: cuius ca. 4 M

opus mors:cuiꝰ nulla deuotio,amaritudo multa! Erat quidem in offerente fides:sed non in fide dilectio.Mors fidei separatio charitatis.

Ailredus.

Qꝫ in bono opere tria deceat inueniri.

N ¶Si directe offeras:recte au.n.di.pec.Recte offert qui bonū agit.Sed non recte diuidis:si modus in agendo nō excedit. Vnde patet,quia in omni opere bono tria obseruāda sunt. Virtus discretionis.Puritas intentionis. Fundamentū humilitatis.Discretio spectat ad modū actiōis: intentio ad causam:humilitas ad fructum.

Stephanus.

De sumenda eucharistia.

O ¶Vbi est Abel frater tuꝰ? Hoc ei nō incōgrue dicitur,qui sumpto Christi corpore redit continuo ad sordes pristinas,& seculi vanitates.

De Charitate.

P ¶Nunquid custos fratris mei sum ego? Qui aliorum contēnit salutē:non solum Caim: sed & diuite qui sepultus est in inferno peior est. Nam Abrahę dixit.Rogo te vt mittas Lazarū in do.pa.m.&c.Andreas non cōtentus propria salute,adduxit Petrum ad Iesum,& Philippus Nathanaelē:vt sic cortina trahat cortinam: & qui audit di.ve.Propter societatem & charitatem commēdandā pcipitur in Leuitico:vt offeratur par turturum,aut duo pulli columbarum.Turtures contemplatiuā:Columbę actiuam vitam designant.Et quia in vtraqꝫ debet esse charitas:q̄ inter pauciores q̄ duos esse non pōt:ideo & duo turtures:& duo pul. col.offerri iubenť. Et quia in vtraqꝫ vita duplex cōtinētia.s.mētis & corporis esse debet. Verum cum in vtraqꝫ vita sit vinculū & vnio charitatis:tamen qa maius vinculū & est & esse debet in cōtēplatiua q̄ in actiua:vnde in ea nō diciť meū sed nostrum:& in actiua econtrario:Ideo diciť par turturum,& duo pul.col.Expressius ei designatur amor per hoc nomen par,q̄ per duo. Item postq̄ beata virgo cōcepit saluatorē:abiit in mont.cum fest.vt Helisabeth parienti Ioannem pstaret obsequiū.Vade & tu fac similiter.

Hugo de sancto Victo.

Qꝫ cor hominis in totꝰ diuisum sit : quot sunť ea quæ concupiscit.

Q ¶Vagus & profugus in terra homo propter peccatū suum a facie domini proiectus,ab intima contemplationis illius luce foras venit : eo qꝫ profundius ad terrena desideria mentem inclinat:quo magis supernorū dulcedinē: quorū iam gustum perdidit:incipit obliuisci: sicqꝫ fit vagus & profugus super terram. Vagus scilicet per inordinatā concupiscentiā. Profugus p peccatricem conscientiā.Cuius etiā voce illud apte subiungitur.Quisquis inuenerit me occidet:quia mentē diuino desertam auxilio:q̄cunqꝫ tentatio impetierit subuertit. Cor autē hominis quod prius amori diuino affixum stabile perstitit:& vnū amando,vnū permansit:postq̄ p desideria terrena diffluere cœpit : quasi in tot diuisum est,quot sunt ea q̄ cōcupiscit.Ecce morbus hoīs:cor.s.inquietū & fluctuās.Causa morbi:amor mūdi.Remediū morbi:amor dei.

Bernardus.

Qꝫ reprobi maiores æstimant corporis, q̄ animæ læsiones.

¶Maior est iniquitas m.q̄ vt ve.me. Quid ergo? R Renuat consolari anima t.si non mereť veniam.Hoc solū deplora.Hoc solū plange: aliud ne cogites quidē.Sed nūc inquit.Omnis qui inue.me occi.me.Graue.s.damnū si puniať corpus:quādoquidē anima iam periit.Sic enī occidendū se criminabať infelix:tanq̄ p magno beneficio habiturus, si phibereť occidi. Quod factū est,cōsolationē miserā obtinuit quā q̄rebat oblitꝰ est cōsolatiōis maximę:p qua multo studiosiꝰ supplicare & remediū q̄rere oportebat.

Gillebertus.

Qꝫ mala conscientia semp timeat deprehendi.

¶Oīs qui iue.me:occi.me. Qꝫ dissimilis Caim S sponsæ:quę se inuentā gloriatur,& dicit.Inue. me.&c.Nihil enī tam refugiunt fallaces & ficti q̄ ab his custodibus inueniri.Et si deprehēduntur:nō facile conuertunť.Caim siquidē factus vagus & pfugus super terrā:& inueniri formidās ait.Oīs q inue.me occi.me.Nō vult peccatū occidi:nō vult pati salutarē in cōfessione verecūdiā medicinalē castigationē magistri.Non vult iueniri:qa nō vult mori.Nā vbi nō vereť interfici:sed magis se foueri confidit: imprudēter se iactat indisciplinatus affectus.

Stephanus de Cupiditate.

¶Omnis qui inue.me &c.Per Caim qui interpťatur T possessio: intellige diuites huius mundi qui timēt amittere se & sua.Vnde illic. Tre.ti. vbi nō er.id est p amissione tēporaliū,nō æternorū.Vnde q timet pruinā,veniet sup eū nix.

Petrus Rauennas.

Qꝫ amissis cęlestibus reprobi ad consolationē temporalium se conuertunt.

¶Et egressus Caim a facie dn̄i ha. in ter. pro. V ad o.p.Eden.Eden locus est voluptatis.Reprobi igitur de loco veræ voluptatis eiecti,in orientali se parte constituunt:dum transitoria prosperitate decepti quid perdiderint non aduertunt:sed quasi in luce magnæ felicitatis attendunt. Hinc est qꝫ homo dum mortem suam

non sentit,nullam sollicitudinem sui gerit: sic ꝙ in breui dum negligit ad illos dolores pertrahitur:quos pręsui magnitudine dissimulare nō patiatur:& quibus iam euadendi exitus non reperiatur.

Stephanus de duplici generatione.

X ¶Lamech accepit duas vxores. Bigamus est q vult gaudere cū seculo:& regnare cum Christo.Cōtra quod dicit.Nemo potest duob⁹ dn̄is seruire.Nota ꝙ in generatione iustorū non fit mentio de fœmina. Item generatio iustorū denario:Impiorū clauditur in denario:quia mali sunt in transgressione decalogi : boni vero in eius obseruatione.Item in generatione malorū vltimo ponitur Noema q̄ interpretatur mors, siue stupor. In bonorum Noe:qui interp̄tatur requies.Item in generatione malorū septimus ponit̄ Lamech,qui interpretatur humiliatus: qui erat pessimus.In bonorū Enoch:qui interpretatur dedicatio,quia boni in fine dedicabūtur deo.Mali humiliabunt̄ in gehenna.Item in generatione malorū primus ponitur Enoch: q interpretat̄ dedicatio.In bonorū vltimus Noe: qa mali hic volūt dedicari: sed boni in futuro.

Hugo de Foilleto.

Quæ sit disciplinæ vtilitas: & ꝙ ex ea mentis requies generetur.

ca. 5 Y Lamech genuit Noe: id est disciplina requiem.Interpretat̄ em̄ Lamech percutiens:quod est propriū disciplinæ. Noe vero requies interpretatur: qui tunc nascitur:quando mens ab exterioribus per disciplinam reprimitur.Hic est Noe qui construit arcam,id est ædificat animā:qui irrationabilia animalia in inferioribus ordinat : homines & volatilia in superiore parte locat, id est motus carnales subiicit:spirituales superponit.Si autē inundauerit diluuiū carnis: tunc intrat arcam mentis, & licet circunfluant torrentes iracundiæ,fluenta luxurię:voragines gulæ:licet ebulliant fontes delectationū : abyssus cupiditatū: maria conturbationū: intrat tn̄ securus ad arcam,id est quietus animus clauso a foris silentii ostio:possidet animā.Sed & Lamech interfecisse Caim legitur.Caim autem possessio interpretatur,cuius?diaboli:non dei sui:non magistri ꝓprii:non cōmunis.Inter folia iacēs Caim occiditur:quia peruersus in leuitate cordis & in multiplicitate verborū volutatur. Sic ergo per Lamech Caim occiditur:& ex alio Lamech Noe nascitur:vel per disciplinā nutritus quiete mentis afficitur.Accusatur Caim de morte fratris.Qui em̄ nulli obediunt:qui seipsos possident:qui exemplū prauæ operationis fratribus ostendunt:quid aliud q̄ fratris animam ꝑpriis manibus,id est propriis actibus occidunt? Quid igit̄ vtilius disciplina: quæ quietem generat:peruersos necat?

Hugo de sancto Victo.

Quantum deus diligat homines: quorum interitu cruciatur. ca. 6

Z Videns deus ꝙ multa malitia hominū esset in terra,& cuncta co.cor. intēta esset ad ma.omni tempore:pœnituit eū ꝙ hominē fecerat in terra:& tactus do.cor. intrin. & p̄cauens in fu.de.inqt homi. quē cre. Primum considera ꝙ non facile pietas prouocatur:nisi multa fuerit malitia nostra. Verum pœnitentia dei non est mutatio intentionis a primo ꝓposito:sed mutatio operis a ꝓprio instituto.Et nota ꝙ pereūte hoīe: de⁹ dolore cordis intrinsecus tangi dicit̄.Ibi enim dolor fuit: vbi amor.Amat em̄ vniuersa q̄ fecit.Sed amor hominis intus in corde creatori fuit:quoniam in tantum homo ab ipso dilectus est:vt ab ipso esset bonus : & in ipso beatus. Sed quid quod dicitur:pręcauens in futurū? Nūquid deus aliquando vt faceret quæ facienda non erant?Sed sciendū ꝙ cautela dei non est præsidentis circūspectio:sed subiectorum correctio.Nam in malo faciendo tam cauet qui terret ne fiat: q̄ qui timet ne faciat.

Bernardus.

Quomodo deum pœniteat hominē se fecisse.

A ¶Pœnitet me fecisse hominē. Pœna me tenet mihi incumbit sustinere pœnā: pœnitētiā agere pro homine quē creaui. Non potest hic calix transire:nisi bibam illum.

Hugo de sancto Victo.

Quare per arcam ecclesia figuretur.

B ¶Fac tibi arcam de lignis leuiga.Arca Noe est ecclesia:quā verus Noe: id est dn̄s noster Iesus Christus gubernator & portus inter procellas huius vitæ regens per se ducit ad se.Trecentorum cubitorum longitudo præsens seculū designat:quod tribus tēporib⁹ decurrit:id est tēpore naturalis legis:tēpore scripturæ:tpe gratię:p q̄ sancta ecclesia a principio mūdi vsq; ad finē a p̄senti vita ad futurā gloriā tēdit.Quinquaginta cubitorū latitudo vniuersos fideles designat qui sub vno capite sunt constituti.i. Christo.Nam.l. constat ex septies. vii.xlix. qui numer⁹ vniuersitatē fideliū designat,& vno superaddito:qđ Christū significat:q est caput ecclesię suę:& finis desideriorū nostroꝝ. Propter qđ in vno cubito arca cōsummatur. Altitudo xxx.cubitorum.xxx.volumina diuinæ paginæ significat:id est.xxii.veteris testamenti:&.viii.

noui. In quibus summa omniũ cõtinetur, quæ deus vel fecit, vel facturus est per ecclesiã suã. Tres mansiones significant tres ordines fideliũ Inferior arcæ latitudo maiorem numerũ carnalium significat. Quod em̃ in superiorib⁹ cõtrahitur, spiritualium paucitatẽ designat. Tũc fabricata est arca: quando de latere Christi pfluxit sanguis & aqua. Qꝫ si altitudo in quinq; mansiones intrinsecus distinguatur: arca est ecclesia. Quinq; mansiones sunt quinq; status: tres psentis vitæ, & duo futuræ. Primus est carnaliũ: de quib⁹ Apostolus. Nõ potui loqui vobis quasi spiritualib⁹: sed quasi carnalibus &c. Secũdus eorũ qui animales vocant, de quibus dicit. Animalis homo nõ percipit &c. Tertius spiritualiũ. de quib⁹ dicit. Spiritualis diiudicat omnia &c. Quartus animarũ corpore exutarũ Quintus in anima & corpore resurgentiũ: qui supremus est: & cubito supremo cõtiguus. Qꝫ tres inferiores mãsiones secundũ altitudinem parietũ in directum ascendũt: & versus supremum cubitũ non inclinatur: hoc significat: ꝙ ꝗtumlibet in hac vita proficimus, adhuc tamen in facie conditoris nostri quasi aduersi sumus: quia per meritum ascendimus fidei, sed per præsentiam contẽplationis ad ipsum nõ inclinamur. Vnde & spõsa dilectum suum stare post parietem memorauit. Qꝫ autẽ arca in tecto suo sursum in vnũ colligitur: quid aliud significat, nisi ꝙ quum ab huius vitæ tenebris educti fuerimus: tunc omniũ desideriorum nostrorum finẽ ad vnum referemus: quando sicuti est deum videre cœperimus: vt iã nil libeat nisi eius faciem sine intermissione intueri: eius dulcedine sine fastidio satiari: eius amore sine defectu perfrui. Hoc est em̃ ad ipsum tẽdere & ad ipsum pertingere: semper eum & per desiderium quærere: & per cognitionẽ inuenire: & per gustum tangere.

Qꝫ per arcam mens hominis moraliter designetur.

Moraliter autem quisquis se ab huius mundi delectatione separare, & virtutibus operam dare contendit, cooperante gratia dei ædificare debet intus ædificium virtutum: cuius longitudo in fide trinitatis. ccc. cubitos habeat. In latitudine charitatis. l. In altitudine spei quæ est in Christo. xxx. vt sit cum bona operatione longus: in dilectione amplus: in desiderio altus: vt cor sursum habeat, vbi Christus in dextera dei sedet. Vnde & ipsius crucifixi caput in altitudine crucis positum est. Manus in latitudine expansæ sunt: vt affectus cordis nostri vsq; ad inimicos diligendos extendat. In longitudine crucis corpus Christi positũ est: vt non sit remissa operatio nostra: sed extensa: & perseueret vsq; ĩ finẽ. Tres vero mãsiones, sunt tres voluntates: quas vnusquisq; nostrũ in se habet Prima est carnalis. Secũda animalis. Tertia spiritualis. Carnalis est laxare frena cõcupiscentię Spiritualis, sic spiritualib⁹ studiis inhærere: vt etiã necessarios carnis vsus optet excludere. Inter has autẽ voluntas animę cõsistens, nec vitiis oblectat: nec virtutũ doloribus acquiescit: castitatẽ sine carnis maceratione: cordis puritatem sine vigiliarũ labore cupiẽs obtinere: humilitatem Christi sine honoris mũdani iactura exhibere. Postremo sic vult futura consequi bona: vt nõ amittat psentia. Sed aculei carnis nequaꝗ nos in hac teporis noxia puritate stare permittunt: sed ad illam quã horremus frigidam & plenã sentibus vitiorũ pertrahũt. Rursum cũ succensi feruore spiritus sine vllo respectu fragilitatis humanę opera carnis volumus extinguere: & nosmetipsos totos ad immoderata virtutũ studia cordis elatiõe cõferre: carnis imbecillitas interpellans ab illa nimietate nos reuocat ac retardat. & ita fit vt animę volũtas quodã iusto moderamine tẽperet: vt nec a dextris mens spirit⁹ ardore succẽsa: nec a lęua caro pponderare vitiis permittat: & sic ad illud quartũ qđ volumus salubriter peruenimus: vt virtutes nõ otio, sed iugi sudore & cõtritione spiritus acquiram⁹. De hac lucta dicit Apostolus. Spiritu ambulate & de. c. nõ per. Caro em̃ cõcupiscit aduersus spiritũ: & spiritus aduer. car. Hęc aũt sibi inuicẽ aduersant &c. Nũc de arca sapientię disseramus. Si per studiũ meditationis assiduę cor nostrũ inhabitare cœperim⁹, iam quodãmodo temporales esse desistimus, & quasi mũdo mortui intus cũ deo viuim⁹. Tũc quicqd fortuna extra molit facile contẽnimus: si ibi fixum est cor nostrũ vbi verũ est gaudiũ, & nunꝗ eripiendũ. Tales igit habeamus cogitationes: quia de tali materia fabricam⁹ arcam nostrã. Ista sunt ligna ꝗ in aqua missa natant: in igne posita ardent: quia tales cogitationes fluxus carnaliũ cogitationũ deorsum non premit: sed flamma charitatis incendit. Ne timeas hũc ignẽ tectis tuis. Væh tibi si nõ arserit hoc igne tabernaculũ tuũ. Postea bituminabis eam intus & extra. Intus vt charitatẽ non amittas: extra vt mansuetudinẽ exhibeas. Bitumen calidę naturæ est: & nascitur de terra fulminata. Et charitas procreatur in anima timore diuini iudicii percussa. Trecenti cubiti, consideratio mirabilium: quæ deus ab initio seculi vsq; in finẽ p suos operat electos. Cubita. l. vita fideliũ, quam tibi ad exemplũ proponis. Triginta

vero scientia scripturarũ. Isti sunt termini patrum t. quos tibi transgredi nõ licet. In hac ergo archa, id est ĩ secreto cordis nostri latere debemus a strepitu huius mũdi. Sed quia nostra infirmitas diu in silentio nos intimæ contemplationis pausare non patitur: exitum habemus, ostium & fenestrã. Ostium significat exitum per operationem. Fenestra exitũ qui fit p cogitationẽ. Ostium deorsum est: fenestra sursum: quia actiones pertinent ad corpus: ad animam cogitationes. Hinc est ꝙ p fenestrã aues exierunt, per ostiũ bestię & hoĩes. Qꝫ autẽ per aues anima significet: & per hoĩem corpus: habemus in libro Iob. Homo nascitur ad laborem & auis ad volatũ. qm̃ si volumus ad contẽplationẽ aĩam subleuare: necesse est corpus p exercitia laboris atterere. Qꝫ ostiũ in latere ponit, hoc significat: ꝙ nunq̃ a secreto cordis nostri per operationẽ exire debemus ex proposito intentionis: sed ex accidẽti occasione necessitatis. & ideo de fenestra hic tacuit: quia etsi per cogitationẽ aliquãdo voluntate, nunq̃ tñ per operationẽ, nisi ex necessitate exire liceat.

Qꝫ de archa mentis ad actionem modis quatuor exeamus.

D ❡Quatuor modis eximus per actionẽ. Pro vsu corporis: pro instructione mentis: & pro vtroꝙ dupliciter. Nã ad vtrũꝙ boni & mali exeũt. Mali pro explenda voluptate similes immũdis animalibus. Boni ꝓ necessitate: similes mũdis. Boni plati qui ex quiete, non ex ambitione: sed ex obedientia ad publicum prodeunt: similes sunt Noe: qui exiens de arca sacrificium obtulit: quia per fructum p̃dicationis, dãna recuperant contẽplationis. Illi vero qui in honore positi subiectos despiciunt, similes sunt Cham: q denudati patris verenda derisit: & ob hoc meruit sententiam maledicti.

Qꝫ ad contemplationem quadrupliciter exeatur.

E ❡Quatuor modis eximus per contẽplationes. Primus modus quãdo cõsideramus oẽm creaturã quid ex se sit. Secũdus quid ex dono creatoris. Tertius quomodo vtat deus ministerio creaturarũ ad sua explenda iudicia. In hac cõsideratione audimus oẽm tribus vocibus creaturam nobis loquentẽ. Prima vox dicit: Accipe. Secunda: redde. Tertia: fuge. Beneficiũ, debitũ supplicium. Prima famulãtis. Secunda admonentis. Tertia cõminãtis. Vox famulãtis. Cœlũ dicit. Ministro tibi lucem in die vt vigiles: tenebras in nocte vt pauses. Ego ad oblectationem gratas tẽporũ vicissitudines pario: teporẽ veris æstatis feruorẽ: autumni plenitudinẽ: algorem hyemis. Aer dicit. Vitalem tibi prębeo flatum: & omne genus auiũ ad tuum mitto obsequiũ. Aqua. tibi potum præbeo: sordes purgo: arentia rigo: & diuersorũ genera piscium ad tuum esum ministro. Terra. ego te porto, nutrio pane, conforto, vino lętifico. Vox admonẽtis. Mũdus, seruio tibi: quia factus sum ꝓpter te: vt & tu seruias illi q fecit & me & te. Si sentis beneficium, redde debitũ. Vox comminantis. Ignis: a me cõbureris. Aqua: in me submergeris. Terra a me absorbeberis. Infernus: a me deglutieris. Quartus modus contẽplationis: quando inspicimus creaturas ad explendã carnalis concupiscentię voluptatẽ. Hoc oculo Aeua lignũ vidit ꝙ eẽt pul. vi. &c. Qui sic exeũt similes sunt coruo qui reuersus non est: quia dũ q̃d foris male delectat inueniunt ad archã cõscientię amplius redire nolũt. Reliqua vero tria contẽplationũ genera in exitu columbę figurata sunt: q̃ quũ emissa esset: & nõ inue. v. re. pes ei⁹ re. est ad ar. por. ra. oli. vi. in. o. s. Vacua exiuit: sed vacua nõ rediit: quia foris inuenit quod intus nõ habuit Nec tñ foris amauit: quod intus detulit. Ramus oliuæ virentis bonũ mentis affectum demonstrat. quia sępe viri sancti: q̃to magis opera diuina foris aspiciunt: tanto magis intus in amore cõditoris viridescunt. Tres mansiones sunt, tria genera cogitationũ. Rectum: vt bonũ sciam. Vtile: vt quod scio operibus expleã. Necessarium: vt q̃d foris hominibus exhibeo: deo interius reprẽsentẽ. & tũc in supremo ad vnũ id est charitatẽ archa colligitur: vt iam vnum cogitemus: vnũ expectemus: vnũ desideremus dominũ Iesum Christum. Columna in medio archæ erecta in altitudinem. xxx. cubitorum cui vniuersa fabrica ĩnitit: cuius p̃cisio sursum per quadrũ in singulis lateribus vnius cubiti mensuram habet: ipsa est lignũ vitę: q̃d plantatũ est in medio paradisi: id est dñs Iesus Christus in medio ecclesię suę quasi pręmiũ laboris merces opis: meta itineris: corona certaminis. Iste est mons domus dñi pręparatus in vertice montiũ, ad quẽ fluunt oẽs gentes: & de. iiii. angulis archę, quasi de. iiii. partib⁹ mũdi ascẽdũt. Alii de calore orientis: id est feruore spiritus. Alii de calore occidẽtis. i. cæcitate ignorantię.

Stephanus de memoria passionis.

❡Vox patris ad filium. Ostiũ archę facies in latere tuo. Archa Christus: Ostium archæ vulnus lateris. Et bene dicit deorsum: quia quum duæ naturæ sint in Christo: in inferiori vulneratus est. De hoc ostio dicit Ioãnes. Vidi ostiũ apertũ in cœlũ. id est vulnus in latere Christi. Vel sic vt dicat Christiano. Pone ostiũ archæ F

in latere tuo:id est in corde tuo repone vulnerum Christi memoriam.

Bruno.

Q: mundi pericula quanto de sublimiori:tanto liquidius conteplamur.

ca. 8. G ET aperiens Noe tectum arcæ aspexit viditq; q exiccata esset superficies terrę. Cum hoc per fenestram satis cognoscere posset:ad hoc tamen intuendum sup tectum arcæ ascendere maluit. Quia quanto virtutũ gradib9 altius quilibet ascẽderit: tãto magis mũdi huius aquas, aduersitatesq; despiciens spem sibi psperitatis in futurũ pmittit.

Q: nullum immundum animal deo debeat immolari.

H ℂ Tollens de cunctis volucribus & pecoribus mundis: obtulit holocausta super altare: odo. q; est do.o.fu. Quia omnis caro corruperat vitam:totusq; mũdus aquis diluuii purificatus fuerat : ideo de mundis omnibus animãtibus deo offerre holocaustum necesse erat: quatin9 qui cunctis hostiis offensus fuerat:cunctorum sacrificio placaretur. Solus autem homo hoc sacrificio nõ est immolat9: qa restabat vt Christus suo tẽpore immolaretur verus agnus qui tollit peccata mundi. Tamẽ & Noe quodã modo immolatus est:cuius deuotione & pia volũtate magis q̃ illo animaliũ fumo delectatus est deus. Vnde dicitur:Odoratusq; est &c. Nullũ animal immũdum immolatur deo: qa soli sancti & a peccatis mundati dño placent.

Stephanus de virtute pœnitentię.

ca. 11. I POnam arcũ meũ &c. Arcus fit ex repercussione radiorũ solis: & nube humida. Nubes humida fuit Maria magdalena:quãdo pedes dñi lauit: & capillis tersit. Fuit ẽt solis radiis repcussa: id est gratia respersa:& lachrymis resoluta. Color igne9 refertur ad dilectionem. Et dimissa sunt ei peccata multa:qm̃ dilexit multũ. Cęruleus ad pœnitẽtiam. Vnde lachrymis rigauit pedes dñi. Item fuerat prius in cœno luxurię: sed modo ponit in nubib9 cęli:& sic est fœdus inter nos & deũ. Quis em̃ desperare potest vbi tã peccatrix tã gl'iosa effecta est: Vnde Osee. Dabo vobis vallem Achor ad aperiendam spem. De hoc arcu iacit sagitta: vt infigat vulnus amoris in cordibus auditorum.

De passione domini.

K ℂPlantauit Noe vineã:bi.q; vi.& inebri.est. Bene dicit inebriatus:quod nõ facit vna potatio: sed plures. & Christus pro nobis multiplices sustinuit passiones.

Hugo de sancto Victo.

Quomodo de carnis vitiis exeamus.

EXi de terra:& de cog.t.& de do.pa.t. & ve.i ter.quã monstra.tibi. Per timorem eximus de terra nostra. Per gratiã de cognatiõe. Per dolorẽ de domo patris no. Per fidẽ & dilectionẽ dñm cõseqmur & sic in sexto gradu terra nobis pmissa per cõpũctionẽ demõstratur. De terra nostra exim9: cũ exteriora relinquim9. De cognatione:cũ vitiis in nobis & ex nobis natis abrenunciamus. De domo pa.no.cũ mũdũ cũ suis oib9 a corde nostro sequestramus: & ipsum cor in sola æterna defigimus. Pater noster:secũdum illam natiuitatẽ qua in peccatis nati sumus:est diabolus qui peccati est auctor. Et ita egressis alia a dño terra ostendit: qñ nobis pfecte mũdo mortuis: etiã quiddã iam de futuris gaudiis quasi delonge odorare conceditur. Afflatus enim spiritu sancto insolito animus gaudio hilarescit: & miratur quale ad gustandũ esse possit:qđ tam mire etiã per odorem reficit. ca. 12. L

Petrus Rauennas de tribus abrenunciationibus.

ℂExi de terra & de cog.t. & de do.pa.t. Tres esse abrenũciationes, scripturarũ sanctarũ demonstrat auctoritas. Prima est qua vniuersas diuitias mũdi, facultatesq; cõtẽnimus. Secũda q̃ mores ac vitia affectusq; pristinos animi carnisq; respuimus. Tertia qua mentem nostrã de presentibus vniuersis ac visibilib9 euocãtes, futura tãtũmodo ac inuisibilia cõtẽplamur. Quę tria vt simul perficiãtur:etiã Abrahę legimus dñm pcepisse cũ dicit ad eũ. Exi de terra t.&c. De terra tua:id est de facultatib9 mũdi:operibusq; terrenis. De cognatiõe tua:hoc est de cõuersatione & moribus vitiisq; prioribus:quæ nobis a natiuitate cohærentia velut affinitate quadã ac cõsanguinitate cognata sunt. De domo patris t.hoc est omni memoria mundi huius:quę oculorum occurrit obtutibus. M

Hugo de Foilleto.

Q: quidam religionis affectant pulchritudinem:non virtutem.

ℂ Ecce vxor tua ante te: accipe eam & vade. N Religio assimulat mulieri castę:quę ab aliquo diligit: vt in vxorẽ ducat: ideo scilicet q pulchra sit:q nobilis:q abũdans diuitiis:q sapiẽs videatur:vt in illius pulchritudine delectet:& de nobilitate filiorũ gl'iet: vt augeant sua illi9 cẽsu:& seruent sensu. Huic mulieri põt assimulari religio, quę pulchra est in contẽplatiõe. Sapiens in sui circũspectione. Nobilis:qa libera est a peccati seruitute. Diues hęreditate:cuius hęreditas est regni cęlestis ęternitas. Amat luxu-

riosus pulchrā:sed nō amat castā.Sic qn̄q̧ carnalis anim⁹ tactus pulchritudine religiōis: religiōis īduit habitū. Cū aūt castitatis mūditiā reperit:displicet qđ placuerat. Sic vxorē Abrahę:quā rex Aegypti ꝓpter pulchritudinē rapuerat:itactā reddidit marito dicēs.Ecce vxor tua &c.Quid hoc inqt fecisti mihi?Quare nō dixisti mihi qa vxor tua est?hoc est ꝙ nō pfunctorie:sed legitime teneat̄ cōiugio. Sed dixisti sororē tuā nullis legib⁹ astrictā & naturę sociā Quis & hoc ignorat nostris tēporib⁹ in ecclesiis euenisse? Sūt em̄ quidā q delicatā ac voluptuosam fore credūt religionē expertem laboris:vacātē ocio: & adeo habitum religiōis indiscrete rapiunt, votū faciunt:pfessionis vinculo cōstringunt.Cū autē religionis ordinē & cōsuetudines eiusdem aduersantes carni nouerint:in hęc verba ꝓrūpunt.Putauim⁹ inquiūt pondus religionis leuius esse.Quis em̄ pōt ferre claustri tędiū:diuturnitatē silentii:pōdus laboris:asperitatēvestis:parsimoniā cibi?Sic ergo vxorē suā reddūt Abrahę expellentes eā:vt liberi remaneant in Aegypto.Abrahā vero ascēdit ad Aegypto in Bethel:id est carnaliū voluptatū cōsortia deserēs:in domo dei manet:hoc enim Bethel interpretatur.

Qꝫ tria pacem cohabitantium soleant conturbare.

ca. 13. O Non sit rixa inter me & te.Abrahā cuius hęc verba sunt:religiōis est forma exēplū cohabitātiū. Tria sunt vero q̄ pacē cohabitātiū turbare solēt.i.qn̄ aliqs mouetur ad irā ꝑ seipo: ꝑ amico: vel ꝑ cōmodo.Hęc tria remouit Abrahā dū hitauit cū nepote.Primū remouit dicēs:Nō sit rixa īter me & te. Secūdū cū diceret.Neq̧ inter pastores tuos & pastores meos.Tertiū posuit.Ecce inqt tota terra ante te est.hoc est si de me:si de amico:si de possessione dissensio est:omnibus cedo. Si autē de moribus nō conuenit:discede a me.

Stephanus.

Quid debet respicere homo.

P ¶Leua oculos tuos de loco in quo nunc stas:& vide ad ori.& occi.& meri. & aqui. Ad orientem respicit qui aduentum Christi primū vel secūdum attēdit.Ad occidentē qui peccata cōsiderans plangit.Ad austrū:q Christi erga nos beneficia prospicit. Ad aquilonē qui sibi pręcauens dęmonis insidias repellit.

Ricardus de sancto Victo.

Qꝫ ex perceptiōe præsentiū munerū firma sit expectatio futurorum.

ca. 15. Q Sume mihi vaccam triennē & caprā trimā & arietē annorū triū; turturē quoq̧ & colūbam. Fecit Abrahā qđ ex diuina institutiōe accepit:& sup hostias suas accepto cœlitus igne:signū qđ optarat obtinuit:qđ & magnę dilectionis fuit indiciū: & maioris spei præbuit incentiuum. Minora nanq̧ beneficia libenter impensa dant ausum absq̧ dubio pręsumendi maiora. Sic arras accipimus : vt incōcussam cōuentionis certitudinē teneamus. Igitur & nos si ignem cęlitus missum acceperimus:puto ꝙ de diuinis ꝓmissionibus iam vlterius omnino dubitare nō poterimus.Ignē inqt veni mittere in terrā &c. Absq̧ dubio qui hūc ignem accepit:de ęternæ hęreditatis ꝓmissione dubitare non poterit. Profecto vbi charitatis abūdantia est:diffidentiæ locus esse nō pōt. Perfecta em̄ charitas foras mittit timorem.

De terra lacte & melle manante.

¶Videam⁹ ergo quę sit terra:quę lacte & melle manat:quā cū Abrahā in hęreditatē accipere:& de manib⁹ Chananeoꝝ debem⁹ violenter eripere.Sed vbi quęrēda est terra:quę tāta dulcedine tota redūdat?De regno autē cęlorū credimus:ꝙ intra nos sit.Vnde & sui generis terrā viuētiū.s.nihilomin⁹ intra nos esse credere debemus.Spiritualis em̄ est hęreditas:quę spiritualibus ꝓmittitur. Si vultis,terra est ꝓpter stabilitatē.Si vultis cœlum ꝓpter sublimitatē. Si spirituales sumus:si spūaliter sapimus:terrā hanc intus:nō exterius requiramus.Hęc terra multa prorsus dulcedine manat:qa cordis iocunditatē cōscientię securitas parat.Promissionis terra:cōscientia secura.Terra melliflua:iocunda cōscientia.Merito terra talis Chananeis qui pessimi omniū erāt aufertur:& Iudęis:qui tunc tēporis fuerūt optimi, confertur.hęc em̄ terra aut valde malorū,aut valde bonorū.Profecto securitatē cōscientię nō valent vel solent nisi aut valde boni,aut valde mali habere. Sūt em̄ impii q ita securi sunt:ac o.h.ius.impi⁹ em̄ cū venerit in ꝓfundū malorū contēnit.Deniq̧ perfecta charitas foras mittit timorē:& e vestigio intromittit securitatē.Si em̄ cor nostrū nō reprehēdit nos:fiduciā habem⁹ ad deū.In lacte & melle ītellige duplex gaudiū cōscientię securę & bonę.Geminū sane gaudiū integra cōsciētia parit:de beatitudine.s.mētis & corporis. Lac de carne ꝓfluit:mel cū rore de cęlo descēdit.lactea qdē dulcedo de carne trahit̄:qn̄ ex corporis beatitudine gaudiū generat̄.Melliflua dulcedo velut e cęlo defluit:qn̄ de incorruptibilitate mētis inęstimabilis quędā gratulatio surgit.In lacte dulcedo sola:nō tn̄ summa.In melle & summa & sola. In cōtēplanda em̄ Christi hūanitate iocūditas quidē magna:nō tn̄ sum-

ma. In contẽplanda autem eius diuinitate: iocunditas & sola & summa.

Quid per sacrificium Abrahę spiritualiter designetur.

S ¶ Iubetur itaq; Abraham vt dictũ est sumere vaccam &c. Quid est q̃ dñs a summo patriarcha nõ bouẽ, sed vaccã quęrit? Nũqdnã in hoc genere hostiarũ plus fœminã q̃ masculũ diligit? Forte sic est. Neq; em̃ a tãto amico exigeret qđ minus ipse diligeret. Sed scim⁹ de boue qa iugũ portare põt: lac aũt dare nõ põt. Vacca vero vtrũq; facit. O quale sacrificiũ & obediẽtię iugũ hũiliter portare: & iter quęlibet obedientię ardua cordis dulcedinẽ seruare: & nil aliud p verba q̃ dulcorẽ lacteũ destillare. Bouẽ quoq; facit obediẽtia fortis. Vaccã quoq; obedientia dulcis. Bouẽ offerre est obedire viriliter. Vaccã, obedire gratãter. Prõpti ergo & parati simus q̃tũ in nobis est: nõ solum meliorib⁹ vel ęqualib⁹: verũetiã peiorib⁹ talẽ obedientiã exhibere: & cõstabit nos vaccã triennẽ iuxta imperiũ dñi obtulisse. Nũc de capra videẽdũ. Patet autẽ ex supiorib⁹: cur capra poti⁹ q̃ hirc⁹ ad sacrificãdum exigat̃. In hirco ergo vel capra voluntarius intelligit̃ contẽptus. Et qa lac capra prębet: caprã offerre est cõtẽptũ suũ cũ magna cordis dulcedine sustinere. Si ergo cõtẽptus patientiã amplecteris, offers hœdũ de capris. Offers caprũ cõtẽnẽdo cõtẽptũ tui. Offers caprã: exhilarescẽdo ad illatã iniuriã. Cõtẽpti ergo a superioribus & coęqualib⁹ & ab inferiorib⁹ libẽter: imo & gratulãter illatas iniurias & opprobria sustineam⁹: & sic caprã trimam dño offerimus. Nunc de ariete videamus. Arietẽ offerimus: si in spiritu lenitatis delinquentes corripimus: & pro dño zelantes cõtra pręuaricatores pię seueritatis cornibus sæuimus. Agnum offers humiliter acquiescẽdo. Ouẽ deuote blandiendo. Arietẽ pie increpãdo. hoc siquidẽ vere magnũ est: corpus mansuetũ sibi extorquet zelare p dño: & ferire cornibus delinquentes. Ille trium annorũ arietẽ dño immolat: q nõ solum impotẽtiores vel ęque potẽtes: sed etiã potentiores liberę increpationis cornibus impugnat quoties regula veritatis hoc dictat. Sed si mensam locupletẽ dño volumus exhibere: debem⁹ ad similitudinẽ Abrahę ex turture & colũba adhuc quartũ vel quintũ ferculum supaddere. Studiis igit̃ perfectę opationis adiungamus etiã studia contẽplationis. Per actionẽ quasi in terra cõuersamur. Per cogitatũ & desideriũ in sublimib⁹ subleuamur. Quasi ergo pẽnata animalia deo offerimus: quoties ex deuotionis officio ad futurorũ consideratione pẽna contẽplationis volamus. Per turturem & columbã intellige contẽplationẽ geminã. In turture cõtẽplationẽ omniũ malorũ: in columba æternorũ bonorũ. Turtur em̃ solitudinẽ diligit: & soliuagus incedit: & in hoc formã timoris gerit: qui semp diuerticulum quęrit. Columba gregatim volat: & ex eo formam dilectionis ostentat: quæ corda semper conciliat: & in vnã pacis concordiam ligat. Verũ quia quę intus agimus fiunt propter solum deũ: & quæ exterius partim ꝑpter deũ tm̃: & partim ꝑpter ꝓximũ: Recte dicitur q̃ Abrahã animalia diuisit: aues vero nõ diuisit. Debem⁹ vero nõ solum hostiã nostrã sic diuidere: sed etiã diuisiões ipsas altrĩsecus cõtra se inuicẽ ponere: & vtrãq; partem alterna cõsideratione pensare. Nam in his quæ propter ꝓximũ facimus, offensam dei cũ omni cautela cauere debemus. Et in his quę propter deũ, in quãtũ possumus scandalum ꝓximi vitare debemus. Vtrãq; autẽ hostiam iuxta exẽplum Abrahę oportet a volucrum rapacitate defendere: quas (vt scriptum est) Abraham abigebat. Debemus ergo ineptas cogitationes & quaslibet immissiones per angelos malos per increpationẽ ferire: & hoc erit hmõi volucres abigere. Et vtinã vnusqsq; nostrũ huiusmodi studiis eo vsq; insistat donec sol occumbat: & vanitatis amor paulatim deficiat: & carnalis prudentiæ radio subducto, feruor concupiscentiæ tepescat.

Hugo de Foilleto.

Q; spiritalib⁹ vnitas: carnalibus diuisio soleat euenire.

¶ Descendebant volucres super cadauera: & abi. e. a. Animalium corpora Abraham diuisit: T
Aues vero indiuisas dimisit. Aues sunt spirituales. Animalia corda carnalia. Aduersus se inuicem animalia diuiduntur: dum p diuersa desideria carnales distrahũtur. Porro aues indiuisæ remanent: quia spirituales semp vnitatis vinculum tenent. Super corpora vero diuisa volucres descendunt: quia in diuisione carnalium dęmones desiderii sui pastum quęrũt. Sunt & aliæ volucres: importunæ scilicet cogitationes: quę in ipso nostræ orationis sacrificio quãdoq; se ingerunt: & qđ in nobis deo immolamus: hoc rapere vel cõmaculare volunt. Sed Abrabam abigente defugiũt volucres: qa manus sanctæ discretionis intus fugat immũdos spiritus & peruersas cogitationes. Non solum autem volucres: sed & muscę de Aegypto venientes sacrificantes in deserto sequuntur.

De tribus muscis Aegypti.

¶ Tres sunt muscę Aegypti: id est vanitas: cu V

riositas: & voluptas. Musca vanitatis inquietat & maculat sacrificiũ humiliati cordis. Musca curiositatis sacrificium orationis. Musca voluptatis sacrificiũ mortificatę carnis.

Hildebertus.

Q; pro tẽtationũ incursibus nõ debeat sacerdos a sacrificiis abstinere.

X ¶Descendebant vo.s.ca.& a.e.a. Mille sunt occursantium phantasmata cogitationum. Mille suggestiones diaboli. Quę dum se sacrificãtiũ mentibus importuno ingerũt illapsu: dum eas ad diuersa distrahunt: dum hęreticã moliũtur inducere prauitatem: quid aliud faciunt: q̃ velut quedã muscæ sacrificãtes altaris ministros infestant & impediunt. Talium portenta muscarũ ꝓpulsanda Abraham præsignauit: cum a sacrificiis aues abigeret incursantes. Et quia super sacrificia tm̃ descẽdisse leguntur: nõ etiã interrupisse cœptum officiũ: sacerdotes Christi tẽtationes quas perferunt ita docentur abigere: vt a sacramentis altaris talis eos lapsus nõ cogat abstinere. hic enim defectus infirmitas est quæ virtutem perficiat: non quæ virtutis opera in irritum deducat.

Ricardus de sancto Victo.

Quanta in contemplationis sopore diuinitus reuelentur.

Y ¶Cum sol occubuisset sopor irruit sup Abraham: & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Solis itaq; occasum sopor: soporem sequitur horror. Sopor irruit quãdo spiritualis quispiam repẽtino impetu in mentis alienationem transit. In quo sopore multa sępe cõspicit: quę sine horrore videre nõ possit. Videt eñ q̃ sint bona quę ꝑdidit: q̃ sint horrenda mala quę meruit: q̃ facile sit omni hora cadere: q̃ impossibile semel lapso p seipsum resurgere. Deniq; attẽde qd Abrahã quasi p soporẽ didicerit: & animaduertes q̃ merito ĩhorruit. Scito inquit prę noscens: q; peregrinũ sit futurũ semẽ tuũ in terra nõ sua: & subiicient eos seruituti: & affligẽt quadringẽtis annis. Per semẽ Abrahæ intellige ipsas virtutes: vel virtutũ ęmulatores. Nonne virtutes ipsæ Pharaoni deseruiunt: qñ sinistra intẽtione fiunt: & p hypocrisim deprauatæ nil nisi mortis lucra cõquirũt! Nõne semẽ Abrahę Pharaoni in luto & latere seruit: quãdo quilibet fortis ęmulator virtutum in modũ Dauid in aliqd flagitiũ cadit! Valde siquidẽ est rarũ: & vere paucorum magna agere: nec se magnũ putare: multis pręminere: neminem despicere. Vasa itaq; misericordię cũ incipiũt de suis meritis intumescere: pia dispẽsatione cadere pmittuntur: vt discant humiliter sapere: & de sua infirmitate vera sentire. Et eo vsq; oportet te Pharaoni Aegyptiisq; subesse: vitiis vitiorũq; incẽtoribus deseruire: donec plenæ experientię magisterio docearis in cauendis vel corrigendis malis: in obtinẽdis vel conseruandis bonis: nil omnino de tua virtute præsumere. Quod est q̃dringẽtis annis Aegyptiis deseruire. Per quatuor nãq; nostra infirmitas: plenitudo p annũ: per.c. vniuersitas designaẽ. Verũtamẽ gẽtẽ cui seruituri sunt ego iudicabo: & post egredientur cũ magna substantia. Tu autẽ ibis ad populũ tuũ in pace: sepult⁹ in senectute bona. Generatione quarta reuertẽtur huc. Necdum impletæ iniquitates Amorreorũ sunt vsq; ad pręsens tẽpus. Siue vitia, siue incẽtores vitiorũ intelligas, vtrosq; habet deus atterere: & de bonorum cordibus exturbare. Et illa quidem sic atterendo: vt quãdoq; omnino nõ sint. Istos vero dãnando: vt decętero semper miseri sint: & bonis in aliquo inęternũ pręualere nõ possint. Et post hoc inquit egredientur cũ magna substantia. Scimus quidẽ quia filii recõciliationis ex casu suo erudiunẽ ad discretionẽ, ad circũspectionẽ, ad humilitatẽ, ad patientiã & cõpassionẽ. Tu ibis ad prẽs tuos. Quid est ad patres suos ire: nisi eodẽ virtutũ tramite quo alii in vitę via pręcessere ad intimę quietis tranquillitatem agilitate bonorũ operũ ꝑperare! Ergo ad pacem properabat q in pace iturus erat. Sepultus in senectute bona. Prius homo moriẽ: vt postmodum sepeliaẽ. Mortuus quidem desinit videre: sed nõ statim videri. Sepultus vero desinit videre simul & videri. Qui vult ergo huic mundo mortuus esse: oportet illum oculos illos claudere: quos in primis parẽtib⁹ legimus apertos fuisse, & oblectamẽta sensuum nec attendere, nec aduertere. Sed & tunc qui eiusmodi est, quasi post mortem sepulturã inuenit: quãdo per sapientię studium, ęternitatisq; desiderii in talem statum ꝑficit: qualem carnalis quilibet nõ dicã scire: sed nec suspicari possit. Et quarta generatione reuertẽtur huc. Prima generatio seruientiũ, nec reclamãtiũ. Secunda reclamantiũ, nec pręualentiũ. Tertia pręualentium & laborantiũ. Quarta pręualentium & quiescentiũ. In solitudine nãq; cõmorãtibus cibo q; cęlesti victitãtibus qd aliud esse oportuit officii genus q̃ vacare & videre q̃ suauis est dñs! Necdũ eñ impletę sunt iniqtates Amorreorũ. Secundum differentiã morũ dispensanẽ merita singlorũ. Amorreorũ itaq; iniqtates tũc cõpletæ videnẽ: qñ pro enormitate sceleris ad imprudẽtiã & cordis duritiã abũdanter sufficiunt cõterẽdã. Adhuc repetit scriptura: quod supi⁹ iam dixerat: vt q sint q solis occasum seq

soleant plenius ostendat. Cum ergo inquit occubuisset sol facta est caligo tenebrosa: & apparuit clibanus fumãs: & lampas ignis transiens inter diuisiões illas. Ad hoc ignem clibano immittimus: vt eius interiora nõ exteriora calefaciamus. Incẽdio itaq; clibani intellige amorem spũalium, amorẽ internũ. Quãdo ergo sine respectu mercedis virtus ꝓpter seipsam diligit: qñ etiã sine retributionis intẽtione bonitas ipsa ꝓpter semetipsam amatur: vere & absq; dubio amoris incendiũ in intimis succendi: & ne ad exteriora erũpat in intimis coerceri videt. Verũ fumans idcirco dicit: qa quãtũcũq; homo in hac vita in charitate profecerit: si futuræ vitæ plenitudinẽ cogitet non videbit nisi quædam amoris inchoatio extitisse. Fumus etiam oculos vrit, lachrymasq; producit. Et charitas secundum vitæ præsentis statum ex conscientię recordatione animũ cõpungit.

Bruno.

Qꝫ ignis gehennæ incendere poterit corpora reproborum.

Z ¶ Cũ occubuisset sol: facta est caligo te. & ap. cli. fu. & l. ig. trãs. i. di. illas. Solis occasus q finis est diei, huius seculi finẽ designat. Caligo tenebrosa ipsa de qua dicitur. Quia sol obscurabit: & luna nõ dabit lumẽ suum. Siue etiã tenebrę quas in inferno patientur iniqui. Clibanus fumans & lampas ignis, huius seculi conflagratio est: quia vltimo iudicio totus mũdus terribiliter succẽdet. Bene autẽ ignis inter diuisiones transisse nõ tm̃ cadauera cõsumpsisse dicitur: qa iam peracto iudicio cunctisq; immortalibus factis transire p eos ignis poterit: penitus tñ incẽdere & consumere nõ poterit. Si vero p solis occasum mors Christi intelligat: p caliginẽ vero tenebrę quę in eius passione factę sunt: quid erit clibanus & lãpas ignis? spiritus sanctus qui die quadragesima descendens super Apostolos venit: atq; per eos transiuit.

Ricardus de sancto Victo.

Quid caro lasciuiens pariat: quid afflicta.

ca. 16. A Ingredere ad ancillam meã. Toties Sara ancillam suã viro suo copulat: quoties mẽs ad explenda carnis desideria rationis cõsensum inclinat. Sed ex hoc ancillę dominio homo ferox Ismael nascitur: q postea Sarę filium persequitur: quia ex indulta carnis libertate violentus & fere intolerabilis cõcupiscentię motus surgit: q pene mẽtis statũ, rectæ intẽtionis studiũ pene subuertit. Sed debet Sara cõtumaciã Agar reprimere: quia docet nos lasciuientẽ carnẽ inedię & laboris exercitio mẽtis dominio subiugare. Sed quo difficilius vsus prauę cõsuetudinis vincit: tãto mẽs nostra depotita tandẽ victoria gloriat. Nã postq̃ Agar humiliata dñę subdit ex Sara Isaac nascitur: qa si semel sibi carnem subdiderit: magnum nec mirum de se mens gaudium parit.

Stephanus. de Abstinentia.

¶ Ingredere ad ancillam meã &c. Abraham ingreditur ad ancillam ex auctoritate vxoris: cũ dñs per gratiã inspiratã homini aliqđ bonum opus elicit ex maceratione carnis. B

De scientia spirituali.

¶ Vtere ea vt libet. Per Sarã gra. no. t. p Agar lex intelligitur. Gr̃a siqdẽ vtitur lege vt libet: quia multis modis frangit literã: & exponit: & sic per diuersas expositiões affligit. Cerimoniæ fractę sunt: & panes dum franguntur multiplicati sunt. Vetus em̃ lex est quasi cera quę quãlibet formã suscipit. Vnde venis Agar & quo vadis? qsi a deo venis: & in terrã miserię & tenebrarũ vadis. hoc põt cuilibet peccatori dic. C

Contra inanem gloriam.

¶ Hic erit ferus homo. Ex carne nascitur ferus homo: id est primi motus q nulli subiicit. Nã velit, nolit ratio, surgit prim⁹ mot⁹. Vel aliter Semen qđ nascitur ex Agar: opa sunt iustorũ: quę adeo fera sunt: vt etiã hoĩs subterfugiant visum: ne manibus hominũ capi possint. D

De gemino desiderio.

¶ Notãdum q; ante centenariũ Abrahę natus est Hismael filius carnalis. Centenario autem Isaac filius spiritualis: qui risus interpretatur. Centenarius designat perfectionẽ desiderii vitę ęternę. Quęcũq; ergo opera facias circa desideriũ beatitudinis ęternę: carnalia sunt: nec sũt meritoria ęternę iocũditatis. Quę vero cẽtenarius quasi habens in desiderio æternam gloriã illa erunt spiritualia: & merebuntur peruenire ad illum risum: de quo dicitur. Et ridebis in die nouissimo. E

De spiritali circuncisione.

ca. 17. F Circũcidite ex vobis omne masculinũ. Abraham est vir iustus: qui debet circũcidere omne masculinũ: id est omẽ opus bonum purgare. Non enim est aliquod bonum opus quod non indigeat purgatione. Puluis em̃ Apostolorũ pedibus adhęsit. Vnde sedebit, & emundabit, & purgabit filios Leui. Item iustitiæ nostræ quasi pannus mẽstruatæ. In circuncisione autem parum est: quod abscinditur respectu illius qđ remanet. Ita magnum est bonum quod remanet: licet malum excutiatur. At fœmininum opus nullatenus debet circuncidi: sed ex toto deleri. Isaac de senib⁹ natus est: & Christus in fine tẽporis incar

natus, vespere em̃ mundi ortus est sol iustitiæ.

De pœnitentia.

G ℭAbraham in senectute circũcisus est: & quilibet homo a spirituali circũcisione grauitate ętatis non debet reuocari.

Ricardus de sancto Victo.

Quomodo electi ad aduẽtum visitationis dominicæ sint supensi.

ca. 18. H Apparuit deus Abrahã in cõualle Mãbre se. in. o. ta. in ipo fer. di. Quidã exẽplo Abrahę de corpore suo q̃si tabernaculũ faciũt: & ad dñi se accingũt militiã: & ꝙ viuunt patienter tolerant: vt dñi lucris deseruiant etiã cũ ꝓprię quietis detrimẽto: dñicũ tũ aduentũ in ostio pręstolant̃: & ad suę visitatiõis horã suspẽsi suspirãt cũ desiderio & expectant. Quid est aũt de habitaculo suo domini transitũ attẽdere: nisi ex his quę circa se diuinitus gerũtur, diuinę dispositionis moderamẽ cooperatiõis eius gratiã subtiliter itelligere? Tũc vero mactat̃ vnde pascat̃ dñs: qñ mens aliqd de propria voluntate abscidit: qđ prius libẽter fouit: quãdo id de propriis studiis amputat: vnde dño altius separare se sperat.

Stephanus De discretione.

I ℭFestinauit Abrahã in taber. ad Sarã. Tabernaculũ est cõsciẽtia. Primo debet hõ carnis ĩfirma discutere: & post dicere Saræ: id est carni. Misce tua sata similę. Simila est cogitatio pura: quę ꝓcedit ex duab⁹ molis suis spe & timore. Panis est operũ cõsummatio. Aqua qua reficitur, lachrymarũ effusio. Coctio charitatis ardor. Cinis abiectio nostrę cõditionis.

De humilitate.

K ℭCucurrit ad armẽtũ: id est ad exẽpla sctõrũ: & tulit inde vitulum. Vitulus minim⁹ est respectu bouis. Ita & opera nostra minima reputare debemus: quãtũ ad merita antiquorũ.

Ricardus de sancto Victo.

In quibus quatuor fragilitas humana deficiat.

L ℭLoquar ad dñm m. cũ sim p. & ci. Puluis ad oẽm flatũ de loco suo excutit̃: & quocũq; eiicit̃ nũq̃ nisi alieno ĩpulsu leuat̃. Substracta nãq; ꝓtectiõe diuina, hõ ad iimici suggestionẽ in qđcũq; malũ deiicit̃: & semel reiectus ad stat⁹ rectitudinẽ nũq̃ rectitudine ꝓpria roborat̃. Cinis ex se oĩno nullum germẽ ꝓducit: & aliũde susceptũ nõ dicã ad incrementũ: sed ad sustentamẽtũ nutrire vlla sua piguedine oĩno nõ sufficit. Nullũ siqdẽ boni opis germẽ põt homo ex seipso sine operãte gratia ꝓducere: & cũ gratia operãte habere iam cœpit: p semetipm sine ei⁹ cooperatione omnino nõ poterit custodire.

Stephanus de Continentia.

Viri ciuitatis vallauerũt domũ. Sodomitę vallauerũt domũ tuã: qñ tẽtationes & maxime luxurię te impugnãt. Loth est ratio: quę tũc domũ egredit̃ cũ tẽporalibus se immiscet. Verũ tũc debet ostiũ mentis claudere: ne aditus ostii pateat hosti. ca. 19. M

Bruno.

Qꝫ sancti tam carnẽ q̃ substantiã pro defensione legis disperdere nõ formident.

ℭHabeo duas filias: quę necdũ cognouerũt vi. &c. Per has duas filias carnẽ nostrã & substantiã quã possidemus arbitror figurari. Has aũt sancti despiciunt: has iniquorꝫ furori subiiciũt magisq; his priuari volunt: q̃ peccare in lege dei: & testamẽtorũ nõ defẽdere puritatẽ. Duo nanq; angeli: duo significant testamenta. N

Stephanus de exẽplis bonorum.

ℭApprehẽderunt manũ eius. Qui apprehendit manũ alicuius: manus eius manui suæ annectit: qđ est dare exẽplum bene agendi. Man⁹ Loth apprehendit̃ per exẽplum maiorũ operũ: manus filiarũ p continua opera & minora. O

De Pœnitentia.

ℭNe stes in oĩ circa regione. id est oẽs circũstãtias peccatorũ deuita. hinc in Ecclesiastico. Nimis odito execrationẽ. i. peccatum qđ est opus execrabile. Quidã em̃ peccatũ odiũt: sed nõ nimis: qa peccata fugiunt: sed occasiões sequunt̃. Itẽ mulier Chananea egressa est a finibus suis. Itẽ supbiã vanitatis loquẽtes pelliciunt eos qui parũ fugiũt. Itẽ in ecclesiastico. Noli circũspicere in vicis ciuitatis: ne oberres in plateis eius. P

De exemplis malorum.

ℭVersa ẽ vxor Loth retro respiciẽs in statuã salis. qđ bñ cõgruit mysterio. Statua em̃ q̃si hõ liniamẽta corpis habet: sed sensu caret. Silr̃ q retro respicit: & ad carnalia suspirat desideria: q̃si formã habet hoĩs: sed ab oĩ sensu mẽtis penit⁹ est alien⁹. Deniq; sicut sal cibos cõdit: sic casus malorũ cautio est bonorũ. hoc est ꝙ Sanson in ore leonis mortui mel inuenit & comedit. Q

Canticum sine titulo.

Qꝫ aliud sit cõuiuiũ carnaliũ: aliud pfectorũ. ca. 21.

Fecit Abraham grãde cõuiuiũ in die ablac. Isaac. Habẽt carnales aliqñ qlecũq; cõuiuiũ ex delectatiõe rerũ spũaliũ: cũ sacris eloquiis vel audiẽdo vel legẽdo delectent̃. Sed grãde cõuiuiũ nõ ẽ: qa citi⁹ carnalia repetẽtes spũalia deserũt: & iõ vsq; ad satietatẽ refectiõis ĩternę puenire nõ possunt. Dies autẽ ablactatiõis Isaac. i. animę ad supna gaudia spe alacri ꝓperãtis illustratio est diuinę cõtẽplatiõis: vbi ineffabile cõuiuiũ nõ simplicitate lactis: sed appatu diuinę dulcedinis celebrat̃. R

Qz puteus est sacra scriptura.

S ¶Puteus est sacra scriptura: quã auferũt Abraham: id est Christo: & ei iniuriam faciũt serui: id est ambitiosi: dum pfectum diuinæ paginę ad ambitionem & lucrum retorquẽt.

Bernardus.

Qz de immolatione voluntatis proprię nõ moriatur gaudium: sed nascatur.

ca. 22. T TOlle filium tuũ vnigenitum quẽ diligis Isaac &c. Oblat⁹ Isaac sanctificat⁹ est nõ mactat⁹. Et tu ergo si vocẽ dñi audieris intus in aio: & dicat tibi vt offeras Isaac, tuũ qdcũq; gaudiũ imoles deo, interpretat eñ gaudiũ siue risus: fideliter obedi: ne timeas. Nimirũ etsi rem grãdẽ dicit tibi pphe ta: facere debes: & obtẽperãdũ est ei p oia: etiã si oportuerit ipm Isaac iugulari. Nũc autẽ qcqd affectio ppria iudicet securus est: non Isaac sed aries morietr. Nõ pibit tibi lętitia: sed cõtumacia: cui⁹ vtiq; cornua veprib⁹ hęrẽt: & sine punctionibus anxietas esse non põt. Tẽtat eñ te dñs: nec mactat Isaac, vt opinaris. Viuẽs viuet: sz eleuat⁹ vtiq; sup ligna vt i sublime gaudeas: nec in carne ppria: sed i cruce dñi glieris: p quẽ nimirũ crucifixus & ipse es: sed mũdo.

Galfridus.

Qz gustata dei suauitas feruentiores ad pœnitentiam nos remittat.

V ¶Expectate hic cũ asino: ego & puer &c. Asin⁹ noster pœnitẽtia est: cui vniuersa onera nostra imponim⁹: cũ de peccatis qbuslibet pœnitem⁹. Quicqd eñ deliqris: vñ restat cõsiliũ? vñ remediũ? vt pœnitẽtiã agere nõ morere. Porro pueri duo: timor pœnę: & desideriũ vitę. his duobus sanct⁹ Abrahã dicit. Expectate hic cũ asino: ego & puer illuc pperãtes cũ adorauerim⁹ reuertemur ad vos. Illi⁹ eñ adoratiõis: illius deuotionis: illius gaudii spiritualis: & rara hora & breuis est mora: silentiũ fortassis vix dimidia die: vix dimidia hora. Reuertit itaq; Abrahã sctũs ad pueros: reuertit & ad sinũ affectuosi⁹ pinde & pręmia desiderãs: & supplicia metuẽs, & peccata deplorãs. Cęterũ q̃ libenti⁹ exinde est rediturus ad dñm: q̃ desiderabili⁹ gaudiũ repetiturus expertũ: postremo q̃ studiosi⁹ illũ velut redeũtẽ ad ppria secutur⁹ ad ampliorẽ notitiã veritatis: ad tolerantiã cuiuscũq; molestię tẽporalis & cõtẽptum mortis: ad purissimã deniq; similitudinẽ dei in plena iam & pfecta abolitione peccati. Erit eñ hoc cũ exhibuerit sibi Christus gloriosam ecclesiam nõ habentẽ maculam neq; rugam, vel aliquid huiusmodi.

Drogo.

Qz sancti in spelunca duplici debeant sepeliri.

ca. 23. X IN electis sepulcris nñis sepe. mor. t. Habet mundus electa sepulcra: illos vtiq; quos elationis fastigiũ: vel supstitionis operositas pspicuos reddit. Deniq; tota Aegyptus sepulcris plena est. Neq; eñ erat domus in qua non iaceret mortuus. Illa sepulcra filii Israel cupierãt i deserto cũ dicerẽt: Forte deerãt nobis sepulcra in Aegypto &c. In talib⁹ sepulcris noluit Abrahã mortuũ suum sepelire. Sed vbi? in spelunca duplici: vbi spes bonorũ operũ, & amor cõtẽplatiuę deuotionis requiescit.

Stephanus De incarnatione domini.

ca. 24. Y EGressus est Isaac ad me in agrũ. Alia litera ad exercitãdũ. hebrę⁹ vt loqret: id ẽ vt oraret. Silr Christ⁹ egress⁹ ẽ de sinu pris. vñ Exiui a pa. & ve. i mũdũ. Tũc egressus ẽ cũ icarnat⁹ est: vt loqret. i. annũciaret regnũ dei: vel vt oraret: qa sol⁹ ascẽdit in montẽ orare: & vt meditaret: sicut dicit Hieremias. Dicit dñs: Ego cogito cogitatiões pacis: & nõ afflic. s. vt pacẽ reformẽ oĩmodã iter deũ & hoĩem inter hoĩem & angelũ. Et excogitauit nouas & admirabiles adinuẽtiões. Sicut legit. Notas facite i pplis adinuẽtiões ei⁹. Hę sunt adiuẽtiões inauditę: q mor. mo. destru. & vi. re. re. Itẽ annũciate iter gẽtes studia ei⁹. Ipe eñ studio suo talẽ adinuenit nouitatẽ: q quãto hõ subtilior est: tãto magis cõcludit. Quãto. n. qs diligẽti⁹ bñficia passiõis attẽdit: tãto magis cõfundit: eo q nihil dignũ tãtis bñficiis repẽdere possit. deniq; ad exercitãdũ egress⁹ ẽ. Ipse eñ exercitat⁹ fuit in armis: qb⁹ diabolũ expugnauit. Et in agro. i. in mũdo inclinata iam die. i. in vespera mundi.

Ailredus.

Z Quanta sit sacrarum efficacia lectionum.

¶Exiit ad me Isaac i a. Quęcũq; scripta sũt: ad nostrã doctrinã scripta sunt: vt p patiẽ. & conscrip. spem hẽam⁹. Dico vobis fres: nihil poterit aduersi cõtigere: nihil tã triste vel amarũ emergere: qd nõ mox vt pagina nos sacra excepit: aut euanescat citi⁹: aut facili⁹ toleret. hic ẽ ager in quẽ sctũs Isaac iclinata iã die pgit ad meditãdũ: vbi ei occurrẽs Rebecca illũ q acciderat sua lenit suauitate dolorẽ. Quoties mihi Iesu bone dies vergit i vesperã: qties puę alicui cõsolatiõi qsi diurnę luci itolerabilis dolor velut nocturna caligo succedit: vertũt i fastidiũ onera. Oneri sunt cũcta q̃ video. Siqs loqt vix audio. Vix sentio: i modũ silicis cor obdurat: hęret ligua: oclorũ vena siccat. Quid tũc? Exeo certe ad meditãdũ i agrũ: sacrũ reuoluo codicẽ. Meditatiões meas cerl ịprio: cũ subito mihi occurrẽs Rebecca. s. tua gra Iesu bõe sua luce tenebras discutit: pellit fastidiũ: duritiã frãgit. Mox suspiriis

cedunt lachrymę: & lachrymas cęleste gaudiũ comitať. Infelices, quos cũ tristia queq; ꝑturbãt non hunc agrum ingrediuntur: vt gaudeant.

Stephanus de humilitate.

& ¶Viso Isaac Rebecca de camelo descẽdit. Camelum ascendit: qui carnem affligit. Sed viso Isaac descẽdere: est considerata passione Christi sua bona paruipẽdere.

Idem. De amore temporalium.

ca. 25. A Alter plantam fratris manu tenebat: id est spirituales: qui sicut carnales nõ egrediuntur primi: nec festinant ad hæreditatẽ terrenã: sed expectant ęternam. Et ipsi tenent plantam malorũ ne pes eorũ ad malum currat: & semp a malo volunt eos retrahere. Vel tenent plantã in manu quidem, illud quod sub planta est conculcatur: & quod boni pretendunt & preligunt in opere: mali illud conculcant & abiiciunt.

Hugo de sancto Victo. sup Ibo mihi. Quomodo Iacob & Esau spiritus & carnis proprietas designetur.

B ¶Factus est Esau vir gnarus venãdi: & homo ag. Iacob autẽ vir simplex habi. in taber. Esau venator: & studiis agrestibus deditus erat. Iacob vir simplex domi habitabat. Quid hi duo fratres: nisi duos motus qui in hoie sunt designant: hoc est cõcupiscẽtiã carnis & spiritus? Scimus aũt ꝙ dicit Apostolus: nõ prius quod spiritale: sed qđ carnale: hoc est ꝙ Esau prius nascitur. Cũ ergo cõcupiscentia spiritus roboratur: concupiscentia carnis marcescit: hoc est Esau a postgenito Iacob supplantatur. Item cõcupiscentia carnis quasi Esau venator foris pascitur. Cõcupiscẽtia vero spiritus: quasi Iacob vir simplex: intus delectatur. Est ergo Seyr pilosus carnis motus turpis: & indecorus. Et bene pilosus: in carne radicem figit: sed excrescendo carnẽ excedit. Ita carnis motus de necessitate oritur: sed excrescendo vsq; in voluptatẽ ꝑfluit. Et sicut pilus pręcidi: sed euelli sine dolore nõ potest: sic supfluitas sine detrimento carnis pręciditur: sed nõ necessitas.

Gillebertus de quatuor puteis Isaac.

ca. 26. C Profectus inde Isa. so. a. p. Isaac post calũnię puteum, post puteum inimicitiarum duos puteos effodit: puteũ latitudinis: & puteum satietatis. In illo cœpit homo rixari cũ vitiis. In isto cœpit fructu delectari virtutis. Noluit cũ Phylisteis puteũ habere cõmunẽ: qui interpretantur potione cadentes. Puteos inimicitiarũ & calumnię reliquit Phylisteis. Corruunt plane qui bibũt de erroris & schismatis puteo: bonus autẽ puteus de cuius aquis qui biberit exaltabit caput, non potione cadet. Quasi foueã fodit: q terreni sensus acumine scripturę soliditatẽ penetrat & violenter scindit: ecclesięq; incognitũ dogma ꝑducẽs & obscura mysteria. Sed & qui subtili scrutinio & dolosa machinatione fraternę vnanimitatis solida perforat: & discordię venam aperit: qui se conspirationum claudit & signat in puteo. Phylistinorum est hic puteus: Nihil tibi sit cõmune cum illo. Non hæ aquæ fideles sunt: nõ aquę viuæ: non potest sibi constare discordia: non potest inter parietes schisma perpetua pax seruari. Ipsum schisma infidum est sibi. Si potes has aquas pestilentes exicca. Sed & seculi oblectamenta vniuersaliter falsam pręferunt refrigerii speciẽ: & similem concupiscentiam sedant ad horam: sed quasi sub ipso ortu statim arescunt: nec fluunt vena perenni. has etiã aquas assidue deuita. Sectare vero puteos cęlestium delitiarũ: puteos aquarũ viuẽtium: quæ fluunt impetu de Libano.

Ricardus de sancto Victo.

Qꝫ gratũ deo sacrificiũ offerat: q tã iustũ q̃ iniustũ sui cõtẽptũ potest æquanimiter tolerare.

Affer mihi duos hœdos op. vt ex e. fa. ca. es. pa. tu. quibus li. ves. Vides ꝙ duos 27. eũ hœdos parare oporteat: qui ad pa D tris benedictionem anhelat. In hœdo cõtẽptus voluntarius intelligitur: certe cũ male agis: iuste contẽneris: sed si patientiã amplecteris: hœdinis carnibus patrẽ pascis. Qui autẽ inter bona opera cõtẽnitur: & tamẽ patientiã amplectitur: fercula geminare videtur. Geminos ita ꝙ hœdos offerre: est tam iustum q̃ iniustum patienter sufferre contẽptum.

Bruno.

Qꝫ Christus pr̃i suo quasi duos hœdos obtulit dũ ꝑ nobis carnẽ & sanguinẽ immolauit.

¶Pelliculas hœdorum circũdedit manus. Hoc E Rebecca fecit Iacob: hoc m̃lta sapiẽtia Christo. Venit ergo Christus hœdorũ pellib⁹ inuolut⁹ id est carnis peccati similitudine vestitus. Hoc em̃ primũ fuit hoĩs indumẽtũ q̃ñ de paradiso expulsus est. Tali igiť veste indut⁹ venit Christus ferens secũ duos hœdos optimos: alterũ ꝑ peccato: alterũ in holocausto: carnẽ videlicet & sanguinẽ suũ. his em̃ & pc̃m originale soluit: & deus ab indignatiõe placatur. Hos aũt hœdos coxit Rebecca: quę interpretať multa patientia. Multa em̃ patientia hoc fecit ꝙ Christus pro nobis se coqui & occidi permisit.

Bernardus.

Qꝫ Christus homo factus nõ culpam assumpserit: sed naturam.

F ¶ Vox quidē vox Iacob est:ma.aūt &c.Iacob in hoc loco typū Christi habuisse Christiana pietas non ignorat. Tuū est dn̄e Iesu qđ audi tur:qđ videt̃ nostrū.Qđ loqueris,sp̄us & vita qđ videt̃,mortale & mors.Agnosco denigratę formā naturæ. Agnosco tunicas illas pelliceas ꝓtoplastorum peccantiū habitum. Deniq; temetipsum denigrasti formam serui accipiens in simi.ho.factus:& ha.in.vt ho. Agnosco sub pelle hœdi:qui pct̄m significat: & manū quæ peccatū non fecit:& collū p qđ mali contagiū non transiuit. Ideoq; non est inuentus dolus in ore ei⁹.Noui ꝙ sit lenis natura:mitis & hu milis corde:blandus aspectu:suauis spiritu:& quidem vnctus oleo lętitiæ præ consor.t.Vn de ergo nūc adinstar Esau pilosus & hispidus? Cuiusnā rugosa & tetra imago hæc:& vnde hi pili?Mei sunt.Nam pilosę manus similitudi nē exprimūt peccatoris.Meos agnosco hos pilos:& ī pelle mea video deū saluatorem meū. Non tamen Rebecca sic illū īduit:sed Maria: tanto digniorem qui benedictionem acciperet quanto sanctior qui peperit. Et bene ī meo ha bitu:quia mihi benedictio postulatur.

Qꝫ cęlestis consolatio sola sapit: si sola capiatur.

G ¶ Non vnā tm̄ benedictionem habes pater:preciosa est diuina consolatio:nec omnino tribuitur admittētib⁹aliená.Infelix Esau qui dixisti. Non vnam benedictionē habes pater. Quāto melius diceres cū ꝓpheta. Vnam petii a dn̄o: hanc requiram.Indignus em̄ benedictione cęlesti cōuincitur:qui dubio q̄rit affectu.duplici petit intentione aliud sibi refugium parans si forte eam non optinere contingat.

Galfridus.

Quomodo peccator de vitiis egrediens proficiscitur ad virtutes.

ca. 28. H Egressus Iacob de Bersabee pergebat Haram. Expedit vt Iacob de Bersabee luctator.s.de puteo satietatis exeat in nobis.Expedit vt & ipsi pergamus Haram,qđ interpretatur res cū arca. Et forsitan sine arca thesaurus: qui in vasis fictilibus habetur.Res cum arca possessio iā secura.Sed accedendū prius ad puteū:sed ingrediēdum:sed bibendū ex eo & bibendū vsq; ad satietatē. Nimirum aqua ꝓfunda sensus in corde viri ītrarat ad hunc puteum:& satis biberat qui dicebat: Ad meipsum anima mea turbata est. Intrat nec gustat qui consciētiam ꝓpriam discutere incipit:sed continuo resilit:& quasi necdū potatus egreditur:vt in curis exterioribus occupetur. Bibit,sed non satis qui mediocriter dolet & deflet qđ vehementius oporteret.Bibit & satis qui iuxta modum reatus sui modū cōpūctionis ostēdit.Bibit vltra q̄ satis,qui modum desperatus & absinthio inebriatus excedit. De puteo satietatis luctator egreditur: quotiēs ex sufficienti cōtritione cordis ad resistēdum vitiis animat̃.Nec sufficit egredi nisi pergat Harā: qđ interpretatur res cum arca: & itelligi potest nucleus cum testa: mel cū cęra: Christus cum litera:vel īterna deuotio cū disciplina exteriori,quā necesse est interim varia cū vicissitudine nūc oriri p internā illuminationem:nūc occidere p dispēsatoriā eius subtractionē.Locū vbi quiescat inuenit in scriptura sacra præteritoꝝ in actiua vita:vel p̄sentiū exempla sanctorum.Ipsi sunt lapides:quos sup ponēs capiti suo velut reponens in corde suo & dormit & quiescit a sccularibus sese negociis faciēs alienū. Videt scalam quę est vita nostra.Huius summitas cęlos tangit:tam deuotione præsenti q̄ remuneratione futura.Duobus eius lateribus patientia & obedientia commendatur.Gradus scalæ profectus vitæ.Ascēdunt per eos angeli:& descendunt dum sectatores angelicæ puritatis:& æmulatores societatis eorum quāto magis ꝓficiunt:tāto humiliores existunt. Huic innixus dn̄s respicit sup filios hominum:vt videat si est intelligēs aut requirens deum.

Bruno.

Qꝫ semper virtutū baculo debeam⁹ inniti.

I ¶ Tulit Iacob lapidem vnū:& sup.ca.s.dor.in.e.lo.&c.Dicamus quid lapis:quid scala: qđ angeli significent.Lapis iste sup quem Iacob dormiuit Christus est:q plurib⁹ in locis lapis vocatur.Super cuius pectus Ioannes quoq; euangelista non minora q̄ Iacob videre meruit. Super hūc em̄ lapidē dormit. Beati em̄ mortui: qui in domino moriuntur:quicūq; videre cælestia desiderant. Scala vero quæ cælos tangit virtutum & bonorum operū concatenatio intelligitur.Sicut em̄ p scalā quibus gradib⁹ ad altiora conscendit̃:ita de virtute in virtutē ꝓficiscentibus videbitur deus deorum in Sion. Angeli vero qui per hanc scalam ascendebant & descēdebant sanctos viros significant:q virtutum gradibus & bonis operibus ad cælestia regna conscendūt.Sic em̄ itur ad astra. Qꝫ autem & descēdere dicūtur hoc significat:qa sancti viri in hac vita sine peccato esse nō possunt Bene autem huic scalæ innixus siue obfirmatus dominus stare videtur:vt nos quoq; doceat:ꝙ semper virtutū baculo debeamus inniti.

Stephanus de Acidia.

K ¶ Supposuit lapidem capiti suo. Quidam dormientes lapidem non supponũt capiti. Multi em̃ quiescũt ab operibus exterioribus: sed nõ supponunt lapidem capiti: id est non faciunt hoc p amore Christi: & ideo nõ merentur frui visiõe angelorum. Vnde viderũt eam hostes: & deriserunt sabbata eius.

De Triplici Titulo.

L ¶ Triplex est titulus. Pręcordialis in ore. Memorialis in corde. Triumphalis in opere.

Bernardus.

Q2 ad virtutum culmen sit iugiter annitẽdũ.

M ¶ Vidit Iacob scalã. Vidit in scala sanct9 Iacob angelos ascẽdentes. Nũqd sedẽtem quẽpiam/ siue stantẽ? Non est stare om̃ino in pẽdulo fragilis scalę. Neq3 in incerto mortalis vitæ qcq̃ i eodem statu pmanet. Nõ habemus hic manentem ciuitatem: nec futurã adhuc possidemus: sed inqrimus. Aut ascẽdas necesse est/ aut descẽdas. Si attentas stare: ruas necesse ẽ. Minime qdem bonus est q melior esse nõ vult. Et vbi incipis nolle fieri melior: ibi desinis esse bon9: Inter pfectum & defectũ mortalis vitę nil medium inuenitur. Sed quo modo ipm̃ corp9 nostrum continue aut crescit aut decrescit: sic necesse est semp spiritum pficere/ aut deficere. Interest tñ q nequaq̃ iuxta ordinem corporalium vicissitudinum etiam spũs sua vel incrementa capit vel detrimenta patitur. Nã semp in robusto & vegeti corpore anim9 mollior atq3 tepidior iacet. Et rursum in corpore debili & infirmo fortior viget promptiorq3 spiritus. Quod se expertum contestatur Apostolus dicens. Qñ infirmor: tũc fortior sum & potens.

Q2 in humilitate veritas cognoscat̃.

N ¶ Illud quoq3 q in scala quę in typo humilitatis Iacob monstrata est: dñs desup innixus apparuit: quid nobis aliud innuit: nisi q in culmine humilitatis cognitio cõstituit̃ veritatis? Dominus quippe de sũmitate scalę pspiciebat sup filios hominũ tanq̃ veritas: cuius oculi sicut fallere nolunt: ita falli nõ possũt. An nõ tibi videtur de alto clamare & dicere regrẽtib9 se? Nouit em̃ q sunt eius: Trãsite ad me q cõcupiscitis me: & a gene. me. imple.

Ricardus de Sancto Victore.

Q2 relinquenti carnales illecebras virtutũ possessio promittatur.

O ¶ Dilataberis ad orientẽ & ad occi. & septẽt. & me. id est pfecte cognosces qd sit sperandũ: qd timendum: quid odiendum: qd amãdum.

Bruno.

Q2 decimis suis homo decimus redimatur.

P ¶ Cunctorũ q̃ de. m. de. of. t. Nondum de decimis lex scripta erat: & iam se Iacob decimas daturum esse promittit. Hoc autem Abrahã fecisse legitur. Mirum nisi p hoc significare volebant: vt quia decimus est hõ: Nouẽ em̃ sunt ordines angeloꝝ: illuc quasi p pignore sui decimas mitterent: vbi se quasi decimas venturos esse sperabant.

Stephanus.

De Osculo & amplexu dei. ca. 29.

Q R Vens Iacob in oscula Rachel amplexatus est eã. Tũc de9 osculat9 est hominẽ: cũ habet trãqllitatẽ cõscientię: & latiorib9 pceptis isistit. Tũc vero eũ amplectit̃: cum arctioribus consiliis eum astringit.

Ricardus.

Quid p Liam & Rachelẽ mystice designetur.

¶ Seruiã tibi pro Rachel fi. t. nu. 7. annis. Duas R Iacob vxores habuisse legit̃: quarũ vna Lia: Rachel altera dicebat̃. Lia fœcundior: Rachel formosior. Lia fœcũda: sed lippa: Rachel fere sterilis: sed forma singularis. Rachel doctrina veritatis: Lia disciplina virtutis. Rachel studiũ sapiẽtiæ: Lia desideriũ iustitiæ. Septem annis Iacob pro Rachel seruit: & videnẽ ei dies pauci p. a. m. Quid miraris? Quid sapientia ardẽtius diligitur: dulci9 possidetur? Eius decor omnẽ superat pulchritudinem: eius dulcor omnem excedit suauitatẽ. Hic est em̃ q sapiẽtes om̃es esse volunt. Pauci tñ admodũ sapiẽtes esse possunt. Nec mirũ si dña tm̃ diligitur: cũ eius pedissequa. s. mũdi sapientia tanto amore a mũdi philosophis requirat̃. Nũquid de iustitia similiter dicimus? Nunqd ęque iusti oẽs esse volumus: & non possumus? Immo om̃es vtiq3 iusti esse potuissent: si perfecte voluissent. Iustitiã em̃ pfecte amare: est iã iustũ esse. Sapientiam & multũ diligere potes: & ipsa carere. Hic est q fere omnes Liæ tantũ abhorrent coniugia: qui in Rachelis amplexus vehementer suspirant. Perfecta em̃ iustitia iubet inimicos diligere: illata mala patiẽter portare: oblatã gloriã declinare. Sed ab huius mũdi amatorib9 qd stulti9 qd laboriosi9 reputat̃? Hinc est q ab eis Lia & lippa credit̃: & laboriosa vocat̃. Quotiens igit̃ in lectione diuina p cõtemplatione cõpunctionẽ reperio: i cubiculo Rachel nõ ipsam sed Liã me dubito reperisse. Nam sicut Rachelis est meditari, discernere, cõtẽplari: sic ad Liã ptinet flere, gemere, suspirare. Sed licet adhuc de his duabus vxorib9 Iacob diligentius inquirere: & exprimere qđ sentimus. Omni spiritui rationali gemina qdã vis data est ab illo patre luminum a quo omne datũ optimũ: & oẽ donũ perfectum. Vna est ratio: altera affectio. Ratio qua

discernam⁹: Affectio qua diligam⁹. Ratio ad veritatē: Affectio ad virtutē. Hæ sunt duę il lę sorores a dño desposatę colla coliba. Hierusalē & Samaria. Hæ sunt spūs rōnalis vxores geminę: ex qbus oritur generosa ꝓles: & regni cęlestis conciuis & hęres. Ex ratione oriunt̃ cōsilia recta: ex affectiōe desideria sancta. Spūalis Liæ: id est afflictionis proles. vii. sunt virtutes. Siquidē nil aliud est virtus q̄ aī ordinat⁹ affectus & etiā moderat⁹. Ordinat⁹ ad id qđ eē debet. Moderat⁹ qñ tātus est quāt⁹ esse debet. Prīcipales ergo affect⁹. vii. sunt: q ab vna animi affectiōe alternatim surgūt: spes scilicet & timor gaudiū & dolor: odium amor & pudor.

Quib⁹ studiis i nobis oriat̃ dei timor.

S ℭVidit deus hu. m. Initiū sapiētię timor dñi. Hęc est prima virtutū proles: sine qua cęteras nō potes habere. Qui talē filiū habere desiderat: mala q̄ fecit non solum frequēter: sed & diligēter attēdat. Hinc magnitudinē sui sceleris illic potētiā iudicantis. Ex tali consideratione timor nascit̃: fili⁹. s. ille q iure Ruben: hoc ē fili⁹ visiōis vocat̃. Et eo nato certe mr̄ exclamat. Vidit de⁹ humilitatē meā. eo ꝙ tūc veraciter incipiat videre & videri: deum cognoscere: & a deo cognosci: videre ꝑ intuitū formidinis: videri a deo ꝑ respectū pietatis.

Qꝛ vere dolēs facile veniam cōsequat̃.

T ℭModo cōfitebor dño. Post Ruben Simeon nascit̃: quia timorē necesse est vt dolor sequatur. Vñ & hic fili⁹ Simeon, id est exauditio iure vocat̃. Qui em̄ vere pœnitet: qui veraciter dolet: absq; dubio & absq; mora intelligētiā accipiet. Oratio em̄ q̄ ex corde cōtrito & humiliato ꝓfert̃: citi⁹ exauditur. Humiliato per timorem: & per dolorem contrito.

Qꝛ spei & amoris fibula spiritus electorum domino copuletur.

V ℭSed quę consolatio pœnitentib⁹ vere & amare lugentibus nisi vna spes venię? Hic est terti⁹ filioꝝ: qui additio vocat̃ vel additus. Qui iure nō dat⁹: sed addit⁹ noīat̃: ne ante timorē & cōdignū dolorē pœnitētię de spe venię qs præsumat. Et quia extunc īcipit quædā familiaritas inter deū & aīam fieri: & amicitia cōfœderari recte mater nato Leui ꝓclamat. Nunc copulabit̃ mihi vir meus. Verus animę spōsus de⁹ ē: quē tūc nobis veraciter copulamus: qñ ei ꝑ verū inhæremus amorē. Immo vero tūc sibi nos ille cōnectit: qñ nos qbusdā internis commerciis ad suū amorē accēdit: & arctius astringit. Qđ est em̄ cor tā ferreū: qđ diuina pietas sua ꝓsentia nō emolliat: & sua dulcedine nō alliciat? Post talē ergo amorē quarto loco Iudas iure nascit̃: q cōfitēs noīat̃. Qđ em̄ qsq; approbat hoc amat: & quo plus amat, amplius approbat Illa vtiq; est vera laudatio: illa pura confessio: q̄ ex casta dilectione surgit: quæ ex laudis ammiratione procedit.

Qꝛ veraciter diligens semꝑ laudat.

ℭQuid dicis Lia? Quid clamas ꝑ Iuda? Nūc inquit confitebor dño. Semp em̄ laudas: si semp amas: semperq; desideras: quē semp amas. Ecce de. 4. filiis Lię primus est timor pœnæ. Secūdus dolor pœnitētię. Terti⁹ spes venię. Quartus amor iustitię: & post hoc desinit pere. Sufficere enim sibi existimat cum se vera bona veraciter amare considerat. X

Qꝛ ꝓprium sit amantis velle videre quod diligit.

DA mihi liberos al. mor. Quid putas i corde Rachel agitur? quib⁹ putas desideriorū ęstib⁹ agitat̃: cū videat sororē suā matrē filioꝝ lętā: se aūt sterilē ꝑmanētē? Quid ergo dicit viro: Da mihi inquit liberos: alioquin moriar. Absq; dubio studiū sapientiæ si non ꝓficit/deficit. Sed quid est ꝙ Iuda nato Rachel ad amorē ꝓlis solito amplius iardescit? Per Iudā intelligimus amorē ordinatū: amorē cęlestiū. Nato itaq; Iuda, id est bonorū desiderio inuisibiliū exurgēte atq; feruēte īcipit Rachel amore ꝓlis æstuare: quia incipit velle. vbi amor, ibi oculus. Libenter em̄ respicim⁹ quem multum diligimus. ca. 30. Y

Qꝛ imaginari cōsueuimus q̄ pure intelligere non valemus.

ℭHabeo famulā Balā: ingre. ad il. Sicut ꝑ Rachel rationē: sic ꝑ ei⁹ ancillā ītelligim⁹ imaginationem. Facit ergo qđ pōt. Cogitat ꝑ imaginationē: qa necdū valet per intelligētię puritatē. Et qa duplex est imaginatio: duos Bala filios: Dan. s. & Neptalim gñauit. Ad Dan ꝑtinet cōsideratio futuroꝝ maloꝝ. Ad Neptalim futurorū bonoꝝ. Verū qa ꝑ officiū Dan illecebras cogitationis deꝑhēdim⁹ arguimus & dānam⁹ recte Dan iudiciū appellam⁹. Neptalim etiam est ꝑ considerationē ꝑmioꝝ aīos accendere ad supna. Qui ex eo ꝙ ꝑsentiū bonorū multitudine vel magnitudine/quot vel quanta esse possint futuræ vitę gaudia colligit: cōparatio vel conuersio merito appellatur. Z

Stephanus de memoria passionis.

ℭAccepit Balā in cōiugiū. Bala inueterata interꝑtat̃. Rachel sterilis erat: q̄ dedit Iacob Balā ancillā suā in cōiugē: vt ex ea saltē filios susciperet. Sic debet facere claustralis cū præ acidia cōtēplationi vacare nō pōt. Accipiat Balā id est Christi passionē: vel vetera peccata redu A

cat ad memoriā. Hic est panis subcinericius q̄ datus est Helię dormiēti sub iunipero: nostræ .s. abiectionis memoria.

Ricardus.

Q̄ȝ vnde sensualitas foris atterit: inde ad puritatem cordis affectio p̄paratur.

B ¶Sentiens Lia q̄ parere desiisset: Zelpham ancillam suam ma. tra. Si per Zelpham sensualitas accipit: quā aliam q̄so virtutis p̄lē potest ipsa gignere: nisi q̄ discat in reb⁹ p̄speris temperanter viuere: & in aduersis patiētiā habere? Isti sunt Gad & Aser duo filii Zelphæ: rigor .s. abstinētię & vigor patiētię. Gad prior nascitur, Aser posterior: quia prius est vt tēperantes simus ad bona p̄pria: postea vt fortes sim⁹ ad toleranda mala aliena. Hęc est gemina virtutū p̄les: quā Zelpha q̄dē parit in dolore: verūtamen ad magnā beatitudinē dn̄ę suę. Hinc est q̄ Gad nato Lia exclamat dicēs feliciter: & iterum p̄ Aser dicit. Hoc p̄ beatitudine mea. Mea inq̄t nō sua. Vn̄ em̄ sensualitas exterius p̄ carnē atterit: inde ad puritatē cordis affectio p̄parat. Deniq̄ duo sunt ex q̄bus cōstat gaudium beatitudinis: carere. s. eo q̄d nolis: & habere q̄d velis. Qui ergo p̄ cęlestiū desiderio voluptatē odit: p̄fecto p̄ abstinētiā hostē suū vbiq̄ poterit declinare. Vn̄ & vigor abstinētię Gad: id est felicitas dicit: q̄ vbiq̄ seculi blandimenta q̄ detestat conculcat. Deniq̄ si beatus creditur q̄ vbiq̄ q̄d amat inuenit: iuste vigor patientiæ Aser hoc est beatus nominatur: cū vndiq̄ obuiat in corporis afflictione q̄d optat.

Stephanus. de vtilitate prædicationis.

C ¶Videns Lia q̄ pare. desi. &c. Cum Lia nō potest amplius parere dat Iacob Zelphā ancillā suā: quia ecclesia q̄n̄ p̄ veros p̄dicatores nō potest habere filios, placet vt p̄ mercenarios habeat. Zelpha em̄ os hians interpretat. Et tales os amplū quādoq̄ habēt ad p̄dicādū: etsi per auaritiā habeāt cor cōstrictū. Hoc est q̄d Apostolus dicit. Siue ex occasione siue ex veri. Christus annū. in hoc g. & gau. Boni vero os & patulū habēt: & cor nihilominus dilatatum. Os nostrū patet ad nos ocho. & cor nostrū dilatatū est. Tolerādi sunt itaq̄ in ecclesia mercenarii: quia q̄n̄q̄ generant Gad: q̄d interpretatur felicitas: & Aser: qui beatus.

De Contemplatione.

D ¶Nota: q̄diu Lia fœcūda fuit: Iacob nō suspirat ad patriā: sed q̄ cito de Rachele generat filiū: tā cito suspirat ad reditū. Ita & vir iustus dū actiuę laboribus exercet ad cęlestē patriam nō anhelat. Sed q̄ cito se cōtulit ad contemplationis requiē: & fruitur cōtemplatione diuina: tūc totis mētis affectibus ad sup̄na suspirat. Inde Gregorius. Dum considerantur cælestia: vilescunt terrena.

Ricardus.

Q̄ȝ mētē q̄ se ab appetitu laudis vanę nō temperat, sancti spiritus copula non fœcundet.

¶Egressus Ruben tp̄e messis triticeę in a. rep. E Mandra. Timere deū p̄pter seipsum: hoīes autem p̄pter deū: est Ruben nūc int⁹ morari: nūc exteri⁹ inueniri. Exit ergo tp̄e messis triticeę: q̄n̄ ex impio exercet se i opib⁹ iustitię. Sed quātus qualisq̄ bonę opinionis odor: de ipso circūquaq̄ spargitur: q̄ nulla molestia/ nulla inopia a studio obediētię p̄pedit? Hę sunt Mandragorę quas Ruben inuenit: quas ab ipso mater ei⁹ Lia accepit. Has q̄dē tūc accepit: q̄n̄ oblata laus affectū tāgit: & in aura popularis fauoris delectatur puerse. Harum partē Rachel petit: Lia cōcedit vt virū accipiat: quę p̄lis desiderio flagrat. Mentem em̄ quę suadente ratione appetitū vanę laudis nō tēperat: ad virtutis prolem spiritus sanct⁹ p̄culdubio nō fœcūdat. Suadet ergo affectioni ratio humani fauoris appetitū sub suo moderamine temperare: si ad virtutis multiplicādā sobolē cupit de diuīa sp̄us copula exultare. Mandragorarū itaq̄ possessio sub Rachel potestate redigitur: q̄n̄ laudis appetitus sub rationis dominio moderat. Notādū sane q̄ Rachel nō oēs sed partē petit: quia difficile est vt animus q̄uis renitens, ex oblata laude non aliquantulū hilarescat. Debet itaq̄ amor humanæ laudis nō solū temperari: sed & si fieri pōt abscidi. Vnde & Lia nō de sola parte gloriat dicens ad Iacob. Ad me inq̄t intrabis: mercede em̄ cōduxi te p̄ mādragoris filii mei. Absente adhuc viro vix Lia partem concedit: sed in eius aduētu desiderio eius succensa vberi⁹ nil sibi ex eis vlterius voluit reseruari. Sic nimirum mens hominis dum spirituali dulcedine tangitur: quicquid prius cor humana laude concupierat, libenter obliuiscitur. Quia ergo singulari laude solemus efferre quem videmus etiam post virtutū opa nō solum de dei: sed de hominum parua offensa: non parū tremere: recte Rubē Mādragoras post natos Gad & Aser inuenisse dicit: quia quēlibet ex opib⁹ p̄claris ad timorē nō ad tumorē p̄fecisse miramur. Iure ergo p̄ tali p̄le: id est p̄ interno gaudio Lia mādragoras cōtēpsit: vt talē filiū habere posset. Mēs etem̄ q̄ i laude hoīm delectat: experiri q̄d sit ipternū gaudiū nō meretur. Recte ergo post natiuitatem Gad & Aser, Lia talem filium genuit: quia nisi per abstinentiam & patientiam ad verum gaudium non pertingit. Patet iam ratio cur hic filius Isaac dicatur: qui

merces interptat. Huius aūt mercedis totiēs q̄ si quasdā primitias accipimus: quotiēs ad illd internum domini nostri gaudium introimus & ex parte aliqua degustamus.

Bernardus.

Qꝫ non metet qui minime seminauit.

F ¶Cras respondebis mihi iustitia m. Hodie iustitia colit: cras respōdebis. Hodie exercet: cras fructificabit. Aliogn qd nō seminauerit homo nec metet: nec illucet dies crastina: cui non luxerit hodierna.

Galfridus.

Qꝫ p tria virgarum genera tres Ecclesiæ ordines designentur.

G ¶Tollens ergo Iacob virgas populeas virides & amygdalas: & ex platanis posuit eas ī canalibus aquarū. Canales vel scripturarū codices vł decursus trāseūtiū significāt populoꝝ. Virgę ex populis/vnde suauia conficiunt vnguenta: misericordię in populis viros cōmēdāt. Virgę ex platanis quarū solida pulchritudo & leuigata planities ędificiis pręstat gratiam & decorē: religiosorū hoīm irreph̄ēsibilis est sanctitudo ꝓbabilib⁹ domū dei ędificans & illustrās exemplis. Virgę ex amygdalis tertiū ordinē significāt platoꝝ. Quarū vtinā singula die altera post p̄sentem vitam: vt illa quōdā Aaronica fœcundior cęteris innotescat. Vtinā frōdes ꝓferat ad obumbrandū reis vtilius: q̄ ex foliis ficuū perizomata primi texuere parētes. Vtinam flores gratiæ & deuotionis exhibeat: quibus interim fulciantur amore languentes. Vtinam ꝓducat amygdalas: id ē nuces lōgas: fructum. s. qui non transeat: fructum salutis & sacietatis æternę. Quis & aliter intelligere liceat: & referre frondes ad verba doctrinæ: flores ad exempla vitę: summū fructum ad orōnis effectum.

Bruno.

Qꝫ nec mundi delitias ad nos: nec nos ad ipsas ascendere permittamus.

ca. 31. H Veni ineamus fœdus: vt sit testimonium inter me & te. Ponam⁹ fœdus cū Laban: ponamus hoc fœdus cū mundi delitiis & voluptatibus: vt neqꝫ ipse ad nos neqꝫ nos ad ipsas vlterius reuertamur. Huius autem fœderis testis sit Galaad. Interpretatur enim Galaad aceruus testimonii: per quē scripturas sacras intelligimus: in quibus sanctorū testimonia sunt coaceruata. Hæc aūt separant nos a mūdo. Hæc sunt quæ nos separāt ab huius seculi vanitate.

Stephanus.

I ¶Veni ineamus fœdus. Mūdus cum viro iusto vult inire fœdus: vt peruersam cum eo cōcordiā habeat & amorē. Iustus autem hoc fœdus iniit cum mundo: vt tm̄ ab eo pcipiat necessaria: & supflua abiiciat. Sed videt ꝙ vir iustus cū mūdo cōuenire nō possit: nec facere pactū: quia cōtrarii sunt. Potest autē: sed eo modo: quo deus cū diabolo fœdus iniit. Vnde in Iob. Nūquid feriet tecū pactū? In pacto duarū cōuenit conuenientia psonarum. Diabolus ita ꝙ vult illud: qd vult deus: sed intētione diuersa. Sic & mūdus in psequutione iusti suā exequtur voluntatem: nihilominus & iustus qui in sua tribulatione letatur. Vel aliter. Iacob iniit fœdus cum Laban in monte Galaad. Galaad aceru⁹ testimonii: p quem sacra scriptura designat. Per Laban auūculum Iacob/carnalē intellige parentelā. Debemus itaqꝫ fœdus inire cū parentibus nostris: sed in mōte Galaad, id est ī testimonio scripturarū: vt. s. eos diligam⁹: quomodo & quatenus nobis de eoꝝ auctoritate p̄scribitur. Non em̄ abiicere debēt penitus hunc affectum: etiā pfectionem professi. Nā & Christus pfectionis forma: in cruce positus curā habuit matris suę: nec tñ ꝓpter eam descēdit de cruce: sicut nec Iacob ꝓpter Laban de monte.

Bruno.

Qꝫ qui mundum fugiunt mox in dei militia computantur.

Iacob abiit itinere quo cœpat: fu. ꝙ ei ob. an. dei. quos cum vi. ait. Castra dei sunt hæc. Merito Iacob postq̄ separat⁹ est a Laban: angelos obuiam habet: qm̄ qui mūdū relinquūt mox in dei militia cōputant: & q̄ fugiūt castra seculi castra dei videre & habitare merentur. ca. 32. K

Odo Tusculanus.

Quomodo cœnobialis congregatio castris militaribus comparetur: & aciebus eorum.

¶Castra dei sunt hæc. Ego si exaltatus fuero a terra, ait Christus: omnia traham ad meipm. Sic & nos cum incipimus exaltari a terra, id est cum spirituales efficimur: omnia debemus trahere ad nosipsos: & in omnibus nostrā ędificationem inquirere. Si ergo quid agatur in castris militātium consideremus attentius: inueniemus proculdubio in castris nostris multa similia actitari. In castris nihil otiosum: nihil luxuriosum: nihil superfluum: nihil inordinatum. Hæc omnia in castris sanctæ congregationis manifestum est inueniri. Procul ab eis est otiositas: de qua dicitur. Inimica est otiositas a. quæ etiam legitur extitisse iniquitas Sodomæ & Gomorræ. Nihil in L

eis luxuriosum:qm omibus amica est castitas: quã etiã professi estis. Vnde hęc castra? Castra nõ immerito a castrãdo dicũtur:in quibus ne mo digne militare potest:nisi seipm castrauerit ꝓpter cœlorum regnum. Nihil superfluum:quoniam nobis multa necessaria desunt: nihil ĩordinatũ:quoniã iuxta Apostolũ:omnia honeste & secundum ordinem fiunt in nobis. Hunc ordinem obseruari in castris quærebat legislator cum diceret. Homo secundum ordinem suum incedat in castris. Omnia qdẽ fecit deus in pondere & numero & mensura: nec aliquid inordinatum reliquit siue in cęlo siue in mundo. Vnde & beati illi angelici spiritus ordines appellantur. Solus infernus sine ordine est: vbi vmbra mortis & nullus ordo. In castris vniuersalis ecclesię:cuius ordinẽ spiritus sanctus ĩ cãticis admiratus ait. Quis est iste qui progre. quasi au.con.ter.vt.c.a.or. Et item. Quid videbis ĩ Sunamite nisi choros castrorum? Non sunt hęc castra Phylistinorũ:sed filiorũ Israel. Et sicut de castris pręcepit Moyses:vt hęc ponerentur ad orientem: & hęc ad occidentẽ:hęc ad aquilonem:& hęc ad meridiem:Sic & nostra possum⁹ ordinare. Sint ergo nouitii & nouiter ꝓfessi ad oriẽtẽ:qbus de nouo incipit oriri sol iustitiæ:in qbus rutilare incipit initium quoddã cõuersationis honestę. Vel ideo ad orientẽ:quia ortũ solis & iustitię & veri oriẽtis:de quo dicitur. Vobis timentibus no.m.ori.sol iusti. Et ecce vir oriens no.illi. in memoria habẽt. Affectiones em̃ nouiter cõuersorũ pręcipue circa Christi incarnationem versantur. Ad occidentem vbi dies clauditur sint infirmi:qbus iam iãq; imminet dies mortis. Ad aqlonẽ sint cõuersi & obedientiales. Hi sunt saga cilicina:quę pluuias & tempestates arcẽt a tabernaculo. Ipsi em̃ impetus mũdi & tẽpestates sustinent:vt alii libera mẽte deo vacare possint. Ad meridiem vbi clarior & feruentior dies, sint prælati & claustrales:in qb⁹ amplior fidei calor esse debet:q & ꝑ cęteris maiori cognitione dei replentur.

Guilielmus de Caill.

Quid ꝑ Iacob & ei⁹ baculũ mystice designet.

M ¶In baculo m.tran.ior. istum:& cum duabus tur.reg. Solet dici:ꝙ dulce loqui miseris:veteresq; reuoluere questus. Sed mihi videtur a miseria liberatis id multo magis optimum atq; dulcissimũ. Siquidẽ inter dulcia nihil dulcius memorię faucibus influit:q̃ veterum recordatio passionum. Hic est ꝙ patriarcha Iacob propaginis & pecunię fœcunditate suffultus/inter lenocinia diuitiarum & blandimenta fortunę dulcem habet & tenuitatis antiquæ memoriam:nec pręsentium copia statum oblitterauit pręteritę paupertatis. Non videtur mihi fratres vir iste desipere:nec plus q̃ oportet sapere:sed sapere ad sobrietatem: q prosperitatis illecebras aduersitatis cõmemoratione declinans: lęta tristibus:& lęta quasi tristia lętis conferendo temporibus ipsa temperauit:& vnde poterat impius superbire: pius ĩcenditur: & opulẽtia penuriam inueniẽs efficitur simul in vnum diues & pauper. Sed iam si placet amicus hic sermo superius ascẽdat:& de superioribus loquẽs ad superiora nos eleuet:vt ascẽdenti domino morem gerens:q cũ duabus hodie turmis regreditur:duas ei vtinam turmas coascẽdentes adhibeat:& verba loquentis: & auditorũ corda. Videmus ergo quomodo appositi verba capituli domino congruant ascendenti. In baculo m.transf.&c. Singulariter sum ingt donec transf. Singulariter trãsiuit: & pluraliter remeauit. Paup in trãsitu:diues & abũdãs in regressu. Trãsiuit ĩ baculo carnis:in baculo diligẽtię pastoralis:ĩ baculo crucis. Trãsiui Iordanẽ istũ. Iordanis interp̃tat̃ descẽsio eoꝝ: id est descendentiũ. Omnẽ descẽsum descẽdentiũ dñs trãsiuit. Nemo sic se hoĩm inclinauit: q̃ ille q fecit hoĩem: ĩ eo ꝙ exinaniuit se formã serui accipiens:& habitu inuẽt⁹ vt hõ. Nec huius Iordanis trãsitura hõ recõpẽsaret etiam si trãsiret in afinũ. Nã lõge magis distat creator a creatura:q̃ aliqua creatura distat ab alia. Nemo etiã sic curã egit gregis sui. Nemo sic diligẽtiam expleuit pastoralis officii. Nemo sic ad morũ ĩfirmitates cõdescẽdit & corpoꝝ:vtriusq; hoĩs subueniẽdo miseriis:& vtrũq; liberans & vtriq; ꝓuidẽs libertatẽ. Trãsitũ quoq; mortis sic nemo trãsiuit: si reuerẽtiã morientis & genus mortis attẽdas. Sed ecce fratres iã trãsierũt oĩa illa:cessit doloris vesperũ lętitię matutino. Trãsiuit Christ⁹ nõ decętero trãsiturus. Ipse em̃ resurgẽs ex mortuis iã nõ morit̃:mors illi vltra nõ dominabit̃. Iã cũ duab⁹ turmis regreditur:vtriusq;.s.stolę dotibus:corporis dico & aĩę singulari qdem sublimitate vel poti⁹ omni felicitate ditatus.

Quę sit causa supradictę significatiõis.

¶Nunc quare ꝑ Iacob Christũ intelligam⁹/audite. Posset certe rõ multiplex ad lumẽ deduci: sed interp̃tatio nois sola sufficiat. Iacob luctator aut supplãtator ĩterp̃tat̃. Sane.4.ei⁹ luctas sacrę paginę cõmẽdat auctoritas. Luctatus est in vtero cõtra fratrẽ. In domo contra eundem Contra Laban in Mesopotamia. Contra angelũ cũ reuerterer̃ in via. Similiter & dñs his quatuor modis luctatus esse videt̃. Nã in cælo ve- N

lut in vtero sanctorꝝ angelorũ secretario quodã genitali luctam habuit contra luciferũ:qui ideo frater dicitur:quia prim⁹ & pcipue similis ei extitit:sicut legit. Tu signaculũ similitudinis &c.quia quanto in eo sublimior fuit natura: tãto dei similitudo magis videbat expssa.Ideo maior dicitur frater:quia creaturę totius metã & mẽsurã excessit dicens. Ascẽdens in cælũ &c.Prius qdẽ nasci voluit:iuxta illud. Et tu Lucifer mane oriebaris. Exiuit prior ab vtero pilosus & hispidus:deiectus de cælo:sed dominus plantam ei⁹ tenuit:& lapsum finaliter & irreuocabiliter condemnauit. Pilosum & hispidum eum nominamus: quia cum dignitatem amisit angelicã:totus in hispidũ versus & neglectũ absqꝫ affectione factus sine misericordia:sine fœdere degenerauit:& defecit ĩ bestiã.Secũdo cũ eodẽ luctam dñs habuit ĩ domo:dum hominẽ ab eo seductũ in paradiso/nõ secũdũ votũ eius puniuit æternaliter: sed misericorditer: donec veniret tempus miserendi eius.Q; eñ putauerat diabolus hominẽ sicut ipsum irremediabiliter puniẽdũ/ hic elucer:ꝙ homini captiose pmiserat. Eritis sicut dii,id ẽ sicut nos ab vnitate diuisi ppetuo cõdẽnandi. Tertio luctam aggressus est dñs cũ toto mundo:quasi cũ tota domo Laban:qñ videns mala multiplicata sup terrã: adducto diluuio/deleuit hoiem de supficie terrę:& quodã baptisma te generali domũ Laban in futurorꝝ psagia cãdidauit.Laban siqdẽ cãdidatio iterptat. Quarto luctat⁹ est cõtra angelũ:angelum dico magni consilii.s.cõtra seipsum. Vidẽs eñ dñs duritiã hoĩs & stultitiã:quã neqꝫ pudor deiectionis suę:nec dolor mortalitatis iã inflictę:nec timor de cõsideratione ruinę angelicę vel generalis illius vindictæ factæ per diluuiũ reuocabat a culpa:vt euadere mereretur a pœna:dolens tñ nobilem creaturã in pcipitia corruentẽ misericordię suę secũ litigãtis motũ & pulsũ: sed iterum veritatis suę reclamãtis cõsideratione repssus/cõtrariũ motũ priori motui isurgere videt:q nõ illũ in misericordię partẽ flecteret:sed fixũ in sentẽtiæ latę seueritate teneret. Contendentib⁹ in hunc modũ in corde dei misericordia & veritate sollicitus diu deus & anxius suo modo:q pacis semp sedet ĩ medio:cui illorũ cederet,neutrã volẽs offendere:q vtrãqꝫ diligit:qa misericordiã & veritatẽ diligit deus dũ ista sollicitat & illa reclamat: dũ ipellebat ista:& illa repellebat:pius aduersus sedẽs non mediocriter angebat.Sed tñ cui ppriũ est misereri semp & parcere:misericordiæ valẽtiores excepit ipulsus.& si dici liceat:in veritate non stetit,Nec dico tñ ꝙ a veritate ceciderit:sed p misericordiã cõdescẽdit.Hãc luctã nõ ignorauit ille q dixit:Quę te vicit clemẽtia: vt ferres nostra crimĩa?Hęc est lucta qua caro pualet & virtus cęlica cedit & succũbit. Victus ergo dominus:& p misericordiã miser effectus/baculo sustẽtatiõis indiguit.Et vt miserię nostrę posset sequi vestigia baculũ nostrę carnis assumpsit.In hoc certe baculo trãsiit Iordanẽ istum: qui per infirmitatẽ carnis assumptę cursũ nostrę mortalitatis expleuit.In bacu.inqt m.trãs. Iordanẽ istum. Nos certe transimus in baculis quos infirmitas geminata debiles effecit & inualidos culpę inumerę & pœnę. Sed dñs trãsiit in baculo q sine iniquitate cucurrit & direxit de solo pœnalitatis torrente bibẽs ĩ via.

De Quadruplici virtute baculi.

¶Huius ergo baculi semp memoriã retinẽtes O quicqd fœdũ caro nostra vobis suggesserit ad nihilũ deducẽtes:mũditię statuam⁹:qcqd iniquum mẽs lęsa cõceperit aduersus fratrẽ ĩ hoc baculo cõteramus:cõsiderãtes & sedulo cogitãtesq̃ fuerit flexibilis ad veniã:ad patiẽtiã fortis:rectus ad iustitiã. Deniqꝫ charitatis ignem q semp in altari ardeat,ĩ hoc baculo nutriam⁹.

De Baculo puerorũ:& humilitate.

¶Hic baculus spiritualiter nobis congruit,q̃si pueris.Solent enim pueri baculos pueriliter P equitare:quorum pueritia nobis seria dictat:si mũdanæ cõtẽnẽtes equos superbiæ:quorꝝ ascẽsor cadit retro/saluatoris pueritiã in stultitia. hui⁹ baculi p hũilitatis vestigia psequamur.

De Baculo prelatorum pastorali.

¶Est & alius prelatorũ baculus:qui sollicitudinem tenet custodię pastoralis. Docet hoc ipsũ Q compositio baculi pastoralis: vt in ipso quem gestat doctrinam pastor accipiat quã alius administrat.Est eñ recuruus circulariter in se reductus in summo:directus in medio:acut⁹ in fine.Cuius schematis sacramẽtũ versifice satis eleganter quidã expressit dicens. Attrahe per summũ:medio rege:punge per imũ: Attrahe/ sustẽta:stimula vaga/morbida lẽta. Curuetur q̃so prælatus in summo:humilis in potestate sua & accessibilis oib⁹ absolute.Sit directus in medio causarũ oĩm siue tẽporaliũ siue spiritualiũ ęquus arbiter:dei & hoĩm sequester & medius.Pungat vero per imum:illos scilicet q in imis habitant & ab infimis desideriis nõ resurgunt.Sed heu ferrum in imo non habent:id ẽ zelum per quem & hominum ima fodiant,& cordium profunda scrutentur.

Ailredus de quadruplici lucta.

¶Et ecce vir luctabat cũ eo. Luctã multiplicẽ R habet qlibet christian⁹,habet ei luctã cũ carne:

luctam cum dęmone: luctam cũ mundo: luctã cum deo. Verum prima est incipiẽtium. Secũda ꝓficiẽtiũ. Tertia eorum qui probanť. Quarta eoꝝ qui perficiunť. Prima quidem laboriosa. Secunda periculosa. Tertia tędiosa. Quarta fructuosa. Qui igiť in tribus primis victor extiterit: incipiat luctari cum deo suo transiens de Mesopotamia in Bethel: de inferioribus ad superiora: de humanis ad diuina: de corporalibus ad spiritualia. Porrige ergo in altum brachia duo o anima: orationũ. s. & meditationũ. Infer ea ĩ ipsa secreta dei cęli: vbi Christus est ĩ dextera dei sedens: ĩ sta opportune importune vt videas faciem eius: vt descendat ad te: vľ te trahat ad se: vt gustes q̃ dulcis est: q̃ mitis: q̃ misericors. Itaq; si in meditatione vel oratione tua exarserit cælestium desíderioꝝ ignis si æstuans & anhelans cælestibus q̃busdam mouearis affectibus: & modo quasi comprehensum quẽ diligis sentias eẽ ꝓsentẽ: mõ elapsum de manibus doleas & suspires absentem: lucta spiritualis est nomen tibi Israelis imponens.

Stephanus.

¶Iacob debilitatus benedictionẽ obtinuit: hoc est ꝙ virtus in infirmitate perficitur.

Ricardus.

Quomodo verecundia per vanam gloriam corrumpatur.

ca. 34. S Egressa est Dina vt videret mulíeꝝ regionis illi⁹. Est Dina tam admirandæ pulchritudinis: quæ & intuẽtium oculos in sui admirationem facile trahat: & admirantium animos cito sua dulcedine alliciat. Quis eñ ignorat quomodo molestia verecundiæ homines omnibus & cõmẽdabiles reddat: & amabiles efficiat? Huius rei Sichen ille filius Emor testis sit: qui ei tam ardenti amore inhęsit: vt mallet oẽs mares suos absq; mora circuncidere q̃ ista carere. Sed quis est Sichen? vel quis est pater eius? vel quid sibi volunt huiusmodi nomina? Sichen qđ interpretatur humerus vel labor: & Emor: qđ sonat asinus. Sed si eoꝝ facta consulimus: q sunt citius inuenimus. Qui sunt enim qui solẽt nõ tam pro deo: q̃ ꝑ Dina: non tam pro conscientia, q̃ ꝑ verecundia pudenda sua circuncidere: q̃ amor ꝓpriç excellentiæ: amor vanæ glorię? Attende nũc ergo hunc Emor: q̃ sit stult⁹: & inuenies ꝙ certe asinus nuncupetur. Quid eñ stulti⁹: q̃ de malo proprio vel de bono alieno in aliquo gloriari? Sed & ꝙ Sichen humerus vel labor diciť: ad idem pertinere videtur. Humeris enim onera portamus: & hoc agẽdo vtiq; laboramus. Supponit itaq; Sichen humerum ad portandum: & libẽter desudat: sed ad nomen sibi solũmodo faciendũ. Hic itaq; est Sichen ille qui egredienti Dinę occurrit: oppressamq; corrumpit. Integritatem ergo quã int⁹ conseruare fortassis potuit, egressa amittit. Nã qm̃ verecundiæ venustas ab omnibus commẽdatur/laudatur/amať: Dinã egredientẽ: & sua intima deserentẽ subito hominũ laudes excipiunt: & eam dum fauoribus demulcẽt/ corrumpunt. Verũtamen Dina corruptiõis suę dãna violentia quadã potius q̃ voluntate patiť: cũ blandienti prauæ delectationi quãtum præualet reluctatur.

Qꝫ multum irasci debeat: qui aĩm senserit vana laude fœdari.

¶Egresso Emor p̄re Sichen vt loquereť ad Iacob: ecce filii eius veniebant de agro: auditoq; qđ acciderat irati sunt valde. Notandũ sane ꝙ vno eodẽq; tempore, & Dina corrũpiť: & ei⁹ fratres in pascẽdis suis pecoribus occupantur. Mens eteñ q̃ charitate cæterisq; virtutib⁹ pollet: sicut de suis malis dolere: sic & de ꝓximoꝝ bonis assolet congaudere. Verus itaq; amor ꝓximi pascẽdis pecoribus fratrũ pascua prębtat: vanus amor sui, corruptiõis Dinę occasionem ministrat. Qꝫ autem res patrem non latet etiã priusq̃ ad fratres sermo perueniat: quid aliud nobis insinuat: nisi ꝙ corruptelæ notitia aĩm prius per cogitationem: q̃ ꝑ affectum pulsat? Sed cũ res ꝑ cogitationẽ sæpius replicatur: qñ ꝙ vsq; ad cordis ĩtima penetrat: affectũq; trãsuerberat. Cum ergo rei sollicitudine anim⁹ afficitur, vsq; ad fratres Dinæ sermo turpitudinis ꝑuenit. Et tunc vt scriptum est irati sunt valde. Et iterum: ꝙ essent sæuientes ob stuprũ sororis suæ. Docet nos hoc fratrum ira vel potius insania: quantũ sibi debeat quisq; irasci, q̃liter indignari, cum agnoscat suam consciẽtiã inani gloriatione fœdari.

Qꝫ nemo q̃libet sanctus nisi in solo deo debet gloriari.

¶Responderunt filii Iacob Sichen: & patri ei⁹ in dolo. In hoc valebimus fœderari: si circuncidatur in vobis oẽ masculini sexus. Cũ vnusquisq; omnia mala quæ gessit mente diligẽter reuoluit: cum filio Emor circũcisionis pactum componit. Nam quid est aliud dicere: morum tuorum pudenda abscinde: q̃ masculoꝝ tuorũ prępυtia circũcide? Et quid est dicere: alioqn non poteris nõ impudenter gloriari: q̃ alioqn Dinæ nõ poteris copulari? Si enim Sichen gloriatio: si Dina verecundia: quid aliud erit gloriatio impudens: gloriatio sine verecundia: q̃ Sichen sine Dina? Verũtamen hoc in dolo pro

ponebant. quis em̄ Sichen hoc facere potuisset indignum tamen tali matrimonio iudicabant. Et quidē etiam si possemus omnia īhonesta nostra de nostra vita penitus amputare: nihilominus tn̄ deberemus nō de nostris meritis: sed tātum in domino gloriari.

Stephanus. De Pœnitentia.

X ¶Tertia dies qn̄ grauissimus est dolor vulnerum, est satisfactio bonorū operum: quę tepidis sunt grauissima: & in amaritudine mentis faciunt ea: cū potius satisfacere in exultatione mētis deberent. Vnde Oliua radicē & folia habet amara: fructū vero dulcē. Oliua est pœnitentia Radix contritio: Folia cōfessio: q̄ in amaritudine cordis fieri debet. Fructus aūt satisfactionis in hilaritate dulcedinis degustandus est.

Ricardus.

De tribus diebus circuncisionis.

Y ¶Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor erat: arreptis duo filii Simeō & Leui gladiis fratres Dinę aggressi sunt vrbem cōfidenter. Mirum quomodo tam pauci tantam stragem facere potuerunt. Sed nimirum adiuuit eos electa opportunitas temporis: dies scilicet circuncisionis tertius: qn̄ dolor solet esse grauissimus. Sed quid sunt isti dies? vel cur tātum dicuntur esse tres? Si per noctem ignorantia: recte per diē intelligit̄ notitia. Primus itaq; est cognitio eorū: q̄ extra nos sunt. Secūdus q̄ intra nos. Tertius quæ supra nos sunt. Extra nos corporalia. Intra nos spiritualia. Supra nos diuina. Primo itaq; die considerationis primæ recurrit ad memoriam amputata licentia amatę consuetudinis. Vnde & absq; dubio dolor efficitur grauis: quia non relinquitur sine dolore: quod possidetur cum amore. Secundo die considerationis secundæ inuenit se animus per detrimenta corporis peruenisse ad damna mentis: & fit vtiq; dolor q̄to iustior, tanto fortassis & grauior. Tertio die considerationis tertiæ deprehendit se grauia de sententia propria pertulisse: sed grauiora debere de diuina sentētia expectare. Hic est ille dies tertius in quo dolor solet esse grauissimus. Gladius Simeonis exprobratio. Gladius Leui est exactionis. Solet em̄ Simeon corruptæ menti exprobrare vehementer malum: quod fecit. Leui vero solet violenter exigere bonum: quod fieri oportuit. His stimulis quorundam mens exagitata ea etiam sępe inchoare præsumit: quæ nullatenus preualet cōsummare. Hinc illa quorūdā immoderata tristitia: hinc aliorum indiscreta abstinentia: quæ non solum vires corporis: verum etiā virtutem euacuant mentis. Quosdam etem̄ vidimus tā irrationabili tristitia absorberi: vt nullius possent consolatione aliquatenus releuari. Alios p̄ immoderatā abstinentiam tam grauiter corruisse: vt nulla postmodū delitiarum copia: nulla cocorū diligētia posset eis satisfacere.

Qꝛ in bonis quę non propter deum aguntur non debeat consuetudo deseri: sed intentio castigari.

¶Turbastis me, & odiosum fecistis Chananeis Z
Merito ergo Iacob incōsultam eorū audaciam redarguit: seueritatē q; tā indiscretā merito reꝑhendit. O q̄to satius erat viros nō tā paulatī perducere: q̄ inopinata morte percutere. Hinc itaq; diligēter q̄sq; attendat quomō circūcisis suis debeat ꝑcere: quos tn̄ meminit se, nō tn̄ ꝑpter deū circūcidisse. Qui sunt huiusmodi circūcisi: nisi mores in bona intentione correcti? Nec tn̄ debemus in talibus morū honesta destruere: sed intentionem mutare.

Bruno.

Quanto zelo sancti idololatriam persequatur. ca. 35

Ederunt Iacob deos quos habebāt: & inaures quas habebāt in aurib9 eorū. A
At ille infodit ea subter Terebinthū. Post hęc ascēdit in Bethel qđ interpretatur domus dei. Nemo em̄ habitat in domo dei: q̄ diis seruit alienis. Mundantur præterea, & vestimenta mutant: vt anima & corpore baptizati Christū induere mereant̄. Iacob aūt & deos & inaures terrę infodit: vt & mortui intelligant̄, & ad hoīes decipiendos vlterius nō appareant. Sed quare inaures cū eis infodit: nisi vt nemo vlterius in eorū memoria aures hoīm sollicitare p̄sumat? Sūt em̄ inaures auriū ornamēta: ꝑ quib9 auditus intelligit̄. Aures eī q̄ nō audiūt: ornatę nō sunt. Sic igit̄ Iacob domesticorū suorum aures circūcidens ad deorū laudes audiē das surdas: & sine auditu esse volebat.

Stephanus. de Patientia.

B ¶Eo t̄pe mortua est Delbora nutrix Re. Delbora interp̄tatur apis: q̄ duo habet: mel & aculeū Talis est tribulatio q̄ pungit carnē, & animum vngit. Hęc est nutrix Rebeccę: id est patientię. Tribulatio em̄ cōseruat patiētiā. Vnde tribulatio patientiā operat̄. Itē gloriabor in tribulationibus. Itē oē gaudiū existimate fratres mei cū in tem. v. inci. Hæc mortua est: immo debet viua dici: quia viuos reddit. Vnde oēs q̄ pie volunt viuere in Christo. v. p. p. Sed bene mortua dicit̄ & sepulta: qa iustis mortua est tribulatio. Nihil em̄ reputāt illā: sed de ꝑsecutione poti9 gaudēt. Sepulta est aūt sub quercu. i. sub cruce Christi: quia eius exemplo sancti in tribulatione gaudent. Quercus ramosa est. Et passio

Christi plures habuit circunstantias. Glandes quæ sunt cibus porcorum, portat. Et Christus pro peccatoribus passus est.

Bruno.

Q sancta ecclesia pariat moriendo.

D ¶Egressus inde Iacob venit in ter. quæ du. est. in qua cum parturiret Rachel ob di. par. peri. cœ. Pulchre i eo loco peperit Rachel: in quo ecclesia sumpsit initium. de qua scriptu est. Audiuimus eam in Effrata. Effrata enim ipsa est Bethleem: in qua Christus domin⁹ noster secundum carnem natus est. Pariens autē filium moritur Rachel: qm sancta ecclesia moriēdo parit.

Stephanus. De duplici morte.

E ¶Verno tēpore mortua est Rachel. Notandū q quędam anima moritur in hyeme: quædā in in vere. In hyeme quæ moritur in mortali. In vere q moriēs mundo renouatur deo. Et talis est illa quæ est Rachel: id est videns principiū: sed & finem vitæ & suæ conditionem diligenter considerans.

Ricardus.

Q ad cognitionē dei: gradus sit cognitio nri.

F ¶Cum parturiret Rachel ob difficultatē partus periclitari cœpit. Sicut per Ioseph gratia discretionis: sic per Beniamin gratia intelligit contemplationis. Vterq de eadē matre nascit: quia & dei cognitio, & sui ex ratiōe percipitur Lōge post Ioseph Beniamin nascit: quia anim⁹ qui in sui cognitione diu exercitatus plenequ eruditus non est: ad dei cognitionem nō extollitur. Frustra cordis oculū ad videndum erigit qui necdū idoneus est ad videndū seipsum. Nascente autem Beniamin Rachel moritur: quia mens ad contemplationē rapta qtus sit humanæ rationis defectus veraciter experit. Sed hic Beniamin in Aegyptum descendit: qm ab æternitatis luce quasi de cœli vertice vsq ad mutabilitatis tenebras radios deponit intelligētię.

Stephanus. De Prælatis.

G ¶Sepulta Rachel egressus est Iacob trans Turrim gregis. Similiter pręlat⁹ si sepulta Rachel id est contēplatione ad regimen ecclesiæ assumptus fuerit: debet turrim gregis transcendere: id est eminentiā subditorū bonis operibus excedere. Venit Iacob ad Isaac patrem suum. Bene Isaac qui risus dicitur: pater est Iacob: id est luctatoris: quia nisi spes in lucta consoletur hominem, ipse deficiet.

Ricardus.

Q mala nostra discretio deprehendat.

ca. 37 H Accusauit Ioseph fratres suos crimine pessimo. Vitium quod deus singulariter detestat nullū aliud q hypocrisis rectius intelligitur. Augustino itaq testāte, simulata æquitas, non est æquitas: sed duplex iniqtas. Hoc vitiū p Ioseph detegit: qm insidias malū per detectionē deprehendit & arguitur

hipocresi

De virtute discretionis.

I ¶Israel diligebat Ioseph super oēs filios suos: eo q in senectute sua genuerat eum: fecitq ei tu. pol. Per Ioseph discretio figurat. Hic est ille Ioseph: qui quidē sero nascitur: sed plus ceteris a patre diligit. Quis ei nesciat vera bona animi sine discretione nec posse acquiri: nec etiam cōseruari? Merito ergo illa virtus singulariter diligitur: sine qua nulla cōquiritur, nulla cōseruatur. Sed vix sero talē filiū meremur accipere quia ad discretionis perfectionē nō sine magno vsu experientię erudimur. Hic inter fratres tunica talari solus vestitur: quia illa sola actio ad consummationis talū: debitumq finis terminum perducitur: quę per discretionis moderatur prudentiā. Hic est ille somniator, somniorū q interpretator: quia vera discretio in ipso tētationis articulo ex ipsius qualitate futura pericula deprehendit: & aliis quibuslibet cogitationum suarū confessionē, imminentiū malorū insidias detegit: & de futuris periculis cautos reddit. Hic est Ioseph: quē æmulantur sui: venerantur alieni: quem vendunt Hebręi: emunt Aegyptii: quia facilius alienæ cedunt prudentię: erroris sui tenebras cognoscentes: q de sua iustitia vel sapientia psumentes. Hic est Ioseph sponsus virginis, amator non violator castitatis: quia discretio custos: non corruptor esse solet internę puritatis. Hic est ille puer & nuntius qui beato Iob in omni persecutione sua solus potuit remanere: qui ei damna renuntiare studuit: quia nisi per discretionē virtutum damna anim⁹ nec cognoscit, nec corrigit. Nescit puer ille cum pereuntibus perire. Nescit discretio per rerum detrimenta: per tentationū argumenta deficere sed proficere. Merito talis filius Ioseph nuncupatur: qui augmentū interpretatur. Vnde recte de ipso per patrem eius dicitur: filius accrescens Ioseph & decorus aspectu Ipse est qui fratrum suorum negligentias non negligit: qui & excessus arguit, & viam regiā incedere facit. Hinc est illa discordia grauis: de qua scriptura loquitur. Quia oderant eum fratres sui &c. Monita em Ioseph videtur eis grauia: dura instituta: consilia importabilia. Quid durius, quid difficilius: q nil faciendum negligere: & in omni facto suo nūq modum perturbare: nunq ordinē confundere: nunq mensurā excedere? Crede mihi: nil a se animus difficili⁹ extorqt: q vt in oi affectione sua modū seruet.

discretio gra[tia] vn[...]

Stephanus.

De triplici genere prælatorum.

ca. 38 K Nota ꝙ Her & Onā cõiuncti Thamar non suscipiunt semē ex ea:& a domino occiduntur. Her & Onā cõiuncti Thamar interfecti sunt a dño. Sela qui nõ est cõiunctus saluatus est:& viuit. Sic multi per regimen ecclesiæ moriūtur:& qui prelationes refugiunt conseruantur.

Ricardus.

Quomodo peccatrix anima dei copula perfruatur.

L ¶Nunciatum est Thamar:ꝙ Iudas ascenderet in Thannas ad ton. o. Quæ depositis suæ viduitatis vestib⁹ &c. Iudas Christum significat. Oues fideles. Pastores, doctores: qui adipe frumenti:id est verbi dei gregem dñi pascunt. Iudas aūt de ouibus suis lanam colligit : quando Christus a fidelibus suis bona eorū opera recipit. Thamar cū habitu meretricio est anima cū peccato. Quæ bene ad biuium venit:quādo ad confessionem accedit. Meretrix nanq; sedens in biuio manifestat officium suum:& anima in cōfessione peccatum suum. Quā scilicet animam Christus sicut Iudas Thamar prægnantē facit quando illi post confessionē peccati dona infundit spiritus sancti : datq; pro arrabone, futuræ retributionis fidē pro annulo:pro armilla operationem bonam:iustitię rectitudinem pro baculo.

Stephanus. De Pœnitentia.

M ¶Thamar depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrū. Vidua dicitur:quasi a viro idua id est separata. Vestis viduitatis est & tunica quæ a viro separat, id est tunica maculata : id est culpa quæ a deo separat animā. Tum Thamar sumit theristrum : id est extenuationem corporis:quæ est optima contra ardorem æstatis. Nihil enim tantum valet contra incentiua vitiorum:q̄tum ieiunium & mortificatio carnis.& ita mutat vestem. Prius enim fuit induta culpa: nunc vero induta est iustitia. Decet etiam sedere in biuio quod ducit Thanna. Biuium est facere non facienda,& omittere facienda.& hæc via ducit ad defectum totius boni: id est inferni. Sedere in tali biuio est confiteri omissiones & commissa. Thamar simulauit se meretricem, similiter & pœnitens debet prętendere faciem peccatoris.

N De triplici genere hominum.

¶Dedit ei pro arra annulum : armillam:& baculū te. in manu. Per hæc tria designantur tria genera hominum in ecclesia. Per annulum quo fit desponsatio, incipiētes. Per armillam quæ est ornamentum brachii, proficiētes. Per baculum quo debiles sustentantur, intelliguntur perfecti. Anima vero fidelis debet habere annulum in fide:armillam in operatione:baculum in pusillanimum consolatione.

De confessione.

¶Notandum ꝙ Thamar ad vnum concubitū gemellos concepit:quia vere confitens duplicē consequitur gratiam:scilicet affectum declinādi a malo:qui per Phares intelligitur: & faciendi bonū:qui nomine Arā figuratur. Sed prius oritur Phares:quia prius est malum omittere. Sed tamen Aram prius manum extendit:quia mali odium solet benefaciendi desiderium pręuenire. O

Hugo de Foilleto.

Q; triplici armorum genere castitas impugnetur.

Iniecit vxor domini sui oculos suos in Ioseph. Solent homines tribus generibus armorū vti ad defensionē: Telis videlicet:hasta:& gladio. Lōge positi vulnerātur telis. In illos qui cuspide tangi nequeunt: vibratur hasta. Cum pugnant comminus, officium suum gladius implet. Similibus armis vtitur impudicitia ad expugnandum hominem exteriorem:quod in Ioseph cōtigisse probatur. Ait enim scriptura. Et iniecit vxor domini sui oculos suos in Ioseph. Hæc sunt impudicitiæ tela: quibus vulnerantur multi longe positi. His telis pudicitiam oculorum opposuit. Nec tantū petulans est libido:sed etiam procax. Ait enim Dormi mecum. Hæc est vibratio hastæ: blandientis scilicet adulteræ sermo. Huic opponitur cordis munditia. Venenata enim colloquia non recipit mundi cordis puritas. Nec tātum petulans & procax est libido:sed etiam importuna. Tenuit enim vxor domini sui vestem Ioseph. Et vt ait beatus Ambrosius : teneri vestem potuit:qui teneri nō potuit animo. Hic est gladius quo confligitur comminus:mollis videlicet adulterę tactus. Huic resistit Ioseph per mūditiam corporis. Respuit enim adulteræ tactū: rupit fimbriam ne serperet contagium. ca. 39 P

Bernardus.

Ne quis de bonis diuinitus acceptis inaniter glorietur.

¶Non est ex omnibus bonis do.m. quę non in mea sint po.&c. Magna & rara virtus est: vt magna licet operantem:magnum te nescias: & manifestam omnibus tuam:te solum latere sanctitatem:mirabilem te apparere:& contemptibilem reputare. Hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis reuera famulus es : si de Q

multa gloria domini tui etsi non exeunte ex te tamen transeunte per te nil tuis manibus adhęrere contingat. Tunc iuxta prophetam proiicis auaritiam ex calumnia: & excutis manum tuā ab omni munere. Ioseph cum domum domini sui creditam sciret: dominā non ignorauit exceptam: & ob hoc non acquieuit cōtingere. Nō est inquit, ex omnibus bonis domini mei: qđ nō in mea sit potestate præter te: quæ vxor eius es. Mulierem nouerat esse gloriam viri: & iniquū iudicauit vice contraria inglorium facere qui se fecerat gloriosum. Aduertit homo dei sapientia prudens virum vxorem fortiter tanq̄ propriam zelare gloriam, sibiq; ipsi retinuisse seruandam non alii credidisse: & manum ad non concessum extendere non pręsumpsit. Quid ergo? homo zelat gloriā suam: & deum audet vel le fraudare sua tanq̄ non zelātem. Sed audi qđ dicat. Gloriam meam alteri non dabo.

Ricardus.

De his qui cum spiritu cœperint, carne postmodum consummantur.

ca. 41 R Idebam inquit Pharao. vii. boues pul. ni. quas se. vii. de. & ma. quæ eas deuo. Per vaccas quæ lac præbent: vnde butyrum conficitur: dulcedo charitatis exprimit̃. Pingues vidit prius: macilentas posterius. Mallem prius tenues & postmodum pingues. Oīs laus in fine canitur. Sed est multo facilius atq; frequētius feruidam tepescere charitatem: q̄ tepidam incalescere, atq; icandescere. Q̃ multos videmus initio suæ conuersionis spiritu seruentes, spe gaudentes, postmodum paulatim tepescere: donec omnino deficiant: & ad similitudinem vaccarum de fortibus inualidę: & de pinguibus fiant macilentæ. de quibus scriptū est: quia deuorauerunt omnem priorum pulchritudinem. Res itaq; valde stupenda & nimis dolenda. Scimus eñ quia multo frequentius: multoq; facilius veram charitatem corrumpit charitas ficta: q̄ fictam corrigat charitas vera. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. O quotiens ardentem charitatis flammam flatus adulantis & detrahentis excussit: & in fumum tetrum conuertit: qui prudentium oculos obnubilaret & vehementer faceret caligare. Illud sane notandū: quia semper vaccarū maciem sequitur spicarum corruptio: sic sane sic teporē affectionum semper sequitur vel comitatur sterilitas cogitationum: & q̄tum tepescit affectus ad concordiam charitatis: tantū hebetatur intellectus ad perspicaciam veritatis.

Q̃ magna sit virtus illicitos motus animi etsi nō oīno delere, rōnis ipio subiugare.

Absq; imperio tuo non mo. quisq̄ manū aut pe. in om. ter. Ae. Magnū iusti imperium oēs rebelles animę posse motus reprimere & cohibere ab actu: q̄uis necdū possit omnes perfecte delere: & in regno suo pacem plenariā reformare. Quis itaq; non possit oēs pacis aduersarios extinguere: magnum tamen si nulli liceat sine eius imperio pedem vel manū mouere. S

De iis qui hoc quod scientia tenent: opere non exercent.

Cyphū furati estis: in quo bi. do. m. & si quo augu. solet. Calix est iustitia. In hoc calice bibit nō ille qui dominat̃ in Aegypto: sed ille cui data est oīs potestas in cœlo & in terra. Ex hoc ergo bibit: cui illud suauiter sapit qđ cōmēdat linea ęquitatis. Hic est calix in quo augurari solet: quia iustitię suæ examine nostra etiā pēsat occulta. Hunc calicē in manu tenet q iustitiā suā opere exercet. Alii qđē hūc nō in manu: sed vt ille Bēiamin ī sacculo portāt: qa qđ iustū sit sciētia apphendunt: & per memoriam tenēt: sed in opere nō ostendūt. ca. 44 T

Stephanus.

Redegit Ioseph segetes in manipulos. Ille redigit se. in manipulos: qui qđ docet verbo: adimplet opere. Ad nutum Ioseph vēdebatur frumentum. hoc est quod dicit̃. Frustra laborat lingua prędicatoris: nisi adsit gratia redēptoris. V

De contemptu mundi.

Exploratores estis. Et nos debemus esse exploratores Aegypti, id est mundi: vt videamus infirma illius: quia nil in eo firmū, aut stabile: sed totū mobile & caducū. Sed quare negant se exploratores? quia Christus eorum cognoscit merita qui minime de se præsumunt. X

De obedientia.

Simeon remāsit obses: donec adduceret̃ Beniamin. Simeon interpretat̃ audiens mœrorē vel tristitiā: & significat obediētiā: Beniamin vero filius dexterę: & obediētia est obses aduentus filii dexterę: quia tunc liberabit̃ cum ille venerit. Y

Idem.

Nō videbi. faciem meam nisi fra. v. mi. ad. vobiscū. id est nisi rudes & simplices ad me: q̄tū in vobis est, pdicatione vestra conuertatis. Z

Cantica sine titulo.

Cum quibus donariis ad verum Ioseph tendere debeamus.

Sumite de op. t. fruc. i vasis vestris. & deferte viro munera: modicum resinæ & mellis & storacis & stactes & terebinthi & amygdalarum. Hę sunt species aromaticæ vitalē spirātes odorem: quas si ad veri Ioseph. i. filii dei festinantes &

præsentiam fideli nobiscum dilectione tulerimus: nulli dubium: quin ab eo vitæ cœlestis alimenta feliciter cõsequamur. Sumite inquit, de optimis ter. fruct. De optimis inquit. Sunt enim boni terræ fructus: sunt meliores: sunt optimi. Sunt boni pœnitentię fructus in vitiorum extirpatione. Sunt meliores piæ deuotionis exercitio virtutum. Sunt optimi diuinę cõtemplationis in cognitione cœlestium. De optimis igitur terræ fructibus in puræ conscientię vasis sumimus: quãdo perfectę religionis instituta cum supernę contẽplationis studio laudabiliter viuẽdo exequi conamur. Viro munera deferimus: quando cum virtutũ odoribus cõspectui saluatoris ardentissimo nos affectu pręsentare satagimus. Modicum inquit, resinæ & mellis. Per resinam quæ odore quidẽ suauis est sed gustu amara: pœnitentię dignitas designatur: quę mentem deuotã deo vitali amaritudine afficit: sed diuinũ respectum grata fragrantiæ spiritualis dulcedine reficit. Sed huic oblationi mel iungit: qm̃ amaritudinem piæ compunctionis dulcedo subsequitur diuinæ consolationis. Vnde secundũ multitudinẽ dolorum meorum &c. Et storacis. Storax arbor est Arabiæ: de cuius virgulis lachryma profluit. Storia gręce, gutta latine. Distillatio eius in terrã cadens immunda est. In virgulis & calamis adhęrens munda & albida. Huius igitur arboris gutta quę in terrã cadit: eorũ designat lachrymas: qui ad hoc se in lamentis afficiunt: vt hominibus sancti esse videant: & iuxta illud oraculi prophetici victimas deferunt in profundũ Quæ autem adhærens calamis in superioribꝰ se solidat, lachrymas nobis sanctorum solo superno amore rẽsentat manantes. Stacte virga est robusti corticis & purpurei: foliis vt piperis Et hęc species illos designat: qui pro gloria regni cœlestis omnem lenitatẽ in se districte castigant: & ne in hoc tepescant opere feruore spiritus: quem piper significat: ad amorem & desiderium supernorũ se semper accendunt. Tria nãq; sunt: quę sanctũ perficiunt hominẽ: disciplina, dignitas, charitas. Disciplina propter depressionem vitiorũ. Dignitas propter libertatẽ virtutum. Charitas propter interni profectus infatigabilẽ affectũ. Terebinthus generat resinam omnibꝰ pręstantiorẽ. Et in hac specie circa puritatem animi perfectam habemus diligentiam: qua mens in diuinę contẽplationis arcana suum iugiter librare conatur intuitũ. Amygdali pręcęteris arboribus citius florescunt & fructus emittunt: per quas non immerito studium illud virtutũ accipitur: quo cũ Apostolo mens ardentissimo profectus spiritualis desiderio accensa proclamat: Quia plus oĩbus laboraui. Harum igit specierũ senarius numerus perfectionem significat: quã nobiscum ferentes ad verum Ioseph properamus securi.

Odo de Mom. Cur Effraim licet iunior Manassę pręferatur.

Extendens Iacob manũ suam dexterã posuit super Eff. vi. fratris. Sinistram a͠ut super Ma. qui erat maior natu cõ mutãs manꝰ. Maior est natu Manasses Effraim quia præcedit obliuio temporaliũ: & sequitur fructificatio virtutũ. Dignior manus ponitur super Effraim: minus digna super Manassen: quia sublimius est intendere virtutibus: q̃ obliuisci mundum: & concupiscentiam eius. ca. 48 A

Bernardus.

De diuersis cogitationum generibus.

¶Ruben primogenitus meus nõ cres. &c. Tria sunt genera cogitationũ. Sunt em̃ nonnullę interdum otiosę penitus: quas tam facile abiicere q̃ recipere potest anima: dũmodo secũ habitet assistens dominator vniuersæ terræ. Sunt aliæ violentę magis & fortius inhęrentes: quę scilicet ad necessitates pertinent: & quasi ex eodem assumptę limo: de quo & nos facti sumus: quæ si paululũ insederint: auelli nequeunt sine lęsione & difficultate. Sępe em̃ sic afficit nos cogitatio carnalis de cibo, de potu, de veste: vt vix eradicari queat a cordibus nostris. qđ non aliũde est: nisi ꝙ & ipsa limosa & viscosa limosam & viscosam inuenerit terrã. Non sine causa em̃ dictum est hominem plasmatum, non de terra qualibet: sed de limo. Vide em̃ q̃ limosum sit corpus: sic ꝙ ipsi quoq; spiritui tam fortiter & pene indissolubiliter inhęret: vt vix cum multa afflictione possit aliquãdo separari. Quid ergo agendũ cum limosa illa cogitatio mentem suggerit: plane explanandũ nobis cũ sancto Iacobo atq; dicendũ. Ruben primogenitus meus non crescas. Ascẽdisti em̃ cubile patris. Rubea em̃ & carnalis atq; sanguinea cõcupiscẽtia hęc est: quę cubile nostrum ascendit: cũ non solum memoriã tangit: sed ipm̃ volũtatis statum ingreditur: & polluit praua cogitatione. Bene autem primogenitus noster dicit appetitus ille carnalis: quia ab ipo ortu nostro in nobis pullulat: cum cætera vitia processum temporis ex malitia mundi huiusq; variis occasionibus contrahãtur. Oportet ergo reprimere, quem extinguere non possumus appetitum: aut q̃ cito cubile nostrum ingreditur crescere eum nullatenus patiamur: sed sub nobis sit: & nos dominemur ipsi. Iam vero tertium cogitationum genus immundũ nimis ac fœtidum: quod nec ad B

mittere vlla ratione debemus: sed alonge prę sentire fœtorem, & tota virtute refellere, toto animo propulsare: conuersi statim ad gemitus lachrymisq; ac suspiriis inuocantes spiritum q adiuuet infirmitatē nostrā. Sic nimirū cōfusus abscedēs nō tam facile deinceps simile viriliter aliquid resistentib⁹ nobis, malignus hostis offer re psumet. Dico aūt cogitationes, luxurię, inui dię, vanę glorię: & horū similiū. Primum itaq; genus cogitationum lutū est: sed lutum simplex: id est nec inhęrēs, nec fœtēs: nisi forte imo retur in nobis: & per incuriam & neglígētiam nostrā in alterū gen⁹ cogitationū labamur: qd quotidie experimur. Secundū lutum non simplex: sed viscosum atq; limosum est. Tertium sic cauendum est non tanq̄ lutum aut limus: sed tanq̄ fœtidissimum stercus.

Ricardus.

Q͂ꝫ necessarius sit homini timor dei.

ca. 49 C Ruben primogenitus meus tu for. m. prin. do. m. Primus in donis maior in imperio. Tu iquit, fortitudo mea. Per Ruben intelligiẗ timor dei. Quis em̄ in solo p̄lio vnq̄ victor extitit: vbi spirit⁹ aduersus carnem: caro aduersus spiritū cōcupiscit: si sine timore pugnauit? Recte ergo primogenit⁹: quia a timore dn̄i omne bonū inchoaẗ. Recte fortitudo diciẗ: quia per timorem domini cor contra cōcupiscentias roboraẗ. Recte doloris principium: quia timorem dn̄i dolor vtilis comitatur. Primus inquit, in donis: maior in imperio Inter omnia dei dona quę ad salutem hominis spectare videntur: primum & principale donum bona voluntas esse cognoscitur. Per quā in nobis imago diuinæ similitudinis reparaẗ. Hoc est illud principale donum: quod Ruben tribuitur: quia absq; dubio per timorem domini mala voluntas commutatur in bonam. Maior in imperio. Omnia em̄ quæ cōstat homines amare: sperare, odisse: pro quib⁹ dolere vel gaudere solent, multiplicis timoris causas ex se gignere valent.

Q͂ꝫ malum sit modum excedere in timore q̄libet ordinato.

D ¶Effusus es sicut aqua: non cres. quia as. cu. pa. tu. & macu. stratum eius. Si per Ruben debemus ordinatum timorem accipere: cur quæso iubet eum Iacob non crescere: nisi ꝙ malum est in q̄libet ordinato timore excedere modū? Per aquam carnalis prudentia figuratur. Vnde cū mundanæ scientiæ aqua superabundat, cauendum est: ne timor sollicitudinis vltra mensurā excrescat. Quæ est autē Balę: id est imaginationis corruptio: nisi cogitationis iordinata & imprudēs euagatio? In tantū qn̄q; timor supfluus imaginationē nō dicā corrūpit: sed & ꝓstituit: vt in tpe quidē oratiōis a suis se fornicationib⁹ vix aut oīno tēperare non possit. Cū em̄ prę nimia sollicitudine mundanorū negotiorū phantasias mēs in oratiōe recipit: quasi Bala ad fornicationes sinum suum expandit.

Ricardus.

Q͂ꝫ grauiter delinquant qui in sui corporis afflictione nullis consiliis acquiescunt.

¶Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bel. in consi. eorum nōve. anima m. & in cœtu eorum non sit gloria mea. Per Simeon nimia afflictio. Per Leui imoderata abstinētia figuraẗ. O quales bellatores: qui dū fortiter egisse videri volunt: pacis suæ socios violenter occidunt. O viros cōsultos: qui dū id præsumunt quod efficere non possunt: illud etiam amittunt quod efficere potuerunt. In cœtu eorū nō sit gloria mea Non est gloriatio bona ambulare in magnis: & mi super se. Quia in furore suo occiderunt virum: & in voluntate sua suffoderunt murum. Quid per virū: nisi vigor mentis: quid p murū nisi disciplina intelligiẗ corporis? Vir itaq; ille amator Dinę tūc vere occidiẗ: qn̄ per afflictionem nimiā vigore mētis exhausto vsq; ad apertam impudentiam animus effrenaẗ. Tunc murus destruiẗ: qn̄ per immoderatā abstinentiam rigor prioris disciplinę penit⁹ dissipaẗ. Sed hoc est in iis sup oīa detestabile: ꝙ nulli⁹ q̄libet prudentis viri consilio acquiescunt: nec tūc quidē cum iam incipiant vel corpore deficere: vel corde tabescere. Quorū pertinacia maledictionis iaculo percutiẗ: cum per Iacob ad illos diciẗ. Maledictus furor eorū quia pertinax: & idignatio eorum: quia dura. Mirabilis pertinacia: sed nō minor insania: a deuio erroris sui non nisi solo impossibilitatis frēno posse retineri. Hoc autē totū fit p Dina: id est p humana verecundia.

Ricardus.

Q͂ꝫ verus zelus non sit q ad feriendum: q̄ ad ꝓtegendum promptior inuenitur.

¶Zabulon in littore maris ha. & in statione nauiū pertingēs vsq; ad Sydonē. Debet Zabulon non solum delinquentes corripere: sed etiā eos tempore tribulationis contra persequentes defendere: alioquin verus zelus non est: si paratior est ad feriendum q̄ protegendū. Ideo nanq; ha. in li. ma. vt extrema terræ muniat & defendat. Illorum ergo periculis se opponit: quos assiduis persecutionum procellis conspicit fatigari. Vt enim naufragantibus semper paratus ad ferendum sit auxilium: in statione nauium commoratur. Ad Sydonem etiam

vsq; pertingit: quotiens versuti hostis insidias detegit: quotiēs falsorū fratrum fraudulēta cōsilia dephendit: quorū sermo (teste Apostolo) vt cācer serpit. O qualis est hic filius, qui nō solum seipsum, sed & alios cōtra vitia eripit, munit, & defendit. Nescio an possit hac gratia iterim maiorē aliquā deus homini conferre: q̄ vt ei⁹ ministerio peruersi hoīes in melius immutentur: vt de filiis diaboli, filii dei efficiantur. O qualis dos, q̄ta dignitas: talē gratiā a deo accipere. Non debuit dei spōsa a sponso suo aliā dotem accipere: non decuit cœlestē sponsum spōsę suę aliā dotem donare: q̄ vt per adoptionis gratiā possit deo multos filios generare: & de filiis irę filiisq; gehēnę, regni cœlestis heredes ascribere. Vnde & merito Zabulon nato Lia mater eius exclamat. Ditauit me deus dote bona.

Qꝫ paucis & cōtēptibilibus sit cōtentus: qui futurę vitę gaudia pgustauit.

G ¶ Isachar asinus fortis ha. inter ter. vidit re. q; e. bo. & te. q; opt. & suppo. hu. su. ad por. & fact⁹ est tributis seruiens. Illud internū gaudiū est illa terra quā Isachar vidit & cōcupiuit: p qua asinus factus: & effectus fortis libenter suppo. hu. ad por. Multum sibi vilu erat: qui se asinum animal scilicet pene præ cæteris vilius reputabat. Multum concupiuit terrā quā vidit: pro qua ad omnē laborem fortiter perdurauit. Vilis ergo vt iumentū: fortis ad se mortificādum habitās inter terminos pene nō plene hāc morientiū terrā deseruerat. Pene non plene illam viuentiū terram apphenderat: qui inter terminos habitabat. Quia vilissimis, q̄a paucissimis huius vitæ bonis contentus erat: huius terræ miseriæ extrema tenebat. Quia per frequentes mentis excessus vitę perennis dulcedinem pręgustabat: illius beatæ terræ initia contingebat. Vidit requiem: q; esset bona &c. Si ibi nō esset: ibi eam minime cōspexisset. Et si bona nō esset propter eam hume. ad portā. minime supposuisset. Vidit requiem &c. In illa labor non est: sed ad illam sine labore peruenire non potest. Huius terrę fructibus mens hominis sępius saciata: & aliquatenus impugnata subito contra omnia pericula fortitudinem accipit admirandam. Hinc est q; post Isachar Zabulon nascitur qui habitaculum fortitudinis interpretatur: qui sua pericula paruipendēs, domini iniurias fortiter vlciscitur: & emendat. Nouit eī q; nihil sic placet deo, nil sic placat deum, quomodo zelus animarum.

Qꝫ a perfectis viris non solum volūtas illicita: sed & otiosa cogitatio cōtemnatur.

H ¶ Dan iudicabit populum suum: sicut alia tribus in Israel. Ad filios Zelphæ pertinet disciplina operum. Ad filios Liæ dispositio voluntatum. Ad filios Rachel scientia affectionū. Ad filios vero Balæ moderatio cogitationū. Quælibet ergo cognatio quasi in sua tribu iudicat: quando voluntate voluntas: affectione affectio opus opere castigatur. Quotiens igitur aliquid agimus iniustum vel volumus: statim nos arguimus & damnamus. Sed nunquid ęque cum aliquid inutile cogitamus? Multorum est seipsos reprehendere de peruerso opere vel praua voluntate: pauci sunt qui seipsos diiudicent de inordinata cogitatione. Sed quia perfecti viri hoc faciunt: & facere eos oportet qui perfecti esse volunt: ideo Iacob prædicit. Non facile in prauam delectationem: in cōsensum autem nunq̄ pertrāsit. Et ita erit vt Dan: qui iudiciū nominatur: de quo solo dubium est vtrum populum suum habeat iudicare: cum solus si fieri possit ne cæteri habeant quod iudicent: non solum assidue: sed districte debeat iudicare.

Stephanus. De Pœnitentia.

¶ Factus est Isachar tributis seruiens. Isachar interpretatur merces: & significat populum Christianum precioso Christi sanguine redemptum. Nos enim sumus merces Christi. Vnde sic in lege præcipitur. Non moretur opus mercenarii apud te vsq; mane: quia non debemus differre vsq; in crastinum: quin statim Christo reddamus mercedem suam: id est corpora nostra hostiam sanctam deo placentem. I

Vverricus.

Qꝫ multos præsertim nouitios glorię deiiciat appetitus.

¶ Fiat Dan coluber in via ce. i se. mot. vn. equi vt ca. ascen. eius retro. Hoc de hun ana gloria dicitur: quæ blande & insidiose plures decipit & euertit. Quid est enim fauor humanus: nisi ventus vrens: aura corrumpens: latrunculus spolians: homicida insidians: coluber in via & ce. in se. mot. vn. e. vt ca. ascen. eius retro. Vir quippe vanus erigitur in superbiam, & vanitate sui sensus velut equo præcipiti fertur in ruinam. Huius nimirum serpens vulnerat & subuertit vestigia dum veluti blandiens capiti tenera illius laudari facit primordia. Haud secus ni fallor cōtingit homini: qui anteq̄ vel deum vel seipsum diligere sciat: diligi a proximis nimis affectat. K

Stephanus.

¶ Gad accinctus prœliabitur ante eum: & ipse accin. re. Prelatus sic debet pugnare ante subditos vt etiam redeat ad seipsum pugnādo interius pro seipso. L

Ricardus.

Q₂ vere abstinens nō solum carnales sensus ꝑ disciplinam restringit: sed etiam per mortificationem extinguit.

M ℭGad accinctus pręante eum.i. Dan. Dan iudicium interpretatur. Gad vero est rigor abstinentię. Tunc em̄ Dan contra ꝓditorū perfidiā intrinsecus vtiliter vigilat: & cogitationū ordinat disciplinā: cū Gad extrinsecus occursantes hostes excludit viriliter & expugnat. Prius ita ꝙ Gad accingit̃: vt postmodū fortiter prælief. Tunc aūt se accingit: qn̄ sensuū dissolutionem per disciplinā restringit. Forti vero ꝑlio dimicat: qn̄ desideria carnis ꝑ afflictionē trucidat.

Q₂ contemplantium & acuta cogitatio & eloquium fit suaue.

N ℭNeptalim ceruus e. Per Neptalim: qui cōparatio vel cōuersio interpretat̃, cōtemplatio nō immerito figurat̃. Solet nāqꝫ cognitā quālibet rerū visibiliū naturā conuertere ad spiritualē intelligentiā. Vnde & prōptus in meditatione est: & affabilis in sermone. Siquidem ꝑ Iacob de ipso dicit̃. Neptalim ceruus est dans eloqa pulchri. Ceruus nāqꝫ dicit̃ propter currēdi facilitatē: emissus ꝑpter currēdi auiditatē. Ceruus animal velox nimis: & multū currere potest, ꝙ emissus est. Recte ergo Neptalim ceruus emissus dicit̃: quia per contēplationis gratiā multa percurrere valet: & propter dulcedinē multū ei currere placet.

Explicatę sunt allegoriæ excellentium virorum super Genesim. Sequuntur super Exodum.

Stephanus. De dignitate sanctorū.

ca. 1 O HAec sunt nomina filiorū Israel.id est bonorum. Soli em̄ boni habēt nomen. Vnde diues non nominat̃ quasi ignotus dn̄o. Pauper vero tanq̄ familiaris Lazarus nominat̃. De malis dicitur. Vocauerunt nomina sūa in terris suis. Ecōtrario de bonis. Gaudete quia noīa vestra scripta sunt in cœlis. Vnde in cōfirmatione & baptismo & circuncisione puero nomen imponitur. Acsi dicatur. Soli mūdi interius nomen habēt. Aegyptię mulieres: id est carnales aīę nō pariūt anteq̄ veniat obstetrix, id est sciētia timoris dn̄i, vel verbū ꝑdicationis: sed Hebręæ: id est fideles animę pariunt fructū bonorum operū: anteq̄ audiant ꝑdicatorem.

De Adulatione.

MOyses respuit mām̄as Aegyptiarum: sed vbera suę gē.ag. Similiter & opus bonū materno debet lactari vbere.i. educari frumēto gr̃ę: non palliari adulatione. ca. 2 P

De Prelatis.

ℭMoyses defendit puellas, & adaquauit gregē earū. Sic & bonus ꝑlatus subditos suos ꝓtegere debet & pascere. Vnde sicut dicit Gregori⁹, Boni ꝑlati ꝑ ligna pomifera designant̃. Lignū em̄ pomiferum pascit, & vmbraculū facit. Sic & prælatus suis subditis debet vmbraculum protectionis, & pabulum refectionis. Q

Petrus Damianus.

Q₂ ad dei seruitium ipsa quandoqꝫ mundi tribulatio nos impellat.

ℭAfflicti filii Israel a Pharaone operibus luti, & lateris. Sicut ꝓuidentia diuina disposuit ad educendū de Aegypto Israeliticū populū ducem Moysem: cū iam Pharao ad opprimendū duris operib⁹ esset excitatus: quaten⁹ Israelitarum populos Aegypto deformiter inhęrentes alius dū vocaret quasi traheret: alius velut impelleret dū sequiret: vt dū plebs in seruitio turpiter figit̃: dū malis impulsa, vel ꝓuocata bonis moueat̃. Hoc etiā in populo dei agit̃ frequētius cū ꝑdicatis cœlestibus ꝑmiis sæuire in electos reprobi permittunt̃: vt si vocati ad terrā promissionis venire negligimus: pressuris saltē sæuientibus impellamur: atqꝫ hæc Aegyptus vita videlicet pręsens: quę nos oppressit blandiēs adiuuet premens: quatenus quæ dum foueret iugo nos seruitutis attriuerat: libertatis viam dum affligit ostendat. R

Hugo de sancto Victo.

Q₂ vita carnalis facile contēnitur: cum dulcedo spiritus degustatur.

VIdebat Moyses ꝙ rubus ardebat: & nō comburebat̃. Prope est illis sapientia: qui appropinquāt ei: & in cōcupiscentias alienas ab ea nō elongant. Vnde & Moyses quū adhuc Aethiopissam haberet nō nouerat nisi ignē cōsumētem: & ideo mirabatur: ꝙ rubus arderet & nō combureba tur. Q₂ diu em̄ animus in infimis & carnali cōcupiscentia vinctus nondū ad amplexus peruenit sapientiæ, in igne consumente est & deuorante vsqꝫ ad perditionem. Flamma enim libidinis & amor carnis eos quos accendit consumit. Amor vero sapientiæ lumen habet: ca. 3 S

sed non consumptionem: quia etsi accendit frigidos: ardentes tamen non comburit. Propterea Moyses mirabatur: quomodo arderet rubus: & non cōbureretur. Nā & ipse ardebat: quia vxorem Aethiopissam habebat. Neq; hoc ei miraculum fuit: sed ardere & nō cōburi: qđ expertus non fuit: & ideo ipso miraculo trahebatur: vt trāsiret & videret visionem maximā quomodo rubus ardebat & nō combu. Et currere cœpit in concupiscentiam suauiorem: & obliuisci Aethiopissę amorem: quia nigra erat: neq; similis ad istam Sunamitem: quæ senes calefacit: & iuuenes non vrit. Huius eñ Sunamitis: id est sapientiæ amorē significabat ignis ille quo rubus ardebat & nō comburebat. Et ideo Moyses postq̄ sensit q̄ suauiter arderet flāma eius, nō ampli⁹ teneri potuit Aethiopissę amore: sed accenso corde igne meliori vsq; ad colloquium peruenit altissimi: & missus est in populi saluationem. In igne enim Deus loquebatur: & de igne audiebatur: & per ignem intelligebatur. Mens enim ipsa in igne Deum conceperat & per ignem Deum cognoscebat. Aethiopissa igitur: id est vita carnalis a Moyse præ huius amore cōtemnitur: quia & ipsum cum amatoribus suis patris sui diaboli subiicit seruituti: nec potest liber esse: donec Deus in igne adueniat & appareat in dilectione. Tunc enim facile contemnit qđ male amauerat: cum gustare cœperit qđ dulcius concupiscat. Propterea soluit calceamentum: libenter iam carnalibus cōcupiscentiis abrenuncians, degustata illius dulcedine, & agnita suauitate.

Stephanus de fuga seculi.

T ❡Q̃diu Moyses fuit amicus Aegyptiis non apparuit ei dominus: sed extincto Aegyptio postq̄ in desertum fugit: statim audire meruit vocem diuinā. Similiter & q̄diu prælatus vel vir iustus secularibus curis deprimitur: apparitione diuina confortari minime promeretur. Ideo nāq; in Pathmos insula relegat⁹ Ioannes scripsit Apocalypsim, & ei reuelata sunt diuina mysteria. Ideo dominus in rubo qui spinosus est apparuit: quia quandoq; mittēdus erat ad populum spinis obsitum peccatorum.

Bruno.

Qꝫ in terra sancta nō licet indui pellibus mortuorum.

V ❡Ne appropies huc. id est ne quæras ea quæ supra te sunt: noli virginis castitatem: noli Christi incarnationem inuestigare. Sol. cal. de pe. t. Quare hoc? Locus enim in quo stas terra sancta est. In terra sancta nō licet habere calceamenta: non licet indui pellibus mortuorum; Ideo enim Adam in paradiso nudus: exiens zona pellicea indutus est.

Galfridus.

Quid Rubus significet: qui ignem euasit incōbustus.

❡Solue calceamēta de pedibus tuis. Locus eñ in quo stas terra sancta est. Sancta omnino: in qua eidē magna apparuit visio. Rubus ardens qui nón combu. Mirabile hoc non imitabile erat. Nec aliud fuit dicere intuenti: Sol. cal. de pe. t. q̄ venerari te: & mirari debere memento magis: q̄ imitari posse qđ conspicis. Siquidem ignis ille non carnalis concupiscentiæ erat: sed gratiæ spiritualis: & illibatæ virginitati virt⁹ obumbrat altissimi. Qꝫ q̄ intelligi possit rubus ardens qui non comburebatur: non modo virginis caro: quæ veram de se carnem concipiēs minime corrumpebatur: sed natura quoq; humana: quæ diuino ab igne in personæ vnitatē assumebatur: minime tamen consumebatur. Vel eadem ipsa humanitas quæ in igne passionis tanq̄ testa solidabatur: vel ecclesia Christi: quæ medias inter flammas persecutionum seruāda præsignabatur. Et nec hoc ipsum Iudeis quorum Moyses & curam pariter & figuram gessit, imitabile fuit. In pressuris enim tribulationū magis ac magis synagoga defecit: in quibus suo tempore non modo perseuerauit ecclesia: sed creuit etiam & profecit.

Adam de Perseuia.

Qualiter Aegyptus a sanctis spiritualiter spolietur.

❡Et spoliabitis Aegyptios. Qui teipso Aegyptum inuestieras: qui Aegyptios mores & tenebrosos actus tuos: aut excusationis arte: aut accusationis palliatione tegebas: quasi spolias Aegyptum cum denudas & detegis in vera confessione teipsum. Cum dilectione tua seculum priuas: cum aurum sapientiæ tuæ curis secularibus subtrahis: cum argentum eloquentiæ tuæ studio consecras sanctę taciturnitatis: cum membra tua impudentiæ & inhonestati subducis: cum exemplo conuersationis tuæ cæteros quosq; (q̄tum in te est) corrigis: quasi Aegyptum spolians preciosa quæq; in vasis & vestibus tecum tollis. Bene ergo Aegyptum spoliat: qui peccatorum suorum nigredinem in confessione denudat. Bene Aegyptum spoliat: qui pellem Aethiopis mutans se aspergit Christi hysopo & dealbat. Bene Aegyptū spoliat: qui nō modo iugū peccati a se excutit: verum etiam quaslibet peccandi occasiones præcidit: & a se nodos perfidę iurisdictionis absoluit. O felix violentia: qua sic deprædamur Ae-

gyptum,& diabolicæ tyrannidi auferimus ius antiquum. Felix inquam violentia qua dū enitimur ne simus præda peccati, felici deprædatione diripimus regnum Dei.

Bruno.

Q; diuina correctio quibusdā in virgam: quibusdam vertitur in draconem.

4. QVid est qđ tenes in manu tua? Respondit. virga. Dixitq; illi dominus. Proiice illā in terram. Proiecitq;,& versa est in colubrū: ita vt fugeret Moyses. Interrogat Moyses non propter aliud nisi vt suæ responsionis vinculo teneat. Ipe em est cōfessus se tenere virgā: quā mox in serpentem versam fugiēs exponit. Credat huic signo qui nō vult credere verbis. Sed quid per virgā nisi Dei correctio? Vnde. Virga tua & baculus tuus ipa me cōsolata sunt. Hæc aūt virga illis vertit in draconē: qui leniter correcti emendare se nolūt. Quia qui incorrigibiles existūt: tandem diuinæ vltionis irā & indignationē super se sæuientē sentiūt. Vnde Psalmista. Reges eos in virga fer. & tan. v. fi. con. e. Sic igitur diuina correctio aliis est virga: aliis est draco: alios misericorditer castigat: alios insatiabiliter percutit. Huius autē caudā Moyses tenet: & in virgam serpēs cōuertit: qñ aliquis vir iustus vindictam peccatoribus imminētem suis orationibus auertit. Cū em deus ab vltionis ira placat draco seuiens in virgam vertitur.

Stephanus. de prælatis.

& ¶Quid est qđ tenes in manu tua? Vult qdem dñs ꝙ platus cōsideret: q̄tū sibi cōmissum sit & excogitet ꝙ cui plus cōmittitur: plus ab eo exigit. Virga est potestas iudicādi. Virgam in terrā proiicere est potestatē iudiciariā ad terrena deflectere. In colubrū vertit: cū de potestate peccatū egredit: qđ fugere debemus. Vnde quasi a facie colubri fugit peccatū. Cauda est finis potestatis: quā ipse debet tenere: vt memor sit ꝙ ipe qui iudex est aliorū: a deo in fine iudicabitur. Et ita per cōsiderationē finis coluber redibit ī virgā: id est potestas in directionē.

De humilitate.

A ¶Mitte manū t. in si. t. Vir iustus manū suam: id est actionē debet in sinū reponere: & a sinu retrahere: id est in secreto cordis actionē suam discutere: & sic illa actio quā prius existimabat mundā post discussionem apparebit immūda.

Bruno.

Q; per muscas fornicatio designatur.

B ¶Dic Pharaoni. Dimitte po. alioquin immittā in te & in seruos tuos: & in populum tuum: & in domum tuam omne genus muscarum. Factumq; est ita. Corrupta est terra ab huiuscemodi muscis. Quid per muscas: nisi spiritū fornicationis: ipsamq; omniū vitiorum turpissimam libidinē intelligimus? De qua Apostolus. Om̄e inquit peccatū qđ fecerit homo extra corpus est. Qui aūt for. in cor. s. pec. Vnde & hic dicit ꝙ ab huiuscemodi muscis terra fuerit corrupta. Quid em ita vt libidinis æstus terrā: id est carnem nostrā corrumpit? Huius autē multæ sunt species: idcirco & muscæ diuersorum generū fuisse referunt. Qđ quia grauissimas dicit: quantū hoc vitiū in omnibus grassetur innotuit. Hę tamē muscæ nō erūt in terra Iessen vbi filii Israel habitabāt: quoniā sancti viri ieiuniis, vigiliis, orationibus, carnis maceratione a se omnem libidinem repellunt.

Stepha. de mysterio trium dierum.

5. C VIam trium dierū &c. Triduū Moysi est cordis contritio: oris confessio: operis satisfactio. Huic triduo respōdet triduū primæ creationis. Prima dies: quādo creata est lux: significat cōtritionē per quā menti infundit lumē gratiæ. Secunda quādo factum est firmamentū: & diuisæ sunt aquæ ab aquis: significat cōfessionē: in qua homo cōfitēs retractat opera sua: & discernit mala a bonis. Tertia qñ ꝓtulit terra herbā virentem: & lignum pomiferum: significat diuersa opera satisfactionis. Huic triduo respōdet triduum Abrahę qui tertia die venit ad sacrificii locū. Huic etiā triduo respondet triduū Esaiæ qñ per tres dies iuit nudus & discalceatus: & planxit peccata populi.

De cupiditate.

D ¶Dispersus est populus propter paleas. Quidā em sectant negotiationē: qdā curiā: & alii alia ministeria: & hoc totū fit ꝓpter paleas. i. ꝓpter tēporalia acquirēda. Vñ Aug. Palea es: & non times: ne totus ardeas? Paleas dum sequeris palea efficeris.

De pœnitentia.

E ¶Filii Israel postq̄ statuerūt egredi de Aegypto: grauius afflicti sunt q̄ ante. Hoc est. Fili accedēs ad ser. dei &c. Diabolus cōtemptus surgit in scandala. Hinc est ꝙ dñs statim post baptismū intrauit desertū & tentatus est. Hinc est ꝙ prima māsio egressionis de Aegypto fuit Ramesse: id est cōmotio tineæ: quia statim in primo recessu a peccato commouetur tinea: id est diabolus. Vnde Iob. Maledicāt illi qui maledicunt diei: qui para. fra. sus. le.

Hugo de Sancto Victore.

Q; tres dñi tres habebant Pharaones.

F ¶Ecce constitui te deum Pharaonis. Ecce duo

dii.Immo tres.Moyses in Aegypto:homo in mundo:Creator in coelo. Et habet vnusquisq; Pharaonẽ suũ.i. negotiatorẽ & cõtradictorem suũ.Pharao interpretat̃ negãs eũ.i.deũ.Dominum inquit non cognoui:& Israel nõ dimittã. Quid est negare deũ?Summũ bonũ negare qd ipse est.Qui negat(inquit Apostolus)Christũ, Antichristus est.i.Christo cõtrarius.Sic q sum mo bono est cõtrarius:negat ipsum.Moysi aduersat̃ tyrannus Aegyptius:homini mundus: Deo diabolus.Primus crudelitate.Secũdus ad uersitate. Tertius iniquitate. Primus sæuitiã. Secundus pœnam.Tertius apponit malitiam.

Bruno.

G ¶Tulit Aaron virgã corã Pharaone:& ser.ei⁹: q̃ ver.est in co.Venit Moyses ad Pharaonẽ nõ cum gladio:sed in virga.Vnde si pœnitere voluisset:facilem ad ignoscendũ deũ:per hoc cognoscere poterat.Sed quia pœnitere noluit:in colubrũ virga cõuertit:vt maioribus dignus suppliciis,maioris correctionis tormẽta se expectare intelligat.Et ideo qui virga nõ corrigit: draconi id est diabolo traditur puniendus.

Qr̃ tam sapiẽtes q̃ insipientes a cura secularium fatigantur.

8. H Extende virgã tuam & percute pul.t. & sint cyniphes ĩ vniuersa terra Ae. Quid per cyniphes:qui & hoĩes & iumẽta nimis angustiis inquietabãt:nisi cura & sollicitudo rerũ tẽporaliũ intelligit̃?Cum enim aliquẽ ꝑ hac substãtia trãsitoria & fugitiua tã anxie laborare,discurrere,sudare, & festinare videas:q̃ cyniphes eũ stimulẽt & sequant̃,tibi videtur.Qui merito de terræ puluere oriunt̃: qm̃ hæc talis cura & sollicitudo ad terrena & fugitiua bona hoĩes inuitãt.Et isti qdem & in hominibus sunt & in iumentis:quoniam sapiẽtes & insipientes fatigant.

Stephanus.de detractione.

I ¶Percutite virga puluerẽ:& erum.cy.tam in ho.q̃ in iu.Cyniphes sunt sermones detractoris. Hoc aĩal modicum est & inquietũ.Magna impetit & acriter pungit.Lingua enim modicũ mẽbrũ est:& magna exaltat. Virga Aaron est directio sermonis domini.Hac debet percuti puluis.i.vita malorũ reprehendi:& sic nascun tur cyniphes:quia dum impius acriter reprehenditur:vel occulte tibi detrahit:vel in aperto cõtumeliã facit.Et erũt in hoĩbus & iumentis.i.verba detractionis in oĩbus regnãt:tam in platis q̃ ĩ subditis.Hoc autẽ nõ potuerũt magi facere:qa bonis detrahit̃:nõ aperte malis aut miseris.Soli eñ miseri ĩuidia carẽt.Digit⁹ dei est hic:qa operatio bona ẽ occasio detractionis.

Bruno.

Quid sit cinerẽ de camino in cœlũ spargere. 9.

K Dixit dñs ad Moysen & Aaron.Tollite plenas manus cineris de camino:& spargat illũ Moyses in cœlũ corã Pharaone:sitq; pul.sup o.ter.Ae.Erũt eñ in hominibus & iumentis vulnera:& vesicæ tur.in omnem terrã Ae.Ecce iam nõ animantia tantũ sed & ipsi hoĩes ꝑcutiũt̃:vt qui virgã non sentiunt,saltẽ corrigant̃ tormentis.Quid enim per caminũ:nisi afflictionem:& quid per cinerem:nisi populũ iam diuturno afflictionis igne crematũ?Cinis eñ de camino tollit̃ & in cœlũ spargit̃:quãdo afflicti populi ꝑces in cœlo exaudiunt̃.Et bene qdem per manus Moysi cinis in cœlũ spargit̃:quãdo Christi & sanctorũ manibus oĩs populus dño p̃sentat̃.Vulnera vero & vesicæ turgentes:quas & videre horribile:& pati intolerabile est:futura illa tormenta significant:qbus nulla possunt cõparari tormẽta.Hæc autẽ illos expectãt:qui obstinato corde vsq; ad finem in sua malitia ꝑseuerant.

Stephanus.de vtilitate tribulationis.

L ¶Pluit dñs grandinẽ. Pluuia suauis est:grando cõtundẽs:& deus ipsa sua sanat percussione,& nutrit.Manus eñ eius ꝑcutit & medetur.Vñ fulgura in pluuiã fecit.Fulgur vrit: pluuia nutrit:quia ipsa tribulatio nutrit.Nam & fame corporis deus animam pascit:vnde & alat eos in fame.Ignis ergo & grando mixta pariter sunt: quia dum deus hoĩem punit:& signum amoris sui impẽdit.In igne enim feruor diuini amoris exprimitur.

De Adulatione.

10. M Orate pro hac morte.Nota q̃ plagam locustarũ mortẽ appellat.Adulatores eñ oẽ bonũ exterminãt.Ventus flãs ab occidẽte ꝓiecit locustas in mare rubrũ:quia cõtra venenũ adulationis medicina est recordatio peccati p̃teriti:& cõsideratio futuri iudicii.Ventus spiritus sanctus:qui flat ab occidẽte:cũ facit hominẽ sua mala opera recordari. Mare rubrũ est ignis iudicii:qui locustas submerget,qa oẽm adulationẽ puniet & cõsumet.

De vanitate mundi.

N ¶Ordeum læsum est.Primitiua enim læsa sunt serotina autem non sunt læsa.Qui enim festinant ad percipiendum temporalia: læduntur in spiritualibus & æternis. Qui vero expectãt æterna:illæsi manẽt.Vñ hæreditas ad quã festinat̃.&c.Itẽ Recepisti bona ĩ vita tua.Itẽ in Esa.scd̃m Ho.Qui crediderit:non festinet.Itẽ. Mane rubens cœlũ,notat imbres,sero serenũ. Itẽ Substãtia festinata minuet̃:sed q̃ paulatim

colligitur, multiplicabitur. Ordeum cibus est iumentorũ. Hæ sunt delitiæ seculares. Virens erat ordeũ. Viridis color pascit oculos. Sic & diuites in suis diuitiis delectanť. Linũ est munditia carnis: sed ideo læsum est: quia folliculos germinabat: id est in elationem excrescebat.

Hugo de Foilleto.

O Moraliter de decem plagis Aegypti.

¶Orate ꝑ me: vt recedat a me plaga: & di. po. Pharao qui populũ dei dimittere promisit nec tamen dimisit: illos designat qui vitæ melioris emẽdationẽ promittũt: nec culpã dimittũt nec in spiritu colũbino cõtritionem: sed in voce coruina dilationẽ quęrũt. Quorũ terra diuersis plagis affligiť: nec emollitur: sed ex consuetudine peccãdi magis ac magis induratur. Tunc eñ dñs aquas in sanguinẽ cõuertit: cũ de rerũ causis animus carnaliter sentit. Terra ꝑducit ranas: cũ in aliquo garriẽti dominatur vana loquacitas. Cynomyia siqdẽ & scyniphes sunt importuni mẽtis impet⁹: & canini mores. Mors pecorũ mortẽ designat cogitationũ: quæ pecoribus assimulari solẽt: quãdo rationabili intellectu carẽt. Sic eñ homo cõparatus est iumẽtis insipientibus: & similis factus est illis. Sexta plaga est cũ tument vesicæ: & corrũpunť viscera. Qđ fit dũ interiora mentis tument odio: & ebulliunt ira. Plaga vero grãdinis in fructibus: iniquitatẽ manifestã designat in operibus. Plaga locustæ: instabilitas est animæ: q̃ ore lædit cum detrahiť. Dat saltus: dum ad carnales se extendit affectus. Plaga siquidẽ tenebrarũ, cæcitatem designat animarũ. quæ palpabiles esse cõprabanť: dum peruersa q̃ mens cogitat opere ꝑpetranť. Hoc eñ palpabile est: qđ manu tangi potest. Nota ꝙ inter plagã grandinis & plagam tenebrarũ, media ponitur plaga locustarum. Ab iniquitate eteñ q̃ designatur ꝑ grãdinem: fit quasi saltus locustarum ad æternæ cæcitatẽ dãnationis. Nouissima plaga est mors primogenitorũ. Primogẽita siquidẽ mẽtis moraliter sunt voluntas: & intentio cuiuslibet operantis. Dum eñ voluntas & intentio corrumpuntur: quasi primogenita Aegyptiorum morte percutiuntur.

Stephanus. de perseuerantia.

P ¶Nec remanebit ex eis vngula. i. extremitas: quia diabolus semper insidiatur calcaneo: id est fini hominis. Vel aliter. Per vngulã discretio. Prælatus siquidem non vult: ꝙ aliquis discretus sapientiam suam ad amorem mundi retorqueat: sed ad æterna. Et hoc est non remanere vngulam in Aegypto.

De mysterio passionis.

Nota ꝙ luna. xiiii. ad vesperum immolatur pha se. s. quãdo sol est in occidente: luna in oriente: quia in morte Christi nata est ecclesia. Vnde quidã de Christo. Globo fertur sublimari: vt luna surgens de mari suo stet in ordine. 12. Q

Galfridus.

Quid p carnes agni, lactucas, & panes azimos designetur.

¶Edent carnes nocte illa assas igni: & azimos panes cũ lac. a. Carnes assę igni: significant corpus Christi: hostiã. s. pacificã. Siquidẽ caro ẽ in veritate: panis in specie. Agrestis lactuca, Christi significat passionẽ. Vel panis azimus est bonum opus vanitatis expers: solã & verã habẽs puritatẽ intẽtionis. Lactuca autẽ amara est pœnitentiæ labor: & tolerãtia tribulationis. Siqd enim habere videtur amaritudinis: ne mireris antidotum est qđ antiqui serpentis venena depellat. Opponitur siquidẽ ligno scientiæ boni, & mali, lignum aliud scientiæ mali & boni. An non bonũ & malũ voluptas habẽs pœnas? an nõ malũ & bonum necessitas quæ parit coronam? Nam bonũ & bonum expectatio nostra est: vbi erit sanctitatis & beatitudinis plenitudo. Malum & malũ tormentum malitiæ æternum habẽs & cruciatũ pariter & reatum. Etiã nunc bonum & malum in vitiis blandiẽtibus: & velud lenibus quibusdã radicibus est spinarum. Malum & malũ ĩ inuidia: in immũditiis desperatione cæterisq; noxiis & amaris. Malũ autem & bonum pœnitentiæ luctus. Bonũ & bonũ fructus est charitatis. Et quidẽ nil penit⁹ nobis aduersarius noster nisi malum & malum cupit: sed ad hoc trahit per bonũ & malũ. Nil etiã dñs optat nobis: nisi bonũ & bonũ: sed ad hoc iam per malũ & bonũ reuocat & reducit. R

Stephanus. de contemptu mundi.

¶Cum lactucis agrestibus. Lactucæ agrestes sunt amaritudo sumpta ex agro: id est ex consideratione seculi: quas comedimus: cum amarũ mundum reputamus: & tunc sumus digni accedere ad sacramentum. S

Galfridus.

Quomodo pascha mystice sit agendum.

¶Renes vestros ac. & cal. ha. in pe. te. ba. in ma. Hic per renes corporeas voluptates: ꝑ pedes autẽ terrenos ĩtelligere licet affectus. Oportet eñ comedentes carnes agni: nõ modo carnales cohibere libidines: sed desideria nihilominus: & in animo ipso mortificare terrena. Aut si renes cingimus in vtrisq;: pedes nostros & operum gressus exemplis iam conuenit calceare sanctorum. Nã ꝙ Apostolis qdẽ calceamentorũ vsus interdicit, ad hoc forsitã pertinet qđ eisdẽ alibi T

idem dominus ait. Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃ scribarũ & pharisæorum: non in trabitis in regnum cœlorũ. Sed & Moyses ipe cuius postmodum ministerio calceamenta pci piuntur haberi: sua iussus est soluere: cũ ei pri mus in Madian dominus loqueret. Neq; enim Moysen tunc oportuit sacerdotis Madian: vel circũmanentium cæterorum exempla sectari: cum ad nouum opus assumeret: sed nec Apo stolos imitari opera præcedentiũ: quin potius nouam magis sequentibus tradere formã vi-tæ. Nobis autem deesse calceamẽta nostra etiã prohibet legislator: vt nihil agat monachus: nisi qđ cõmunis monasterii regula: vel maiorũ cohortantur exempla. Sane baculos tenẽt: qui non satis propriis cõfidunt viribus: sed auxilio gratiæ innituntur. Cuius diuisiones & multi plicem opem nõ immerito baculos appellam⁹. Vnde propheta. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Alioquin iuxta literã quoq; pcinctus & calceatus: & qui iam baculũ arripuit: apparet: quia iam paratus est ad mi-grandum. Sed & hoc necessarium est Hebræis & celebrantibus pascha: qđ vtrunq; transitum sonat. Etenim phase: id est transitus domini. Accingere ergo & calceare: & baculũ appre-hende: vt paratus appareas ad pariter transeũ dñi. Transeũte domino Aegyptiorũ primoge-nita oĩa perierũt: sed percutientur & reliqui oẽs Aegyptii: vbi oĩs plebs hebræa transie rit. Nam primogenita qdem principalia sunt peccata: vel in anima: vel in corpore: tanq̃ ho-minibus & iumentis. Reliqui sane Aegyptii etiam nunc persequentes multiplices interim negligentiæ nostræ sunt & tentationes: sine quibus hæc vita non agitur.

Bruno.

Q; in Christi transitu deletum est chirogra-phum diaboli.

V ¶Et transibo per terram Aegypti nocte illa per. oẽ pri. in ter. Ae. ab homine vsq; ad pec. Agno etẽ immolato, Christo domino cruci fixo, postq̃ dominus inclinato capite tradidit spiritum: mortua sunt omnia primogenita in terra Aegypti: quoniam originale peccatum per vniuersum mundũ in omnibus illis periit qui crediderunt & baptizati sunt: vt peccatũ qđ per lignũ cõcupiscentiæ cœpit, per crucis lignũ destrueret. Merito autẽ ab homine vsq; ad pecus moriunt: qm̃ sine personarum acce-ptione in omni gẽte, in oĩ sexu, in omni æta-te, oĩa peccata originalia destruuntur.

Stephanus.

X ¶A primogenito Pharaonis &c. Per primoge nitum Pharaonis: superbia. Per primogenitũ captiuæ: auaritia. Nã semper auarus eget. Per primogenitũ iumẽtorum, luxuria designatur.

De fuga seculi.

¶Notandũ q; Moyses fecit tres plagas: & Aa-ron tres: & dñs tres: quia ad educendũ filios Israel ex Aegypto: oportet vt dñs operet gra tiam infundẽdo: & lex per pdicationẽ instruẽ-do: & prælati pœnitentiam iniungendo. Y

De compunctione.

¶Tulit populus farinam &c. Et nos de fructi bus Aegypti debemus portare farinã. Fruct⁹ Aegypti sunt opera mala. De iis farinã facim⁹ cũ peccata sæpius ad memoriã reducẽdo com minuimus. Cõspersa. Cõspersa farina est aqua cõglutinata. Et nos lachrymis debemus totũ respergere: & portare in humeris. i. in opere: & ligare in pallio charitatis. Sicq; panib⁹ subcine riciis debemus nos reficere. i. cõditionẽ nostrã attẽdere: quia. s. puluis sumus: & in pul. Antẽ q̃ fermentata esset. Multi habẽt cõspersam fa-rinã: sed cũ fermẽto: vt qui laudem de lachry mis quærunt: & inanem gloriam captant. Z

Bruno.

Q; fides nostra pereat nisi bonis operibus re-dimatur.

Omne primogenitũ hoĩs de filiis t. pec cato redimes. Hoĩs primogenitũ fi-des est: sine qua impossibile est place-rẽ deo. Hęc oĩm virtutũ prima in mentibus fi delium nascitur. Hæc prima a sacerdotibus in Christianorum cordibus generat. Sed quia fi-des sine operibus mortua est: vt pcio redimat necesse est. Baptizatus es, fidem habes. Cessas a bono opere: moritur fides tua. Si ergo in his q a bonis cessant operibus fides otiosa mortua est: q̃to magis ĩ homicidis, adulteris, sacrilegis fides mortua esse credenda est? Apostolus eñ dicit. Qui suorũ & maxime domesticorũ curã nõ habet: fidem nõ habet: & est infideli dete-rior. Non igit semel: sed multotiẽs fides redi-menda est. Redimat ergo. Sed q̃to pcio? Quin q; vtiq; siclis argẽti. i. quinq; corporis sensib⁹. Qui tũc quidẽ argẽtei sunt: quãdo p sua pu-ritate digni fiunt qui in dei thesauris repo-nantur. B &

Stephanus, de incarnatione Christi.

¶Ego eduxi vos in manu forti. i. in filio. Sed deberet dicere in manu debili: quia in primo aduentu nil nisi infirmitatem ostendit. Immo bene dicitur forti: quia fortes nos fecit. Immo fortissima: dum non armata: sed clauis con-fixa diabolum superauit. A

Resurrecion

Bruno.

Q; eos qui mundum relinquunt, ab iis qui in mundi sunt oportet elongari.

B ¶Noluit dominus ducere populum per terrā Phylistiim: quæ vicina est. Ne forte si bellum insurgeret contra eum: cito reuerteret̃ in Aegyptum. Sed circūduxit eum per desertū longo itinere. Per hoc significare voluit: quia non breuis, neq; facilis via est: quæ nos ad patriā ducit. Sed per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Deniq; q̃to plus in seruitio dei exercitati: longius ab hoc mundo recedimus: tanto minus vitiorū insurgentium bella timemus. Si vero in terrā Phylistiim venientes: q̃ Aegyptiis vicina est: ebrietati & voluptati operā damus: Phylistiim nāq; cadentes poculo interpretantur: facile quidem in prælio victi reuertimur in Aegyptū. Q; autem filii Israel armati descenderunt de Aegypto, significatio est: qa ex quo mundū relinqmus, semp cōtra vitia & malignos spūs a dextris & a sinistris armati pugnare debemus.

Stephanus.

C ¶Filii Israel ossa Ioseph secum asportauerunt. Ossa Ioseph secum ferre est virtutis exemplū a Christo sumere. Hoc autē debet facere: quos ipse adiurauit dicens. Pone me vt signaculum super cor tuum &c.

De contemptu temporalium.

D ¶Nubes erat in die &c. Ignis lucet: Nox vero obscura est. Per diem prosperitas: per noctem aduersitas designat̃. Nubes ergo est in die: & ignis in nocte: quia prosperitas obscura est iustis: & aduersitas clara.

Bernardus.

Quāto euāgelica perfectio antiquorum patrū iustitias excedat.

14. E Erat eis aqua quasi murus a dextris: & a sinistris. Aliud est in luto aquarum multarū maris diuisi fundo iter carpere terrena licite possidendo: aliud ipsam nouis gressibus vndā calcare oīa relinquendo. Sed tēpori gratiæ ꝓrogatiua hæc debebat̃ Petro nouum iter: & noui typus itineris seruabatur. Antiquorū sane patrū diebus donec in terris videretur: & cū hoībus cōuersaretur deus maiestatis: non erat euāgelicæ forma perfectionis: sed spiritū domini solo interim spiritu sequebant̃. At vbi verbū caro factum est: & habitauit in nobis: iam in eo tradita est imago vitæ: & cōuersatiōis exēplar: qđ oporteat etiā corporaliter imitari: vt vtroq; sequentes vestigio: nō vlterius cū patriarcha Iacob altero femore claudicemus.

Ricardus. de duplici mœrore.

¶Erat eis mare quasi pro muro a dextris & F a sinistris. Mœror ex cōsideratione & trepidatione malorū, mare a sinistris: mœror ex cōtēplatione & expectatione bonorum, mare est a dextris. Et erat inquit eis aqua quasi p̄ mu. a dex. & a sinist. quia in vno excludimus concupiscentiā: in altero vitamus negligentiā. quia qui expectat p̄mium: extendit se ad meritū: & qui meruit pœnam: sollicite declinat culpam.

Bruno.

¶Dn̄s regnabit in æternū & vltra. Hoc est q̃ G vel dici: vel cogitari possit. Si enim dn̄s regnabit in æternū & vltra: quid dicā? In æternum dixi. Quid vltra dicerem non habui.

Stepha. de memoria passionis Christi.

Ostendit ei lignū &c. Si tu inueneris 15. aquas Marach. i. si pœnitentia tibi vi H detur amara: respice lignū crucis: reduc in memoriā beneficiū passionis: & sic tibi oīs tribulatio dulcis fiet. Et nota ꝙ non dicitur: dulcoratæ sunt aquæ: sed in dulcedinem versæ: qđ multo maiorē notat dulcedinē. Reduc me in memoriā: & narra siquid habeas vt iustificeris. Quasi dicat: cōfer opera tua cruci: & vide q̃ ineq̃lis fit ad me recōpensatio tua.

De Acedia.

Notandū ꝙ populo murmurāte man 16. na descēdit. Hoc est qđ dicit̃. Dū me I diū silentiū tenerent oēs &c. Hinc est ꝙ dn̄s natus est in nocte: vt ostēderet mundū nocte cæcitatis opp̄ssum. Sed adueniēte māna, cessauit murmur. Ita si aliq̃ murmuratio fit in claustrali, reuocet ad memoriā crucifixum: & statim cessabit tentatio. Itē per collectionē māna. i. inspectationem sacræ scripturæ tollit̃ languor acedię. Vn̄ Dormitauit a.m.prę.te. Ecce murmur. Cōfirma me ī verbis tuis. ecce māna.

De incarnatione domini.

¶Mane iacuit ros p circuitū castroꝝ. Per mā K na qđ descēdit die dominica, intelligit̃ Christꝰ qui ea die visitauit nos oriens ex alto. Qui ros dicit̃ propter beneficiū incarnationis. Vn̄. Rorate cœli desup. Primus eñ aduētus fuit in rore: sed secūdus erit ī fulgure. Vn̄ in Ecclesiast. dicit̃. Ros obuiās ardori venienti humilē fecit aquilonē. Ros. i. beneficiū incarnationis: obuiās ardori vitioꝝ: humilē fecit aquilonē. i. diabolū. Hic ros iacet per circuitū castroꝝ. Vn̄ dn̄s in circuitu populi sui. Nota ꝙ māna iacuit quasi ros p circuitū castroꝝ: qa intellectꝰ sacræ scripturæ descēdēs ex gratia vndiq; nos defendit.

Balduinus.

Cur Christus prunæ mystice comparetur.

L ¶Cumq; ope. super. ter. apparuit in solitudine minutum & quasi pilo tunsum in similitudinē pruinę super terrā. Māna minutū erat quia totū qđ de Christo credit̄ aut p̄dicat̄, ꝑpter ei⁹ inęstimabilē humilitatē: quasi propter nimiam exiguitatem subtile est & incōprehensibile: & hoc apud fideles: apud infideles autē contemptibile est & paruū. Manna quasi pilo tunsum erat nō solum quia Christus tunsionibus persequentiū sese exposuit: sed positus est in signū cui contradicitur: & verbum fidei in pila contradictionis tunditur: quia a multis impugnatur: & in ipsa tunsione literali sensu exuitur: sicut exui solet folliculis vel frumētum vel milium vel aliquid tale: qđ in mortario pilo terit̄. Christus quoq; tunsione passionis & pilo crucis mortalitate exutus est. Christus per pruinā variis ex causis potest significari: tum quia cādorem habet per munditiā sanctitatis: tū quia terrā cordis nostri impinguat & fœcundat: tū quia rigore disciplinæ fluxa vitiorum restringit: tum quia incentiua carnalium desideriorū refrigerio gratiæ extinguit.

Qꝫ Christus vermis dicitur tribus modis.

M ¶Dixit Moyses: nullus re. ex eo vsq; ma. Qui non audierunt eum: sed dimiserunt quidā ex eis vsq; mane & scatere cœpit vermibus atq; compu. Non remanebit quicq̄ ex eo vsq; mane: quia in præsenti vita quisq; debet credere qu od prædicatur: & operari quod iubetur: & nō vsq; in mane differre: id est ad tempus quo præoccupetur morte vel iudicio: quando erit mane: hoc est clara & manifesta meritorū cognitio. Illi vero qui nō audierūt Moysen & dimiserunt manna vsq; mane: qđ scatere cœpit vermibus: atq; cōputruit: Iudæos huius temporis significant: quia verbum dei per Moysen sibi ministratum in lege male seruant: qđ vermes peccatorum eis generat: & eis cōputrescit & in corruptionē vertitur. Christus autē vermis dicit̄ tribus modis. Pro vera humanitate. Vnde in figura Christi de Dauid dicitur. Tenerrim⁹ ligni vermiculus. Et illud Esa. Noli timere vermis Iacob. Item pro vili abiectione: sicut in psal. Ego sum vermis & nō homo: op. ho. & ab. ple. Itē pro mordaci seueritate: sicut dicitur tinea. Hinc apud Osee. Ego quasi tinea Effraim: & quasi putredo domui Iacob. Hoc autem exemplo de manna dānatur malū auaritiæ: qua pecunia male seruata possessori suo in vermem vertitur: qui non morietur. Sed & gratia fidei in eo qui non operat̄. Gratia quoq; sapientiæ vel scientiæ sine gratia sermonis cū steriliter habetur: & in bonum vsum nō assumitur: sicut manna in vermē vertitur: quia bonum dei donum ei in malum cedit a quo male habet̄. Sequitur. Colligebant autē mane singuli q̄tum sufficere poterat ad vescendum. Hi studiosos operarios significant: q studiosi sunt operarii operant̄ cibum qui nō perit: incipiētes mane, hoc ē mox initio fidei vel cōuersationis.

Qꝫ manna liquefit cum Christi seueritas in dulcedinem nobis commutatur.

¶Cumq; incaluisset sol liquefi. Hoc multis modis intelligi potest. Christus sol iustitiæ tūc incaluit: quādo feruorē suæ charitatis pro nobis hora sexta crucem ascedēs effudit. Qui autem sol est secundū ꝙ lucet: ipse & manna est secundum ꝙ se nobis fruendū & participādū indulget. Qui cū desiderio amoris & affectionibus cōpassionis in mortem resolutus est: tunc vere manna liquefactū est. tunc em̄ apparere cessauit: quando ad tempus humanis obtutibus se subtraxit. Vn̄ & dicit. Modicū & iam nō videbitis me &c. In nobis vero incalescit sol: quādo cor nostrum desiderio diuini amoris feruescit tunc & manna liquefit: quādo verbum dei per amorem Christi cor nostrū liquefieri facit. Vn̄ & sponsa dicit. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Sic autē dicit̄ manna: hoc est verbū dei liquefieri per effectū: quia liquefacit sicut eloquiū ignitū: quia ignit: & molliti sunt sermones super oleum: quia cor emolliūt. Vel manna liquefieri dicit̄: quia Christus cū in corde suscipitur: quodā modo per cōpassionē resolutionē patit̄. Quomodo em̄ cor peccatoris a sua duritia resoluitur: si non Christus a duritia iudicis relaxatur? Qui cū peccata soluit: sicut glacies in sereno soluit̄: ipse tūc a seueritate iudicis resoluit̄: vt ī verbo eius mēs attacta in spe veniæ & amoris desiderio mollius resoluat̄. Incalescit sol iste q̄nq; sup iustos q̄si p irā & māna liq̄facit: q̄si vt deficiat efficit: dū dulcedinē corporalis aut sp̄ualis cōsolationis ad tp̄s subtrahit. Hinc & Ionas subtracta sibi consolatione vmbraculi inarefactiōe hederę grauiter p̄doluit. Mīro aūt mō: sicut ex cōsequētib⁹ patebit: māna qđ ad solē deliquuit: ad ignē duruit. In quo ostēdit̄ ꝙ mēs ad solem iustitię cōuersa cū per desideriū amoris liq̄facta resoluit̄: tūc ad ignē passionis p virtutē patiētię duri⁹ solidat̄. Quod ostēdit q dicit. Factum est cor meū tan. ce. li. in me. ven. m. a. tan. tes. vir. m.

Balduinus.

Qꝫ tempus legis spem solam: tempus gratiæ spem possideat cum salute.

O ¶In die sexto colligebant cibos duplices: id est duo gomor p singulos hoīes. Spē vitæ æternę: p iustitiā fidei ab exordio mūdi: p q̄nq; ætates

vsq; ad Christũ omnes iusti habuerunt.& hoc est:vnũ gomor per singulos dies vsq; ad sextã colligitur.A nobis autem in sexta ætate quasi sexto die ante sabbatum:hoc est ante requiem animarum duo gomor colliguntur:quia æternæ vitę spem habemus:& pignus:id est ipsum auctorem & consummatorẽ fidei nostrę Iesum Christum.Sexto autem die vnum gomor colligitur:& cõsumitur:alterum colligitur & seruatur.Spes quippe vitæ æternæ:quæ in præsenti habetur:cum hac vita deficit.Cum enim plene videbitur res:tunc omnino euacuabitur spes.Alterum autẽ gomor colligitur & seruat̃ panis.s.vitæ æternæ:qui nunc comeditur.Nec obsistit huic sententiæ:q; mãna seruãdum mãdatur:cum præsens refectio ad futurã refectionem comparata vix quædam prælibatio est & magis futuræ refectionis præparatio.Sic enim vt nunc edimus prægustare per efficientiã huius cibi,hoc est colligere & seruare.Mãna enim colligimus:dum per gratiam huius sacramẽti quotidianis profectibus id agimus:vt in futuro plenius manducare valeamus.Mãna seruamus:quando in cõdigna veneratione huius sacramenti vsq; in finem perseueramus.

Q; quę parant̃ æternitati maneãt: quæ tempori non perdurant.

P ❡Fecerunt filii Israel:vt pręceperat Moyses:& non computruit:neq; vermis inuentus est in eo:dixitq; Moyses.Comedite illud hodie:quia sabbatum est domini:idcirco non inueniet̃ hodie in agro.Sex diebus colligite,in die autem septimo sabbatum est domini:idcirco nõ inuenietur.Q; reposita pro sabbato non corrumpuntur,signum est quia bona pro futura requie facta in futuro integra manent.Quę autem propter præsentem vitam & amorem seculi fiunt,corrumpunt̃:& ex his vermes ebulliunt. Comedite &c. Recte dicitur:Comedite illud hodie:quia sabbatum est domini. In vita enim futura tempus erit comedendi:non colligendi.Quicunq; enim hic colligis:labores manuum tuarum illic manducabis. Beatus es & bene tibi erit.Recte adiungitur.Non inueniet̃ hodie in agro:quia post hanc vitam nõ licebit operari.Sex inqt dies colligetis:hoc est in refectione bonorum operũ viuite:in septimo autẽ die,sabbatum est domini:& non inueniet̃ mãna:qđ colligi possit.

Cur Manna dicitur verbum dei.

Q ❡Erat manna quasi semẽ Coriandri albũ:gustusq; eius q̃si similę cũ melle.Recte mãna quasi semen Coriandri dicitur:quia verbum Dei aliud coram oculis habet:vnde nutriatur infirmus:aliud intus cõtinet:vnde fortior roboretur.Christus enim condescendit infirmis in leuibus,minimisq; præceptis:vt qui eum non potest capere in sublimitate vitæ perfectioris: eum capiat in mediocritate vitæ leuioris.Mãna autem dicitur album:quia verbum Dei ab omni labe mundũ est & purum.Q; autẽ verbum Dei dulce sit sicut mel,ostendit qui dicit. Q; dulcia faucibus meis eloquia tua &c. Q; gustus eius sit quasi similę cum melle, ostendit qui dicit. Cibauit illos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos.

De scientia spiritali.

❡Nota q; sapor mannæ per coctionem apparebat.Ignis siquidem tribulationis vim verbi dei in homine apparere facit.Vnde Gregori⁹. Si verbum Dei in corde figitur: tribulationibus probatur. R

Galfridus.

Q; Hur & Aaron monachos hoc loco significant & prælatos.

Manus Moysi erãt graues:Aaron autem & Hur sust.manus eius.Pugnabatur contra Amalech populũ allingentem:spirituum.s.immundorum suggestione:& adulatione nocẽtium.Vincebatur Amalech:eleuatis Moysi manibus.i.legis operibus. At illæ erant graues.Nec eñ facile erat opera legis subtiliter intelligere vel implere: donec in ecclesiæ petra sedit:vbi & opera ei⁹ velut Aaron & Hur nõ modo in seipsis:sed etiã in aliis sustentare videntur. Ille quidem prælationis officio:hic perfectionis exemplo. Et forte ipsi etiã per seraphin designantur:quod nomẽ ardentes vel incendentes sonat. Hur quoq; (vt aiunt) ignis interpretatur. Oportet sane eos qui votum gerunt monasticæ professionis,cõuersatione feruẽtes:eos autem qui gradum tenent ecclesiasticæ dignitatis:etiam accẽdentes cæteros inueniri.Nec immerito per pontificẽ Aaron prælati intelliguntur ecclesiæ:in cuius nomine:qđ sonat montem fortitudinis,admonentur q̃ sit eis potissimum qui huiusmodi dignitatibus sublimantur, necessaria fortitudo. Crebro siquidẽ dicitur eis.Euge euge.sed summos feriunt & fulgura mõtes.Et quidẽ nõ minus ab eis:q̃ a cæteris religiosam vitam professis operum perfectio quęritur. 17. S

Cantica sine titulo.

Q; bonorum discipulorum operibus fulciant̃ prælati.

❡Aaron autem & Hur manus Moysi sustentabant.Tigna & parietibus incumbunt:& tecti tabulas sustinẽt:& a laquearibus sibi affixis T

decorem sumunt. Boni namque auditores nimium doctori tribuunt: quando venerabili eorum vita conscripta: siquid in se infirmū reperit corrigit: & ibi cadere vbi alios prædicando a lapsu reuocat, erubescit. Hic beati Moysi manus (si quidē moralem sequamur sensum) Aaron & Hur sustinent: qa prędicatoris operatio a bonis auditoribus sustentatur: siue vt lapsum declinet: siue vt in virtute proficiens victoriam de aduersariis reportet.

Stephanus. de vtilitate prędicationis.

ca. 19. V Totus mons Synai fumabat: quia tam maiores q̄ minores in ecclesia perstrepescente buccinā prædicationis debēt emittere fumū compunctionis.

De exemplis malorum.

ca. 20. X Non facies tibi sculptile. Perniciosissima res est ad exēplum alterius viuere. Vnde in Esaia. In ędib⁹ Babylonis respōdent sibi vlulę. Vlula auis stercorea: & rostro crepitat. Hi sunt luxuriosi huius mundi: qui respondent adinuicem delitiose viuendo: vnus ad exemplum alterius. Sculptile quidem fit ad imaginem & reprępsentationem alterius: & quia sculptum est: gloriā mundi designat. Vnde in Naum. Erit sculptile & conflatile sepulcrum tuum. Tunc est sculptile & conflatile sepulcrum hominis: quando honor mundi incipit ei fœtere: & eum abiicit: ac se ibi fuisse mortuum recognoscit.

De triplici genere peccatorum.

Y ¶Non omnē similitudinē: quę est in cęlo & in terra & in aquis. Per hęc intelliguntur tria genera peccatorum: quę & Petro in disco ostensa sunt. Vidit em̄ volatilia, quadrupedia, & reptilia. Per volatilia superbi designantur. Superbia cęlestium mentes inhabitat. Per quadrupedia luxuriosi: qui terræ totis pedibus affiguntur. per reptilia, curiosi & cupidi: qui perambulant semitas maris. Similiter & hic notantur: per similitudinem in cælo, superbia. Per similitudinem in terra, luxuria. Per similitudinem in aquis, curiositas.

De Misericordia Dei.

Z ¶Ego sum deus visitans peccata patrum in filios vsque in tertiā & quartam generationē. Ecce iustitia. Et faciens misericordiā in milia. Ecce misericordia: quæ in tantū pręcellit iustitiā: quāto plus comprehenditur per milia, q̄ p tertiam & quartā generationem.

De triplici iuramento.

& ¶Non assumes in vanū nomē dei tui. Per hoc ꝙ dicit vanum, triplex ꝓhibet iuramentum. s. incautum, superfluum, & falsum.

Bruno.

Qꝫ nosmetipsos debeam⁹ altare dn̄o cōsecrare. A

¶Altare de terra facietis mihi. Altare de terra, homo est: quia de terra factus est. Quasi. d. vos ipsos consecrate mihi. hoc em̄ altare Christi carnē & sanguinē suscipit. In hoc altari fit illud sacrificiū: de quo dicit. Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus. Vnde & subditur: Et offere. super e. holo. & pacifica vestra. In hoc enim altare offerimus: vnde nobis placabilē & propitium facimus: oues videlicet & boues. Oues em̄ offerimus: quādo patientiam & simplicitatem deo vouemus. Boues autē quādo nos sub Christi iugo humiliamus.

Stephanus. contra inanē gloriam.

¶Si eleuaueris cultrū tuū sup eo pollu. Altare B est mens hominis: vbi nō est construendū ędificium de sectis vel politis lapidibus. Lapis enim nō politur nisi vt videat. Vnde lapis q in fundamento ponitur nō politur: quia videri non potest. Ille ergo construit altare de sectis lapidibus: qui ideo facit opera sua, vt videantur: & vt fauorem acquirat humanū. Sed abscondendum est opus: qa vt ait Salomon, Iustus quasi fundamentū subsistit. Si ergo eleuaueris cultrum: id est opus tuum cura & arte humana polire volueris: polluetur.

De Ambitione.

¶Non ascendes per gradus ad altare meū. id C est ad regimen ecclesiæ per gradus consanguinitatis vel dignitatis tēporalis. A deo em̄ esse debet, ꝙ prælatus erigitur ad culmen regiminis ecclesiæ. Vnde attendite vobis & vniuerso gregi: in quo posuit vos spiritus sanctus regere ecclesiam dei.

Bruno.

Qꝫ in fide trinitatis nulla graduum distinctio sit habenda.

¶Non ascendes per gradus ad altare meū ne D reueles turpitudinē tuam. Hoc altare fides est trinitatis: ad quā ille quidem per gradus ascēdit: qui maius & minus in trinitate credit, & intelligit. Plane igitur & non p gradus ad hoc altare ascendamus: & patrem & filium & spiritum sanctū ęquales esse credamus. Per gradus em̄ ad hoc altare Arrius ascendit: ideoque eius turpitudo, eius stulta, eius nefanda hæresis, cunctis gentibus est reuelata. Ascendens enim cecidit, fusisque visceribus turpiter & inaudita morte interiit.

De mysterio sex ciuitatum: & morte summi pontificis.

Qui percusserit hominē volens occidere: morte morieт. Homicidę alii cor- ca. 21. E

poris:alii animę.Hęretici & adulatores animas occidunt.Quod quia sponte faciunt:nisi pœnitentiā egerint: morte morientur æterna. Hoc & de homicidis corporis intelligendū est.Qui autē nō est insidiatus: sed dominus illum tradidit in manu eius: constituam tibi locum in quo fugere debeat. Hoc autem de illis intelligitur:qui nō sponte:sed casu hominē occidūt. his ad ciuitates fugitiuorū fugere conceditur. In quibus manere debent:donec maximus pōtifex moriatur. Sex enim ciuitates ęquali spatio inter se diuisæ fuerant: in quibus se tales tuebantur homicidæ. Sed quid per sex ciuitates:nisi sex dies in quibus operari licet? Quid vero per maximū pontificē: nisi Christum intelligimus?Fugiant igitur homicidę ad has ciuitates: vt q̄diu in hac vita consistunt: non otiose in his ciuitatibus: id est in his sex diebus vitam ducant: sed dura pœnitentia carnem domantes: mortis periculū desudent euadere. Vnde etiā extra eas inuenti impune occidebantur:quoniā & peccatores sine pœnitentia reperti dānabuntur.Manebant autē in ciuitate donec summus pontifex moreretur: qm̄ ante Christi passionē etiā peracta pœnitētia ad cęlestem patriā redire nō concedebatur.

Guilielmus de Calloe.

De solicitudine & officio prælatorum.

F ¶Si rixati fuerint homines:& percusserit alter alterum pugno vel lapide:& ille mortuus nō fuerit: sed iacuerit in lecto: & innixus baculo suo egressus fuerit foras:reddat impensas qui percusserit.Rixantur homines cū prelatus subditum arguit.Percutitur alter pugno vel lapide:cum de auaritia: quæ contractione manus significatur:vel de duritia quę signatur in lapide,subditus increpatur. In pugno.v. digiti contrahuntur & palmā tegunt.In quinq; digitis contractis & palma inuoluta:sex opera misericordiæ contracta intelligo: quæ magis ad proximi compassionē deberent extendi. Tunc vero nō moritur percussus iste:sed iacet in lecto:cum pręuaricator ad cor rediens conscientiam suam ęgram & ream vnde accusatur attendit:& innixus baculo charitatis vel cōsolationis:vt a prędicta duritia cōualescat.Per opera misericordiæ foras egreditur: vt aliorū necessitatibus opituletur. Impēsas autē accipit a percussore pcussus: cū modū subueniēdi pximo edocetur subditus a pręlato.

Radulphus.

Q; mortis meretur sententiā:q peccatorē qui conuerti iam cœperit,fecerit desperare.

Si effringens fur domū siue suffodiens fuerit inuentus: & accepto vulnere mortu⁹ fuerit:percussor nō erit reus sanguinis. Q; si orto sole hoc fecerit: homicidium perpetrauit:& ipse morietur.Fur qui domū alienā effringit aut suffodit,ille est: qui proximi sui conscientiā aut vi aliqua: aut praua suasione corrūpens: innocentiæ thesaurum conatur subtrahere. Ex iis sunt (ait Apostolus)qui penetrant domos,& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis. Hūc furē quisquis sub noctis tenebris percusserit: innocens erit: quia q̄diu prauitatis suæ cæcatur caligine:quisquis eum morte dignum pronunciauerit:nō peccabit.hoc est em̄ occidere eū:quomodo Iob dicit deo. Sordibus intinges me. id est intinctum monstrabis. Si vero orto sole hoc fecerit: homicidiū perpetrauit, & ipse morietur: quia si peccatori sol iustitiæ ortus fuerit: & affectū verę pœnitētię ei īfuderit,quisqs ab spe venię eū excluserit:desperationis mucrone furem pfodiens homicidiū perpetrauit: ideoq; & ipse mortis sentētia dignus erit. 22 G

Bruno.

Q; tam carnem nostrā,q̄ proximū a via veritatis errantem reducere debeamus.

Si occurreris boui inimici tui aut asino errāti:reduc ad eum. Inimicus noster est sermo diuinus:qui semper nobis.i. carni nostræ contraria præcipit. Et q̄uis hic bonus noster inimicus carnem nostram semp affligat & persequatur:tamen si eius bouē aut asinum: id est doctum vel indoctum aliquem errare videmus, ad eum reducere debemus: quaten⁹ eius salutifera mādata suscipiat:& ab illius plenis pręsepib⁹ nō recedat.Carnē quoq; nostrā:quę prius eius iugo: quasi bos subdita fuerat, aut quasi asinus eius onus portauerat, si iam fatigatā fugere & errare senserimus: ad eum debemus reducere:& quicqd nobis pręceperit siue ieiunare,siue vigilare,siue aliud agere iusserit adimplere. 23 H

Q; Christi sanguis nec confici:nec recipi debeat ab iniquis.

¶Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Tribus vicibus in vno anno festa celebrat: qui in vnitate & trinitate deum adorat. I

De fermento.

¶Non immolabis super fermento sanguinem victimę meę.Fermētum corruptionē,& peccatū,malitiā, & nequitiā Apostolo testāte,significat.Sanguinem vero victimæ: Christi sanguinem intelligimus.Pręcepit ergo sanguinem vi K

ctimę super fermento nō immolari:id est Christi sanguinē ab iniquis nō recipi nec sanctificari. Sup fermēto nāq; victimę sanguis imolatur: qñ Christi sanguis vel ab iniquis sacerdotibus conficitur:vel iniquis ad bibēdum traditur.

De discretione.

L ¶Non coques hœdum in lacte matris.f.q̄diu sugit hœdus lac matris: tener est. Hœdus est peccator. Mater cōcupiscētia: lac est cōcupiscētię suauitas. Dicit ergo prelato. Nō coques hœdum.i.dissolute viuere non facies petōrē. Qd eñ in liquido coqtur, dissoluit. Nec in errore suo eū blāditiis cōfouebis:sed aspe increpabis.

De pœnitentia.

24 M Vlit Moyses sanguinē,& aspersit populū:reliquā vero partē fudit sup altare. Qui sanguine respergit,in aliqua parte intingit:in aliqua nō. Qui vero sanguine operit,totus intingit. Martyres sunt altare qui toti opti sunt sanguine Christi. Vnde isti sunt q venerūt ex magna tribulatiōe &c. Nos vero etsi opiri nō possum⁹:saltē respgi debem⁹ sanguine Christi: vel agni:vt nos exercitemur in ieiuniis,in vigiliis,& in aliis bonis operibus.

Galfridus.

Q; per Hur & Aaron dei & proximi dilectio designetur.

N ¶Habetis Aaron & Hur vobiscū &c. In Aarō & Hur,amorē dei & proximi accipite: quia in his duobus mādatis vniuersa lex pēdet & prophetæ. Nihil est qd timeatis,si tales cōsiliarios vobiscū habueritis. Per Aaron amor dei significat:qa Aaron mons fortitudinis interpretat. Et qs est mōs fortitudinis:nisi amor oīpotētis? Vis nosse q̄ fortis mons iste sit? Charitas ait Apostolus nūq̄ excidit:& charitas oīa suffert. Hunc montē diabolus nō facile aggredit,sciēs scriptum:q̄ q tetigerit montē la. Hur q lumē siue ignem significat,amorē proximi nobis euidenter insinuat.q̄ eñ amor proximi lumē sit: Ioannes ostendit dicens. Qui diligit fratrem in lumine manet. Ardeat ergo in nobis ignis diuini amoris:& sic int⁹ ferueat:vt foras exeat p exhibitionē fraternę dilectiōis. Hoc nāq; mādatū habemus a deo:vt q diligit deū,diligat & fratrem suū. Ha,q̄ frigidus est inquā: nō ardet ignis iste. Parum dixi. Mortuus est,iuxta illud. Qui nō diligit:manet in morte.

Stephanus.de protectione Dei.

O ¶Habetis Aaron & Hur vobiscum &c. Aaron habitaculum fortitudinis : est Christus: Hur ignis spūs sanctus:quorū custodię cōmēdamur a pře. Et siqua q̄stio,id est aduersitas nos grauat:aut pulsat tētatio:ad eorū suffragiū recurrimus. Nec dubiū:quin si persistimus:p montē fortitudinis infirmitas roborat:& p gratiā sancti spūs ignorātia illustratur. Vnde bene in remedium cōtra hęc duo habemus auxilium filii & spiritus sancti.vt dicamus:Dominus illuminatio mea,contra ignorātiam:& salus mea, contra infirmitatem.

Petrus Rauennas.

Q; in cōtēplatiōe discim⁹:qd facere debeam⁹.

¶Ingressus Moyses mediū nebulæ ascendit in montē. Mons iste est fastigium contēplationis: P cuius ascensio est vera sui cognitio. In hūc mōtem dñs descēdit:Moyses ascēdit. In hoc mōte de tabernaculi constructione dñs docuit: Moyses didicit. Quid per tabernaculum fœderis: nisi status intelligitur perfectionis. Qui ergo montē quasi per nebulam ascēdit: id est qui diligēter attēdit qualis sit:restat vt ex diuina reuelatiōe cognoscat,qualis esse debeat:quale mētis ædificium deo construere:quibus obsequiis oporteat hunc placare.

Galfridus.

Quæ sit arcę fabrica:quæ factura.

Ompingite arcam de lignis Sethim: 25. Q longitudo arcę habeat duos semicubitos. Latitudo vnū & semis. Altitudo similiter. Ligna Sethim (vt aiunt) imputrebilia,leuia:& similia sunt albę spinę. Ligna in arcam vel homīes in ecclesiā vel virtutes in animā:vt cohęreant cōpinguntur. Imputribilitas perseuerantia est. Quasi putrescunt & paulatim deficiūt:qui cū spiritu cœperint, carne cōsummant. Leuitas,tractabilitas morū: maxime vt leuari facile possit sursum. Spina cōpunctionē significat. Albedo innocētiā. Singulariter alba spina passio est immaculati agni Iesu Christi. Nec multū distant a qualitate albæ spinæ: qui pœnitētiā & molestias sustinēt p peccatis quę deliquerūt:& cōfessione diluerūt. Pene eñ nō ibi fuit peccatū qd iam ibi nō est. Nigra vero est spina cū punitur culpa,nec expiat. Vel aliter. Albedo notat hilaritatē: Nigredo tristitiā. Alba igit est spina:quū in tētatione gloriamur:nec multū distans si saltē patiēter ferim⁹ Nigra si indignatiōe & mœrore tabescim⁹. Lōgitudo arcę,longanimitas patiētię. Vñ eñ ipatiens anim⁹ vincit molestiis:q̄ quasi breuior vltra eas nō ptendit,ęterna nō meditat. Sed quare hic duo cubiti? Nō solet in bonis esse duplicitas. Verū est:sed cōtra duplicitatē impugnātiū opus est duobus cubitis. Qñq; eñ amici:qñq; inimici impugnāt. Nihil tñ in humanis molestiis grauius:q̄ amici ipugnatio. Vnde in Psalmo. Si inimi.m.m.m.sus.v. Vel qa iterdū alius

palam, alius clam persequitur: opus est in longitudine cubitis duobus. Vel duo cubiti duplex longanimitas in malis tolerandis & bonis prestolandis. Veh enim iis qui alterutrum perdiderunt. Hi sunt duo cubiti longitudinis. In latitudine quoque sit cubitus: ut ad quoscunque possumus & quantum possumus etiam ad remotos, etiam ad inimicos opem ferendo manum extendamus. Similiter etiam in altitudine nobis sit cubitus: ut que sursum sunt in omni actione nostra queramus, & celibem vitam agamus. Apostolus addit etiam profundum dicens. Longitudo, latitudo. s. & profundum. Nec alia est dimensio: sed alia mensuratio. Nam sublimitas ab imo sursum, profundum mensuratur a summo deorsum. Ceterum quam profunda est arca: tam etiam alta: & tam sublimis apud deum cuiusque vita, quam humilis apud se eius conscientia: nec modo qui se humiliat: sed quantum se humiliat exaltatur. In omnibus autem mensuris istis, vel cum duobus cubitis: vel cum vno, additur & dimidius. Vbi integer cubitus perfectionem: dimidius imperfectionem designat. Saluantur autem cum perfectis: si tamen fideliter eis adhererent, etiam imperfecti. Aliter. In ipsis perfectis non deest imperfectio. Vnde Paulus. Non quod iam apprehenderim: aut iam perfectus sim. Et paulopost. Quicunque igitur perfecti sumus: hoc sentiamus. Vel aliter. Cubitus perfectio operis. Mensura enim brachii est. Dimidius superexcrescens: desiderium voluntatis facultatem actionis excedens. Aurum fides que igne probatur. Hac deauratur intus & foris: ut coram deo & hominibus intentio pariter & actio sit fidelis: & ut resistamus fortes in fide tentationibus: siue ab exteriore suggestione, siue ab interiori occasione, irruentibus. Corona victorie signum: ut quia vndique imminent hostes, nulla ex parte cedat fides. Vel corona sup nos pondus eterne glorie in celis: & excedens non modo merita: sed & vota. Hec in circuitu: quia omnibus vere fidelibus promittitur. Vel corona in summitate posita designat: quod finis non pugna coronat. Anguli cordis nostri affectiones quatuor: in quibus ponuntur annuli totidem virtutes. Obtineat ergo prudentia tristitiam: ut salubriter poenitendo contristemur. Fortitudo desiderium: ut magnanimiter magna desideremus. Temperantia timorem, ne nimium licet nimia & nimis promerita mala timeamus: & timore ipso ab omnibus concupiscentiis noxiis temperemus. Fortiter enim optare & nimis diligere: non autem timere debemus. Quin & desiderium fortes efficit in tribulationibus: timor a voluptatibus temperantes. Iustitia quoque gaudium teneat: ut in ea sola nobis complaceat: de ea sola mens gaudeat. Habeamus etiam vectes duos: tolerantiam laboris pertinentem ad dextrum latus, gaudii & desiderii: & tolerantiam doloris ad sinistrum, tristitiae & timoris. Sint etiam de lignis Sethim, ut supra, operti auro fidei: quia in ipsis quicquid non est ex fide, peccatum est. Vel fides operit: ut quasi non videamus, non reputemus: sed dicamus. Momentaneum hoc &c. Et non sunt condigne passio. Nunquam extrahantur donec arca in Hierusalem statuatur in loco suo: ut parati simus dum viuimus ad vtrumque tolerandum. Ponatur testificatio: ut lex dei nostri sit in cordibus nostris: iuxta illud. In corde m. abs. e. t. ut non pec. t. Inde arca dicitur quod arceat, & repellat volentes tollere: quod maxime facit societas morum, tanquam compactio lignorum. Legimus enim quod postmodum ibi posita est vrna aurea habens manna, dulcedinem intimam diuinae sapientiae designans: & virga quae germinauit: id est spes resurrectionis. Pietas enim & custodia legis quam continent tabulae, promissionem habet vite que nunc est & futurae.

Bruno.

Q. de sanctis quasi lignis Sethim tam arca quam corona fabricetur.

¶Arcam de lignis Sethim compingite &c. Arca est caelestis illa ecclesia: quae caeli velamentum transgressa iam habitat & moratur in sancta sanctorum. De hac autem arca Ioannes Apostolus ait. Et apertum est templum domini in caelo: & visa est arca testamenti eius in templo eius. Haec autem arca compingitur atque construitur de lignis Sethim: id est de lignis fortibus & imputribilibus: de lignis spinarum quibus Christus coronatur. Christi namque corona sancti sunt quoniam pro ipsis & certauit & vicit & coronatus est. Omnis autem arce dimensio aliquid imperfectionis habere videtur: quoniam in longitudine & latitudine dimidium posuit: in altitudine vero semissem. Hoc autem ideo fit: quia nobilis illa & celestis arca nondum perfecta est: neque vsque ad seculi consummationem perficietur. Quotidie namque aliquid edificatur in ea: quotidie deferentibus angelis lapides, id est sanctorum anime illuc ascendunt: e quibus eius muri aedificentur. Vnde. Benigne fac domine &c. R

Stephanus, de beata virgine.

¶Fac tibi arcam &c. Arca est beata virgo: que deaurata fuit, non aurea: quia peccati fomitem habuit: etsi postea sit extinctus. Propitiatorium vero totum aureum fuit: quia Christus fomitem non habuit: nec habere potuit. Hec est arca que circunferebatur: & corruerunt muri Hiericho: quia populus in laude beate virginis gloriatur: & quandoque per eius exemplum & predicationem de ea S

muri:id est peccatores corruunt, & cõuertun tur ad dominũ. In arca erat Vrna: in qua erat mãna:qa in vtero beatę virginis diuinitas cor poraliter habitauit. Hęc vrna est aurea:qa a fo mite mũdata. Vnde. Quę est ista quę ascendit sicut au.cõ.pul.vt lu.electa vt sol? In cõceptiõe sua fuit sicut aurora caligine fomitis respsa. In natiuitate vt luna. In incarnatiõe verbi:vt sol. In assumptiõe vero:vt castrorũ acies ordinata.

Bruno.

Quid arca,vrna,& virga,designet.

G ¶Pones in arcam testificationẽ:quã dabo tibi. Hanc testificationẽ legẽ intellige quã in duab⁹ tabulis lapideis dñs scripsit. Hæc autẽ in arca posita est:qm̃ sanctorũ cordibus tradita est. Et bene lex in arca clauditur:euãgelium autẽ cir ca arcam per quatuor angulos ponitur: quo niam legis ritus & cerimonię absconsę iacent: Euãgeliorũ vero pręcepta per quatuor mundi partes diffundũtur & prędicãtur. Erat autẽ in arca ista vt Apl's ait, vrna aurea habẽs mãna:p quã Christũ intelligim⁹ oĩs sapiẽtię & scientię dulcedine plenũ. Erat ibi & virga Aaron quæ fronduerat:id est virgo Maria:quę arida & si ne semine peperit filium.

Qr dominus nunq̃ nisi vere pœni tentibus misereatur.

H ¶Facies & propitiatoriũ de au.pu.duos cubi tos & dimidiũ habebit longitudo eius,semis sem & cubitũ latitudo. Propitiatoriũ oraculũ vocat:quo arca tegebatur. Merito autem arca dei:id est sanctarũ animarũ & beatorũ spirituũ collectio ppitiatorio tegitur:quãdo dei clemẽ tiam & ppitiationẽ sup se semp intuentes non solum quę petũt & orãt: verũetiã oĩa quęcũq; desiderãt,adipiscũtur. Est aũt de auro mũdissi mo:qm̃ tam sapiẽter ppitiatur deus: vt in sua propitiatione nunq̃ fallatur: qm̃ nisi pœniteat nulli vnq̃ ppitiatur. Et qm̃ nec semp, nec oib⁹ deus ppitiatur:ideo in ppitiatorii quoq; dimẽ sione imperfectum aliquid,semissem videlicet & dimidium posuit.

Qr ad scripturã accedere debeat: quideum voluerit inuenire.

I ¶Inde præcipiã & loquar ad te.i.siquãdo tibi loquar:siqñ filiis Israel mãdauero: ibi me quę ras,ibi me inuenies: ĩde tibi loquar. Vñ? desup propitiatoriũ: & de medio duorũ Cherubin. Qui ergo vult loqui cũ deo:veniat ad cheru bin:currat ad scripturarũ testamẽta: ibiq; deũ & loquentem & propitiantẽ inueniet.

Stephanus.de sacra scriptura.

K ¶Facies mensam de lignis Sethim. Mensa est sa cra scriptura. Hęc fit de lignis Sethim:quę sũt similia albę spinę. In his autẽ tria notantur: Spi na:albedo:imputribilitas. Hęc notauit Hiere mias:qui emit a socero suo agrum Manathot. Et dedit ei socer duas chartas in testimoniũ: quas ipse vocat librum signatum & apertum: quia vna erat clausa:& alia aperta. Et dixit ad Baruch. Sume librum signatũ & librum aper tum: & repone in vase fictili: vt maneant per multos dies. Emptio ista est comparatio vitæ æternæ: quæ continetur in nouo testamen to: quod est liber apertus:& in veteri,quod si gnatus. Et hi duo libri reponuntur in vase fictili: id est in fragilitate & vilitate literæ ex terioris. Cum ergo dicitur Librum signatum & apertum: notatur albedo:cum dicit In vase fictili,spina:cũ dicitur Vt permaneant,impu tribilitas.

Bruno.

De quatuor virtutibus:prudentia,iustitia,for titudine,& temperantia.

Decẽ cortinas de bysso retorta: & hya. 26.
ac pur.coccoq; bis tincto varia.opere L
pluma.fa. Per hęc quatuor & quatu or elementa & quatuor principales virtutes si gnificantur. Sed primũ de virtutibus videa mus. Hyacinthus igitur qui cęlestem & diui num colorem habet:prudentiã significat:quæ de cælestibus a deo descendit: secũdum illud: Omnis sapientia a domino deo est. Purpura vero qua reges & principes induuntur, iusti tiam designat. Vnde & eis dicitur. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Per coccum ve ro qui sanguinei est coloris, fortitudo nota tur: qua sancti martyres vsq; ad sanguinem resistentes in Christi fide fortissimi extiterunt. At vero per byssum quę de terra oritur,tem perantia intelligitur. Quoniam sicut terra omnium elementorũ media est: & in se omnia recipit elementa:ita & tẽperantia inter omnes virtutes media discurrit: omnesq; coniungit atq; conciliat. Harũ igitur virtutum executio est materia cortinarum.

De quatuor elementis.

¶Per hęc etiam quatuor elementa signantur: M
de quibus & homines constant:qui cortinæ ta bernaculi merito nuncupantur. Per byssum siquidem terra:per hyacinthum aer: per pur puram aqua: per coccum ignis satis congrue designantur. Tot sunt autem hæ cortinæ: ex quibus hoc tabernaculum: id est sancta eccle sia construitur: quot sunt gentium nationes. Quę quidẽ ideo decem esse dicũtur:qm̃ dena rius numerus oẽs in se numeros cõtinet. Idem igitur est.x.qđ oẽs. Has ergo cortinas Apostoli

texuerunt. Vnde & doctor gentium beatus Paulus de arte schoenofactoria viuebat. Ponebant igitur Apostoli byssum retortam in cortinis: quoniam terrã: id est terrenos & peccatores a mundi voluptatibus ad Christi amorem & fidem retorquebant, Ponebãt & hyacinthũ: quoniã sola cælestia contẽplari & diligere hominibus suadebant. Ponebant & purpurã: quoniam ad baptismi gratiam eos vocabant. Ponebant & coccũ bis tinctum: quãdo vt igne spiritus flagrarent: & deũ ac ꝓximũ diligerent: eos admonebant. Coccus em̃ est q̃ igne amoris ardet. bis tinctus vero q̃ duplici amore rubescit. Fiunt autẽ hę cortinę opere plumario: quaten⁹ & ipsæ volare valeant: & oẽs intuentes volare doceant. Hic em̃ hę cortinę fiunt: sed hic diutius manere nõ debent. Sumũt enim pẽnas vt aquilę: volabunt & nõ deficient.

Q iustos excedant & numero & potentia peccatores.

N ¶Facies & saga cilicina. xi. ad operiẽdũ tectum taberna. Plura sunt saga cilic. q̃ cortinæ: insup & lõgiora: quoniã peccatores & plures sunt q̃ iusti: & magis diuitiis & honoribus sublimati. Hęc tamẽ tectũ operiũt. Hęc a grãdinis & pluuiarũ iniuriis tabernaculũ defendũt: qm̃ si monachi & sacerdotes oẽs essemus: facile a Sarracenis & prędonibus ecclesia cõculcaretur. Vnde p̄ regib⁹ & cęteris q̃ in sublimitate sunt positi, orare iubet Apostolus. Et mẽbra cõtẽptibilia magis necessaria ecclesię dicit.

De tribus elementorũ ordinibus.

O ¶Facies & operimentũ aliud tecto de pel. arietum rubricatis: & super hoc rursum aliud operimentũ de hyacinthinis pellibus. Tria em̃ operimenta habuit tabernaculum: id est ecclesia. Primũ cilicinum. Secundum pelles rubras. Tertium pelles hyacinthinas. Cilicinum pœnitentes. Pelles rubricatæ, martyres. Hyacinthus vero quia cælicum & aerium colorem habet, significat confessores. Vel quia peccatoribus ad fidem conuersis statim in ipso fidei initio pœnitentia iniungebatur: non immerito primum indumentũ eorũ cilicium erat. Sed cũ quidam eorũ statim suscepta pœnitentia prius etiam q̃ baptizari potuissent ad supplicium tracti decollarentur: Quid aliud isti q̃ pelles rubricatas post cilicium induebant? At vero q̃a mox in rubricatis pellibus corpus inuolutum relinquens cæli secreta anima penetrabat: Tertium quidem operimentum pelles hyacinthinas suscipiebat.

Quid in positione vtensilium tabernaculi mysterii designetur.

¶Pones & propitiatorium super arcam testi. in P sancta sanctorũ. Mensamq; extra velum & cõtra mẽsam cande. in late. taber. meri. Mensa em̃ stabit in parte aquilonis. Propitiatorium ponitur super arcam: quando respectus diuinæ miserationis subueniendo respicit ecclesiam. Mensa autem ponitur extra velum: quia sciẽtia sacri eloquii nulli inuidiose absconditur: sed cunctos satiat: qui ad eam cum gratiarum actione desiderant accedere. Ponitur autẽ contra mensam candelabrum: vt fercula posita videantur: quoniã nisi Christo illustrante diuina scriptura intelligi nõ valet. Ipse em̃ lux est vera quę illuminat omnẽ hominem venientem in hũc mũdum &c. Et q̃a deus ab austro veniet: idcirco in latere meridiano candelabrũ ponitur. Quia vero ab aq̃lone panduntur mala sup omnẽ terrã: ideo in parte aquilonis ponitur mensa. Illũ locũ maxime munire debemus: per quem hostes in nos irrũpere timeamus.

Stephanus. de discretione.

¶Duæ incastraturę fiant. Connexio tabularũ Q bonorũ operum cõnexionẽ significat. debet em̃ vnũ bonũ opus cõtinue sequi aliud. Vel duæ incastraturę significant duplicẽ humilitatem: quã debet homo habere in corde & in opere. Vel geminam discretionem: quã debet homo habere in principio operis & fine. In principio ne corrũpatur per intentionẽ. In fine p̄ discussionẽ. Prius em̃ considerari debet aial ne vitiosum sit: anteq̃ offeratur: & post pellis detrahi & carnes in frusta concidi.

Sello.

Quid per duo legis altaria mystice designetur.

FAcies altare æneum &c. Duo altaria 27
in lege fieri ꝓcepta sunt: quorum al- R
terum erat sub diuo: alterũ in tabernaculo. Altare sub diuo quinq; cubitis mensuratur: super quo comburebantur carnes: & effundebatur sanguis. Hoc altare illos significat: qui pugnant cõtra illicitos motus carnis: q̃ p̄ quinq; sensus aguntur: in quo igne diuini amoris cremantur carnalia desideria: & effunditur sanguis peccati. Hoc erat sub diuo, non in tabernaculo: quia isti adhuc in terrenis operibus demorantes nondum in cellam vinariã: id est in cognitionem diuinorũ secretorũ introducti sunt. Nondum peruenerũt ad illud: Vacate & videte: quoniã suauis est dominus. Porro altare in tabernaculo vbi accendebat sacerdos incensum mane & vespere, perfectos significabat: q̃ carnis tẽtationib⁹ supatis a seculi actibus alieni: hostiã laudis igne charitatis accẽsam in ara cordis frequẽter offerũt in odorẽ

suauitatis domino. Istud vno cubito mensuratur: quia perfecti in charitatis vnitate firmati ad vnitatem æternæ felicitatis omni desiderio tendunt. Hoc etiam in quinq; cubitis, & in vno signatur: quod imperfectorum numerus maior est: quam perfectorum. Nec prętereundum quod illud æneum: istud aureum est: quia imperfecti velut ęs in confessione resonant peccatorum. Perfecti vero ictus tribulationum patienter sine sono murmurationis tolerant: velut aurum quod non resonat sub ictibus malleorum. Illi laborant in actione: isti quiescunt in contemplatione.

Bruno.

De vasis tabernaculi & lebetibus.

S ¶Facies & lebetes ad susci. cineres & forcipes atq; fuscinulas: & igniū receptacula. Malus lebes ille de quo dicit. Moab lebes spei m. Hi autem lebetes boni sunt: qui altari deseruiūt: qui altare mūdant: qui altaris cineres suscipiunt. Per hos eñ sacerdotes intelligūtur: qui dei altare qđ est ecclesia ab omni sorditate tergētes, aliorū cineres & peccata in se suscipiunt: & ab ecclesia longe proiiciunt. Suscipiunt eñ vt deleant nō vt teneant. Hi autē & forcipes tenēt: quibus carbones de igne trahāt. Carbones eñ de igne trahere est eos qui tribulationis & angustiarū igne exurūtur: fraterna charitate adiuuare & consolari. Idipsum autem per fuscinulas: quod & per forcipes intelligimus. Idem eñ est cū fuscinula carnes feruētes de olla trahere: quod carbones ardentes de igne eripere. Sed quid per ignium receptacula: nisi eos qui charitate feruētes hospitalitatem sequuntur: & omnes quos pro Christi nomine affligi: vel eius amore flagrare cognoscunt: omnē eis humanitatem exhibentes libenter recipiunt? Si enim carbones Christifideles afflicti & charitate feruidi intelliguntur: quicūq; eos recipit: ignium receptaculum est.

Q) de oliueto prelatus sumi debeat, non spineto.

T ¶Pręcipe filiis Is. vt affe. tibi o. de arb. oli. pu. piloq; contusum: vt ar. lu. semper in taber. testi. extra velum: quod ap. est testi. Oleum a filiis Israel affert: qñ aliqs vir gratia spūs sancti & pietate & misericordia plen⁹: a toto pplo eligitur. Suscipitur autē de arboribus oliuarum: id est de doctrina & congregatione sanctorū: quatenus & pacem diligat: & sanctorum patrum dulcedinem & saporem imitetur. Sit autem vita & moribus purus: immo purissimus: & sicut Apostolus ait: irreprehēsibilis. Sit quoq; pilo contusus: non delicatus, nō otiosus: sed in tribulatione & iniuriis per patientiam probatus. Et iste quidem ad hoc eligitur: vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii: vt nunq̄ tabernaculum sit sine lucerna: vt nunq̄ ecclesia sit sine lumine: vt nunq̄ populus sit sine episcopo & doctore. Ipse enim est lucerna. Ipse sit & oleo plenus: ipse sit misericordia & pietate repletus. Debet autē ardere hæc lucerna extra velum: vt ab omnibus videatur: vt omnes illuminet: & secundum euangelium luceat omnibus qui in domo sunt. Sed extra quod velum? Extra illud quod appēsum est testimonio: qđ claudit testamētū: qđ celat nobis & abscondit diuina mysteria.

Odo Tusculanus.

Q) curam triplicem prælati subditis debeant adhibere.

¶Applica ad te Aaron. f. t. vt sa. fa. mihi. Lex & sacerdotium q̄ familiariter sibi conueniant fraterno nomine voluit dominus assignare. Vnde nec ait Voca, sed applica. Qui ergo vult fūgi sacerdotio: oportet eum in lege domini iugiter meditari. Curæ pastorali q̄tum sit necessaria cognitio legis dei in aperto est. Cura eñ pastoralis in tribus consistit: in cura vulneris: id est peccati: in custodia sanitatis: in promotione virtutis. De curando vulnere dicitur. Curam illius habe. De custodia sanitatis. Vos estis sal terræ. Sicut enim caro aspergitur: ne soluatur in saniem: sic & ouis pastorali vigore confirmatur: ne laxetur in peccati putredinem. De promouenda oue vsq; in perfectionem domin⁹ dicit. Bonus pastor educit oues: & cum eas eduxerit: ante eas vadit: & eum oues sequuntur. Sacerdos igitur si ignoret legem dei: quo suum officium exequetur: qui nec etiā de vulnere sciret iudicare: præsertim curare? Cum ergo reprobandus sit ex mala vita: debet potius reprobari ex ignorantia. Peccat sacerdos: caute peccet: vt saltem noceat sibi soli. Si vero cæcus fuerit: non se solum: sed totum gregem trahit in foueam. Si quis tamen est qui de sua cura caueat sibi: non tamen eius casus suo minus imputatur pastori. Est enim in ipso vt ouis cadat. Audacter dico: quot prouidere debet animabus: tot animarum homicida est. V

Bruno.

Q) Episcopus debeat ad virtutum exercitium indumentis sacerdotalibus excitari.

¶Facies superhumerale de au. & hya. at. pur. coccoq; bis ti. & bys. re. o. po. Respice Episcope ad onus quod portas: respice ad suphumerale. Vides ibi aurum: da operā & studiū sapiētiæ. X

Vides ibi hyacinthũ: intuere cęlum & contẽplare deum. Vides ibi purpurã: serua iustitiã. Vides ibi coccũ bis tinctum: tingat te si necesse fuerit pro dei & proximi dilectione, sanguis martyrii. Vides ibi byssum retortã: carnẽ doma, macera, & afflige: vt & spiritui seruiat: semperq; candidior & mũdior fiat. Sit autẽ suphumerale opere polymito, multisq; coloribus variato: quaten⁹ in pulchritudine exteriori: qualis interius esse debeat, facilius episcopus intelligere valeat.

Qꝫ bonus vitę finis laudabili principio debeat respondere.

Y ¶ Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere sum, vt in vnum redeat. In qua re nil aliud significari putamus: nisi vt tota vita nostra sic in bonis operibus continuetur: vt & principio finis concordet: & bonũ qđ cœpimus: vsq; in finem nõ relinquam⁹. Duę nãq; orę in vnũ redeunt: dum prima & vltima vitæ nostræ in boni perseueratione cõueniunt.

Qꝫ in pontificis pectore veritas & doctrina pari debeant fœdere copulari.

Z ¶ Pones in rationale iudicii doctrinam & veritatem: quæ erunt in pectore Aaron quãdo ingredietur corã dñõ. Hoc episcopi audiãt: hoc diligentissime attendant: & considerent, quid significet: ꝙ sup pectus Aaron doctrina & veritas ponuntur. Ille enim episcop⁹ rationale in pectore nõ habet: in cuius corde nõ est doctrina & veritas. Quid enim sine doctrina docebit? Quid sine veritate iudicabit. Ideo enim rationale iudicii dicitur: vt in rationali sit doctrina: in iudicio sit veritas. Semper igitur rationale, semper pectus suum episcopus intueatur: sufficit illi liber iste: tota lex vtriusq; testamenti: si scientiam in pectore habet: si tamen intelligit: quod in pectore habet. Sed quomodo non intelligit pectus quod in pectore est? Quomodo cor illud non videat: cuius pondere premitur? Ideo enim tam prope & super ipsum cor rationale ponitur: vt quid significet: & quid velit intelligat. Stat rationale super cor: quasi magister super discipulum. Admonet cordis oculos: rogat vt ad se dirigãtur, inspiciant, & legant.

Radulphus.

Qꝫ solos vere pœnitentes expiet sanguis Christi.

A ¶ Portabit Aaron iniquitates eorũ: quæ obtu. & sancti. fi. is. Neq; sanguis Christi expiat omnes: neq; fides sola sufficit: vt inter eos quos expiat numeremur: nisi sanguinis Christi vtilitatem congruæ pœnitentiæ satisfactione meremur. Vnde scriptum est. Portabit Aaron iniquitates eorũ: quę obtu. & sa. fi. is. Aaron quippe noster dominus Iesus eas tñ fidelium iniquitates portat: & passionis suæ supplicio expiat: quorum confessionem deo obtulerint: & sanctificauerint eas: hoc est digna emendatione correxerint.

Adam de Perse.

Cum omnia fecerimus: non in operibus nostris: sed in misericordia redemptoris spem habeamus.

¶ Et pones in fronte Aaron au. la. Post omnia indumenta sacerdotalia, lamina in fronte pontificis ponebatur. hoc significat: ꝙ cum vestimentis illis: quibus sanctæ virtutes, & opera bona signant, induti fuerimus: vtpote summi mẽbra pontificis: nõ in virtutibus nõ in operibus nostris: sed ĩ Christi sanguine spem nostrã ponere debem⁹: teste Apostolo. Spes capitis est munimentũ. & galeam inquit spem salutis. B

Bruno.

Qꝫ per tortam, crustulam, laganum, fides, spes, charitas, designantur.

Tollesq; tortam panis vnius: & crustulam cõsper. o. & la. de ca. azi. quod po. est in con. domini. Per hæc tria fidem spem & charitatem intelligimus. Sicut enim panis inter omnes cibos, ita fides omnium virtutum, prima & maxima est. Sine fide enim impossibile est placere deo. Hæc prima dicitur. hæc in baptismo suscipitur. Est autem torta panis vnius: quoniã & fides vna est. Sic eñ Apostolus ait. Vnus dominus, vna fides, vnũ baptismũ. Sed quare torta? Torta enim coronæ similitudinẽ exprimit. Per fidem aũt venitur ad coronam. Vnde Apostolus cum dixisset. Bonũ certa. certaui, cur. consum. mox addidit. De reliquo re. est mihi co. ius. Crustula vero spem significat. Qꝫ enim in sartagine frigimur: ꝙ in craticula assamur: ꝙ diuersis tribulationibus affligimur: hoc totum spes futurę beatitudinis operatur. Quid vero per lagani latitudinem: nisi charitatem? de qua dicitur. Latum mandatum tuum nimis. Hæc autem omnia & azima sunt & oleo lita: quoniam syncera & incorrupta sunt: & sancti spiritus gratia perfusa. Hęc vero de canistro azimorum tolluntur: quoniam in sacra pagina reperiuntur. ca. 29. C

Qꝫ non intercisa sed continua debeat esse sanctificatio sacerdotum.

¶ Omnia quę pręcepi tibi fa. sup Aa. & fi. eius. Septem diebus consecrabis manus eorũ: & vi- D

tulum pro pec. of. per sin. di. ad expi. Quid est vii. dieb⁹ cõsecrabis manus eorum? Audite episcopi & sacerdotes. Nullus dies prætermittit. Oi die cõsecrari debẽt manus vestræ. Non enim sunt nisi. 7. Qui igitur. 7. diebus consecrat: oĩbus diebus consecratur. Consecrat autem qui semper manus & opera custodit vt mũda sint: vt nil mali operentur: & vt cunctis bonis operationibus insistant. Offert autem & vitulum ad expi. per singulos dies: qui nunq̃ vnigeniti filii dei obliuiscitur passionis.

Radulphus.

Quid per matutinum & vespertinum sacrificium designetur.

E ¶Hoc est qđ facies in altari. Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter: vnũ agnũ mane & alterum vespere. Decimam partem simile cõspersę oleo tunso: qđ habeat mẽsurã quartam partem hin. & vinũ ad bibendum eiusdẽ mẽsurę in agno vno. Alterum vero agnum offeres ad vesperã iuxta ritũ matutinæ oblationis: & sanctificabitur altare in gloria mea. Altare holocausti/ecclesia est. Hæc agni illi⁹ oblatione sanctificat: de quo scriptũ est: ecce agnus dei &c. Huius agni holocaustum matutinum fuit: qñ iustitię mane mũdo apparuit. Est & vespertinũ: quia vsq; in secul: vesperã ecclesia sanctificatur per ipsum. Sed & p singulos dies mane offert: cũ singulis fidelib⁹ eius grã lumẽ fidei aperit. Offertur & vespere: cũ eius auxilio credens iustitia consummatur. Totiẽs quippe offertur p nobis: quotiẽs oblationis suæ vtilitatem cõfert nobis. Decima similę quę agno adiungitur/perfectam illius puritatem designat. Oleum vero quo simila conspergitur/eam quã nobis exhibuit innuit charitatem. Tũso, id est tribulationibus probato. Quaternarius numerus qui in oliuæ mensura seruatur/eiusdẽ dilectionis exprimit infirmitatem. Hic eñ nũerus pro perfectione & soliditate solet poni. Vnde & quatuor sunt euangelia: ad designãdam irreuincibilem eorũ auctoritatẽ. Et ligna arcæ quadrata fuerunt: vbi sanctorum exprimitur fortitudo. Quadratum nãq; in quocũq; latere stat: sic & sanctorum virt⁹ & in aduersitate & in pspęritate rigorẽ sui ppositi retinet & cõseruat. Seruat & in vini libatione mẽsura eadem: quia de ei⁹ morte gaudium indeficiens generi prouenit humano. Et sanctificabitur inquit altare in gloria mea. Dei gloria est non nostra: q nos non quærentes se quæsiuit: non eligentes elegit: non vocantes se prior nos vocauit.

Stephanus, contra inanem gloriam.

C Ornua ex ipso erant. Nota q̃ ait ex ipso: & non aliunde. Hypocrita enim habet cornua ex iactãtia & inani laude. Diues a pecunia. Paup a tenuitate. Tũc eñ cornua sumit. Iustus autem non aliunde: q̃ a semetipso. Vnde omnis gloria. fi. re. ab intus. ca. 30. F

Radulphus.

Q fides integra equaliter ab oĩbus exigat.

¶Hoc dabit omnis qui transibit ad nomẽ. dimidiũ sicli iuxta mẽsuram templi. Diues non addet ad mediũ sicli: & pauper nõ imminuet. In hoc pręcepto vel in hac oblatione aperte mõstratur/non morũ sanctitatẽ in qua sanctorum diuersa ẽ gratia: sed fidei firmitatẽ describi: quæ sanctis omnibus cõmunis est: in qua nec diuiti quicq̃ addere: nec pauperi detrahere licitũ est. Hęc aũt recte per dimidiũ sicli exprimitur. Siclus quippe. xx. obolos habet. Quapropter. x. oboli qui ĩ sicli dimidio reperiunt, numeri sui perfectione/perfectã fidei doctrinam insinuant. Nam idẽ siclus mẽsurã templi habere pręcipitur. Quisquis enim plenã fidei mẽsurã habere satagit, necesse est vt eã non hęreticorũ sed orthodoxorũ patrũ doctrinę cõformet. Denarius itaq; iste in se quidẽ pfectus est: sed tamen sicli non plenitudinẽ: sed mediocritatẽ continet: qa fidei nostrę plenitudo totũ qdem habet: qđ saluti satis sit humanę: verũ ad plenitudinẽ illã visionis dei: quæ in futuro repromittitur sanctis: vix dimidiũ explet. Ex parte ĩquit Aplus cognoscimus: & in parte prophetamus. G

Galfridus.

Q per sicli dimidium, fidei integritas designetur.

¶Diues nõ addet ad mediũ sicli: & pauper nõ minuet quid ab eo. Dimidi⁹ siclus ẽ fides: q ad salutẽ sola sufficere nõ possit: si facultas suppetit operãdi. In opib⁹ aũt ali⁹ alio ampli⁹ offert deo: ĩ fide aũt nec augeri licet oĩno/nec minui. H

Radulphus.

Q tam tabernaculum: q̃ vasa eius sancti spiritus oleo consecrantur.

F Acies vnctionis oleum: & vnges ex eo taber. testi. & arcam testa. mẽsam q cum vasis suis: candelabrũ & vtensilia eius: Altare thymiamatis & holocausti: & vniuersam supellectilem: quæ ad cultum pertinet. Vnctio ista quæ sit Ioãnes manifestat cum dicit. Vos vnctionẽ habetis a sancto: & nostis omnia. Hoc oleo vngitur tabernaculum, cũ filii ecclesiæ vt domus dei efficiant: & in Christi membra transeant, sancto spiritu consecrantur. Qui enim spiritum Christi non habet: hic non est eius. Vngitur arca in sanctis sanctorũ ca. 32. I

collocata: cũ eadẽ ecclesia nõ in hac peregrinatione, fidei sanctificationẽ: sed iã in patria caelesti iustitię pfectionem circũdata ex omni parte auro: id est diuinę visionis illustrata fulgore / p eiusdẽ spũs gratiã adipiscit. Cãdelabrũ quoqȝ hac ipsa vnctione sanctificat: cũ lucerna fideliũ, bona. s. eorꝫ opa: p quę corã hominibus lucẽt: vt eis pdesse possint, ab eodẽ spũ charitatis gr̃am cõsequuntur. Mensa autem sacrę scripturę formã habet. Ipsa est qppe quae nos ad deum tendentes ne deficiamus reficit & confortat. Vnde Dauid. Parasti in conspectu meo mẽsam aduersus eos q tribulant me. Nam & mensa hęc in pte Aquilonis stabat: vt datur intelligi, quia cõtra impetus aduersarii nobis ad consolationẽ attributa est. Mensa itaqȝ oleo vngitur: quia scriptura sacra non humano sensu sed p spũm sctm̃ nobis administratur.

Qꝫ qui secundum carnem ambulant sancti spiritus nesciũt vnctionem.

K ℂHoc oleum sctm̃ erit mihi in genera. v. Caro hominis nõ vngetur ex eo. Qđ quomodo dictũ sit quęri potest: cum Aaron filiiqȝ ei⁹ ex eo vngi praecipiantur. In pmptu tñ est aduertere eã quę ad vsum carnalẽ ptinet, exhiberi vnctionẽ: nõ eã quę ad sanctificationem. Vnde nõ dicitur: Homo nõ vngetur ex eo: vt voluptatem poti⁹ carnis amputãdã intelligat: q̃ officium cõsecrationis. Vnctio ista spiritus est. Vnguento itaqȝ isto caro hominis vngi non potest: qa qcunqȝ viuunt secundũ carnẽ: sancti spũs nesciunt vnctionem. Quicũqȝ autẽ dederit ex eo alieno exterminabitur de populo suo. Hoc ad spũm sanctũ videtur non posse referri: cũ de illo dñs testetur: quia alienus eũ accipere nõ potest. Sed sunt nonnulli q qđ nõ habent habere se simulãt. Quicũqȝ ergo hac vnctione p meritũ suũ priuati vnctos se ex ea videri appetũt: isti cũ ab ea alieni sint: fallaciter sibi eã vsurpãt.

Galfridus.

Qꝫ comminatio domini in iudęorum populo sit completa.

L ℂDimitte me vt irascatur furor meus: & fa. te in gẽtẽ magnã. Aliquaten⁹ etiã tũc impletum: si nõ de ipsa gente, de ipsa tñ cognatione videtur: vt ex tanta multitudine terrã pmissionis vix intrent duo. Nec imerito forsitã in duob⁹ illis duas eiusdẽ populi ptes pręfiguratas accepim⁹: alterã qdẽ in initio dñicae vel apostolicae prędicationis ex tribu Iacob suscitatã: alteram vero in fine seculi velut ex quibusdã iã faecib⁹ Israel conuertendam.

Stephanus. de dulcedine dei.

M ℂDimitte me vt irascatur furor meus. Quasi tu tenes me vel tenere potes. Per hoc ergo dedit fidutiã exorãdi & impetrãdi p eis. Si enim velles verberare filiũ tuũ: & diceres sedẽti iuxta te: Dimitte me vt verberẽ filium meũ: nonne quodam modo hortareris vt te exoraret ne verberares eũ? Tenuit ergo Moyses deũ: seru⁹ dominũ: creatura creatorem.

Bruno.

Qꝫ quasi tabulas frãgere sit de rigore iustitię aliquid misericorditer relaxare.

ℂVidẽs Moyses vitulũ iratus est valde: piecit N qȝ de manu tabulas: & cõfregit eas ad radicẽ montis. Irascitur Moyses & frãgit tabulas. Populus peccat: & tabulę frãgũtur. Populus peccat: lex destruitur. Vt qđ hęc? Si eñ Moyses tabulas nõ fregisset: populo nõ pepcisset. Et qđ pderat: qȝ orãdo deũ placauerat: si ipe eos ex legis imperio occidisset? Lex eñ dicit. Qui immolat diis / occidetur, pręterq̃ dño soli. Noluit igit cũ tabulis: noluit cũ rigore legis ad populũ deliquẽtẽ venire: sed tabulas fregit: legẽ euacuauit: & populo deliquẽti pepcit. Quotiẽs eñ epũs respectu pietatis alicui misereť: & timens ne in peius ruat: nõ secũdũ canones eũ misericorditer iudicat: totiẽs tabulas frãgit: & legis auctoritatẽ relinquit. Hoc autẽ nõ magnũ puto esse peccatũ. Vnde & Moyses p fractis tabulis nusq̃ a dño reprehẽditur. Sed audi qđ sequtur. Arripiẽsqȝ vitulũ quẽ fecerant combussit & contriuit vsqȝ ad puluerem. Quẽ sparsit in aquã: & dedit ex eo potũ filiis Israel. hic enim cui Moyses irascere ostẽdit. Vitulo eñ irascebatur: & pctm̃ destruere conabatur. Sed quare misit in aquã? & quare ex eo potũ dedit filiis Israel? Fortasse vt foenũ biberet vitulũ: qm̃ vitul⁹ comedit foenũ. Bibũt aurũ Iudaei: qa cupidi sunt & auari. bibũt aurũ idoli: qa idololatrę & sacrilegi. sic eñ hęc mortifera potio: haec doctrina idololatrię eorꝫ viscera penetrauit: vt vix aliquãdo ab idolorꝫ cultura potuerit auelli.

Galfridus.

Qꝫ exẽplo sacerdotũ populus aurũ sitit.

ℂAurũ dederũt mihi: & pieci illđ i ignem: & O egress⁹ ẽ hic vitul⁹. Mira res: si tñ vera: qȝ hui⁹ auctor idololatrię sacerdos extiterit. Audi ergo sacerdos auare: Aurũ tibi datũ est. Nõ eñ ex tuo illud habes vel patrimonio: vel labore: sed ex oblatiõe fideliũ. Sed acceptũ in ignẽ aurum mittere est in ipsi⁹ cõcupiscẽtiã corda hominũ inflammare. Ignis eñ auaritiae signat ardorẽ. Et in hũc ignẽ ab eis aurum mittitur: quorũ maxime exemplis agitur: vt ardenter ametur. Quae eñ est subuersio maxima populorũ? nonne auaritia sacerdotum? Inde studium hoc &

& cura vehemẽtius terrena colendi/& immoderatius incũbẽdi eiusmodi lucris augẽdis,nõ in solis iã cõsciẽtiis oritur:sed foris etiam manifesta operis executione profertur.

Stephanus.de Auaritia.

P ℭNotandũ ꝙ populus nõ adorauit totũ vitulũ:sed caput vituli. Vitulus est luxuria:caput delectatio.Hãc diabolus cupit ab hoĩe adorari,id est vt delectet̃ in peccato. Vel quia caput prima pars est:vult semper ipsum esse in principio:non in fine.

De dulcedine dei.

34 Q QVo transeũte corã eo &c.Notãdum ꝙ dñs ante nos transit quasi nobis se offerens:vt vel tangendo cor nostrũ: vel ad bonũ mouendo ad se alliciat.Tunc etiã trãsit:cũ pauperes nobis causa miserendi ostẽdit:sicut auceps volucri quã cape captat,escæ demonstrat illecebram.

De Humilitate.

R ℭNota ꝙ post oĩa tabernaculi ornamẽta pili caprarum ponũtur:qa post oĩa bona opera opus est pœnitentia.

Explicita Exodo:incipit Leuiticus.

Radulphus.

Q; per hostias & holocaustum duo conuersationis genera designentur.

ca. 1. S HOmo qui obtulerit ex vobis hostiã dño de pecoribus,id est de bobus & ouibus offerens victimas: si holocaustum fuerit eius oblatio:ac de armento masculũ imaculatũ: offe.ad ostiũ tabernaculi testi.ad pla.sibi do. In hostiis legalibus quędã holocausta:quędã vero hostię dicebant̃.Holocausta tota in altari cremabantur,Inde dicta holocausta:q̃si tota incensa. Hostiarũ aũt pacificarũ/solis crematis adipib⁹:cætera in sacerdotũ/seu ipsorũ qui obtulerant cedebãt vsũm.Sed hęc mystice disseramus.Hæc eñ sunt duo genera cõuersationis:eoꝝ.s.qui ꝑfecte mũdo renũciãt:& se deo exhibẽt holocaustũ:& eoꝝ q suis in mũdo licite ꝑfruunt̃:quorũ carnes nõdũ qdẽ spũali feruore assumũtur: sed sanctificatę qdẽ sine criminis admixtiõe:ex magna tñ parte offerẽtiũ voluptati deseruiũt.

De triplici genere Holocaustorum.

T ℭSũt aũt tria gña holocaustoꝝ.Primũ bouis. Secũdũ ouis aut caprę. Tertiũ auiũ:turturis.s. aut colũbarũ.Qui quicqd laborãdo ꝑualẽt:totũ circa ꝓximoꝝ obsequia dño cõsecrant: bouis immolãt holocaustũ.Qui laborare nõ valent: sed tñ ꝓximo erogãt qd possident:ouiũ instar vellus suũ aliis cedũt:& tanq̃ lactis dulcedine sic operũ innocẽtia:& morũ simplicitate possessores pascũt.Holocaustũ vero auis offerũt: q operã dãtes sciẽtię ad hoc vacant : vt deum cognoscant.Holocaustũ igit̃ bouis:qd lex primũ ponit:vt cœpimus exequamur.

De holocausto bouis.

ℭHomo q obtulerit &c.In hostiis pacificis nul V
la habetur discretio maris & fœminę.vtrunq; eñ offerri põt.In holocaustis vero soli masculi offerunt̃.Ad illã eñ mediocrẽ vitã mẽs etiã infirma sufficit.Ad ꝑfectionis vero celsitudinẽ nõ nisi virtus idonea est.Masculũ ergo immaculatũ offeret: ne.s.labores q deo cõsecrant̃ ex aliqua ꝑte per criminis admixtionẽ fœdent̃.Teste eñ Salomone:Qui in vno offenderit multa bona ꝑdet.Sed qm̃ in bono ope intẽtio semper ad eũ dirigẽda est:cõsequẽter adiũgit:ad ostiũ tabernaculi ad placãdũ sibi dñm. Tabernaculũ hoc in loco/cęlestis societas itelligitur.Quisquis ergo ꝑ bonũ qd agit,placari sibi dñm cõcupiscit:in omni suo ope necesse est nõ fauores humanos inutiles:sed regni cęlestis ingressum expectet.Hinc nos admonet dñs.Attendite ne iustitiã vestrã fa.co.ho.&c.Sequit̃.Ponetq; manũ sup caput hostię:& acceptabilis erit:atq; in expiationẽ eius ꝑficiẽs.Manus impositio deuotionẽ offerẽtis significat.Cũ igit̃ offerẽtis manus sup hostię caput ponitur : innuitur nobis ꝙ voluntarie deo sacrificãdum sit: vt acceptabilis eadem fiat oblatio. Sic quoq; in expiationem illius ꝑficiet.Immolabisq; vitulũ corã domino.Nõ corã hoĩb⁹:vt videat ab eis:sed corã dño:vt ipse.s.videat & approbet deus.

Quomodo fundatur sanguis holocausti per altaris circuitum.

ℭEt offerent filii Aaron sac.san.eius fun.per al X
taris cir.qd est ante ostium tabernaculi . Filii Aaron nonnunq̃ rectores ecclesiæ:nõnunq̃ vero quilibet fideles accipiuntur.Per sanguinem qui vita carnis est:prauam intelligimus volũtatem.Funde sanguinem & caro moriet̃.Tolle malam voluntatem/ nec erit qui mala operet̃. Fundunt ergo filii Aaron sanguinem:quia doctores sancti assiduitate sua de discipulorũ cordibus expellunt malitiam.Et quoniam per dei timorem hoc agitur:hæc ipsa effusio,dei oblatio appellatur.Fundentes inquit per altaris circuitum.Altare Christus est:quia oblatiões nostras ei imponim⁹:& per ipsum acceptas patri

fieri posse speramus. Per huius ergo altaris circuitum sanguinem fundim⁹: dum Christi virtutes mēte reuoluētes vitiosos affectus a nobis eiicimus. Verbi gratia: dum mansuetudinem illius recolimus: nostram iracūdiam abdicamus. Et sic de singulis est agendū. Si vero nomine altaris sancta ecclesia designatur: per ei⁹ circuitum sanguinem fundimus: dum sanctorum: qui in ea aut sunt aut fuerunt, sanctitatē considerantes, in singulis quaquauersum oculos tendimus/correctionis nostræ exempla videmus. Hoc autem ad ostium tabernaculi fit: quia dum in hac ecclesia peregrinamur, cælestis illius patrię aditum suspiramus.

Quomodo holocaustum frustatim imponatur altari.

Y ¶Detractaq; pelle hostię artus in frusta concident: & subiiciēt in altari ignē strue lignorum ante composita: & membra quę cęsa sunt/desuper ordinantes. Tūc holocausto pellis detrahitur: cum is qui perfectam aggreditur vitā, exteriori substantia spoliat. Vel nostrę hostię pellem detrahimus: cum minime vitę nostræ superficie cōtenti/interiora illius subtilius pscrutamur. Multa eñ videntur q̄ non sunt. Vnde & artus illius in frusta concidendi sunt: vt. s. conuersationis nostræ actiones singulas examinātes: ne sub virtutū specie vitia lateant/sollicite perscrutemur. Ignis vero in altari nostro subiicitur: si a nobis ibidem lignorū strues anteponatur. Ignis iste charitatis feruor est: qui p spiritum sanctum nobis tribuit. Si ergo ligna cōgesseris: ipse subiiciet ignē suū. Ligna sunt cogitationes sanctæ: quæ calorem illius concipiunt, & nutriūt excitatum. Si igitur in labore sancto deficere nolumus: ignem istum sedulis pcibus nobis subministrari rogemus. Mox eñ vt feruor charitatis in corde torpuerit: & manus ab opere fatigata cessabit. Oīs eñ labor amāti tolerabilis videt: a negligēte vero si leuis sit: itolerabilis iudicatur. Sup ligna vero cęsa mēbra ordināda sunt. Membra sunt singulę actiones. In his ergo ordo quidā ordinādus est vt scilicet potentiora infirmioribus pponātur: & singulis quibusq; locus congruus: & persona: & tempus seruetur. Verbi gratia: Sancta actio q̄q̄ laudabilis sit: eius tñ assiduitas sapiētiæ studiis non parum obsistit. Certis itaq; tēporibus intermittēda est: vt percipiēdæ sapientiæ vacatio necessaria concedatur. Scriptū est enim. Sapientiam scribe in tempore otii &c. Et hæc cōsideratio in cæteris est habēda. Sic igit ordinentur: vt vbi maior vtilitas est/maior sollicitudo impendatur. Quæ vero sint quę ordinari præcipit, exequitur dicens. Caput. s. & oīa quæ adhęrent iecori intestinis & pedibus lotis aqua. Caput hostiæ nostræ, interior intentio ē: quæ in omni opere obtinet principatum. Hæc in primis super ligna ordinanda est: euangelicis. s. præceptis coaptāda: vt iuxta dominicum mandatum simplex & munda sit: ne forte p illius damnationem totius laboris nostri reprobatio subsequatur. Qui autem adhærent iecori, adipes sunt. Adipes sunt affectus: sed inter est plurimum: quo inflammentur incendio: an etiam vtrum per negligētiam torpeant: & quasi sine igne remaneant. Sūt enim nonnulli qui carnales iam voluptates abiiciunt: nec tñ feruore debito ad spiritualia desideria cōsurgūt. Quorum vero affectus ad huius mundi cōcupiscentias ardentius incitatur, horum adipes igne cōtrario perurunt. Nos itaq; adipes nostros super lignorum cōpositionem ordinare debemus: vt varium discursum affectuū ad diuinę voluntatis regulā reuocare conemur. In testinis inquit & pedibus lotis aqua. Quæ sūt intestina: qui pedes! Intestina nostra aīę nſę interiora sunt. In quib⁹ dum multa inutilia siue etiā noxia versam⁹: quasi stercora ī vētre portamus. Pedes vero actiones nostrę sunt: quę quotiēs terrenum aliquid operātur: quasi terram tangendo pulueris cōtrahunt sordes. Lauāda igitur intestina/lauandi sunt & pedes: vt congruis fletib⁹ abluti, sacrificiis diuinis fiant idonei. Potest & per pedes actionis cuiuslibet: siue etiā vitę nostræ cōsummatio intelligi. Salubriter igitur hoc præcipitur: vt siquid boni agimus: si in omni vita nostra deo militamus: fonte lachrymarum toti⁹ laboris nostri terminū abluamus. Vix eñ bonum opus compleri pōt sine alicuius admixtiōe peccati. Adolebitq; sacerdos super altare in holo. & sua. o. do. Altare istud cor nostrum est. iuxta qđ illud. Oblatio iusti impinguat altare. In hoc altari struūtur ligna: cum sanctæ cogitationes congregantur. Adduntur quoq; & hostiæ membra: cum sanctæ mētis studium efficacia boni operis comitatur. Sacerdotis vero ea est adolere, id est succendere. Illius tamen sacerdotis qui ignem venit mittere ī terrā: qui facit angelos suos spūs.

Ricardus.

Quæ sit veræ obedientiæ forma.

¶Detracta pelle hostiæ artus in frusta concident: & sub. in al. ig. Docet hic Moyses quomodo vitulus debeat immolari. Vitulus noster ī Libano pascitur: cum voluntatem nostram nō nisi in rebus honestis sequimur. Hunc autem mactamus: cum omnem singularitatem amo A

re obedientiæ abdicamus. Secamus vero, cum mentem de p̄sumpta libertate acriter increpamus. Sed hunc vsq; ad frusta diuidit: qui quæ ꝙ singularitatis suæ opera distinguit: & se in singulis de præsumptionis audacia reprehendit. Tūc autem nil amplius supest: nisi vt igne compunctionis vel flamma diuinæ dilectionis eousq; cremetur: quousq; omnis voluntas huius arrogantiæ sopiatur. De huiusmodi holocausto quasi quidam adhuc cogitationum cinis remanet: qui omnino nobis perire non debet: quia vtiliter satis suas quisq; præsumptiones reminiscitur: quando in hoc conscientia humiliata confunditur.

Radulphus.

De holocausto pecorum.

B ℭQ; si de pecoribus oblatio est, id est de ouibus siue de capris holocaustū, ag. anniculū & absq; macula offeret. Notādum ꝙ oui capram coniungit. Capra autem aut hœdus: ꝙ scilicet hoc genus animantis olidum luxuriosumq; sit peccatorum gerit imaginem. Inde est ꝙ agnus paschalis iuxta. lxx. de ouibus & capris sumi iubetur. Quia Christus qui pascha nostrum est: ex iustis & peccatoribus carnē assumpsit. Cum igitur capra peccatoris vel peccati gerat imaginem: quid est ꝙ in holocaustum domino iubemur offerri? Nunquid acceptum fieri potest deo peccatum nostrum? Sed sciēdum ꝙ cuius non placet executio: placet mactatio. Idem vero computatur ouis & capræ holocaustum: quia in eodem vbi prioris malitiæ vetustatem deponimus: nouitatem innocentiæ domino consecramus. Bos vero & ouis licet sanctitatis speciem gerant: ideo tamen mactari iubentur: quia nemo mundus a sorde: nec iustificabitur in conspectu domini omnis viuens. In agno autem anniculo propositi firmitas figuratur. In anno enim solis expletur circuit⁹. Ne ergo simplices vouere præsumerent qđ postea explere non possent: agni anniculi iubetur fieri holocaustum. Diu nāq; deliberādum est, qđ semel statuēdum est. Qđ dicitur absq; macula supra expositum est.

De holocausto auium.

C ℭSin autem de auibus holocausti oblatio fuerit domino: de turturibus & pullis columbæ offeret eam sacerdos ad altare. Aduertendum attentius: ꝙ dominus cum aues sibi in holocaustum offerri iubeat: non cygnum expetit qui magnitudine corporis præstat: qui plumarum candore nitidus: etiam colli protensione caput in altum leuat: nec mergulo delectatur qui frequentius aquis immergitur: nec accipitre: qui mortibus pascitur alienis: sed turturē petit & columbam: quarū columba societatis, turtur vero castitatis amator ē. Vtraq; tñ hęc auis gemere nō canere solet. Per aues sciētiā figurari iā dixim⁹. Manifestū est igit nō illam a dño sciētiam approbari quæ sibi magna videt iuxta illud. Vęh qui sapiētes estis in oculis vestris. vel quæ de nitore eloquētiæ gloriatur: vt de quibusdam scriptū ē. Posuerunt in cælū os suū. Sed nec illa placet: quę sicut mergulus aq: sic carnalibus voluptatibus absorbetur. Nec illa quoq; accepta: quā accipitris instar malitia comitatur. Sed turturem amat dominus & columbam. Ergo scientiæ sanctimonia cum pace associāda est: sine quibus nemo videbit deum. Monemur quoq; in auibus istis, illam magis scientiam appetēdam quæ gemitum doceat: q̄ quæ plausum: quæ miseriam nostrā nobis aperiat: q̄ quæ risum. Hęc est em̄ vera scientia: de qua Salomon ait. Qui appo. scientiam appo. & do. Notādum vero ꝙ auiū holocaustum ad ipsum altare offertur. Altare cor nostrū est. Soli igitur sunt qui perfecte ad corda redeant, ii qui per scientię studium & sanctam meditationē apud se i arcano mentis habitare nouerūt.

Radulphus.

Quomodo aues debeant immolari.

ℭEt retorto ad collum capite ac rupto vul. loco decurrere faciet sanguinem sup crepidinē altaris. Ad collū caput reflectitur: vt quasi corpus suū respicere videatur. Cum enim mandata dei addiscimus: discutere nos debem⁹ vtrū hęc etiam opere expleamus. Scienti nanq; bonum & non fa. pec. est illi. Ac rupto inqt vul. loco. Sic caput a corpore per illud vulnus separabatur: vt non tamen prorsus abrumperetur. Innuitur ergo ꝙ a cura carnis mens abstrahēda sit: non tñ omnino: sed sicut ait Apostolus. Curam carnis ne feceritis in desideriis. Rupto ergo vulneris loco decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Sanguis appetitum significat. Sicut em̄ ex sanguine sua caro viuit: sic anima ex appetitu. Qualis enim fuerit appetitus: talis & vita illius. Altare cor nostrum. Crepido vel basis/est fundamentum. Illud scilicet fundamentum: præter qđ nemo aliud potest ponere: qđ est Christus Iesus. Sanguis ergo qui rupto vulnere defluit a corpore ad fundamentum decurrat: vt appetitus & amor noster: qui a carnalibus voluptatibus recedit: in Christum transeat, iuxta illud. Defec. in sa. t. a. m. Defecit a vanitatis appetitu: vt ardenter iam sitiat veritatem. D

Vnde supra.

E ¶Vesiculā vero gutturis & plu.pi.prope al. ad ori.pla.in loco in quo ci.ef.so. Recolendum ꝙ studiosorū oblationē tractamus. Quid vero studiosis magis timēdū est:q̄ tumor elationis! Sciētia em̄ inflat.Huius igit̄ auis nostræ vesicula guttur[ꝓiicienda est: tumor.s.q de eloq̄n tię pōpa oriri solet,penitus excludēdus.Plumę vero quæ sunt nisi peregrinorū leuitas studiorum:vt versificandi peritia:dialecticorū garrulitas:quę om̄ia mēti dn̄m metuenti:& circa lamēta potius occupatę nihil remedii : nil poterunt vtilitatis conferre.Plumæ ergo & ipę ꝓiciantur vt a seruis dei hm̄oi studia cōtēnant̄. Vbi aūt hęc ꝓiici debeant,lex signanter expssit.Prope al.inquit ad o.pla.in loco in quo cineres ef.solent.Per oriētem vnde mūdo lux imittitur:diuinę cognitionis illuminationem intellige. Ad orientem ergo inflationem nostram abiicimus:quum dei magnitudinē aliquaten⁹ cōtemplātes:de nobis humilia sentire icipim⁹. Ad oriētē quoq; plumę cadūt:qa fidei pcepto lumine:mētē quā penetrat timor dei: quā salutis suæ cura sollicitat:minime supfluis studiis operā dare delectat.In loco in quo ci.ef.so.In loco cineris,id est mortis meditatione vesiculam cū plumis ꝓiice:vt dū iugiter finē tuū conditionēq; mortalitatis recogitas,inanē iactātiam cum omnibus superfluis mox deponas.

Vnde supra.

F ¶Cōfringetq; ascellas ei⁹:& nō secabit:nec ferro diuidet eā. Ascellas frāgere,est acumē ingenii nō sibi tribuere:sed sub diuino munere humiliter infirmitatē ꝓpriam cogitare. Et non secabit:nec ferro diuidet eā. Non est auis nostra secāda nec ferro diuidēda: qa qcūq; cęteris amplius aliqd in sciētia ꝓfecerint: caueant oīmodis necesse ē:ne corpus Christi diuidāt:ne suę eruditionis p̄sumptione a doctrina patrum recedere præsumant.

De oblatione similæ.

2 G Anima quum obtulerit sacrificii oblationem dn̄o:simila erit eius oblatio: fundetq; sup eā oleū.Recte post auis holocaustū simila sequitur:quia quisquis p studium sapiētię terrā mētis inhabitat: purgationi illi⁹ īsistere debet:vt nequaq̄ exteriori sanctificatiōe cōtēt⁹ sicut a corpe prauos recidit act⁹ sic & a mēte eorūdē extirpet affectus. Hæc est em̄ simila,puritas scilicet cōscientię. Nā simila pura farina est furfuris admixtione purgata.Huic aūt similę oleū supfundit̄: quia mens cōcupiscentia carnali tanq̄ furfureis integumētis exuta diuina charitate repletur,Hęc autem simila non oleo conspergi:sed sic offerri iubet̄: sed dū offert̄,oleum sup eā fundi iubet̄:qa hoc datum optimū & hoc donū pfectū desursum est descēdēs a p̄re luminū.Et ponēt thus.Thus orationis speciē habet teste Psalmista:q ait.Dirigat̄ o.m.sicut incen.in cōs.t.Post olei ergo infusionē:huic similę thus iponit̄:qa nō nisi amātiū orōnis ē virtus.Amor nāq; desideriū parit: desideriū orātes facit.Ac deferet ad filios Aaron.qa subditoꝝ virtutes p̄latoꝝ doctrina īformādę,iudicio examinādæ:orōnibusq; cōmedādæ sunt.Quoꝝ vnus tollet pugillū plenum similę & olei:ac totū thus:& ponet memoriale sup altare in odorē suauitatis domino. Vnus iste filius Aaron Christū significat q de ei⁹ stirpe ad nos descēdit. Vnus dicitur quia singularis.Hic itaq; tollet pugillū plenū similę & olei: ac totum thus:& incēdet coram dn̄o.Q̄d aūt reliquū fuerit, erit Aaron & filioꝝ ei⁹.Anima nāq; quę p spūs sancti gr̄am verę dilectōis pinguedinē cōcepit:partitur in duo:quū & deum diligere & ꝓximū iubet̄.Notandū tn̄ ꝙ similæ pars sola:thuris vero nō pars: sed totū dn̄o iubet̄ incēdi. Orationis em̄ sacrificiū nō nisi dn̄o soli offerendū est:similę vero partē cū oleo ille filius Aaron manu stringit:& cōcremādā altari imponit:qa Christus dexterę suę virtute mētis nostrę ifirmitatē a multiplicitate terrenarū cogitationū colligit:& collectā extollit:vt spiritu illius adiuti saltē ad horā in orōne dn̄o astare & cōpunctiōis igne coram ipso ardere possimus.Neq; em̄ similę p̄tē mediā:sed tm̄ pugillū plenum in altari cremari pcepit:vt itelligam⁹ hanc viuę orationis potentiā nec ipsis pfectioribus nisi raro posse conferri.Pars igitur illa manu stringitur:vt domino offeratur:quia mens nostra cōstricta leuatur:sparsa vero ad ima relabitur.

Galfridus.de similæ sacrificiis:& qd per hæc mystice designetur.

¶Aīa quum obtulerit oblationē sacrificii dn̄o simila erit eius oblatio.Sicut multis laboribus de terreno fructu remotis paleis & furfure vix producitur simila:sic in terrenis actibus nil dignum eius sacrificiis inuenitur:nisi & leuitas operū,& impuritas cogitationum sollicita examinatione fuerit remota. Cui tamen similæ:sicut lex iubet:& insundendum oleum dilectionis:& superponendum thus orationis.Et thus quidem totum offerendum deo. Solus nempe orandus & adorandus est deus. Nam & quotiens oramus sanctos:hoc oramus:vt orēt pro nobis deum: & per ipsos quoq; ad eum oratio tota refert̄.Oleum autem diuiditur:quia duo H

sunt mādata prima & maxima: dilectio dei & ꝓximi. Sed & simila pariter diuidatᷓ: vt ad honorē dei & vtilitatē ꝓximi oīs nostra actio dirigatᷓ. Hinc est ꝙ eiusdē similę conspersæ oleo portionē offerri dn̄o legalis sanctio iubet. Reliquū aūt (inquit) erit Aaron & filioꝝ eius. Sed quę portio dn̄i? Plenus sane pugillus quē offerendū vnus e sacerdotibus tollit. O plenū pugillū: vel plenū potius & pusillū. Nihil em̄ magnū exigit: sed nil vacuū recipit deus. Reliquū inquit nō sibi quisqꝫ tollat: sed sit Aaron & filiorū eius. Quid? inquies. Ego igitᷓ qui portaui pondus diei & ęstus nihil accipiā? Patiebar æquanimiter: immo etiā gratulabar: quū viderē solum tollere te pugillum: quē verebar vel decimas saltē vel aliquid amplius accepturū. Gratulabar īquam: siquidē arbitrabar reliquū hoc mihi esse relictū. Hoc ergo te scādalizat: qđ datur Aaron & filiis eius? Sic tibi seruanᷓt poti⁹: immo etiam & augenᷓt incremēta frugum iustitię tuę. Deniqꝫ & si viuere vis & tu de hoc reliquo: esto de filiis Aaron. Nec causaberis illud datū Aaron & filiis eius: Christus est & discipuli eius. Inter eos igitur accipe reliquum hoc: nec cū eis diuidas: immo totum cōmunices: sine inuidia possideas: sine diuisiōe possideas. Magis aūt sperare licet: dū id modicum eis cōmunicas: quicqđ illorū est tuū esse p̄sumas. Hęc dicta sūt de simila simplici & sacrificio qđ nō coquitur: quale tn̄ fortassis hodie: nā dies mali sunt: vel a nemie vel a paucis offertᷓ. Oēs em̄ qui pie volūt viuere in Christo persecutionē patiunᷓt. & siquis nō aduritur suo scandalo: tn̄ vritur alieno. Coquitᷓ aūt sacrificiū aut ī clibano/aut in sartagine/aut in craticula: sicut in ipsa legis lectione discernitᷓ. Clibanus est quædam regularis disciplina: cui⁹ decoctio diuturnior est: sed tolerabilior: sollicite si nō desipiūt ꝓuidentibus iis qbus est credita dispēsatio: & discrete moderantibus ne vehementior ignis adurat: aut tepidior forte non coquat. Sed ad hoc quis idoneus? Quis temperabit hunc clibanum: vt nec nimis ferueat nec nimis tepeat: sed eo efficacius quo discretius panes sacrificii coquat? Heu dn̄e deus: qđ de cōmuni & terreno pane non fieret: multi hodie imperiti imprudēter & impudēter p̄sumimus qđ nescimus: & inexptū nobis officiū clibani spiritualis accipimus. Iн̄ est ꝙ nūc ęstus acrior q̄ oporteat: nūc tepidior q̄ expediat inuenitur. Sartago est vehementior quęlibet tribulatio: cui tn̄ vberior consolatio sociatᷓ. Hęc lagana oleo lita. Hæc simila nō solum cōspersa oleo: sed etiam supfusa. De qua tamen signanter tibi præcipitur vt eā diuidas minutatim. Nam hmōi diuisionē cliban⁹ nō reqrit: & craticula dedignatur. Ille min⁹ eget: egere ista non nouit. ibi pœna tolerabilior: hic aīus tolerātior. Oportet autē vt molestia grauioris alicui⁹ tribulatiōis afflictus velut in sartagine frixus solo tibi oleo abūdātiori cōsolatiōis subueniēte: ne cremari incipias: hæc lagana diuidas minutatim. Dico aūt: ne sicut quosdā insipiēter īterdū facere nouimus: ipse tibi dies & annos & longa tempora coacerues: tanq̄ simul oīa debeas sustinere q̄ simul nequeunt ꝓuenire. Sufficiat magis diei malitia sua: vt cōsiderās qa nō consurget duplex tribulatio necdū tā multiplex q̄ tibi fortassis ipe fingebas, frixurā diuidas minutatim. Iā vero craticula fortiū est: qb⁹ certamē datᷓ forte: vt vincāt: & discāt ꝙ oīm patiētior est sapiētia. Oēm em̄ molestiā q̄uis acerrimę tribulationis velut flāmā sęuiētis incēdii nō mō patienter tolerāt: sed gratāter acceptāt. Sed nec videtur qcūqꝫ eiusmodi est, tanq̄ in sartagine versari in oleo quodā cōsolatiōis: sed tanq̄ in craticula assari exposit⁹ oīno & supposit⁹ prunis ī ipo repudio cōsolatiōis. Nō tn̄ ardet sed cogtᷓ igne tribulationis roborat⁹ soliditate virtutis. Qꝫ si dixeris rarū hodie sacrificiū hoc inuenirī: illud pariter intuere: raro etiā in craticula similā coq. Et qđ rarū est iuxta literā: iuxta figurā rari⁹ nō mireris. Cęterū si nō essent hęc, mystica coquitᷓ simila: et ī aqua sępi⁹ q̄ in craticula coquitᷓ: & in cinere vt panis subcinerici⁹ fiat. Et vęh ei si nō fuerit reuersat⁹. Cinis em̄ est corpus mortis. Qui ergo in carne ambulat: velut in cinere panē coquit. Et male coquitᷓ si nō reuersatᷓ: vt caro q̄ pniciose p̄mebat in seruitutē aliqn̄ redigatᷓ. Aqua ē p̄ns seculū: qđ labitur & labetᷓ in æuū. In hac coquitᷓ aqua qui seculariter patitᷓ: q desiderio glorię secularis affligitur. Indigna diuinis sacrificiis vtraqꝫ coctio nec acceptabilis est corā deo q̄libet grauis afflictio si carnalis fuerit vel secularis intētio. Deniqꝫ vt fermēti & mellis debeat nō natura damnari: sed figura vitari: primitiæ & munera recipiunᷓt ex eis: sed altari ꝓhibenᷓt imponi. In melle em̄ carnalis illecebra: in fermēto malitia & neqtia designanᷓt. Cōgrue aūt fermento malitię & iniqtatis opponitᷓ oleū gratię & charitatis. Sed & mellis carnalis illecebrę sal pœnitentiæ & disciplinæ.

Radulphus de sacrificio similę in clibano.

¶Cū autē obtuleris sacrificiū coctū in clibano i de si. panes absqꝫ fer. cōsper. o. subauditur offerre poteris. Quid per clibanum qui sibi commissa æstu & ardoris nimietate inuoluit, nisi

pressura huius mundi & tribulatio fideles vndiq; coangustans intelligitur! De qua ex persona martyrum psalmista ait. Omnes gẽtes circũ.me.& in no.do.quia vltus sum in eos &c. Hęc vero tentationis nimietas perfectis quidẽ pbatio: infirmis vero subuersio est. Quod in ipso apostolorum principe manifeste apparet: qui ante olei superfusionem: ante spiritus sanctificationem, ad ancillæ vocem extimuit: & mortem timens vitã negauit. Post acceptum vero spiritus donum/nec ipsos principes reueretur cõstanter affirmans: quia oportet obedire deo magis q̃ hoibus. Anteq̃ ergo simila nostra clibani incendiis committatur oleo supfundẽda: quia nisi mens humana virtute spiritus antea solidetur: igne tribulationis admoto/nõ coqui poterit sed consumi. Ait ergo: cum obtuleris &c. Notandũ q̄ quicunq; clibano passionis examinãtur, panes sunt dicti: q̄ virtute constantiæ roborati & quasi cibus Christi effecti post tribulationis clibanum in corpus illius cæleste id est in societatem angelicam transferuntur. Vnde beat9 Ignati9 p martyrio Christi dãnatus ad bestias, ait. Fermentum dei sum. Bestiarum dentib9 molar: vt panis mundus efficiar. In panibus ergo duo lex seruari præcipit: vt.s. absq; fermento sint: & oleo cõspersi. Qđ exponens beatus Petrus ait. Nemo vestrum patiatur quasi homicida: aut fur. aut ma. aut ali. ap. Si aũt vt Christianus, nõ erubescat. Beati em̃ qui psecutionem patiuntur propter iustitiam. Panes ergo quos deo offerimus, absq; fermento sint: vt cum mala ab hominib9 patimur: nõ reatus criminis vindicetur in nobis: sed fidei pietas impugnetur. Conspersos oleo. Testatur nãq; apostol9. Si tra.cor.m.ita vt ar.cha.au.nõ ha.nihil mihi prodest.

De Sacrificio in sartagine.

K ¶Et lagana azima oleo lita.s.offerre poteris: & hoc est qđ ait. Si oblatio tua fuerit de sartagine, id est si eadem lagana obtuleris. de panibus siquidẽ nil amplius loquit. Similę inqt cõspersę oleo & absq; fermẽto: diuides eã minutatim & scindes supra oleum. Per sartaginem mẽtiũ frixura ostenditur. Quid aũt ita sanctorũ mentes vt zelus dñi frigit & cruciat! Hęc tñ oblatio oleo conspergit: quia feruor dulcedine spiritus temperatur. Igit si oblatio tua fuerit de sartagine, similę erit cõspersę oleo. Sãcti em̃ doctores cũ verba asperę increpatiõis mouẽt: charitatis amore sequũt: nõ inflatione elationis intumescunt. Mori nãq; p eis parati sunt: quos quasi vsq; ad mortẽ sequẽtes affligũt. Et lagana azima oleo lita. Lenitas quippe mãsuetudinis nõ solũ in corde esse: verũ etiam in corripiẽtis verbis apparere debet: vt scilicet ille qui corripitur tanto libentius diligẽtis etiam vulnera suscipiat: q̃to ob vtilitatẽ suã oĩa fieri nõ ignorat. Fiat ergo vt p quẽdã sapiẽtẽ dicit. Obiurgatiõi semp aliqd blãditię admisce. Et diuides eã minutatim. Simila minutatim diuidẽda ẽ: vt zelus nostri impetus temperetur: & singula nostra verba examinãtes: ne qd contumeliose: ne quid immoderatius proferamus: sollicitius perpendamus.

De Sacrificio in Craticula.

¶Si obtuleris sacrificium de craticula. qđ vt sicut cætera de simila fiat: oleo cõspergetur. Craticulę ignis non vndiq; inuoluit clibani more: sed inferius supposita torret. Sancti igit doctores cũ vitia subditorum redarguũt: & prauę eorũ obuiãt voluntati: si qd molestię ab eis sustinẽt verbo cõtumelioso, seu substantię temporalis aliq̃ diminutiõe: quasi craticulę adustionem patiunt. Sed & quilibet fideles cũ seu ab inuisibilibus inimicis, siue etiam voluntate & deliberatione ppria dum carnem mortificãt: & seipsos affligunt: mediocre aliquid sustinẽt: qđ nõ nimis opprimat: nec patientiæ humanæ vires excedat. Craticula est cũ suppositi æstu lento quidem sed assiduo fatigantur. Hæc ergo simila huiusmodi igne torrenda: iubet oleo conspergi. Cauendum etenim est ne charitas nostra molestiarũ assiduitate fatigata: aut erga deũ cuius dispensatione hoc patimur: aut erga homines a qbus hoc patimur, extinguat. L

Qr a sacrificiis nostris arcẽda sint tam malitia q̃ voluptas.

¶Nec quicq̃ fermẽti aut mellis adolebit in sacrificio domini. Quicquid ĩ nobis ẽ vñ nos placere posse præsumimus: sicut malitiæ peste vacuum: sic a voluptate carnis fieri debet extraneum. M

Qr ad sacræ scripturæ consilium vitã nostram componere debeamus.

¶Non auferes sal fœderis dei tui de sa.t. Nullus sensui suo se committere debet ad seruitutem domini accedẽs: sed diuinæ ecclesiæ auctoritati. Fœdus em̃ dei testamẽtum dei dicitur: id est scriptura sacra: tam vetus q̃ noua. Hoc itaq; sale optimo sacrificia nostra sapida reddãtur: vt scilicet omnia interiora nostra ad diuinorum pręceptorum regulã componamus. N

Qualem nouiter conuersi tenere debeant disciplinam.

¶Si obtuleris munus primitiarum frugum t. domino de spicis adhuc virentibus, tor. e. igni. & con. in m. f. Notum est q̄ spicæ virentes nisi O

adustæ igni:& confractæ:palearum integumē ta non ponunt.In hunc modum mētes neophitorū:qui ꝑ primitias frugū cōgrue designant desideriorū carnaliū humoribus adhuc grauidæ:absq; tribulationis igne:& propriȩ voluntatis cōfractione:mundanorū affectuū paleas a se minime abiiciunt.Nā adustionis ignē sibi adhibent:cū abstinentia corpus affligūt:laborib⁹ subdunt:vigiliis ac frigoribus defatigant. Ad huius rei exemplū dominus mox baptizatus xl.dieb⁹ ieiunauit:& populus ille antiquus de Aegypto adductus eremi vastitatē & solitudinis illius ardorē.xl.annis sustinuit. Spicarū aūt cōfractio in propriȩ voluntatis abrenunciatione cōsistit.Cōfringit em̄ homo seipsum,quādo suis voluntatibus cōtradicit:& nō suo:sed alterius arbitrio viuere incipit.Sequitur. Et sic offeres primitias tuas dn̄o fundens supra oleū & thus imponēs:qa oblatio dn̄i est.Quid oleū nisi cordis hilaritatē significat? Vnde.Vnxit te deus de.t.o.lę.Funde ergo super primitias tuas oleum:vt cū propter deū alterius te subdis imperio:obedientiæ laborem libenter sustineas & deuote.Hilarē em̄ datorem diligit deus.Thus quoq; imponere debes.i.in opus quod aggrederis,diuinū auxilium precibus assiduis impetrare.Quia oblatio dn̄i est. Ad malū quidē nobis sufficimus:ad bonum vero diuino adiutorio indigemus.

Quomodo Capra debeat immolari.

3. P Si capra fuerit eius oblatio,& pacificorum hostia:& obtulerit eam do.po.m. ʃ.sup ca.ei⁹:immo.q; eā in intro.taber. testi.&c.Notandū q cū ouis hostia offertur,ob infirmitatē operis ab introitu tabernaculi elongatur.Caprȩ vero victima in ipso introitu immolari iubet.Sed si cuipiā timorē cōuersationis suæ indicat infirmitas:si cuiusq̄ ꝑsumptionem reprimit & retardat:nōne eius potissimū quē præteritorū facinorū remordet cōscientia? Quid est igitur q peccatoribus tanta accedendi libertas conceditur:quum ii qui q̄uis magnis virtutibus vacuā,innocentē tn̄ se recolūt transcurrere vitam longius stare ꝑcipiant? Sed hæc est sacræ consuetudo scripturæ:quia pene vbiq; peccatores si reuerti voluerint,in spē reuocare conatur.Inde est q sæpius eorū ꝓponit exempla:in qbus cū prius abundasset peccatū: superabūdauit & gratia.Vel qui ab statu iustitiæ miserabiliter lapsi:fructuosa postmodū poenitentia primā meritorꝫ gratiā trāscenderint. Hinc est etiā q ipse dn̄s Iesus surgens a mortuis nō genitrici sanctissimæ se primitus manifestauit:sed sicut ait euāgelista,primo apparuit Mariæ Magdalenæ de qua eie.vii.dę.Et hoc totum agit vt spē misericordię recipiāt:qui malorū suorꝫ memoria perturbati cito poterāt desperare.In iis vero in qbus innocētia cōmendat incauta reprimēda est ꝑsumptio:quia adeo sibi q magnorꝫ criminū cōsciētia nō vrgent blādiri solent:vt licet ad omne opus bonū pigri:ingressum tn̄ supernū sibi patere nō dubitet. Sequit. Tollētq; ex ea filii Aaron in pastum ignis dn̄i adipē qui operit ventrē:& qui tegit vniuersa vitalia.Quicūq; em̄ vitæ veteris immunditiā derelinqt:si nō vult ad ea relabi q̄ deserit:in primis necesse est vt ventrē restringat: ne forte dominante gulę vitio per carnis illecebrā quicquid fortiter aggressus fuerit perdat. Muros enim Hierusalem prin.co.de.

Qꝫ adipē suo vescitur qui laudibus propriis delectatur.

¶Omnis adeps dn̄i erit iure perpetuo in gn̄a. & c.h.v.nec adipē nec san.o.co. Nō oēm adipē sicut omnem sanguinem generaliter comedere vetat.Adeps autē morticinorū legis præcepto in vsus cedit humanos.sed hoc dictum est de adipe bouis & ouis:sed mysterium requiram⁹. Adeps hostiæ deuotionem insinuat offerentis. Hunc domino incendit:quisqs in sancti executione propositi diuinā gratiam ardenter expetit:qui dei nō suam in suo opere gloriam quærit.Qui vero munus dei sibi applicat:qui se:nō muneris largitorē laudari affectat:adipe suo vescitur:quia deuotionis suæ laudibus saginatur.Nec adipē ergo nec sanguinē omnino comedetis:quia nec praui operis appetitū recipere debes:nec tibi si quid boni egeris,applicare. Q

Ricardus.

Qualiter satisfaciat qui in corrigēdis vitiis modum discretionis excesserit.

Sacerdos pro peccato ignorantiæ of. vitulum.Sacerdos vnctus prælatus charitate erga proximum pius:& erga deū deuotus.Eiusmodi sacerdos quanto subiectos verius diligit:tanto eorum errata vehementius insectatur & odit.Sed sæpe dū eorum culpas minus discrete percutit: dum percussorū vires pensare nescit vel negligit:charitatē in eis minus caute feriens,extinguit.Per ignorantiā itaq; peccat,quādo malū vn̄ debuerat amputare accumulat. Sacerdos igitur qui indiscrete agēdo dū bonū intēdit ꝑ errorē delinquit,vitulū ꝓ peccato suo offerat: & obediēdi potius q̄ imperādi desideriū decætero habeat:qui creditū sibi regiminis officiū ad plenū prout oportet dispēsare nō posse ꝑ experientiā ꝓbat.Offert igit vitulū de armentis 4. R

qui fieri iam optat quasi vnus ex subiectis. Notandum sane q̄ nō bouē sed vitulū iubet offerre: ne pastoralē curā quā semel accepit, audeat temere & inconsulte abiicere.

Bruno.

Q̄ mors Christi apud patrem misericorditer interpellet.

S ¶Cumq; intinxerit sacerdos digitū in sangui. asperget eū septies corā dño contra velū sanctuarii. Sacerdos iste Iesus est: qui per propriū sanguinē introiuit semel in sancta: ibiq; eū spargere non cessat mortē suā patri offerendo: pro nobis interpellādo: atq; omniū hoim genus sui sanguinis aspersione sanādo. Sed quare septies? quia septē sunt dies. Qđ em̄ septies fit: omī tēpore fit. Septies ergo spargit̄ sanguis vituli: qa vsq; ad seculi consummationē spargit̄ sanguis Christi. Hoc autē cōtra velū sanctuarii. i. cōtra dei ipsius oculos, maiestatē, atq; præsentiam.

Radulphus.

Q̄ maiorū crimīa pœna sint maiore puniēda.

T ¶Si peccauerit princeps & fecerit vnū e pluribus per ignorantiā qđ lege dñi prohibetur: & postea intel. pec. s. of. ho. d. hircū de capris immaculatū. Principē quēlibet ex doctoribus & sanctioribus hic appellat. Verū alia hostia principi: alia cuilibet de populo terrę imponit̄. Principis em̄ q̄to scientia maior & sanctitas eminētior: tāto si peccauerit reatus vehemētior erit. Seruus nāq; sciēs volūtatē dñi & nō faciēs pl. v. m. Pricipis itaq; reatū maiorē, durior necesse est pœnitētia subsequat̄. Hircū ergo ei lex deputat, nō caprā: vt quia prius in mādatis dñi viriliter egerat: vnde & principis honorat⁹ est noie: nūc postq̄ a iustitiæ culmine inimici subreptione siue proprio vitio deiectus est, forti se zelo cōtra seipm̄ erigat: & in criminis sui vindicta non fœminā sed marē exhibeat: & postea intelliget pctm̄ suū. Ego peccati notitiā non eā hic accipio qua vnusqsq; qui male agit scit peccatū esse qđ agit: sed eū peccata sua veraciter cognoscere æstimo qui pctm̄ q̄ pernitiosum sit quātave pœna plectendū pauido corde perpēdit. Sicut em̄ nō cognoscit deū qui nō eum vt dign⁹ est diligit: teste Ioāne: Qui dicit se nosse deum & man. e. nō cust. m. est: Sic nec pctm̄ cognoscit quisquis nō ei dignā odii vicē repēdit. Qui ergo sic suū cognoscit pctm̄: offerat hostiā hircū de capris imaculatū. i. sic perpetrata crimina plāgat: vt plāgendo decætero nō cōmittat. Sequit̄. Ponetq; manū super caput ei⁹. Nō em̄ coactā sed spōtaneā agere pœnitētiā oportet: nec humano timore ad hoc cōpelli: sed amore diuino & proprię salutis intuitu prouocari.

Q̄ perfecte pœnitentes innocentū meritis coęquantur.

¶Cumq; immolauerit eū in loco vbi solet mactari ho. co. do. immo. qa pro pctō est. Videt̄ pœnitētiæ meritū sicut de capra dictū est, interim cōmēdare. Scripturę quippe sanctę intentio est pctōribus si cōuerti voluerint spei fiduciam reformare. Vñ etiā lex hircū: qui ꝑ peccato offert̄ in loco holocausti imolandū decreuit: vt. s. pctōres si dignos pœnitētiæ fruct⁹ attulerint, eūdē cū iis qui pfectionis iter ab initio gradiunt̄ meriti gradū adepturos se esse cōfidant. Vnde in Ezech. Porta ad aquilonē ea oīa quæ porta ad orientē habet: perhibet̄ habere. Oēs em̄ q ab vtero in innocentia pstiterint: portā ad orientē habēt: qa eis regni cœlestis aditus a lumine qđ acceperūt patet. Et oēs qui in peccatis postmodū lapsi torporis sui frigore sunt depssi: si per pœnitētiā redeāt: portā ad aquilonē habēt: qa eis etiam post peccati sui frigora regni aditus per misericordiam patet. V

Q̄ sacerdotis sit ei quem vere pœnitentem nouerit veniam impetrare.

¶Cum igit̄ immolauerit prīceps in lo. ho. tin. sa. di. in san. hostię ꝑ peccato tangēs cornua altaris ho. & r. f. a. b. ei⁹. Sacerdos aut Christi aut ꝓpositi cuiuspiā typū tenet. Sanguis vero hostię ꝑ peccato, lachrymę sunt peccatoris & corporis afflictio. Nō est autē negligēter transeundū q̄ sanguine isto prius cornua altaris tingūtur: deinde qđ reliquū est, ad basim eius funditur. Per altare pſentē ecclesiā: per cornua altaris plātos: per basim ipsius, Christū dicimus figurari. Docemus quippe p hāc sanguinis partitionē luctu & afflictiōe nostra primū satisfaciēdū doctorib⁹. Deinde p eorū absolutionē ad diuinā indulgētiā ptingēdū. Eis quippe dictū est. Quodcūq; ligaueritis super terrā &c. Ad hos itaq; accedēdū est: vulnera p cōfessionē pādenda: flendū corā eis: vt altaris cornua sanguine nostro tingant̄: & fletibus nostris ad cōpassionē flectant̄: sicq; cōmissa nr̄a & meritis lauent: & potestate relaxēt. Decet em̄ peccatorē hęc humilitas: vt sine mediatore aliquo iusto petere indulgētiā nō ꝓsumat. Verum hoc solū nec debet: nec pōt sufficere: immo qđ reliquū est sanguinis ad basim altaris funde: vt. s. apud deū ꝑte qđ potes facias: gemas corā illo: qa spūs contribulati sacrificiū illi nō desistas offerre. Hoc aūt sacerdos facere dicit̄ digitū suū ī sanguine tingēs: qa vel Christ⁹ spūs sui intinctu: vel plātus suis orōnibus & doctrina nos docet qd agere debeamus: & iuuat vt explere possimus. X

Q̄ affectus noster nulli debeat tur

pitudini adhærere.

5. Y ANima q̃ te.a im.siue qđ oc.est a bestia aut per se mor.vel qđlibet aliud rep. & o.f.imun.f.rea est.& deli. Aĩa imũ dũ tãgit:qñ alieno pctõ cõsentit. Occisum aũt a bestia eũ intelligimus qui inimici suggestione labit̃ in pctm̃.Per se aũt morit̃ qsqs propria deliberatione iniqtati subiicit̃.In reptilibus vero illi exprimunt̃ qui toto corpore terræ adhærentes,tota vita,tota intẽtione terrena sequuntur.Horũ igit̃ oĩm tactus imundus est. Verũ non sine causa ĩpositũ existimo:Et oblita fuerit immunditiæ suæ.Si em̃ tetigerit immundũ:& immunditiæ suæ oblita nõ fuerit:nũquid non immũda erit? Sed nota quia parcit̃ fragilitati humanæ.Quis est em̃ qui nesciat humanorum affectuũ inuito nõnunq̃ etiã ĩpo qui patit̃,labilem discursum? Si igit̃ repẽte affectus tuus ad aliqua illicita se inflectat:qđ est q̃si mortuũ tangere:si tu sentiẽs statim repugnaueris nõ ĩmũdus es:immo si viceris:corona donaberis.Si vero libẽter in ea moratus fueris:etiã si opere nõ expleas,pollueris.Hæc est enim obliuio de qua lex loquitur.Obliuisci etenim est paruipẽdere.

Qꝫ qui carnem suam affligere proposuerit:non debeat a proposito resilire.

Z ❡Aĩa q̃ iurauerit vt vel male quid faceret:vel bene oblitaqꝫ intelle. pec.f.agat pœnitentiam ꝑ peccato.Quisqs mala agere ꝑponit certũ est quia nutu ipso quo iniquitatẽ affectat delinqt. Verũ si malũ animi ꝑpositũ vsqꝫ ad opus perduxerit:peius facit. Perseuerantia em̃ in malo nõ cõtinẽtia sed pertinacia:nec fides sed incorrigibilis perfidia dicẽda est.Hic tamẽ malũ non ꝑ culpa sed ꝑ pœna accipit̃:cũ quis.f.peccata sua indicãs carnis suę afflictionẽ deo vouit.Male ergo sibi facit qsqs quia deũ cõtempserat sibi iratus pœnas debitas a se exigit & extorquet. Bene vero agere est vitiis abrenunciãdo,bonis operibus insudare.Si aũt oblita voti sui postea intellexerit,i.si negligens reddere qđ vouerat: postea super hoc ipso se reph̃enderit:agat pœnitentiã ꝑ peccato:digna scilicet satisfactione diluẽs qđ neglexit:& offerat agnũ de gregibꝰ siue capram.Tãq̃ diceret:qđ prius vouerat & nõdum reddiderat,reddat. Male & bene faciat carnẽ affligẽs & bonis operibus insistens. Hæc nãqꝫ est ouis & capra:bonorũ operũ executio: & malorũ punitio.Nec cõtrariũ videat̃ ꝙ siue ouis,siue capra offerri iubetur:cum nos vtrũqꝫ dixerimus offerendum. Siue enim aliquando copulatiuũ est:vt cũ dicimus siue serui siue liberi oẽs vnũ sumus in Christo.i.serui & liberi.Et in hoc eodẽ libro. Vestis linea siue lanea quæ leprã habuerit aut certe pellis vel aliquid ex pelle confectum est ostẽdetur sacerdoti.Hic em̃ siue aut vel pro & particula accipiuntur.

De sacrificiis turturis & columbæ. A

❡Sin autẽ pecus of.non po.of.d.tur.vel duos pullos columbarũ:vnũ ꝑ peccato & alterum in holo.Magna hominũ erga dei cultũ & suã salutem negligẽtia:sed maior dei erga homines longanimitas & misericordia.Ecce em̃ cũ peccatoribus pœnitentię & vitæ correctioris remedia ostensa sunt: siquis salutis iter aggressus defecerit:& in suo proposito segnior factus,bonum quod inchoauerat implere distulerit:diuina adhuc patiẽtia subportat̃:& q̃ diutius viuit expectatur vt impleat qđ ꝓmisit.Si vero morte imminẽte aut graui infirmitate incũbẽte exequẽdi voti facultas adẽpta fuerit,nec sic deseritur. Sed si vel tunc cõuerti voluerit:via illa ostenditur qua saluet̃.Offerat enim duos turtures vel duos pullos colũbarum.Turtur & columba ꝑ cantu gemitũ habẽt. Qui ergo nec seipm̃ affligere nec iustitiæ opus exequi sufficit:vt ꝑ miserat gemat.Duplicẽ autẽ gemitum eũ habere oportet:siue quia malũ egit qđ nõ potest digna satisfactione abluere:vel quia bonũ quod deo vouerat nõ vacat explere:& hoc est vnum pro peccato:& alterũ in holocaustũ offerre. Sequitur.Et dabit eos sacerdoti.Vnde ostendit̃: nõ nisi per p̃latos,aut certe per summũ pontificẽ Christum si illi defuerint:peccatorũ satisfactionẽ acceptari posse.Qui primũ offerens pro peccato retorquebit caput eius ad pennulas ita vt collo hæreat:& nõ penitus abrumpatur. Quid per pennulas nisi virtutes animæ significant̃:quibus illa ad cœlũ volat? Caput ergo retorquet̃ ad pennulas quũ mẽs quæ hoĩs caput est ꝑ peccatis suis anxia dolet:talem execrans dulcedinem vitiorũ,virtutũ cõcipit appetitũ. Ita inquit vt collo hæreat:& nõ penitus abrũpat̃.Dignũ qđẽ est vt q vitã totã in delitiis egit saltẽ iã morte vicina caput secernat a corpore mẽtis,f.intẽtionẽ a carnis voluptatibꝰ ꝓcurandis auertat.Nec tamẽ penitꝰ abrũpat̃:vt carni scilicet in necessitatibꝰ nõ in desideriis seruiat̃.

Qꝫ in fine pœnitentibus nec certa damnatio nec certa indulgentia promittitur.

❡Qꝫ si nõ quiuerit manus eius of.duos turtures vel duos pullos colũbarũ,of.ꝑ pctõ si.partẽ ephi.de.Per similã hic cogitationum subtilitas designat̃:q̃ per confessionẽ sacerdoti humiliter aperit̃.De hac autẽ decimam partẽ ephi offerre ꝑcipit̃.Quid in denario nisi ꝑfectio intelligitur? Dignũ est em̃ vt qui peccatorũ suorũ confessionẽ facit,cõsummet eam omnia quæ reuo B

care ad memoriam potest domino pandés:nõ alia ṗdés:alia abscõdés. Non mittat in eã oleũ nec thuris aliqd imponat:qa ṗ pctõ est:tradet ꝙ sacerdoti. Q; oleũ in ea nõ mittit inde est,ꝙ iis qui eiusmodi sunt certa misericordię spes nõ ṗmittit. Cõfessio nãq; quã nullus comitat fructus boni operis quãq; iterni gemit⁹ nõ cõmẽdãt icertũ ẽ vtrũ a dño recipiat. Vñ beat⁹ Augu.i quodã sermõe ait. Agẽs poenitẽtiã ad vltimũ & recõciliat. Securus hinc exeat:ego securus nõ sum. Nũquid dico damnabit? Nõ dico: sed non liberabit. Vis te a dubio liberare? Age poenitẽtiã dũ sanus es. Nec thuris aliqd imponas. Thus orationis formã habet sicut scriptũ est. Dirigat oratio mea &c. Cũ ergo thus ṗhibet imponi:q̄si orationis fiducia homini denegat. Qui em̃ peccata sua nec ṗbabilius viuẽdo corrigere:nec tñ ea digne deflere põt:puto verecũdia exigit:vt indignũ se diuina misericordia iudicet:nec ipudẽter & q̄si libera fronte eã sibi cõferri exoret. Petat tñ sed q̄si nõ petendo speret sed desperãdo: dum & se indignũ veniã cõfitetur:& tñ sola dei misericordia fieri posse credat vt saluet. Sicq; nos deũ rogãtes dicim⁹ vt dimittat quę conscientia metuit:& adiiciat qđ oratio non praesumit.

Quid agere debeat sacerdos pro eo qui in fine tantum confitetur.

C ¶Qui plenũ ex toto pugillũ hau.cremabit super al.in me.e.qui obtulit:rogãs ṗ illo & expiãs Reliquam vero partẽ ipse habebit in munere. Quãto minus vnusq̄sq; de suis cõfidit meritis tãto magis indiget vt iuuet alienis. Quapropter bonus pastor q subditi pene desperati recipit cõfessionẽ,intercessiõis suae beneficiũ misericorditer illi impẽdat:vt apud deũ si fieri possit ṗ eo obtineat qđ reus ipe meritis suis obtinere se posse desperat. Hoc est ergo qđ dicit de simila oblata:plenũ pugillũ hauriat:& super al. cremab.in memo.eius q obtu.qui peccatoris cõfessione recepta:& cognitis eius criminibus:si charitatis flãma i altari cordis succẽdit:necesse est vt periclitãti cõpatiẽs ṗ diluẽdis eius criminibus saltẽ breui tẽpore coram dño vsq; ad lachrymas cõpungat. Rogãs ṗ illo & expians.i. quãtũ in se est expiare cõtẽdẽs. Reliquam vero partẽ &c. Merito in pctõris cõfessiõe partẽ accipit iproprie.s.mercedis lucrũ:illã retorquẽs:q̄ vt acceptabilis fieret:suis precibus eam iuuit.

Q; in om̃i bono ope ṗseuerãtia reqrit.

6. D Haec est lex holo. Cremabit in al.tota nocte vsq; mane. Intelligẽdũ est:ꝙ q̄cũq; hora diei,siue mane siue vespere holocaustũ incẽderet:sequẽti nocte tota sup altare relinquebat. Nobis vero innuit:vt si holocaustũ nosmetipsos deo obtulerimus:si flãma sancti amoris ardere coeperimus:perseuerem⁹ nec p̄ abũdãtia iniquitatis refrigescat charitas nostra:nec extinguat in nocte lucerna nostra. Lucerna quippe nostra ipa charitas est:qa ṗceptũ do.lu.il.oc. Ipsa em̃ quo gressum tẽdamus operis intus nos erudit:& dum q̄ agimus aliis ostendit,quo sequi debeãt eisdẽ accẽdit. Si igit post tenebras noctis p̄sentis ęternũ nobis mane oriri cupimus:ṗ custodia hui⁹ lucernę sollicite vigilemus:qm̃ siqs hic dũ adiuuit in cõspectu hoim ignis sui flãmã seruauerit:post vocationẽ suã decedẽtibus tenebris & vero mane illucescente:sub dei p̄sentia in ęternũ fulgebit. Vñ scriptũ est. Stellae quoq; dederũt lumẽ in custodiis suis. Vocatae sunt & dixerũt: Adsumus:& luxerunt ei cum iocunditate qui fecit eas.

De statu sanctorum post mortem.

¶Vestietur sacerdos tunica & femeralibus lineis:tolletq; cineres:quos vorãs ignis excussit: & po.iuxta al.spo. pri.vesti.indutusq; aliis ef.e. extra castra:& in lo.mũdi.vsq; ad fauillã cõsumi faciet. Magna hic sacramẽti ṗfunditas. Magna spes reposita mortalib⁹. Magna consolatio moriẽtibus. Si em̃ in crematione illa q̄ in altari fit,labor vitę nostrę accipit:q̄diu feruẽtes spiritu nos in sanctis operibus exercemus:qd cineres,reliquiae.s.illius cõcremationis,nisi qđ post vitam vnicuiq; nostrũ restat,designãt? Notum est quia iustorũ corporibus in pace sepultis,animae quoq; eorũ in manu dei sunt. Et quia beati mortui qui in dño moriunt. Amodo iam dicit spiritus vt re.a.la.s. Haec sunt iustorũ reliquiae: quoniã sunt reliquiae homini.pa. Cineres itaq; ab altari deponunt:quoniã iusti a labore in requiẽ suscipiunt. Cineres ad oriẽtẽ collocant:qa iustis (vt ait Iob) meridianus fulgor cõsurgit ad vesperã:ad occasum.s.vitae p̄sentis claritas subsequentis. Et quũ putãtur consumpti:oriũtur vt lucifer. Inde est ꝙ sanctorũ obitus natalitia nominant:quia quod sunt infanti angustiae materni vteri ad huius aeris libertatẽ:haec est iustis huius cõuersatiõis aerũna ad futurę gloriẽ amplitudinẽ. Locus quoq; in quo cineres deponitur,iuxta altare est:quia secundum vitae p̄sentis meritum retribuitur vnicuiq; post obitum. Non elõgantur cineres ab altari:quia nec hoies a suis meritis disiunguntur:sed sequuntur eos opera eorum:& recipit vnusq̄sq; prout gessit in corpore siue bonũ siue malũ. Sacerdos qui cineres deponit,tunica & femoralibus lineis induit:qa Christ⁹ qui districtione sententiae suae morte mulctat homines:vt suos mo- E

rientes consolaretur: terrenum corpus assumpsit i quo & ipe moreret. Sequit. Et idut[9] aliis vestimētis: efferet eos extra castra. Quid est cineres extra castra ferre: nisi iustos post aīarum suarū requiē: post corpor suor resurrectionē: in alteri[9] vitæ gloriā trāsfigurare! Sacerdos vestem mutat qui hæc agit: qa Christ[9] nō in forma seruili in q̄ prius despectus apparuit: sed in maiestatis suę gloria, vt seruos suos glorificet: apparebit. Cineres vero in locum mūdissimum efferūtur: & ibi vsq ad fauillam cōsumuntur. Quis est locus mūdissim[9] extra castra: nisi perfecta beatæ ciuitatis illius mūdities: oēm excedēs huius tpis sanctitatē: q̄ in hac vita a quoq nostrū acquiri pōt! Tūc em̄ Christus exhibebit sibi gloriosam ecclesiā nō habētē maculā a. r. Ibi ergo prorsus sanctor cineres cōsumenṫ: qa nec in corporib[9] eor vlla relinqueṫ corruptio: nec in animabus vitii turpitudo.

In quibus religiosi animus debeat occupari.

F ¶Reliquā partē similę co. Aa. & fi. ei[9] absq fer. & co. in lo. sanctuarii tabernaculi. Hoc de lege sacrificii & libamētor dicit. Aaron cū filiis suis Christū cū mēbris suis significat. Istis similæ reliquiæ comedendæ decernuntur: quia sancta mens post orationis & lectionis studia: quibus domino se præsentat & amore illius inflāmat cum proximorum vtilitatibus se impendit in vsum eor cedēs: quasi ab eis comeditur: qn̄ in suarū necessitatū puidētiā remediū eis cōfert. Et comedēt eā absq fermēto: vt. s. mēs religiosa cū proximor curā susceperit, cū eor vsibus se cōtulerit, simplici intentione hoc faciat: vt nec culpas redarguēs iræ suæ libidini seruiat: nec necessaria proximi pcurās, vanæ gloriæ deseruiat. Et comedēt eā in loco sanctuarii taber. Illicitū est nisi in loco sancto similā cōsecratā comedi: quia studiū animæ religiosæ: quæ se a mūdi actibus sequestrauit, nō in secularibus: sed in iis solum quæ ad deum pertinēt, debet proximis exhiberi. Cū igitur nuptiarum causa tractatur: quum augēdæ pecuniæ, quum bonorū seculi huius acquirēdorum ratio habetur: indignum est vt mens deo consecrata, q̄ ipsa possidere negligit, aliis studeat procurare. Concedit tn̄ eis in his etiā q̄ carnis sunt si necesse fuerit curā proximorū habere: sed sicut sui in necessariis duntaxat: vt. s. in huiusmodi proximorum fulciāt infirmitatem: nō expleant voluptatem.

Q fermento carere debeat quicquid domino præsentatur.

G ¶Ideo autem nō fermentabatur: quia pars eius in domini offertur incensum. Quæ sit huius similæ partitio superius diximus: geminum. s. studium propter geminam dilectionem dei & proximi: vt aliquando vacemus deo, lectioni & orationi studētes: aliquando vero proximorū curam pia sollicitudine pcuremus. Necesse est autē vt mens quæ subinde ad deum recurrere & incēsum ei orationis offerre desiderat, circa ipsa fraterna obsequia azimam se ei exhibeat. Simila igiṫ nostra ideo fermentari non debet: quia de illa parte dn̄o incēdi oportet: alioquin nisi fermento purgetur: indigna est q̄ domino psenteṫ. Fit hic vtilissima cōuersa. Sicut enim simila ista idcirco a fermento purganda est: vt pars coram dn̄o possit incēdi: sic ecōuerso ideo sæpius domino psentanda est vt a fermenti cōmixtione valeat sequestrari. Anima em̄ quę frequenter ad orationē se confert, compunctionis machina sup se leuata, & spiritu sancto illuminata: ibi discit q̄ pia affectione proximis subueniendum sit: & quāta sollicitudine interius secretum ab omni fermento mundādum sit. Q si etiam intentio in aliquo fuerit deprauata: ibi cito deprehenditur ac facile emendatur.

Bruno.

Q non intercisa sed continua debeat esse sanctificatio sacerdotum.

¶Hęc est oblatio Aaron & fi. eius: quam of. de. do. in die vnctionis suæ. Decimā partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno: mediū eius mane: & medium vespere: quæ in sarta. o. con. fri. Hanc oblationē sacerdotes & episcopi in die vnctionis suæ pcipiuntur offerre: id est in sempiternū sacrificiū. Nō igitur vno sed omni die episcopus & sacerdos inungi & sanctificari & seipso melior fieri debet. Offerant aūt similæ decimam partem ephi. Quid per similā nisi sacerdotis carnem intelligimus! quæ dum cōpunctionis molis teritur & affligitur, suo bono exemplo quasi quodā cibo nutrit. Qui autē decimā partem offert, seipsum penitus totum offert: quia omnis homo decima est. Sed quia mane & vespere diem & noctem significat, medium suę oblationis mane, & medium vespere sacerdos offerre debet: vt die & nocte: id est omni tempore ab hac immolatione nō desistat.

Radulphus.

Q prælati mēs a iustitia debeat absorberi.

¶Omne sacrificium sacerdotum ig. consu. nec quis. co. ex eo. Quid est q sacrificium sacerdotum igne consumi præcipitur: nisi q mens boni pastoris amore iustitiæ penitus absorbenda docetur! Tunc acceptabit inquit sacrificium iustitiæ. Mens itaq quæ iustitiæ legibus totā se subdit: sacrificium suum igne consumit. Ab H

eius esu omnes prohibentur: quia illicitum est vt a pastore pro adipiscenda cuiuscunque hominis gratia a iustitia declinet. Comedit ergo similam pastoris: qui eam a regula veritatis ad suae prauitatis inflectens patrocinium de eius consensu voluptatem capit. Notandum autem quod cum dicit: Nemo comedet ex ea: etiam ipse a suae similae comestione arcet. Sicut enim alienae peruersitati obtemperare non debet: vt a iustitia declinet: sic nec in iudicandis subditis suę libidini deseruire.

De verae poenitentiae dignitate.

I ¶Ista est lex hostiae pro peccato in loco vbi of. ho. immo. co. do. Haec dignitas poenitentiae superius vbi capram ouis hostię iunxit, satis describitur. Sanctum sanctorum est. Sacerdos qui offeret comedet eam in loco sancto in ostio taber. Hoc est in quo sacrificiis eam coaequat. Vnde & sacrificium in sequentibus nominat. Sanctum inquit sanctorum est. Peccatorum poenitentia ideo sancta sanctorum dicitur: quia nonnunquam post multiplices lapsus resipiscentes: & iustitiae sectatores feruentissimi & ipsius iniquitatis cui succubuerunt expugnatores validissimi: quodque vtrumque bonum amplius commendat pro praeteritorum conscientia humiles & pauidi inueniuntur. Sacerdos qui offert hostiam comedet eam in loco sancto. Quis est sacerdos qui hanc hostiam immolat nisi qui per doctrinam suam peccatorem ad poenitentiam vocat? Iste ergo hac hostia vescitur dum super peccatoris conuersione plurimum delectatur. In loco autem sancto hostiam poenitentis comedere est eum qui a peccatis suis auertitur non iam damnandum credere: sed in sanctorum numero computare. Sequitur. Quicquid tetigerit carnes eius: sanctificabitur. Ille huius hostiae carnes tangit qui affectum suum poenitentium humilitati coniungit. Qui vero tangit sanctificatur: quia quicunque eos imitatus fuerit: ipse quoque a peccatorum suorum nexibus relaxatur.

Quod virtus confessionis abluit quicquid ex confitentis compassione sordium contraxerit mens praelati.

K ¶Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa: lauabitur in loco sancto. Dicit beatus Grego. a bonis pastoribus viscera materna subditis exhibenda: vt si forte eos tentationibus infestari contigerit, ad eos quasi ad portum salutis confugiant: nec eis peccatorum suorum reuelare vulnera vereantur. Fit autem plerunque vt pastoris conscientia auditis subditorum tentationibus & ipsa tentetur: & velut aqua aliorum manus abluens: vnde eas mundat: ipsa sordidetur. Quod tamen doctoribus non nimis formidandum est. Nam tanto citius a suis liberantur: quanto misericordius aliorum tentationibus fatigantur. Dicatur itaque de hostia pro peccato: si de sanguine &c. Sanguis enim huius hostiae opera sunt corruptionis quibus peccator succubuit. Libera me inquit de sanguinibus &c. Hęc itaque quum per confessionem pastori deteguntur, plerunque licet ad corpus non vsque transeant: tamen vestem aspergunt: quia quamuis consensum non impetrent excitant appetitum. Quod enim vestis ad corpus: hoc ad consensum est appetitus. Vestis saepe sine noxa corporis aut maculatur aut scinditur: sic & appetitus plerumque absque salutis humanae dispendio consensu viriliter resistente per illicita multa raptatur. Lauanda igitur est vestis: sed in loco sancto poterit lauari: quoniam qui non suo vitio: sed sola compassione vt proximo fluctuanti subueniat huiusmodi perturbatione vexatur, non necesse habet donec se expiet a sacris sacrificiis se questrari. Et lauat ergo vestem suam & in loco sancto est: quia illecebra carnali qua exterius afficitur: pro viribus sine dilatione se purgat. sed tamen quod hanc pugnam sustinet, augmentum est ei retributionis non imminutio sanctitatis.

Galfridus.

Quod per vasa fictilia & aerea nostrum corpus & anima designatur.

¶Vas fictile in quo hostia pro peccato cocta est L confringetur. In lege vasa fictilia iubentur conteri: sed aenea confricari sicque purgari. Vasa nostra sunt corpus nostrum & anima: in quibus quasi in duobus vasis carnes sacrificii coquimus quum in altero digna poenitentiae opera facimus: in altero internę charitatis hostiam immolamus. Vnum conteritur alterum confricatur: quia corpus exercitio poenitentiae frangitur: anima quasi quadam spiritualis exercitium lima clarificatur. Hinc Apostolus ait. Exterior homo noster corrumpitur: sed qui intus est renouatur de die in diem. Dum fricatur namque animus ad aenei vasis exemplar non solum malitiae deponit ęruginem: sed incalescit etiam & maiorem suscipit claritatem: vt tanto amplius in amore veritatis proficiat quanto eum expressius ab omni nigredine prauitatis exercitatio spiritualis expurgat. Ita ergo nostra purganda sunt vasa: vt ad suscipiendum oleum gratiae spiritualis omnimode inueniantur idonea: munda videlicet maceratione poenitentiae & lauacro castitatis: solida operatione spiritus: & glutino charitatis. alioquin non poneret deus oleum suum in vasis nostris: si in eis vel maculam inspiceret vel scissuram: quia nec dat sanctum canibus: nec ante porcos proiicit margaritam. Qui sunt autem canes nisi qui se inuicem mordent & comedunt vt ab inuicem consumantur? Qui vero porci nisi qui coeno libidinis volutantur? Odibilis autem maxime canis reuersus ad vomitum: sed & sus lota in volutabro luti: videlicet qui in prioris malitiae rabiem de charitatis tranquillitate se deiicit: vel in pristinae libidinis immunditiam de puritate castitatis immergit.

Bruno.

Q, Christiani cor, Christi sanguini semper debeat innatare.

M ¶Hæc est lex hostiæ ꝓ delicto: sancta sanctorũ est. Idcirco vbi mactabit holocaustũ: mactabit & hostia pro delicto. Sanguis eius per gyrum altaris fundet. Fundamus charissimi huius hostiæ sanguinẽ per gyrum altaris: vt semper corda nostra in Christi sanguine natent: & nunq̃ eius passionis obliuiscamur.

Radulphus.

Q, non sit magnum eorum carnalia metere: quibus spiritualia seminamus.

Ñ ¶Sacerdos qui offert holocausti victimam ha. pel. ei⁹. Pellis holocausti q̃ est nisi exterior huic mundo renunciantiũ substantia? Pellẽ ait ꝓ pelle: & cuncta q̃ habet homo dabit ꝓ anima sua. Qui ergo proximũ sua exhortatione ad cœlestia pertrahit: terrenam eius substantiã in vsus proprios legali decreto habebit. Non est eñ magnum: si spiritualia illi seminet: & eius carnalia metat. Hoc iam in oñi holocausto faciẽdũ statuitur non bouis solum aut ouis: sed maxime auiũ: nõ illorũ legaliũ: sed spiritualiũ. Qui eñ sapientię student: & intelligẽtiæ pennis ad deũ volãt: hi maxiẽ a terrena possessione & exteriori occupatione expediẽdi sunt: vt fiat in eis qđ scriptũ est. Vacate & videte q̃a ego sum deus.

Q, deo bonum non placeat: quod mali commixtio fermentauit.

7. O Caro quæ aliquid tetigit immundũ: nõ co. sed cõbu. igni. Hoc de carne hostiæ quæ voto vel sponte offertur ꝑcipitur. Caro igitur victimæ nostræ tunc tangit immundũ: quum opus pietatis flagitii alicui⁹ aut facinoris crimini admiscet. Sed hęc nõ comeditur: immo cõburitur igni: quoniam eleemosynæ vel cętera opera pietatis quæ alicuius criminis admixtio polluit, a deo non suscipiunt quin potius æternis ignibus deputant. A patribus hoc obseruatũ ẽ: vt qcũq; capitalis alicui⁹ culpæ reus publice cõuinceret, donec resipisceret, oblationes eius ab ecclesia non susciperent.

Q, sanctorum vtilitatibus etiam malitia militat aliena.

P ¶Adipem cadaueris mortui & eius animalis quod a bestia captũ est ha. in vsus va. De morticino & a bestia capto supradictũ est: nunc de eorũ adipe videamus. Adipes eorũ sunt varii effectus q̃bus amatores huius mundi qui deo mortui sunt, rapiuntur. Hos comedere q̃dem non debemus, quia eorũ praua desideria ab omni munda cõscientia repellenda sunt: in vsus varios habere ꝑcipimur. Huiusmõi quippe homines sibi inutiliter viuunt, sanctorum tamen vtilitati deseruiunt. Verbi gratia: Nõ possunt sibi multi filiorũ dei domos ædificare: non possunt arare & serere: nec vestes sibi texere valẽt. Cum his igit̃ indigeant: nec tamẽ hæc sibi valeant preparare: ꝓuidit misericordia diuina, q̃ etiam malis bene vti solet, vt essent aliqui seculi amatores: qui licet carnali intentione hæc dicerint, accepto tñ ꝓcio in huiusmodi seculi necessitatibus obsequant̃. Ipsi quoq; qui ira & odio cõtra bonos deseruiũt, bonorũ militãt vtilitati: dũ patientiæ virtute exercitatis præmia æterna multiplicãt. Inde nãq; est ꝙ ipse humani gñis inimicus dũ cõtra Christianũ nomẽ infremuit: tot martyrũ milia sua isãnia coronauit.

Q, prælati in cunctis operibus suis non suã debeant quærere gloriã sed auctoris. Q

¶Sanguinẽ oñis animalis nõ su. in cibũ tã de auib⁹ q̃ de pecorib⁹. Doctores sancti cũ eruditiõe sua queq̃ ad sciẽtię studiũ ꝓuehũt: q̃si spiritualẽ auẽ offerũt. Hui⁹ aũt sanguinẽ nõ comedunt, quia amorẽ discipulorũ nõ cõuertũt in se: sed ad Christũ trãsmittũt. Plane eñ irã spõsi ꝓuocat puer: qui ad spõsę ministeriũ deputatus, loco spõsi amari se affectat. Vñ beat⁹ Apostolus, fidelis minister ecclesię: Nõ nosmetipsos ꝑdicamus: sed Iesum Christũ deũ nřm. Sed nec pecoꝝ siqua deo immolãt: sanguinẽ edũt: quia cũ simpliciores erudiũt, pestẽ cupiditatis quã de eoꝝ cordibus excludũt, & ipsi quoq; a se abiiciunt. Castigo ait corpus meum & in seruitutem redigo. &c.

De sacerdotalibus indumentis.

8. R Cumq; lauisset Moyses f. Aa. vest. põ. subucula linea. Nota ꝙ sacerdotes induturus prius eos lauat cõgruo satis ordine: vt qcũq; ad sacerdotiũ accedũt, primo ꝓcedentiũ delictoꝝ veniã cõsequant̃. Primo deponãt sordes vitiorum: & sic demũ suscipiant ornamenta virtutum.

De Subucula.

¶Prima in vestibus sacerdotalibus subucula linea ponitur. Linũ qđ de terra originẽ ducit: & multo labore, multaq; industria natiuũ deponit colorem: vt ad hunc quẽ in veste habet perducatur candorẽ: virtutẽ exprimit castitatis. Caro siquidẽ nostra ab ipsa parẽtũ propagine corruptelã trahẽs: multa nostra vigilãtia opus habet: vt eã cũ qua nata est immũditiã abiicere, & honestatis nitorẽ valeat possidere. Sed q̃a nõ solũ cũ labore acquirit̃: sed & cautelã multã exigit vt acq̃sita seruet̃, subucula iduta, subdit̃, Accinges eum baltheo.

De Baltheo.

¶Quid em̄ p baltheū qđ subuculā lineā astringit, nisi virtutis ipsius custodia designat? Neq; em̄ cum remissione & negligentia castitas poterit retineri: sed cohibendus est visus: obstruendus auditus: lingua refrenāda: ipsa etiam cogitatio a noxiis euagationibus restringenda. Sequitur. Et indues eum tunica Hyacinthina. Hyacinthus aeris prefert colorem. Quid ergo per tunicam Hyacinthinam, nisi cœlestis conuersatio exprimitur? Dignū est enim vt pontifex cum corruptionis opera declinat: etiam a mūdi huius tumultibus in quātū licet se subtrahens, militiæ diuinæ aptum se pbeat. Nemo quippe militans deo implicat se negotiis secularibus. Et superhumerale imposuit. Quia ī humeris onera portare solemus: per humerale patientiæ virtus intelligitur: quæ proximorum vitia q̄diu corrigere non potest: animi longanimitate consueuit portare. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet: sed tolerare: vt ipse sua mansuetudine iram sęuientium mitiget: & peccatorum vulnera in aliis ipse vulneratus afflictionibus sanet.

De rationali.

S ¶Qđ astringens cingulo aptauit rationali in quo erat doctrina & veritas. In pectore Aaron rationale vittis ligantibus imprimitur: quatenus pontificis cor nequaq̄ cogitationes fluxæ possideant: sed ratio sola constringat. In hoc autem rationali doctrina & veritas esse perhibetur: quia doctrina veritatis in pectore pontificis debet esse reposita: vt scriba doctus in regno Dei: & cum optimum fuerit proferat de thesauro suo noua & vetera. Sed notandum diligenter: ꝙ superhumerale & rationale apta ta sibi inuicem & cingulo cōstricta narrantur. Nam neq; patientia sine doctrina: nec doctrina absq; patientia subsistere potest. Doctrina enim viri per patientiam noscitur. Sequitur. Cydari quoq; texit caput. vt in exhibitione operum visibilium de cordibus mundítia conueniatur. In omne quod agimus mens potius discutienda est: q̄ vani operis superficies. Si enim oc. tu. fu. simplex &c. Et super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificationem. Legalis pōtifex in fronte Dei nomē lamina insculptum portabat. Nostri vero pontifices non nomen quatuor literis deformatū: sed rē tanti nominis in vultu pferunt: cū mentis verticē a terrenarū rerū cogitatione erigentes radios in se solis æterni suscipiunt: vt si nō per naturā, tamē per gratiā Deo iam vniti diuinitatis ipsius participiū sumant. Vnde & tantam proximis sanctitatis virtutem exhibēt: vt tanq̄ diuini nominis titulum fronte præferāt: quicunq; eos perspexerint, Deum in eis habitare non dubitent.

Quomodo septiformis gratia sacerdotalibus conueniat indumentis.

¶Septem posuit or. sac. Quia septem sunt spiritus sancti dona: quæ quomodo sibi cōueniant videamus. In linea quæ exteriorē mundítiam significat: timorē accipe. Primus est em̄ eius pgressus, si nō affectus: saltem opera corruptionis abiicere. Sed quoniā virtus ipsa castitatis ne dispereat munienda est, accedit consiliū sensus cohibendi. Et hic est baltheus. In tunica vero Hyacinthina speciem habes fortitudinis & illius cœlestis firmamenti, cum anima proiectis aquis inferioribus terrenæ occupationis spiritualibus studiis tanq̄ aquis superioribus decoratur. Iam in superhumerali quid nisi pietas intelligitur? Pium est nāq; dum proximo succurrere vis, eiusdē vitia donec corrigatur ęquanimiter tolerare. Quinto loco rationale manifestæ scientiæ formā tenet. In cydari quoq; q̄ interioris mūditię typus est, intellectus apparet. Beati em̄ mundo cor. &c. Quæ domini sententia & ipsa in euangelio sexto loco posita est. Restat lamina aurea in qua figura sapientiæ manifeste signatur. Aurū enim diuinæ cōtemplationis claritatē designat. Illius ergo frons lamina aurea adornatur: cuius facies interior lumine speculationis diuinæ perfundit̄. Sed quoniam multi fuerūt qui cū cognouissent deū nō si. d. g. aut g. e. qb⁹ nihil pfuit deū cognouisse nec honorasse: ideo lamina pontificis consecrata dicit̄: vt in sanctoꝝ cordibus dilectioni societur: per quā & consecretur. T

Bruno.

Q; ampli pectoris sacerdos esse debeat, qui tanta continet sacramenta.

¶Tulit Moyses pectusculū eleuās illud coram dn̄o de ariete consecrationis in partē suā. Ideo Moyses sibi pectusculū vēdicat: quia pectorosi & sapiētes pōtifices esse debēt. Magnū em̄ pectus habere oportet: q hæc tanta seruare debet & reponere sacramēta. Sed quare corā dn̄o pectus eleuat: nisi vt corda & pectora nostra semper sint leuata ad cœlestia cōtēplāda? V

Radulphus.

Q; per Christi sanguinē a pc̄tis q̄ cauere non possumus, abluamur.

¶Sumēs Moyses vnguētū & sanguinē: q erat sup al. aspsit sup Aaron & vesti. e. & sup fi. e. & vestes e. Quid sibi vult hæc vnguenti sanguinisq; aspsio? Nōne iā Aaron vnctus fuerat: & filiorū illi⁹ manus cōsecratæ? Quid ergo rursus X

vnguēto aspergit? Sed nota grande & vtile mysteriū. Omnis homo q̄uis iam sanctificatus sit aut baptismo aut quolibet alio sacramēto, q̄diu viuit inter tentationes huius seculi non potest esse sine peccato. Si tamen confessi fuerim⁹ (ait beatus Ioannes) delicta nostra: fidelis est & iustus vt dimittat nobis de.n. & pur. v. ex.o. i. non tantum præterita: sed & siqua contraximus ex hac vita: quia nō potest homo q̄diu carnem portat non habere vel leuia peccata. Sed quomō fiet ista purgatio? Sanguis inquit, Iesu purgabit nos ab omni peccato. Ergo si peccas: nec em̄ potes omnino cauere q̄n aliquādo pecces: continuo vide: cōtinuo displiceat: cōtinuo dāna. Manet super altare vnguentū. Manet sanguis quo aspergaris & purificeris. Est em̄ in ecclesia gratia spiritus sancti: est fides passionis Christi: per quā peccati tui veniā consequaris. Hanc cottidianę pœnitentię purgationē significauit & illa pedum lauatio: quam dn̄s in cœna discipulis exhibuit. Dicat ergo. Sumēs Moyses vnguentū & s.&c. Vestimenta sacerdotum sunt opera iustitiæ: quibus coram omnibus adornantur: sicut scriptum est. Sacerdotes tui induantur iustitia. Sed q̄m hæc aliquando peccati macula polluunt̄: necesse est vt in hac aspersione mundentur. Asperguntur vero sacerdotes cum vestibus, quando & eorū conscientia a reatu prauę cogitationis: & eorꝝ conuersatio a reatu praui operis absoluitur.

Q̄ꝫ Christianus toto vitę suę tempore non aduersis frangi debeat, nec prosperis eleuari.

Y ¶ De ostio tabernaculi non exibitis. vii. dieb⁹ vsq; ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. Septem em̄ diebus finit̄ consecratio. Septem dies oēm præsentē vitam designāt: quæ. vii. diebus voluitur. In loco ergo sancto demoratur quisquis operibus occupatur. Præcipitur autē sacerdotibus ne de loco sancto exeant. vii. diebus: id est ne q̄diu viuunt ab obseruatione diuinę legis recedāt. Vii. inquit diebus finitur cōsecratio. In hac em̄ tantum vita sanctitas acquiri potest: transacta aūt vita præmium recipitur sanctitatis. Sequit̄. Die ac nocte mane. in taber. obser. custo. dn̄i ne mori. Diē ac noctem prosperitatē & aduersitatē intellige Sunt quidā qui per diem de loco sancto exeūt: quia nimium temporalium rerum abundantia aut extolluntur: aut intēperanter vtentes corrumpuntur. Per noctem vero de tabernaculo exit: qui inimici tentationibus fatigatus a iustitia recedit. Sed die ac nocte manendū in tabernaculo lex præcipit: vt scilicet nec prosperitas nos corrumpat: nec aduersitas frangat.

Q̄ꝫ spiritus sanctus iustorum sacrificia soleat inflammare.

¶ Apparuit gloria domini o. multi. & ecce ig. e. a do. de. ho. & adipes qui erāt super al. Quod cum vidissent turbæ, laudauerunt dominum ruentes in facies suas. Ignis egressus a dn̄o, spiritus sanctus est qui a patre filioq; p̄cedit. De quo ip̄e dn̄s. Ignem veni mittere in terram. Hic ergo ignis in terram missus: id est hominibus datus holocausta vorat: quia perfectorum corda in suum amorē rapiens: & ab affectibus mūdanis secernens omnē eorū virtutem & studia ad diuinam transfert militiam. Adipes vero pacificorum: non tamen ipsas hostias pacificas vorat ignis iste: quū mentes religiosorum secularium in affectū diuinæ dilectionis accēdit: Nō tamen ea integritate vt a mundanis negotiis prorsus alienare: & spiritualibus se studiis velint occupare. Cum autē religio diuina tam in p̄latis q̄ in subditis floret: hæc dei gloria quam videntes homines nō possunt nō glorificare & laudare tanti muneris auctorē. Ruentes inq̄t, in facies suas. In faciem cadunt: qui sponte sua se deiiciunt. Z

Q̄ꝫ per illatam peccantibus vltionem hominibus dei sanctitas innotescat.

ca. 10 A Sanctificabor in iis qui appropinquāt mihi: & in cō. o. p. g. Sanctificatur apd̄ homines deus: quū se sanctum esse demōstrat. Quomodo autē sanctitatē suam deus hominibus aperuit: nisi quū de peccatorib⁹ vltionem capiens se eorū nequitiæ non consentire ostendit? In iis autem qui appropinquant ei primum iudicat dn̄s: vt quia aliis quod suum erat non sunt norma viuendi, ad aliorū correctionem diuini in seipsis censurā repræsentent iudicii. Vnde & alibi per prophetā ait. A sanctuario meo incipite. vbi & Felchias princeps populi repente mortuus introducitur.

Petrus Rauennas.

Contra vitium ebrietatis.

B ¶ Dixit dn̄s ad Aaron: vinum & omne quod inebri. potest non bib. tu & fi. t. quando intra. in taber. testi. Hoc præceptū post mortem Nadab & Abiu datū est: vt cūctis īnotesceret: q̄ ebrietas eorum mortis causa extitit & erroris. Cum em̄ contaminare externo igne altare p̄sumunt ipsius altaris cōsumunt̄ incendio: vt sumerent de sacrificio pœnam: q fecerant de propitiatiōe peccatū: quod peccatū illis suscitarat ebrietas. Nam vini odor odorem fugarat incēsi: & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris. Vnde quia alienati vino alienū portauerūt ignē: mox

diuino igne referunt extincti. Ebrietas in alio crimen est: in sacerdote sacrilegium: quia alter animam suam necat vino: sacerdos spiritũ sanctitatis extinguit: contradicente Apostolo. Spiritum nolite extinguere.

Stephanus. de officio prælatorũ.

C ¶Quando intrabitis taber. Nota ꝙ tribus de causis Aaron ingre.tab.ad vic.fa.ad lu.ac.& ad thy.a.do. Sic & prælatus ecclesiæ facere debet. Quãdo ad peccatorũ destructionem ecclesiam intrat: tunc ad victi.fa. Quando ad exemplum inuitat auctoritate patrum: lucernas accendit. Quando in virtutem proficere facit: tunc thymiama super altare incendit.

Radulphus.

Q͛ illos imitari debemus qui scientiam quam corde ruminant: opere manifestant.

D ¶Omne aĩal qđ habet vngulã diuisam & ru. in peco.co. Cũ ruminatione cibi cœlestis & pes diuidẽdus est: vt distinctio boni & mali, super qua mens nostra per legẽ diuinã imbuit̃, in operibus quoq; nostris manifestet̃. Comedimus ergo mũda animalia: quũ iustorũ exempla considerantes, eorũ sanctitatẽ ꝓ viribus in nostrę cõuersationis corpus traiicim⁹. Comedenda itaq; sunt aĩalia q̃ & ruminãt & vngulam findunt: quia illi soli imitatione digni sunt: qui diuini verbi meditatione quid agere: quid non agere oporteat edocti: discretionẽ illam quam intellectu perceperũt, in actibus quoq; suis ostẽdunt.

Galfridus.

Q͛ nostra debeamus iugiter nouissima memorari.

E ¶Omne animal qđ habet vngulã diuisam & ru. in pe.co. Vngula nostra finis noster est: quã non findimus si nouissima nõ prouidemus. Nõ eñ vnum est nouissimũ hominũ: non est vnicus finis noster: sed diuisus in partes: & per partes valde cõtrarias. Prouidet autem nouissima & vngulam findit: qui circa eandẽ diuisionem sedula intentione versatur: qui in litera Pythagorica esse se meminit, & adhuc in ipsius literæ hasta positum ad diuisionem eius velociter cogitat peruenturum. Dico autẽ secundum ꝙ pueri dicere solent: cum a pueritia ad intelligibilem peruenitur ætatem. Sed tota hęc vita est puerilis: nec intellectu agit̃: sed in fide. Interim ergo vngulã findit & nouissima prouidet, qui in operibus suis diuisionẽ hanc: & hæc diuersa nouissima memorat̃, & animo versat q̃ sit diuersus interitus hominis & iumenti. Q͛libet fortis & velox equus ignotam viam minus facile currit: Et nos quomodo exeuntes ad dexteram ibimus sine offensione: nisi prius frequentauerimus viam?

Radulphus.

Q͛ solus quietis amor digne terrena valeat ministrare.

Omne quod habet pẽnulas & squamas tam in mari q̃ in fluminib⁹ & stagnis co. Pisces qui pennulas habẽt dare saltus super aquas solent. Squamę vero eorundẽ pisciũ tegumenta sunt: & quasi ad repellendũ impetũ fluctuũ piscibus concessę. Muniẽda est ergo mẽs quodã rigore virtutis: vt occupationis appetitũ si fieri potest nũq̃ ad se admittat: vt etiam cũ laborat, quiescendi desideriũ semper retineat. Solus eñ est qui etiã exteriores curas recte administrare valeat amor quietis. Notandũ vero ꝙ pisces isti aut in mari, aut in fluminibus, aut in stagnis esse perhibentur. ca. F

De triplici aquarum natura.

¶Hęc eñ triplex aquarũ natura triplicẽ mentium nostrarũ statũ designat. Sumus eñ mare G quũ apud nos tędio tabescimus. Flumina, quũ desideriorũ motu ad aliquid tẽdimus. Stagnũ quum in rebus quęsitis & acquisitis quasi securi gescimus. Siue ergo in mari, siue in fluminibus, siue in stagnis pisces fuerint, nisi pẽnulas & squamas habuerint, mũdi esse nõ poterunt: qa quolibet horũ statu mens detineat̃ humana: nisi subinde se ab huiusmodi cogitationib⁹ explicuerit, & veritatis reddiderit cõtẽplationi, fidei integritatẽ & iustitię rectitudinẽ conseruare non poterit.

Bernardus.

De tribus generibus piscium: quos mundos legis decernit auctoritas.

¶Omne quod habet pen. & squa. tam in mari H q̃ in fluminib⁹ & stagnis co. Habet eñ hoc mare magnũ & spatiosum manibus: pisces mundos: & dominica dignos mensa: quia & ex his q in seculo versantur, reliquit sibi multa milia quos apostolica sagena trahit: vt quum educta fuerit segregentur a malis. Habet & flumẽ pisces mundos quicũq; fideles inter dispẽsatores inueniuntur. Fluuius quippe est prędicatorum ordo non in eodem permanens, sed extendens se & currens vt diuersas irriget terras. Sunt & in stagnis mundi pisces, qui in claustris seruiũt deo ĩ spiritu & veritate. Et merito stagnis monasteria comparantur: vbi quodãmodo incarcerati pisces euagandi non habent libertatem scilicet parati semper ad epulas spirituales, dicant singuli intra se. Quando veniet q me deferat? Cunctis diebus quibus &c. Hi igitur sunt mundi si squamas & pennulas habent. Sunt squamæ multæ: sed vna ex eis quodammodo

lorica contexitur: quia vna est patientiæ virt9: licet singulis tribulationibus exhiberi singulas videamus. Iam vero sicut squamas ad patientiam: sic pennulas ad hilaritatem referamus. Hilaritas quippe leuat & subleuat, vt saltus quosdam dare videatur quisquis exhilaratur. Vt autem duas habeamus pennas: duplex nobis hilaritas quærenda est. Et forte propterea docet Apostolus. (Ille enim vere pennas habebat, quibus & vsq; in tertium raptus est cœlũ: & volauit etiam in paradisum) non solũ in spe sed in tribulationibus gloriari. Prorsus sublime volat, quem non modo futurorum bonorũ expectatio: sed præsentium quoq; malorum exhibitio ipsa delectat.

Stephanus.

I ¶Piscis habens squamas & pennulas asper est non tamen lubricus. Asperitas piscis, maceratio est carnis. Lubricitas, superflua cura eius.

Radulphus.

Quid aues significent, a quarum esu verus Iudęus legis imperio prohibetur.

K ¶Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis. Aquilam &c. Per aues dignitatum temporalium sublimitas designatur. Quia vero dignitas ipsa vitium non est: sed nisi diligentius caueatur, vitiorum nutrix est: honores quippe mutant mores: idcirco auium differentia datur: vt in eisdem honoribus qui probabiles, qui vero improbandi sunt, certis indiciis cognoscãtur. Ab immũdis autem cœpit: vt multitudinem reproborum poscentium demonstraret. Inęstimabile est enim quantum vitiis incremẽtum præbeat licentia potestatis.

De aquila.

L ¶Aquila ergo quæ inter cæteras altiora volando petere solet, superbiam exprimit potẽtium. De quibus scriptum est. Posuerunt in cœlum os suum.

De halięeto.

¶Halięetus rapina pascitur: sed quia viribus destituitur, minutis tñ auibus quibus præualet infestus existit. Sunt huius generis q̃plurimi: qui in solos pauperes violenti, ostendunt in aliis non voluntatem sibi deesse sed potestatem.

De Miluo.

M ¶Miluus quum rapere voluerit improuisus adest: & fere in omni rapina sua maxime insidiis nititur. Sunt in prædonibus multi similes qui vbi viribus non fidunt incautis insidiant.

De Vulture.

N ¶Vultur rixis & bellis gaudet propter cadauera præliorum: intantum vt etiam sequatur exercitum. Quibus igitur vultures isti comparandi sunt nisi iis qui seditiones vrbium affectantes, principũ sequũtur exercitus: vt quorum prosperitati molesti esse non poterãt: fortiorum viribus confractos expolient?

De Coruo.

¶Coruus vero auis nigra cadaueribus inhiãs eorum typum gerit qui per infidelitatem siue per carnis immunditiã decolorati erga seipsos primitus homicidæ etiam mortibus pascuntur alienis. O

De Laro: Mergulo: & Cygno.

¶Larus animal est & in aqua & in terra viuẽs: quia sicut auis quidem volat: vt aquatile aũt natat. Sunt autem & inter militares huius generis q̃plurimi: qui tunc militię laboribus atteruntur, & quasi in arido versantur: nunc vero petulantiæ luxu atq; luxuriæ resoluuntur. ¶Natura Merguli hęc est vt aquis se immergat, & sub vndis diutius immoretur: eos vtiq; designans qui voluptatibus carnis suæ penitus absorbentur. ¶Cygnus vero candoris eximii, qui protensione longi colli ex altitudine terræ atq; aquarum cibum trahit, eorum prætendit speciem: qui vestitus sui splendore plus æquo gloriantes de sola terrenarum rerũ abũdantia contemptis cœlestibus consolationem accipiunt. P

De Caradrio: Vpupa & Vespertilione.

¶Caradrios auis garrula: nimiam quorũdam redarguit loquacitatem. ¶Vpupa quæ nidificat in stercoribus, gemitum in cantu simulat eorum præfert speciem quos terrenis inhęrentes tristitia seculi grauat. ¶Vespertilio circa terram volat & vespera tm̃: vnde nomen accepit. Pennis etiam pro pedibus vtitur quando ambulat. In isto ergo satis congruenter expressi sunt: qui seculari scientia præditi circa terram volant: quia sola terrena sapiunt, meridiemq; diuinæ cognitionis ignorant. Cumq; incedendum quoq̃ fuerit pennis vehũtur pro pedibus: quia in secularibus proficere æstuantes, eandem sententiam non ad alios fructus nisi ad lucra conuertunt. Q

De Bruco.

¶Quicqd ambulat quidẽ sup quatuor pedes sed habet long. retro. cru. per quę salit super terram, comedere debetis: vt est Brucus. Oẽs q terrena facultate subnixi sunt quasi sup quatuor pedes incedũt. Si tñ de eadẽ abundantia sua nõ p̃sumunt, nec affluentibus diuitiis cor apponunt: sed iuxta Apostoli sententiam quæ R

retro sunt obli.in ante. se ex. Isti quasi longiora retro habent crura : per quæ saliunt super terram:quia per spiritum adiuti a posterioribus se suspendunt:& mentem ad ęterna sustollentes salutarem faciunt saltum. Brucus vero quem lex nobis proposuit exemplum,cũ sit modicæ quantitatis & fusci coloris,eorum nobis prætendit speciem qui in religionis habitu constituti si temporalibus subleuentur honoribus nec mentis deserunt humilitatem,nec habitus sui mutant deformitatem.

De Chamæleonte.

S ℭHæc inter polluta reputabuntur de iis quæ mouentur in terra : Mustella & Mus & Crocodilus:Chamęleon &c.Chamęleon non habet vnum colorem:sed diuersa est varietate respersum:vt Pardus:cuius corpusculum secũdum colores quos videt,facillima conuersione variatur:quum aliorum animalium non sit ita ad conuersionem facilis corpulentia. In infirmitate mansuetum se esse fingit:quum sit valde immansuetum animal. Agnosce in omnibus Chamęleontem. Sunt enim pleriq; qui omnibus placere cupientes vniuersorum se voluntati cõformant:facillimaq; conuersione variati diuersos alternant colores:dum scilicet cum irascentibus irascuntur: detrahunt cum detrahentibus:& eiusdem ipsius quem prius vituperando depresserant,mox si assit qui laudet, laudibus fauent. Huiusmodi homines q̃diu nulla potestate præditi sunt : immoderata adulatione omnibus blandiuntur. Quibus tamen si potestas cõtigerit quæ in cordibus eorum ponitur crudelitatem continuo manifestant. Testis est Absalon:qui ante regni peruasi tyrãnidem omnibus blãdum se exhibens adulabatur. Mox vero vt principatus culmen arripuit, scelestissimus parricida q̃tum in ipso fuit,nec patri pepercit. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore:nec tamen desunt illi venena:sed torpent. Multorum crudelitas & ambitio & luxuria ne paria pessimis audeant fortunæ fauore destituuntur:eadem velle cognosces da posse q̃tum volunt.

Stephanus. De adulatione.

T ℭChamęleon animal est variis coloribus pictũ &c. Crudele:mansuetum se simulat:deniq; colorem rei cui se iungit recipit. Chamęleon igit̃ adulatores non incongrue signat:qui ita omnibus se conformant:vt secundum varios status hominum alias,& alias species induere videantur. Hinc Hiere. Manus misericordium mulierum coxerunt. paruulos.s. Et bene per mulieres adulatorum mollities figuratur. Qui paruulos decoquunt,qui infirma facta diuitũ seu potentum vanis laudibus eleuant,& extollunt Quorum os.ma.& a.ple.est q̃uis benedicere videantur. Vnde Vęh vobis quum benedixerint vobis homines.

De cupiditate.

ℭPer talpam quę cæca est,& terra quam effodit operitur & obruitur: designantur auari: q suis sæpe diuitiis opprimuntur. Vnde Iob. Impius absconditur in puluere suo. V

Radulphus.

Q; prædicatores ob auditorum vtilitatẽ possunt innoxie tractare de noxiis.

ℭFontes & cisternę & omnis aquarum cõgrega.munda erit. Contraria videtur lex loqui. Si X enim quippiam per appositionem morticinorũ contaminari potest : quid magis q̃ cisterna in quam cadauer delapsum cum putrefactũ fuerit,totam aquam illam corruptione sua abominabilem reddit? Sed literæ imbecillitas ante spiritum nos mittit. Fontes eñ sunt doctorũ mentes,in quibus bibita aqua:quam dedit eis Iesus,factus est fons aq̃ saliẽtis in vi.ę. Ipsi q̃ppe aquas spiritualis scientiæ,sancto spiritu ministrante in cordibus suis cõcipiunt:quas linguarum meatibus postea minus eruditis infundũt Per cisternas vero & aquarum congregationẽ auditores eorum congrue designãtur:quia veritatis dogmata quæ a doctoribus percipiunt: fideliter apud se congregant & cõseruant. Sed quoniam incumbit prędicatoribus sanctis necessitas:vt non solum de virtutibus:sed etiam de vitiis disputent: coguntur in meditatione sua vtraq; suscipere:vt quod de ipsis aliis loqui debeant,antea mẽte pertractent. Suscipiũt igitur intra seipsos morticina, nec tamen polluuntur: quia reprehensibile non est, si idcirco vitia inuestiges vt extirpes: si eo animo manu etiam apprehendas vt euellas. Vnde & sequitur. Si ceciderint super sementem non polluẽt eam. Sin autem quispiam sementem aqua perfuderit:& postea ea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Non enim reprehensibilis pollutave iudicatur scriptura:quæ styli sui serie turpitudines huiusmodi comprehendit. Cur autẽ non contaminetur scriptura:breuis est responsio:q; scilicet immunda tangens non fuerit aqua perfusa. Sancti quippe viri qui talia nobis scripserunt,nõ malo aio mala tractabant: & ab eorundem criminum delectatione velut excæcati cum posterorum memorię traderent non nos ad similia prouocare:sed a similibus reuocare studebant. In communi etiam locutione interest plurimũ quo animo quisq; quid dixe-

rit. Nam si obiurgans alium ad hoc solum vt corrigat; peccata sua ei obiiciat: non peccat. Si autem quispiam aqua semẽtem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si enim ad hoc aliena vitia loquaris vt persuadeas: si ea intentione fratri quod peccauit obiicias vt abiectiorem non correctiorem illum efficias: aqua prauę delectationis infectus morticinum tetigisti: & pollutionem eius tibi contraxisti.

Quibus oblationibus mulier pariens expietur.

ca. 12 Y Mulier: quæ suf. se. pe. mas. vii. di. immũda e. &c. Considerandum est quid sibi velit ꝙ ex decreto legis alia temporis quantitas parientibus masculos, alia iis quæ fœminas parturirent, indicitur: & ꝙ ipsa oblatio diuersa pauperibus & diuitib⁹ imperatur. Nã q̃ fœminam parturiret necesse habebat vt spatiũ temporis duplicaret. Illa vero quę neutrum pariebat, sed sterilis permanebat, reprobaerat & maledicto legis obnoxia. Et primũ qdẽ in his legalibus institutis nostrę miserę conditionis & originis admonemur: qui in peccatis concipimur: in doloribus parturimur: tãta culpa ipsum comitante: immo quasi operante cõceptum: quę enixę matri & tẽpli pręcludat aditum: & cuiuslibet sacrę rei interdicat attactũ. Statim em̃ mulier est in culpa dum concipit: & quæ se nondũ intelligit matrem: sola eam conceptio efficit peccatricem. Nam in partu iam non est culpa: sed pœna. Quid est ergo ꝙ non statim vt concipit: sed postq̃ peperit ꝓhibetur a templo: quę nõ pro partu, sed pro conceptu obnoxia fit peccato? Ni fallor hinc docemur: ꝙ non prius sit iudicandũ de culpa q̃ pateat: nec statim repellendum eũ a nobis qui concepit dolorẽ: anteq̃ peperit iniquitatẽ. Altius vero cõsiderantes inspiciam⁹ quid specialiter significet mulier quę suscepto semine masculũ parit: qd ve illa quæ fœminam: quid ea quę pro vitio sterilitatis legis maledictũ incurrit. Sicut ex euangelio didicimus, Semẽ est verbum dei. Mulier ergo quæ suscepto semine masculum parit, illam significat animam, quæ diuini verbi semine fœcundata perfectionem virtutũ quasi masculinam sobolem ex interna conceptione producit: nihil molle, nihil habens in sua cõceptione fœmineum: sed qđ pro robore fortitudinis & virtutis masculini partus formam quãdam præferat & exemplum. Illa vero quæ fœminã parit, illam animam significat: quæ etsi de semine verbi aliquem fructum proferat, remissas tamen & debiles actiones nullo virtutum culmine, nulla virilis fortitudinis perfectione consummat. Porro mulier sterilis animam illam significat quę semẽ verbi suscipit: sed boni operis fructum aliquem non producit. Quia vero anima quę masculũ parit multas interdũ subreptiones patitur: quibus partus sui puritas maculetur: necesse habet studio suæ purificationis intendere: vt in sanctuarium domini solẽnis postmodum valeat introire. Septem ergo diebus immunda permanet: vt peccatorũ suorum maculas toto tempore vitæ præsentis expurget. Hoc enim tempus quia. vii. diebus voluitur, per eosdem. vii. dies merito figuratur. Debet etiam. xxx. diebus, videlicet tribus vndenariis a templi limitibus abstinere, id est ante ingressum sanctuarii trinam transgressionẽ cogitationis, locutionis, & operis: quæ per triplicem vndenarium designatur, dignis pœnitẽtiæ fletibus expiare. Sic enim quadraginta diebus iuxta legitimum tempus purgationis impletis, id est præsentis vitæ spatio sub digna pœnitentia consummato, secura iam poterit felix anima ad atrium templi cœlestis ascendere: & operis sui fructum quasi natum sibi filiũ domino præsentare. Illi autem animæ quæ fœminam parit ad legitimam purificationem implendam spatium huius temporis duplicat: vt duplicem habeat pœnitentię luctum, quæ duplicem commisit in remissa cõuersatione reatum. Cum em̃ ille qui ad culmẽ perfectionis viriliter nititur vix vnq̃ aliter q̃ alicuius subreptionis casu labatur: is qui remisse & molliter viuit culpam duplicis reatus admittit: quia & subreptione labitur: & propria negligentia a consummatione boni operis impeditur. Vnde fit vt cum purgationem suam vna septimana, id est vitæ præsentis tempore segniter viuendo non impleat: secundam etiam septimanam: spatium videlicet post eius obitum vsq; ad diem iudicii prorogatum: ad consummationem perfectę purificationis assumat. Similiter etiam ei triplex ille vndenarius geminat̃: eo ꝙ trina illa transgressione tam per subreptionẽ q̃ per negligentiam labitur: vt merito ei duplicetur temporis pœna quæ duplici peccauit ex culpa. Videat autem ne tertium adiiciat: ne videlicet surreptioni & negligentiæ vitium quoq; propriæ prauitatis adiungat. Iam enim funiculus triplex difficile rumperetur: & forsitan illud peccatum incurreret: cuius nec hic nec in futuro veniam obtineret. Interim vero neutri licet aliqd sanctũ tangere: donec diebus purificatiõis impletis in sanctuariũ dñi valeat introire. Cõsideret igit̃ vnusq; qualẽ habeat partum, prauideat etiam quid habeat offeren

dum:vt ex hoc munus oblationis præparet:ex illo tempus purgationis obseruet. Sicut enim aliud tempus purgationis habet quæ masculum q̃ quæ fœminam parit: sic aliud offerre præcipitur quæ diuitiis affluit, q̃ quæ subiacet paupertati. Illa enim offerre debebat agnũ anniculum in holocaustum:& pro peccato turturem vel columbam. Hæc autem cuius manus agnum inuenire pro paupertate non poterat:columbas tãtũ vel turtures offerebat. Per agnum ergo verę innocentiæ designatur effectus:quam hostiam ille solus offerre poterit: qui nec sibi nocet, nec alterum lędit. Iungitur autem huic oblationi turtur vel columba : vt agno in holocaustum dato, auis offeratur nihilominus pro peccato. Licet enim tantũ profecerit:vt agnum anniculũ,id est perfectæ innocentiæ offerre possit effectum:quia tamen scriptũ est:De peccato repropitiato noli esse securus:necesse habet etiam qui eiusmodi est:vt ꝓ eo ꝙ se aliquando deliquisse cõmemorat,colũbæ vel turturis oblationẽ adducat : scilicet vel vt læsæ castitatis damnũ turturis gemitu defleat:vel iniquitatem in proximum perpetratã murmure columbino deplãgat.Possumus etiã in hoc loco per agnum intelligere Christum: quem ille quidem offerre dicitur qui eius innocentiæ puritatem moribus & actibus imitatur.Is vero cui non suppetit agnus anniculus,offerat pro eo turturem vel columbam:vt cum perfectę innocentiæ habere nõ possit effectum,habeat vel affectum.Quia sicut in agno effectus innoxii operis:sic & in aue affectus intelligitur innoxię voluntatis.

Bruno.

Qꝫ Christianus mortem Christi suo debeat in corpore circunferre.

Z ¶Qꝫ si nõ potest offerre agnũ sumet duos turtures,vel duos pullos columbarum: vnum in holocaustum : & alterum ꝓ peccato. Christus & turtur est:immo turturis:id est ecclesiæ caput:& pullus columbę:quia ecclesię filius. Ecclesię nãq; filia virgo Maria est:cuius ipse Christus filius est.Offert igiť homo duos turtures vel duos pul.col. Christũ videlicet & seipsum in holocaustum,illius passionis agendo memoriam:se pro peccato macerando & agendo pœnitentiam.

Radulphus.

Qꝫ peccata leuia inquinẽt quidem hominem, non damnent.

ca. 13 A Quod si obscurior lepra fuerit, & non creuerit in cute:munda.eum sa.quia scabies est. Si obscura fuerit lepra & non cre.in cu.id est si nulla criminis obiecti facta fuerit euidentia:nec hominis cõsciẽtia loquendo vel operando corruptionis suæ suspitionem auxerit:mũdabit sacerdos:quia scabies est.De scabie notum est ꝙ facile homini accedat:facile recedat.Quę licet molesta sit corpori:nil tamen affert qđ leprę cõtagio debeat cõparari. Ita sunt & peccata quædam leuiora & quotidiana: quæ non intentione malitiosa:sed aut infirmitate,aut ignorãtia sæpe cõmittim⁹ vt est intemperans,& effusa lętitia: lasciuię dissolutio:incircunscripta locutio: q̃ nec quid cui loquatur vt opus esset,discernit. Hæc & his similia licet mortifera non sint:humanæ tamen conuersationis spiritum deturpant:& grauioris etiam mali nõnunq̃ suspitionem proximis ingerunt. Sacerdos igitur qui personam examinandam suscepit,postq̃ nil criminosum dep̃hendit in ea,mũdare eam debet:id est mundã reputare.Etsi enim quispiam leuitatis arguitur:scabies ista est vtiq; non approbãda:nec tamen lepra est a castris sanctorum eiicienda.

Stephanus.

¶Nota ꝙ leprosus duabus vicib⁹ recluditur: quia sacerdos debet cõseruare subditum a peccato voluntatis & actus. B

Radulphus.

De variis lepræ generibus.

¶Plaga leprę si fuerit in homine add.ad sacer. & vi.e.Cumq; color albus in cute fuerit:& ca. mu.as.ipsa quoq; caro viua ap.lepra ve.iu.atq; inol.cuti. Videtur quidam iniquitatis processus a legislatore expressus: quum prius carnis tantũmodo,deinde viuę carnis lepra describiť. Sunt enim nonnulli qui peccandi affectum deliberationemq; suscipiũt:& per hoc iam leprosi dicendi sunt.Sed cum deprehensi fuerint & reprehensi:cum a castrorum ambitu: id est fidelium cœtu fuerint separati, cito seipsos erubescunt:& pœnitentiam sui gerũt. Omnis igitur qui eiusmodi est,iam in carne leprã habet: conscientia scilicet deprauata: sed nondum in viua carne:quippe quę tam cito moritur:& ab eo quod male ꝓposuerat tam facile reuocatur. Dicatur ergo plaga lepræ &c. Albedo hæc in corporibus ex morbo non ex natura contingit Ita & in morib⁹ ex alienatione charitatis & cõtemptus iustitiæ quasi quidam diuersus color procedit.In scapulis itaq; quę a naturali colore deficiunt,mentis intelligitur deprauatio: quæ iam longa consuetudine circa iniquitatis affectũ indurauit:q̃ post cõcupiscẽtias suas sine retractatione aliqua toto impetu ruit. Vnde & q eiusmodi ẽ nõ sacerdotis exigit discussionẽ:sed C

indubitatam separationem meretur.

D De lepra mundissima.

¶Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute:& operuerit oem carnem a capite vsq; ad pedes quicquid sub aspectu oculorum cadit:considerabit eum sacerdos: etem lepra mundissima iudicabitur: eo q omnis in candoré versa sit:idcirco homo mundus erit. Quia cosurgút aliquando contra bonos testes iniqui: & mentitur iniquitas sibi, quando loquunt homines aduersus iustos iniquitaté. Est em lepra calumnię & falsæ criminationis: quá legislator prætereundam minime iudicauit. Hac quippe nec ille sanctus sanctorum carere potuit, immo noluit: q peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius:& ab omni reatus contagio liber fuit. Esaias náq; ait. Et nos putauimus eum quasi leprosum & per. Hinc ipse per Psalmistam ait. Ego sum ve.& non ho.op.ho.& ab.ple. Qui em se plebis abiectionem insinuat: quem omnes scilicet a se abiicerent & excluderent: quid aliud nisi leprosum pronunciat? Quę tamen lepra in cute non in carne fuit: quia sceleratorum vocibus infamari vt reus potuit: sed cóscientia ei9 peccatum nesciuit. Discurrere itaq; in cutis superficie potuit: sed carnem eius nunq violare. Res nanq; discurrens nunq figitur, nec locum inuenit in quo stabiliatur. Insidiabantur enim quotidie omnium bonorum inimici Iudęi quęrentes rapere aliquid saltem ex ore eius vt accusarent eum. Sed conuicti rei ipsius euidentia & sapientiæ diuinæ vocibus confutati, palam profitebantur dicentes nullum vnq hominem sic loquutum fuisse. Lepra tamen conuitiorum & criminationis quæ ab aduersariis ingerebatur omnem carnem cooperuit a capite vsq; ad pedes: quia omnia quæ per eum gerebantur, sinistre interpretantes opinionem illius decolorare prout poterant nitebantur. Vnde & sponsa ipsius quæ est ecclesia, de se ipsa testatur dicens. Nigra sum, sed formosa. Ac si aperte dicat: In cute quidem mea aduersariorum conuitiis lepræ deformitatem sustineo. In conscientiæ tamen secreto sanctitatis quaquauersum pergrens effloruerit: id est gloriandi occasioné eis qui hæc propter iustitiam patiuntur: & sine culpa sua infamantur: præbuerit: & operuerit omnem carnem a capite vsq; ad pedes quicquid sub aspectu oculorum cadit. Omnia quippe quæ a iustis etiam laudabiliter ge[..]ntur, maledicorum linguis fuscantur: & sinistra interpretatione deprauantur. Considerabit eum sacerdos. Neq; enim decet iudicem popularib9 opinionibus fidem accommodare: sed propius accedere & tunc diligenter examinare. Cum igitur leprá florescentem deprehenderit: teneri hominem lepra mundissima iudicabit. Mundatur quippe potius homo ac per patientiam mentis crescit quum sine criminis perpetratione, criminis suspitione laborat. Eo q inquit, omnis in candorem versa sit: & idcirco homo mundus erit. In candorem lepra vertitur, quádo persona quæ nigra videbatur, deformitate infamiæ, candida & formosa deprehenditur rei cognita veritate.

De lepra carnis & cutis.

¶Caro & cutis in qua hulcus natum est & sanatum:& in loco hulceris cicatrix appa. alba siue subrusa, addu. homo ad sa. Et caro & cutis hulcere lęditur: quú & intus hominis consciétia flagitii perpetratione corrumpitur:& fama exterius dehonestatur. Hoc vero hulcus si per pœnitentiam sanatum fuerit, potest fieri vt in cicatrice macula appareat alba siue subrusa. In albedine voluptatum blandam superficiem: In rubore vero malitiosæ mentis & aduersum proximum insanientis formam intelligimus. Fieri autem solet: vt ex vno malo vtrumq; nascatur. Cum enim quis ad immunditiam cui renunciarat fuerit reuersus: iam post concupiscentias suas effrenus effectus, omnes qui sibi obsistút, qui redarguunt, inimicos attendit & persequit: etsi facultas suppetat morti tradere non cunctatur. Hic talis si repertus fuerit adducetur ad sacerdotem: id est sacerdotis iudicio immundus iudicabitur & infamis.

Qz de iis quæ nobis superfluunt debemus pauperibus subuenire.

¶Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus ac mundus est: et si a fronte ceciderint pili, recaluaster ac mundus est. Capilli superfluunt corpori: vnde & merito terrenam substantiam designant. Quæ dum ad vsus necessitatis superfluit, etiam abscissa non sentit. Horum itaq; capillorum iure laudatur imminutio: quum ex abundantia præsenti nonnulla nobis subtrahimus: & Christi pedibus, sanctis scilicet qui membra eius sunt & adhuc in terra versantur, ea ministramus. Si quis vero perfectus esse cupiens: vendat omnia quæ habet, & det pauperibus: & iuxta præceptum Apostolicum habens victum & vestitum his sit contentus: hic aciem vultus sui ad videnda quæ dei sunt terrenarum facultatum obúbratione nudauit. Et primum quęrens regnum dei ab intuitu suo omnia ista remouit: solaq; cœlestia mentis suæ oculis proponit. Adhærerent tñ ei F

sed in posterioribus capilli: dũ nõ voluptas: sed necessitas quædam suggerit prouidenda, sine q bus transigi nequit vita humana.

Qꝫ duo in dandis eleemosynis sint cauenda.

G ℭSin autẽ in caluitio seu in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus: & hoc sacerdos viderit: condẽnabit eum haud dubie lepræ quę orta est in caluitio. In blanda visione albedinis, blandimenta supra ostendimus exprimi voluptatis. Rubens vero color sanguineã habet speciem: & malitię, iniuriarũq; præfert imaginem Hæc duo itaq; præcipue in facultatum distributione cauenda sunt: inanis. s. libido glorię: & crudelitas rapinarũ. Nam de vana ostentatione ꝙ per eã eleemosynæ nostrę depereant, dñs ipse testatur dicens. Cum facis eleemosynã &c. Qꝫ vero omnia quę de rapinis offeruntur execrabilia sint apud deũ: in Ecclesiastico legitur. Dona iniquorũ non probat altissimus: nec in multi. sa. e. propitia. peccatis.

Bruno.

De lepra triplicis indumenti.

H ℭVestis lanea siue linea quæ leprã habuerit in stamine atq; subtegmine: aut certe si pellis aut quicquid ex pelle confectum est: si alba aut rubra macula fuerit facta, lepra repu. Quid per vestem nisi carnẽ? Hac eñ induitur anima. De hac veste ait propheta. Vestimentum mixtum san. e. in cõ. & ci. ignis. Est autẽ hæc vestis in cõiugatis lanea: in virginibus linea & continentibus: in cæteris aũt omnibus pellicea est. Lana ei de carne oritur & carni adhæret. Linum vero extra carnem: & a carne alienũ est. Pellis autem caro mortua est. Et quidem de coniugato dicitur: quia adhærebit vxori suæ: et erunt duo in carne vna. Virgines vero quasi longe a carne, carnis nesciunt voluptates. Cæteri vero quasi mortua caro ipsam suam corruptionẽ nec sentiunt nec intelligunt. Huius autẽ vestimẽti lepra q̃uis multiplex sit, maxima tñ & specialis fornicatio intelligitur. Omne inquit, Apostol⁹ peccatum quodcunq; fecerit homo: extra corpus est. Qui autẽ fornicatur in corpus suum peccat. Tãto eñ omnibus corporeis vitiis hoc vitium maius est: vt ei cætera comparata esse vitia non videanť. Hæc igitur lepra quia non solum fornicatores & adulteros: sed etiam virgines & continentes & coniugatos sępe corrũpit: in lanea & linea & pellicea veste inuenitur. Huius autẽ signa sunt macula alba vel rufa. Sæpe eñ fornicatores pallore & rubore deprehenduntur: qñ & timore & amoris igne inficiuntur.

Radulphus.

Qꝫ idẽ sit finis & carnalis illecebrę & deprauatę virtutis.

I ℭPollutum iudicabit sacerdos vestimẽtum & omne in quo fuerit inuenta: & idcirco comburetur flammis. Hoc de lepra vestiũ vel pellium dicit. O igitur sententia non exponẽda: sed timẽda. Ecce eadẽ est cõsũmatio deprauatę virtutis quæ illecebrarũ carnalium aut infidelitatis. Ad eundẽ redit finem superba continentia, & carnalium voluptatũ immunditia. Quod nãq; impiis, & contaminatis in fine dicendũ est. Ite maledicti in ignem æternum.

Qꝫ quędam eo ꝙ superbiã generent possint salubriter ad tempus intermitti.

K ℭSin autẽ obscurior fuerit locus leprę: postq̃ vestis est lota: abrumpet eam, & a solido diuidet. Locus lepræ intelligitur quicquid homini superbiendi materiã dedit. Quidã eñ abstinentia, alii eloquẽtia, alii vero honoribus extollunť & omnino quicqd illud est in quo cęteris excellentior apparet, nisi custos sollicitus humilitatis fuerit: materiam ei tribuit superbiendi. Si ergo tale illud est qđ rationabiliter possit ad tempus subtrahi: si locus leprę fuerit subobscurus vt sacerdos incertus nec condẽnare eum pręsumat, nec de sanitate illius adhuc certitudinem habeat: expedit homini vt munere eodẽ priueť & quasi manu vel dextro pede abscisso seruet corpus suum ne gehennę tradatur.

Qꝫ frequenter inde crescat superbia vnde minui credebatur.

L ℭQꝫ si vltra apparuerit in his locis quæ prius immaculata erãt, lepra volatilis & vaga, debet igne cõburi. Vt patrũ testatur auctoritas, Superbia est quę & prima hominẽ corrupit: & nouissima ab eo recedit. Difficilis quippe eius curatio est. Ex contrariis etẽm sępe exoritur causis. Videbis hunc prę diuitiarũ affluentia: aliũ prę contemptu superbientẽ. Hunc fusca vestis: illũ purpura & byssus extollit. Hic eloquentia tumẽs oẽs mutos iudicat & elingues: ille taciturnitatem habens cunctos de loquacitate condemnat. Superbia igiť est (vt dixim⁹) q̃ postq̃ mẽtem possidere cœpit: vix extirpať. Nam frequẽter inde augmẽtũ capit: vnde minui credebatur. Ecce eñ ꝓcipit lex: vt postq̃ in vestimento lepra apparuerit: locus leprę a solido diuidatur: & quicunq; superbus deprehensus fuerit ei (si fieri potest) elationis materia subtrahať. Inuenies tñ qui nihil hac diligẽtia remedii cõsequatur. Nam si forte pro abstinentia gloriatur, subtracta ei ieiunandi facultate tumet cogitatione: dũ se tãtę virtutis attẽdit quã opus

refrænari: alios vero tam dissolutos & desides quibus etiam stimulis additis vix canonica cõtinẽtia valeat suaderi. Item si pro doctrina sua elatus docendi priuetur officio, sola cuius sibi conscius est inflatur scientia. Et si quis loco ipsius hoc opus susceperit, quicquid dicere potuerit paruipendit. Hæc est lepra volatilis & vaga: quę hinc euulsa alibi protinus oritur: & sedes mutans nullam certam occupat in qua extirpetur. Hanc ergo condemnat lex dicens: quia postq̃ deprehensa fuerit, debet igne comburi.

Hugo de Foilleto.

Quomodo duo passeres spiritualiter immolentur.

ca. 14. M SI quis mundatus fuerit a lepra: of.d. pas.e quib⁹ immolet vnum sa.in va. fic.super aquas viuas. alterum vero intigat in san.pas.immo.& eum liberũ in agrũ auo.per. Duo passeres sunt corpus & anima. Vas fictile fragilitas carnis moribundę. Aquæ vero viuæ, sciẽtia diuinæ scripturę: quæ nobis præstant spiritualem potum & ablutionẽ. Duos passeres offerimus cum deo corpus & animam cõsecramus. Qꝫ vero vnus passer immolabatur retorto ad pennulas capite: ita vt sanguis effunderetur: nec tamen caput a collo penitus abrumperetur: designat ꝙ ita caro nostra affligenda est per abstinentiam vt non penitus extinguatur. Qꝫ vero alter passer liber in agrum auolare permittitur: moraliter designatur ꝙ anima nostra carnalibus concupiscẽtiis edomitis: pennis contemplationis fit ad cęlestia subleuanda.

Stephanus.

¶Nota ꝙ ĩ sacrificio qđ fit ĩ emũdatione leprosi de quãtitate tacet agnorũ: sꝫ similę oleatę exprimit quãtitatẽ. Simila oleo cõspersa ẽ misericordia.i.eleemosyna: agnus mundítia. quia in facienda eleemosyna potest esse meta: sed non in mundítia.

Radulphus.

Quibus gradibus spiritualis emundatio consummetur.

N ¶Cumqꝫ lauerit homo vestimentum.s.ra.o.p. cor.& la.aqua. Pili corporis radunt̃ cum opera inutilia quantum possibile est amputãtur. Sed & homo ipse post vestimẽtorum suorum ablutionem aqua lauatur, si operibus illicitis a quibus se exterius obseruat in conscientiæ secreto consensum non præbeat. Post hanc aũt mẽtis & corporis sanctificationem quid de homine isto lex præcipiat audiamus. Purificatus inquit ingredieť castra ita dũtaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus. Homo iam purificatus castra ingreditur cum in sanctorum societatem, a qua prius merito suæ iniquitatis fuerat eiectus, recipitur. Sed quid est ꝙ in castra recept⁹ adhuc a tabernaculi sui mãsione excluditur? Tabernaculum ergo vniuscuiusqꝫ sua conscientia est, de hoc tabernaculo per Psalmistam dicitur. Ingrediar in locum taberna.ad.&c. Hoc tabernaculum q̃ admirabile sit nullus agnoscit: qui nondum illic ĩtrauit. Vix autem quenq̃ reperies, qui ad cor suum redire & secum valeat habitare. Septem igitur diebus homo iste qui emundatur manet extra tabernaculum suum, quia donec purgata mente & sedatis perturbationibus ad sabbatum tranquillitatis pertingat: tabernaculũ non prębet ei sua consciẽtia in quo requiescat. Sequitur. Et die septimo radet capillos capitis barbamqꝫ & supercilia ac totius corporis pilos. Capilli qui de capite fluũt, subtilissimę veritatis intelliguntur inquisitiones quæ de mente procedunt. Hos autem radunt qui cum apostolo dicunt. Non ꝙ sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis: quasi e. n. sed.s. n.de.est. In barba vero virtus exprimitur. Quã illi bene radunt qui sibi de propriis viribus fiduciã subtrahunt. Qui ergo capillos qui barbam radũt: consequenter & de superciliis id faciunt: quia qui nec operis virtutem nec ĩgenii subtilitatẽ sibi attribuunt: superbiendi materiam a se remouent & abscindũt. In superciliis enim superbia designatur: vnde a quodam dictũ est. Non est necesse superbis assidere liminibus: & graue supercilium & contumeliosam etiam humilitatem pati. Restant pili corporis: qui cũ ĩ prima purificationis die iam rasi essent: hic iterũ radi præcipiuntur. nimirum aliud in pria aliđ in septima die portendentes. Ibi enim operum carnalium leuitatem: hic autem vitiosorũ affectuũ importunitatem & cogitationũ inutilium superfluitatem designant. His eñ gradibus ad perfectionem venitur. Notãdum tamẽ ꝙ pili radi præcipiuntur: non euelli. Quantalibet nanqꝫ hominem virtus sanctę conuersationis euexerit adhuc ei de vetustate vitæ nascit̃ qđ & tollendum & quotidie pro viribus amputandum sit.

Qꝫ qlibet vere pœnitens debeat fraternę orationis remedia mendicare.

O ¶Rogabit pro eo sacer.co.do.& sa.sa.pro peccato. Qꝫ sacerdos pro eo rogare præcipitur frequens est in hoc volumine, quotiẽs a commissis homines emendantur. In quo vtiliter docemur: nullũ reũ q̃ veniã adipisci desiderat: sua

satisfactione debere esse contentum: sed intercessores alios adhibere: aliorum interuentu diuinam misericordiam reconciliare. Sic Iob pro amicis aduocat⁹ accessit: & qđ generale est genus humanum non nisi sanguine mediatoris propitiationem inuenit. Verum quid est quod ĩ expiatiõe huius leprosi post rasionem pilorum, post ablutionem vestimentorum in q bus peccatorum expiatio designatur, post etiã expiationem delictorum sacrificium pro pecca to præcipitur offerendum? nisi vt doceatur homo postq̃ a peccatis mundatus postq̃ a delictis sanctificatus est: etiam si iam cum apostolo dicere possit: Nihil mihi conscius sum: præterita sua crimina ad memoriam reuocare: vt si in præsenti non inuenit vnde cõsciẽtia mordeatur: præterita recordans & se in humilitate custodiat & gratiarum hostiam illi per quẽ inimici potestatem euasit offerat? Sacrificium ergo ꝑ peccato offerre est ex recordatione peccatorum memoriam humilitatis semper exquirere. Vnde et superbia decætero non audeat erigere caput.

Ricardus.

Qꝫ peccati vesperę statim mane venię subiungatur.

P ¶Et ipse lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperam. Quicunq; ergo peccauerit, lauet vestimenta sua: pœnitentiam agat: & lachrymarum confessionisq; aqua ꝑlotus: ĩmundus erit vsq; ad vesperam. Cito mundatur qui pœnitẽtiam agit: nisi longum tẽpus iniungitur a mane vsq; in vesperam dimittuntur peccata. vna enim eademq; hora ortum & occasum: mane & vesperum peccatum habere potest si statim vt peccat homo corde pœniteat.

Radulphus.

Qꝫ doctoris conuersatio ex qualibet sui parte debeat esse munda.

15. Q Vir de quo egre. semen coit⁹ lauabit aq̃ oẽ corp⁹. s. & ĩmũd⁹ erit vsq; ad vesperã. Vestẽ & pellẽ quã habuit: la. aqua & immunda erit vsq; ad ves. Ad doctores pertinent quę dicuntur: qui aut virtutis ꝑtendũt imaginem: aut virtutis exhibent veritatẽ. In coniunctione vero carnali vir & mulier vna caro efficiuntur. Porro in collatione spirituali doctor & auditor in vno spiritu copulant̃. Dũ eñ ille ad loquendum procedit, iste ad credendum accedit: vna eademq; voluntas in vtrisq; formatur. Vir ergo de quo semẽ verbi diuini ad fœcundãdas audientiũ mentes egreditur lauabit aqua omne corpus. s. vt. s. iuxta possibilitatem fragilitatis humanæ in omnibus suis actibus irreprehensibilem se studeat exhibere, cui⁹ officii est aliorꝫ vitia rẽphẽdendo corrigere. Turpe ẽ eñ vt qui prædicat non furãdum furetur: qui dicit non mœchãdum mœchet̃. Quia tamẽ nemo est qui possit gloriari castũ se habere cor: & in multis offendimus omnes: immundus erit vir iste vsq; ad vesperam. i. vsq; ad huius vitę exitum. Non igitur diuinum semen cuius minister est: immũdum eum reddit: sed immunditiam suam illi ostendit. Dum enim pro ædificatione proximorũ lectioni meditationiq; insistit: discernit diligenter cum ad docendum venerit: quid hortet̃: quid arguat: quid laudet actum: qđ arguat perpetratum: studiisq; tam salutaribus mens illustrata seipsam perspicacius intuetur: multaq; apud se rẽphensibilia deprehendit: quæ nunq̃ attenderet nisi docendi necessitate ad hæc discutienda vigilare cœpisset. Homo itaq; iste qui lotus vsq; ad vesperum immundus manere perhibet̃: nõ solum corpus suum: sed & vestem & pellem qua indutus est lauare præcipitur. Quid ergo per vestem nisi virtutum ornatus: quid per pellem nisi vitiorum mortificatio designatur? Vtraq; autem hæc purganda sunt vt nulla praua administratione contaminẽtur. Doctor itaq; qui alios ædificare studet: non tantũ verbo sed maxime exemplo: si habet vestẽ, si pellẽ, lauet vtrãq;: vt sicut erubuit nudus incedere: sic etiam caueat nuditatem sordidis vestibus operire. Et vestis tamen & pellis immunda maneant vsq; ad vesperum. quia q̃diu vitę huius viam incedimus indumenta etiam lota quantulacunq; pulueris suspitione fœdamus.

Stephanus. de sumẽda eucharistia.

¶Si steterit san. & flu. ces. & c. Argumẽtum q; R licet quis habeat in conscientia q; iterum non peccet, tamen ad eucharistiam non statim accedere debet: immo pri⁹ debet se discutere & ꝓbare. Item non statim post cessationem flux⁹ accedit sanguinaria ad tabernaculũ, ita licet pœnitentia viuificet gratiam priorem, tamẽ non ita cito post pœnitentiam redit in statum pristinum: immo necessarius est vsus & cõsuetudo boni operis: vt patet in cęco illuminato qui prius non clare vidit.

De circunspectione loquendi.

Assumptoq; thuribulo. Thuribulum 16. dicitur hic lingua saluatoris igne spi S rit⁹ sancti inflammata. Thuribulum est inferius clausum: superius perforatum. hoc Paulus exponit dicẽs. Oñis sermo ma. de o. v. non procedat. Ecce inferius clausum. Sed si qs bo. e. ad e. fidei. Ecce superi⁹ perforatum. Itẽ su

perius non est apertum:sed perforatum:qa verbum nõ repente vel idiscusse procedere debet de ore tuo.Prunę aũt sunt verba sacra & spiritualia,quibus lingua Christi repleta fuit.

Radulphus.

Q; non solum operis sed & volũtatis malitia iram domini mereatur.

17. T HOmo qlibet de domo Israel & de aduenis qui peregri.inter e.si co.san.ob fir.fa.me. contra animam illi⁹ & dis. e.de po.s.quia anima carnis ĩ san.est. & ego dedi illum vobis vt super altare meũ expietis ꝑ animabus vestris:& sanguis ꝑ aĩæ piaculo sit. Vehemẽter terruit si quis ad tãtum tonitruũ surdus nõ fuit. Obfirmabo inquit faciem &c. Ecce q̃ graue sit comedere sanguinem:& dei ꝑterire mandata. Sanguis vt superius diximus carnalem significat appetitũ. Deus aũt nõ solum quid agam sed etiã quid appetã discernit Anteq̃ ergo qcq̃ mali exteri⁹ operemur:si sanguinem sorbuimus:si iniquitatem corde concepimus,mente a deo alienati:inimicitias ei⁹ incurrimus.Hoc est qđ dicitur. Qui comederit sanguinẽ &c.Nota tamen ꝙ non ait contra eũ sed contra animã illius:quia vbi iusti remunerantur:ibi etiã impii puniuntur. Canit̃ eñ in psalmo.Quis est homo qui timet dñm. Ac deinde.Anima ei⁹ in bo.demo.Cum igitur audimus qa aĩa carnis in sanguine est:& iuxta carnis sñiam verũ est:qa caro p sanguinẽ viuit:& iuxta figurã in appetitu praui opis fomes consistit carnalis conuersationis. Funde sanguinẽ & caro morietur:tolle malam voluntatem:nec erit qui mala operetur.Perpende igit̃ q̃ rationabile sit vt deus iustus qui odio habet iniquitatem,esum sanguinis execret̃:in quo toti⁹ iniquitatis dephendit originẽ. Et ego inquit dedi illum vobis vt super al.m.ex.pro a.v.& sanguis pro animę piaculo sit. Sanguis itaq; qui comest⁹ ẽ deũ exacerbat:qa sicut iigtat[cõsensus deo execrabilis est:sic renũciatio placabilis.

De detractionis vitio.

19. V NOn eris criminator & susurro in po. Criminator dici potest qui alieno delectatur improperio:& interdũ etiam q̃ nõ nouit libẽter ꝓximis crimĩa imponit. Cũ autem scriptũ sit:Iust⁹ in prin.ac.est.s.manifestũ est q̃ odiosum sit vt quis vitiorꝫ suorũ negligens aliena sollicitus inquirat:agnita insultando proferat:ea etiam quæ sibi non elucent: tanq̃ iam probata sint,criminãdi voluptate vera esse decernat.Susurrones vero sunt qui ĩ faciem blandi: proximorum mala latenter aliis insusurrant.de quibus Salom.Si mordeat serpens in silentio,nihil eo min⁹ habet qui detrahit.Et Apostolus.Detractores deo odi.

Stephanus.

¶Non stabis contra sanguinem proximi tui quasi cũ alio.i.sicut non debes nocere ei per te ita nec cum alio per consensum.Vel sic. Non sta.contra san.prox.t.Ego dominus.Quasi,hęc ꝑcepit ille qui sanguinẽ suum fudit ꝑ te.Ergo ꝓpter illũ cessare debes a sanguinis effusione. X

Galfridus.

Q; fide & morib⁹ Christo christianus debeat conuenire.

¶Non co. facies iu.t.cum al.generis a. Alterius generis animãtia diuersas intelligi volũt infidelium sectas.Cum quib⁹ coire est eorum moribus conuenire.Nec dubium quin ex magna iam parte sacerdotum incuria:ignorãtia: iniustitia:inconstantia:intemperantia cum alterius generis animãtibus fecerit sua coire iumenta.Alioquin quid putam⁹:vnde hęc soboles tam prodigiosa prodierit? Homines dico sacramẽtis diuinis imbutos:& flagitiis execrabilibus deditos. Coierunt & præualuerunt in malum:vt pene grauiora fidelium hodie crimina videantur:q̃ olim fuere gentilium. Item diuerso semine serit agrum:qui qđ verbis prędicat,factis negat. O vestẽ duplicem contritione duplici conterendam.Plane lineũ stamẽ,sed subtegmen laneum habet.nam lini cãdor:subtilitas:fortitudo:officium spirituale commendat.Lanę grossitudo mollities & origo, carnalia opera repsentat.Discrepat & dissidet a subtegmine stamẽ:sed vtrunq; lepra contaminat. Y

Radulphus.

Q; verbo prædicationis debent etiã opera cõsonare.

¶Agrum non seres di.se.Ager sancta est ecclesia:cui per apostolum dicitur.Dei agricultura estis:dei ędi.estis.Diuersum itaq; semen ĩ hoc agro seminat qui super cathedram Moysi constitutus dicit & non facit:bona loquitur & cõtraria operatur:verbo triticum spargit:exemplo autem suo peccati sementem in discipulorum cordibus iacit. Z

Q; qui corde sordet & facie nitet veste duplici vestiatur.

¶Vestem quæ ex duobus contexta est,non induas.Vestis adulterina & reprehensibili duplicitate commixta, est biformis habitus mentis & corporis:cum munditiam exterius.s.coram hominibus simulamus:immundos autẽ nos interi⁹ diuinis oculis exhibemus. A

Q; non sit de bonorum operum nouitate ꝑpropere præsumendum.

B ¶Cum igressi fueritis ter. & plan. in ea lig. po. aufe. præpu. e. Poma q̄ ger. im. e. v. nec edetis ex eis. Quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis domino. Quinto autē anno co. fructus congre. poma quæ proferunt. Terra p̄missiōis vnicuiq; nostrū aīa sua ē. De hac quippe dicit. Beati mites, qm̄ ipsi possidebūt terrā. Ab hac terra longe peregrinant qui cūq; illecti voluptatib9 corporis: ægyptiacę seruitutis iugū ignominiosum ferūt: & repromissę patrię fertilitatem nōdum intelligūt. In hac autem terra ligna pomifera plantantur: cum euulsis ab anima vitiorum spinis virtutū plātaria inseruntur. Ex his em̄ cum mentem occupauerint: laudabiles prodeunt fructus, quorum tū auferimus p̄putia: cū ad primam eorū apparitionem nr̄a gaudia tēperamus: nec laudare præsumimus quorum qualitatem nōdū discernimus. Quidam enim bona nō bene faciunt: quia non dei gratiam sed humanam laudem requirūt. Fructus ergo noster donec creatori nostro consecretur immūdus est: quia nisi illi offeras qđ operaris, fructus tuus nullam tibi potest præstare fiduciam. Comeditur nanq; qđ approbat: & qđ operātē certę suæ remunerationis expectatione consolatur. Anno vero quarto sanctificatur laudabilis domino. Quaternarius numerus soliditatis & perseuerantię figuram tenet. Quadrū quippe ī quocunq; latere verteris: solide stat. Tunc ergo fructus nostri sanctificant cum vere in iustitia solidamur: cū s. nihil de nostra virtute præsumim9: sed totū qđ habemus, qđ possumus, de ipsi9 misericordia cōfitemur. Quinto aūt anno co. fru. cōgregantes poma quæ proferūt. Comedis fructus tuos cum super bono qđ agis gratularis. Sed tunc demū periculosa non erit lętitia tua: si primitus deo fruct9 eosdem sanctificaueris: vt discas cum humilitate gaudere: cogitās q̄a vnde gaudes dona ipsius sunt: non merita tua vt si gloriaris: in domino glorieris. Notādum autem quod dicitur. Congregantes poma quę proferunt. Vere enim ille congregat: qui licet crescat in virtutibus: humilitatem tamen sollicite conseruat.

Q̄ꝫ nō exprobrādū peccatori ad pœnitētiæ remedia fugienti.

¶Si habitauerit aduena in terra vestra: & mo. su. inter vos: ne ex. ei: sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eū quasi vosmetipsos. fuistis enim & vos aliquādo aduenę in terra ei. O p̄ceptum pietatis. O digna sacris legibus institutio. Forsitan aliquis dixerit iam hic p̄pheticę iudęos argui: q; in fine temporum gētes ad fidē accedētes repellere voluerunt: & pristinos errores suos vel exprobrare cœperūt. Et probabile satis est hoc etiā ītēdisse scriptorē. Sed prima literæ superficies tanta benignitate plena est: vt lectorem statim ad se trahat & ad inuestigandum aliud pigrum efficiat. Vbi tamē nō illum solum acceperim aduenam qui transiit de gente in gentem: sed maxime adolescētem illum qui patre relicto profectus est in regionem longinquam: iam quasi alienus a deo effectus & a sanctorum sorte separat9. si redire voluerit quicunq; huiusmodi est & ad paternam pietatē recurrere, quasi aduena futurus inter nos, non exprobremus ei: sed sic habeam9 eum quasi indigenam: & diligamus illum tanq̄ nosmetipsos: vt hac nostra benignitate recreatus: quotidie ad meliora proficiat.

Galfridus.

Q̄ꝫ sacerdos debeat bona coram deo & hoībus prouidere.

¶Sancti erunt coram deo & non pol. no. eius. D Hoc de sacerdotibus in lege mandatur: vt videlicet sancti sint coram deo: & coram hominibus nō pol. no. ei9. Sācti ope & veritate: nec opinione nomē polluāt sanctitatis. Vt qđ hęc: In censum ait enim domini & panes dei sui offerunt. Incensum ad sacrificia & orationem: panes ad prædicationem verbi dei arbitror referendos. Vt ergo apud deum acceptabile sit sacrificium vel oratio, sanctos esse necesse est coram deo. Vt apud homines non sit contemptibile verbum prædicationis, prouidere bona ē necesse coram eis: apud quos dum quocunq; modo prædicatorum vita sordescit: ipsa quoq; doctrina vilescit. Propter quod non immerito subinfertur: Et ideo sancti erunt. non sicut prius dictum fuerat coram deo: sed simpliciter vt intelligatur apud deum & homines. Sancti inquit erunt coram deo, culpā coram hominibus declinantes: & etiam notam culpę: & nō solum caste sed etiā caute viuentes.

Stephanus. de prelatis.

¶Scortum & vile prostibulum nō du. vx. Hoc E est quod Rebecca ait de Iacob filio suo. Malo mori q̄ filius meus ducat vxorem de alienigenis. Scortum communicat pluribus. Vnde per hoc conuersatio secularis accipitur: quā multi immo fere omnes sequuntur. Sacerdos ergo scortum in vxorem ducit, quando vitam communem quam sectatur alii imitatur. Nec etiā quę repudiata est a ma. Repudiatam ducere est vitam etiam laicis abominabilem consectari. Vnde in exo. Aduena qui tecum moratur in terra superior te erit: ipse fœnerabitur tibi & non tu ei.

Radulphus.

Q; cuius vita despicitur,restat vt prędicatio eius contemnatur.

F ¶Omnis qui habuerit maculā de se.A.sacer. non ac.off. hostias domino nec panes deo suo. Quę sint hostię quę a sacerdotibus debeant offerri apostol⁹ breuiter innuit dicens. Obsecro vos per misericordiam dei vt exhi.cor.v. h.vi. s.d.p. Hostię itaq; sunt qui carnis vitam deo īmolant vt deinceps melius viuant. Panes vero iidem ipsi sunt:sed iam iustificati & alienati a carne & sanguie:postq̄ illius iustitię conformātur qui de seipso testatus est dicens. Ego sum panis viuus qui de cæl.desc. Sicut ei qui in carne sunt deo placere non possunt:sic qui spiritu dei agūtur iam diuinę mensę idonei puritate mētis suę dei cibus efficiuntur. Has hostias hos panes illi sacerdotes deo offerunt qui verbo & exemplo suo prius eos ab iniqtate cōuertunt:& iam imitati qualiter in religione proficiant instruere non desistūt. A quo officio illi iure repelluntur qui maculas habent:& quicūq; vitiis suis adhuc deseruiunt in loco eminētiore constituti p̄esse possunt:sed prodesse vix possunt. Nam etsi fortassis officio exigēte bona docere cogantur:auditores vt est humana peruersitas ad malū prona, citius imitantur mores aliter loquentis q̄ obediunt monitis aliter facientis.

Q; sola charitas sanctificat opantem.

22. G Omnis alienigena n̄ co.de sc̄tificat̄. Alienigenā vocat:a fide Christi extraneū. Inqlin⁹ sacerdotis & mercenarius nō vescent ex eis. Sola charitas dei & p̄ximi sanctificare hoīem pōt.vbi vero cupiditas regnat sāctificatio nulla est. Sanctus nanq; spirit⁹ amor est:& oē opus ex hui⁹ amor̄ radice si nascit̄ ab eodem spiritu non sanctificatur. Inquilinus & mercenarius qui in domo dei hospes est migraturus:qui deo seruiens non ęternam salutem sed transitoriam ab illo quęrit mercedem:sanctificata non edit.qa licet iusto⁊ forsitā habeat opera:dum non diuina dilectione sed sua trahitur ambitione:iustitię sanctitatē in sua actione non recipit. Quem aūt sacerdos emerit & q vernaculus domus eius fuerit,hi comedent ex eis. Emitur seru⁹ a sacerdote cum data sibi pecunia animus peccatorū ad dei seruitutē conuertitur. Vernaculus vero est q sua spōte vel proprio ductus ingenio hanc sibi seruitutem imponit.

Q; a religionem professis tam obedientię q̄ perseuerantię perfectio requiratur.

¶Bouem & ouem aure & cauda amputatis voluntarie offerre potes.votum autem ex his solui non potest. In aure itaq; obedientiam:in cauda vero quia finis est corporis,ītellige perseuerantiam. Si enim homo qs ī proposito suo vsq; ad finem non permanet,caudam non habet:si arbitrio suo velit viuere nec alteri subditus esse,etiā nec aurem habet. Si tamē hmōi hostiam sponte sua offerat placere poterit. H

Stephanus. de perfectione.

¶Bouem & ouem & capram.hęc est iustorum oblatio. Vnde & ab his tribus solēt a domino commendari. Vnde erat Iob vir simplex & rectus ac timēs deum. Simplex:ecce ouis. Rect⁹: & bos. Timens deum:ecce capra. I

Radulphus.

Q; a dei sacrificio remouetur quē ad bonum operandum verbi dei memoria non fœcundat.

¶Omne animal qđ vel contritis vel sectis vel tunsis ablatisq; testiculis est non off.do.& in t. n.hoc oīno ne faciatis. Est in vnoquoq; homine quodammodo cōiugalis copula:dū ratio mariti personam tenet:voluntas vero vices vxoris exercet. Maritus vero iste quasi fontem seminis gestat: si memor diuinorū eloquiorum seruat apud se vnde voluntatem grauidā reddat:& desiderium illi bonę operationis infundat. Hęc est fœcūditas filiorum: si voluntas ad bene operandū inflexa in fructus prorūpat iustitię pariens filios ex quibus secundam videat generationem:ęternam,s.in regno dei percipiens retributionem. Sicut scriptum est. Et videas fi.fi.t.pa.s.is. Homo igitur qui sibi diuini verbi memoriam perdidit: eunuchus est amputatis testiculis.quia non habet vnde mentem suam grauidam reddat:nec habet vnde illi bene agendi affectum initiat. Contritos vero vel tunsos,id est lęsos testiculos habet:qui memoriam quidem verbi dei possidet sed inefficacē: dum graue iudicans quod iubetur ne surgere audeat timore conteritur:aut forte dum vitiorum passionibus languet:nec surgere mens ægra conatur. Huiusmodi ergo animal idoneum non est ad dominicam oblationem:cuius nullius boni operis habere studeat fœcunditatem. K

Q; qui in carne sunt deo placere nō possunt.

¶Bos & ouis & capra cum genita fuerint septem diebus erunt sub ventre matris suę. Die autem octauo & deiceps poterunt offerri dn̄o Cū gemina sit hoī collata natiuitas: Pria qua L

mundo huic nascitur. Secũda qua in deum renascitur. Duplex hic patet intellectus: vt illam dicamus matrem quæ prima nos abluit: carnalem scilicet conuersationem: cui se renunciasse gloriatur apostolus dicẽs. Cum autem placuit ei qui me segregauit &c. Et matrem dicamus ecclesiam: quæ quos prima morti genuit: regenerando vitæ restituit. Si ad primam igitur natiuitatem respicim9, omes nos sub vbere matris septẽ diebus sumus. Quia q̃diu vitã istam quæ septem diebus agitur solam diligimus: solis pascimur vberibus carnis, præter cuius voluptates nihil appetimus. Sed toto hoc tempore domino offerri nõ possumus. respuit enim ipse hmõi oblationem. testante apostolo. Quia qui i carne sunt deo placere nõ possunt. A die vero octaua & deinceps nostra oblatio nõ respuitur: quia quisquis futurę vitæ fidem receperit: & contemptis præsentibus ęterna quęsierit: iam placet creatori cum sub promissiõis eius expectatiõe cœperit iustificari. Videam9 & de matre ecclesia quomodo sub vberib9 ei9 constituti ad oblationem dominicam min9 sumus idonei. Quibusdã dicit apostolus. Tanq̃ paruulus in Christo lac. vo. p. d. non e. Nondũ enim poteratis: sed necdum quidẽ potestis. Q? vero septem diebus his nos oporteat vberibus enutriri docet idẽ apostolus cum causam nostrę imbecillitati subiungit dicens. Adhuc eñ carnales estis. i. carnis nostrę sensib9 dediti. Tã q̃ diceret. Nondum septem dierum spatiũ excessistis q̃diu mentem vestram rerum temporalium phãtasmatib9 occupatis. Die vero octaua tandem domino poterit p̃sentari cum renouatus spiritu mentis suę & spiritualis effectus ad inuisibilia contẽplãda surrexerit & amãda.

Stephanus. de pœnitentia.

M ¶Bos & ouis & capra cũ ge. fu. &c. Mater ẽ pœnitẽtia. fœt9 opus pro peccato: qa enutriri debet lacte pœnitentiæ. Bouẽ autem eadem die cum matre offerri: est i prima die susceptę pœnitentiæ se perfectum reputare.

Radulphus.

Q? facilius mala actio q̃ affectio resecetur.

N ¶Siue illa bos siue illa ouis non immolabũtur vna die cum fœtibus suis. Quid quæso contra pietatis affert sanctificatio filiorum: vt non eadem die possit fieri & parentum? Iuuenes ingt & virgines se. cum iun. lau. no. do. Omnes pariter admittit qui omniũ vitam quærit. Cur ergo in oblatione dominica matres cum fœtib9 conuenire non possunt? Quæramus alias hui9 capituli intelligentiam: redeamus ad nos: & inueniem9 in moribus qđ in diuersitate personarum inuenire non possumus. Paulo ante (si bene recolimus) tractatum est ꝙ iusti mẽs verbo dei grauidata parit, cuius bona volũtas in sanctas actiones prorumpit. Hæc est mater: hi sunt fœtus illius quos deo immolat: cum in exteriori conuersatione sua quicquid dei legibus contrarium inuenit pro posse suo trucidat. Sed cum iam lingua cessat a periurio: manus a furto: gula crapulam ebrietatemq; repellit: cum iam corpus fornicatiõi subtrahitur & omnis actio nostra iuxta legis diuinę regulam castigatur: tunc primum vitia altis sensibus radicata: quia prorumpere prohibentur: intus sęuiunt & mentem renitentem suis tentationibus lacessunt. Iam igitur fœtus suos domino mater ista mactauit: sed circa seipsam grauis ei labor est: quia voluptatum memoriam quib9 diu sponte se subdidit: cum ad deum tendere nititur etiam inuita gemensq; molestissimam sentit. Quasi ergo consolãs nos spiritus dei ne desperet quis cum in affectibus suis tãtam cõtradictionem offendit: bos inquit vel ouis non immolabuntur vna die cum fœtibus suis. Tanq̃ diceret: cũ recepta in verbis actibusq; disciplina insurgẽtia contra vos vitioꝝ certamina sustinetis: nemo terreat: noui abscõdita cordium vestrorum, imbecillitatem virium vestrarum: fieri nõ potest vt vna die mater cum fœtibus immoletur.

Galfridus.

Q? deo sit quicquid boni agimus ascribendum.

ca. 23. O

CVm ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis: & mes. se. fe. ma. spi. pri. mes. v. ad sacer. &c. Terram hanc ingredimur: cum ad contemplanda bona eius: illa scilicet de quibus dicitur. Credo, vide. bo. do. in. ter. vi. auiditate mentis & cogitatione leuamur. Segetes terræ illius metimus & quosdam manipulos primitiarum facimus: si de suauitate paternæ patriæ aliquid prælibantes: initia saltem earum quæ ibi sunt; cõsummare: virtutum meritis: deuotis affectibus colligamus. Est autem eximius terræ illi9 manipulus castitas: q̃diu dignas ex dei munere supernæ messionis habet primitias: quas sacerdoti offerat consecrãdas. Pudicitia enim carnis ad primitias resurrectiõis: & vita cęlebs ad gloriam pertinet cælestem. Est alius terrę illius manipulus: communis vitæ sine aliqua proprietate societas. Tertius manipulus est de quo dicitur. Pacem meam do vobis: pacẽ me. re. vobis. Bonam ergo segetem terræ promissionis immo bonas primitias bonæ segetis

metunt: quicunq̧ continenter: communiter: concorditer viuūt. Quia vero manipuli tales ex illo vno prodeunt grano frumenti: quod cadens in terram mortuum est & fructum attulit: eidem ipsi sacerdoti nostro eosdem manipulos offeramus: eius videlicet ascribēdo gratiæ: q̄cquid iterim de cælesti cōtingimus messione Eleuabit enim illud coram domino vt acceptabile fiat pro nobis altera die sabbati: & sanctificabit illud cum deo patri virtutum nostrarum flagrantiam exhibebit: vt mereamur exinde perpetuę quietis trāquillitate donari. Quid vero sibi vult altera dies sabbati cum legislator alteram non ꝑmiserit? Sed iuxta literā Iosephus docet secunda die azimorum offerendos rite manipulos primitiarum: vt non dies vna sed solēnitas tota dicta sit sabbatum. Vnde post paululum ī eodem libro præcipitur filiis Israel. Mēse septimo septima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis. Quia ergo tota solennitas paschæ erat sabbatū ei⁹: die altera. i. secūda primitiarum erat oblatio celebrāda. Est autem in hac vita quoddam sabbatum: sed non magnopere cupiēdum quia nulla ibi pene tranquillitas: ibiq̧ perstrepit mundi sequentis iniquitas. Altera die sabbati requies est futura. Siquidem vera requies illa solis a quibus præsens fuit repudiata, debetur.

Bruno.

Q꞉ oblationi manipuloꝝ agnus & simila, vinū & oleum sunt iungenda.

p ¶Sequitur in Leuitico. Eodem die quo manipulus fuerit consecratus, cędetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domino: & libamenta offerentur cum eo duę decimę similę cōspsę oleo. liba quoq̧ vini quarta pars hin. Per agnum patientia denotatur. Oportet ergo vt nos cum aliarum virtutum frugib⁹ huius agni patiētiam offeramus: quia debilis virtus boni operis quam non roborat patientia tribulationis. Sciendum autem ꝙ in sacrificio agnus immaculatus exigitur: vt illa videlicet tribulatio nostram patientiam operetur quam nulla dehonestatio reprobæ vitæ minuit: sed sola persequentis impietas nobis immaculatam ingessit. Debet etiam agnus esse anniculus: consummata scilicet & perfecta patientia: vt vsq̧ ad finem perseueremus. Per duas decimas similæ contritio cordis & satisfactio operis designatur. Est autem vtraq̧ oleo conspergenda: quia & contritioni cordis & satisfactiōi operis spes veniæ ē inseparabiliter cōiūgēda. Has duas similas de tritico nostro. i. de fructu proprio offerimus. Superest tñ si dispēsandum cum seruis illud accepimus, vt de tritico verbi dei duas similiter decimas offeramus: quæ sunt exhibitio sermonis & exhibitio operis. Tunc enim in sermone proficimus si exemplum pariter boni operis exhibemus. Sit autem vtraq̧ hæc simila conspersa oleo: non corrupta veneno: & verbo dei & opib⁹ sanctis nullius admisceatur amaritudo nequitiæ: sed gratiæ semper oleo infundatur. Liba vini affectum innuunt gaudii: ꝙ spe gaudentes haberi conuenit quos molestia tribulationis affligit. Vnde non plenam vini mensuram, sed quartā solummodo partem exigimur. quia cum quatuor sint affectiōes animæ: timor & desideriū: dolor & gaudium: quartam solummodo mensurę partem offerimus cum quarta tñ affectione gaudemus.

Radulphus.

Q꞉ tam intētionis q̄ actionis lucernę sint charitatis oleo concinnandæ.

PRæcipe filiis Israel vt aff. tibi oleum 24
de oliuis pu. ac lu. ad cōcin. lu. iugiter Q
extra ve. testi. ī taber. fœderis. Pricipalis sanctorum lętitia non de vsu præsentium: sed de spe nascitur futurorum. Spes autem ipsa vt non fallat expectantes, per bonorum operum exhibitionem solidanda est. Præcipe filiis Israel, &c. Si enim cum gratia spiritus sancti ad legem accesserimus, implere poterimus quæ audimus. Q꞉ si de viribus nostris præsumimus, litera occidit nos: quia de iustitia edoctos ad exequendum pręuaricatores reddit inualidos. Oleum igitur afferendum est ad legem: sed non qualecunq̧ oleum sed oleum de oliuis purissimum ac lucidum. Charitas nanq̧ illa a nobis exhibenda est per quā om̄es sanctificati sunt qui fuerunt quasi oliuæ fructiferę in domo domini: charitas dei & ꝓximi: quę in cordibus electorum lucet. iuxta quod scriptum est. Prę. do. lu. il. oc. Qui enim odit fratrē suum in te. est &c. Ad quid autem afferatur hoc oleum: manifestat cū subdit. Ad concinnēdas lu. iu. Scriptum est. Lucerna corporis tui est oc. t. & Luceant opa vestra bona &c. Lucerna itaq̧ int⁹ ē simplex intentio quæ mentem deo lucidam reddit: & lucerna exterius opus bonum: quæ imitari volentibus iustitiæ viam ostendit. Vtraq̧ hæc lucerna oleo charitatis nutritur: quia dilectio & sanctę actionis lucem emittit: & ī ipsa actiōe mētem a duplicitate custodit. Cū his lucernis spei nostrę solennia celebrem⁹ sicut scriptū est. Sint lumbi v. p. & luc. ar. &c. Sed vbi ardere debent lucernę istę? Ex-

tra velum inquit testimo.in tab.fœd. Q̃diu enim in hoc corpore peregrinamur a dño illa interna gaudia credere possumus: videre nõ possumus nube carnis obsistente visumq̃ intercludente. Velum igitur testimonii prætẽditur oculis nostris, dũ ea quę scriptura futura prædicit credimus: illuc tamen visum traiicere non valemus.

Q̃ꝫ nemo nisi post diuię meditatiõis ĩstãtiã ꝓdicatoris sibi vsurpare debeat officiũ.

R ¶Accipies similam & coques ex ea.xii.panes qui singuli habebunt duas decimas: quorũ senos altrinsecus super mẽsam purissimam corã dño statues. Per similam subtilitatem cogitationum puritatemq̃ superius dixim⁹ designari. Simila vero cum conspersa fuerit, igne adhibito ad panis soliditatem ꝑducitur. Sic etiam & mens bona cum a dispersione & leuitate superfluarum cogitationum diuinæ coagulo discretionis in vnum redacta fuerit & circa vnũ occupata, assiduę meditatiõis igne decocta robur virtutis accipit. Mente nanq̃ decoquimus q̃cquid subtilius cogitamus. Vñ quidã sapiẽs ait. Alimenta quę accepim⁹ q̃diu in sua qualitate ꝑdurant & solida ĩnatant stomacho, onerí sunt. At cum ex eo quod erãt mutata sunt: tũc demum in vires & in sanguinẽ transeũt. Simila ergo donec coquitur: non est apta ad cibum. Cocta autem in panẽ transit & homines pascit. Pari modo iustoꝝ rudimẽta ad docendum non sunt idonea. Postq̃ vero meditatione assidua studioq̃ feruenti sciẽtię vires addiderint: iã idonei sunt ad docendum. Panes igitur sunt qui doctrinæ pabulo quã plenius assequuti sunt: ꝓximorum mẽtes reficiunt.

Quanti periculi sit psalmodiam sine mentis intentione labiis personare.

S ¶Accipies ergo inq̃t similã &c. Quid ad hæc dicitis vos qui labiis deũ honoratis: cor aũt vestrum ab ipso longe est? Vos aerem istũ impletis verbis, corde vacui. Cãtica omnia diuina sine sensu percurritis: & cũ multus labor in ore vestro sit: anima tamẽ vestra fraudatur bonis. Culmus stans dicit non est in eis: germen non faciet farinam. Vestra q̃ppe psalmodia nec spiritualem affectum germinat: nec sacræ meditationis farinam creat. Meditatio sola est q̃ mentem mutat, spiritui vires præstat. Ex simila nãq̃ (vt dictum est) panis coquitur: quia exercitatione interiori robur mentis acquiritur. Beatus enim vir qui in iustitia meditabitur: & in sensu co.ci.dei. Cibabit illum pane vitę & intellectus. Sicut ergo de vite amputantur palmites qui infructuosi videntur: vt fructuosis spatiositas amplior relinquatur: Paucorum nanq̃ fœcunditas sterili multitudini longe anteferatur: Sic iuxta apostolicam sententiam lõge vtilius esset pauca cum ędificatione proferre: q̃ reuerenda spiritus sancti oracula sine fructu mẽtis immo cum dei contemptu breui temporis spatio confuse transcurrere. Psallentes inq̃t beatus Augustinus, intelligere debemus quę proferimus: vt humano more non quasi auium voce cantemus. Vos q̃ multa dicatis attenditis: nec qualiter dicatis perpenditis: quasi non melius sit homini qui vnum panem in manibus habet & illo vescitur, q̃ asino qui centum forsitan portat & nullo reficit. Respexistis ad maius & ecce factus est minus. Prophetica exprobratio ista est. Intulistis inquit in domum & dixistis: Ecce de labore: & exsufflaui illđ: dicit dominus exercituum. Qđ enim precium ponere existimatis stipulę quæ spicam nõ habet? Quo modo placituram deo psalmodiam putatis in qua vox quidem orantis prætendit speciem: mens autem sine fructu est? Sed ad propositũ reuertamur.

Q̃ꝫ prædicatores sacræ legis meditationi debeant inseruire.

¶Accipies ergo similam &c. Panes igitur isti duodecim fieri præcipiuntur: vt Apostolicus in doctoribus reperiatur numerus: & in eorum doctrina sanctorum patrũ auctoritas conseruetur. Habent singuli panes decimas suas dum sancti prędicatores per geminam dilectionem: dei scilicet & proximi, legis decalogũ cõplent. Seni altrinsecus panes ponunť.i. duo & duo: vt prædicatiõis ecclesiasticę cõsonãtia prędsignetur. Hinc etenim dñs Iesus binos ad prædicandum discipulos misit. Hinc Moyses in dispositiõe tabernaculi binas singulis tabulis bases substituit. Tabulę nãq̃ tabernaculi, fidei sunt doctores: quorum virtute cælestis fabrica erigitur. Qui singuli binis basibus fulciuntur: dum ea quæ prædicant consona noui testamenti auctoritate confirmant: ædificati secundum apostolum super fundamentum apostolorum & prophetarum. Mensa autem super quã hi panes ponuntur sacra scriptura est: quę & nobis est spiritalis refectio: & contra quaslibet tribulationes proposita ad solamen. Quæ recte purissima dicitur: quia eloquia domini elo.cas.ar.ig.ex.pro.ter.pur.sep. Super hanc igitur statuuntur doctores cum a negotiis secularibus expediti lectioni vacant: atq̃ in ea hauriunt, quod postea aliis prædicando refundunt. Coram domino statuũtur: quia per hęc studia diuinis se aspectib⁹ acceptabiles reddũt. T

Ricardus, de mysterio anni iubilei.

25. V Sacrificabis mihi annum quinquagesimũ &c. Si septẽ septies ducimꝰ .xlix. ꝓculdubio efficimꝰ. Hic vtiq; ex diuino ꝑcepto festiuꝰ ducit: & q hunc sequtur iubileus vocat. Per septẽ mentis tranquillitatẽ intelligimus ꝑ eo ꝙ diẽ septimũ requiei cognouimus deputatũ. Item qa per .vii. dies totum tẽpus euoluitur: p .vii. cuiuslibet rei plenitudo vel perfectio figurat. Sanctus em̃ spiritus legitur septiformis. vnde & p septem gratia sæpe intelligit spiritualis. Septem igitur in .vii. ducitur: qñ plena perfectaq; mẽtis requies possidetur, vel qñ mens cuiuslibet post plenam requiem ad gratiã spiritualẽ attingit. Qui vero iam meruit spiritualẽ gratiã cũ plena mentis tranquillitate possidere: videtur quodãmodo annis septem septies reuolutis iam quadragesimũnonũ apprehẽdisse. Post hos annus quinquagesimus sequit qui iubileus dicit: qa post edomita carnis bella, post percepta spiritus sancti charismata, cũ mẽs quę sit, qualis ãte fuerit ad memoriã reuocat, magno nimirum gaudio exultat. Hoc anno possessio oĩs ad dñm ꝓpriũ reuertitur. Hoc anno seruus hebręus pristinæ libertati restituit. Tunc terra cõsueuerat sabbatizare: tunc populus terræ otio & cõuiuiis vacare. Tunc carnis nostrę terra sabbatizat: qñ eam carnalia desideria vlterius nõ fatigant: cũ eam spiritualia exercitia ex ipsa consuetudine iam delectant. In hoc anno vnusquisq; ad suã possessionem redit: quia si virtutũ quęlibet de sua possessiõe aliquid in alio tẽpore minus habuerat ex dei munere saltem in hoc anno recipiat: vt mens hominis in iubilum versa in dei laude perfecte rapiatur & plene. In hoc anno seruus hebręus ad libertatẽ redit, qui prius ad libertatẽ exire non potuit. Hebręus transiens interpretatur: & qui facit peccatũ: peccati seruus esse conuincitur. Transeunte itaq; animi effectu de cõcupiscẽtiis carnis ad cõcupiscentias spũs: & dicit & est hebręus. Qñ vero amplius delectationi prauę nõ substernit, desinit esse seruus. In hoc anno plebs Israelitica otio & conuiuiis vacat: quia mens contẽplationi dedita, quæ delitię spiritus sunt: auida prægustat. Tubis hoc anno canere debemus. Nam ęterna pręmia vel tormẽta amplificare cogitando sępius vel loquendo debemꝰ, vt in intentione nostra immobiles durare possimꝰ. Cito em̃ mens põdere laboris frangit: cito ad male dulces q̃s reliquerat delectatiões reuertitur: quę quę pręmia bonis quęve tormenta malis sint posita in futuro non recordatur.

Radulphus.

Q; per pręsentem laborẽ, & animarũ requies, & corporum immortalitas obtinetur.

❡Q; si dixeritis qd co. an. vii. si. n. se. neq; colle. X
fru. n. dabo bñ. m. v. an. vi. & fa. f. triũ an. se. q; anno. viii. & co. ve. fru. vsq; ad nonũ annũ. Dabo benedictionẽ &c. Hęc est benedictio qua benedicitur oĩs qui timet dñm. In .vi. quippe anno sumus nos pręcipue, qui & sextã huius mũdi ętatem agimus: & sub senario sancti opis exercitio laboramꝰ. Labor noster si secũdum deum est, seminis locum tenet: fructus huius seminis messis ipsiꝰ est: sic em̃ habes. Quę seminauerit homo hæc & metet. Pascit igitur sextus annus sua fruge prius seipsum: postea duos annos sequẽtes: quia etiã hic habent iusti fructũ suũ in sanctificationẽ in loco diuinę pascuę collocati: dum reficiuntur pane iustitię: finem autẽ vitã ęternã. Porro vita ęterna duos annos facit. Primũ ante corporũ resurrectionẽ, dũ iam requiescunt animę iustorũ. Secũdum post corporũ reparationẽ. Sed vterq; iste annus anni sexti frugibus locupletatur: dum p laborẽ præsentem & animarũ quies: & corporũ immortalitas obtinetur. Verũ qđ nunc seritur octauo anno sumitur: qa cũ spe resurrectionis moritur iustus & mortis suę amaritudinẽ expectatione futurę beatitudinis cõsolatur. Et comeduntur veteres fruges vsq; ad nonum annũ. Vetustas hic nõ pro corruptione ponitur: sed ꝑ antiquitate In nouenario autẽ ter terni inueniuntur: quæ est quadrata figura. Qđ vero quadratũ est ex omni latere stare potest. Cibus ergo spiritualis ad quẽ iam hic ex quãtulacũq; parte ptingũt animę iustorũ dum renouãtur de die in diem & sanctis saginantur affectionibꝰ: multo illis vberiꝰ post mortẽ datur: cum deposita sarcina carnis a seruitute pristina releuatę, veritatis perceptione magna quiete & bonorũ spirituũ societate lętantur. Hę sunt igitur veteres fruges: qbꝰ vsq; ad nonũ annũ vescunt filii Israel: quia hac interim prima stola cõtenti sunt sancti, donec beatam etiã in suis corporibus percipiant immortalitatẽ & gloriam.

Q; nullus exigat a proximo qui ea nõ commiserit in exemplo.

❡Non accipies a fratre tuo vsuras nec ampliꝰ q̃ de. Time deũ. t. vt viuere possit apud te fra- Y
ter tuus. Qui sunt q vsuras a fratribus exigunt: & amplius q̃ dederũt: nisi qui ad ea discipulos cogunt: quę ipsi nõ faciunt: quorum scilicet exẽplum nõ pręrogauerũt? Quos ipse dominus arguens, Alligant inquit o. gra. & impor. &c. Time ergo inqt deũ. t. vt viuere possit

apud te frater tuus. Notandũ ꝙ cũ timẽdũ ſe in hoc facto de⁹ inſinuet, tũc ꝓculdubio offendiť, ſi frater infirmus nimio pondere præfoceť.

Qꝫ gratiam ſpiritus & bonorum operũ copiã mandatorũ obedientia mereatur.

26. Z SI in ꝑceptiſ m.ãbu.& mã.me.custo.& fe.ea: dabo vobis plu.tẽp.ſ.& ter.gig. ger.ſ.& po.ar.re. Pluuia iſta viſibilis & bonis, & malis cõmunis eſt. Sed eſt quędam pluuia quã ſoli nouerũt iuſti. De qua ſcriptũ eſt. Plu.no.ſeg.d.h.t. Hęc ſancti ſpiritus perfuſio intelligiť: cuius etiam abundantia fluminis nomine deſignať, dicente dño. Qui in me credit flumina de v.e.ſ.a.vi. Hanc igitur pluuiam hunc ſpiritualẽ rorẽ qui ab illis ſolis ſentitur quorũ mens interius inebriať: promittit deus obtẽperantib⁹ ſibi: ſicut ipſe ait. Si diligitis me mã.m.ſer.& ego r.pa.& a.pa.da.vo. Datur autem pluuia iſta tpib⁹ ſuis: qa nõnunq̃ vtiliter ſubtrahiť ſpiritus ſancti gratia: vt homo ſibi relictus quid per ſe poſſit intelligat: & iterum tẽpeſtiue redditur ne vſquequaꝙ deſertus intereat. Poſtq̃ autẽ domin⁹ hãc ſuauitatẽ nobis infuderit: cõtinuo terra noſtra dabit fructum ſuum. Terra vero quę pluuiam iſtam nõ ſuſcipit nũq̃ iuſtitię fructum gignit. Et pomis arbores re. In arbore & vmbra eſt, quę a ſolis ardore protegit, & fructus qui paſcit. Arbor eſt igitur fructifera quiſquis proximis indigentibus & fructum ſuæ liberalitatis & vmbram exhibet protectionis.

Petrus Rauennas.

Quo ordine ſit in ſtudiis ſpiritalib⁹ ꝓcedendũ.

A ℭ Apprehendet meſſiũ tritura vin.& ap.vin. ſe. Legendo, & meditãdo metim⁹. Orãdo & cõtẽplando vindemiamus. Operando & prędicando ſeminamus. Et eſt hic quidem ordo rectus & cõpetens: vt primũ vel per lectionem diſcamus quid poſtmodum agere vel vitare debeamus. Sed quia quę ſcimus bona ꝑ nos implere nõ poſſumus prius oratione fuſa diuinũ auxiliũ impetrare debemus: & tũc ad bona agenda viriliter ꝓperamus. Apprehẽdet inquit meſſis vin.& vin.ſe.qñ.ſ.ex occaſione lectionis legẽtis mens cõpungiť ad orationẽ: & ex fuſa oratiõe roboratur poſtmodũ ad operationem.

Stephanus. de ſtudio ſcripturarum.

B ℭ Tunc placebunt terrę ſabbata ſua. Terra eſt ſacra ſcriptura: quę gaudet reliquiis ſpiritualis intelligẽtię. Ille ergo ſabbatizat in terra qui ſacram ſcripturã ad ſpiritualem doctrinã conuertit. Sunt autẽ qdã q eã ad lucrũ tpale retorquẽt, de qb⁹ ꝑ Eſaiã cõqueriť dñs. Seruire ingt me.fe.in.pec.v.laborẽ mi.prę.iniqtas veſtra.

Radulphus.

Qꝫ deo nõ placeat ſi minus q̃ nouerimus perſoluamus.

ANimal qđ immo.po.do.ſi quis vo.do. ſan.erit.& mu.nõ po.i.nec meli⁹ malo, nec pei⁹ bono. In primordiis cõuerſatiõis homo poſitus a modicis incipit: & nũc aliquid boni operis nunc pro ſatiſfactione pręteritorũ delictorum aliquã carnis afflictionem deo promittit. hoc enim eſt animal bonũ ſiue malum. Congrue ſiquidem per animaliũ figuram opus bonũ intelligitur: ꝙ ꝑ hoc animale corpus impletur. Malum autẽ animal afflictio carnis intelligiť: ꝙ ſcilicet patienti moleſta ſit nõ ꝙ diuinę legi cõtraria. De hoc malo ſic Salomon ait. Malũ eſt: malũ eſt dicit oĩs emptor cum receſſerit tũc gloriať. Quicũꝙ eñ ꝑ tẽporales tribulationes vitã emit ęternam, ad præſens moleſtum eſt illi quod patitur. Sed cũ hoc quod deſiderat adeptus fuerit: tunc gloriabitur. In tantũ igitur omnis apoſtaſia deo execrabilis eſt: vt quicqd ſemel ſanctificatũ fuerit nõ patiať ad id qđ fuerat reuocari: ſed oẽm excludit mutationẽ. animal qđ ſibi vouetur hoc exigit. Et ne aut melius malo: mitior.ſ.q̃ in voto fuerat carnis caſtigatio: aut ꝑeius bono minor videlicet q̃ promiſſa eſt boni operis executio, voti locum ſuppleat: interdicit. 27. C

Qꝫ charitas ſiclus ſanctuarii nominetur.

ℭ Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarii æſtimabitur. Siclus viginti obolos habet. Siclus ſanctuarii typum charitatis prętendit. Ipſe nãꝙ denarium in obolis ſuis geminat. Et charitas duobus pręceptis ſuis legẽ conſummat. Nõ igitur glorietur Cain: offerens munera de fructibus terrę ſuę, nõ cõfidat hypocriſis per diẽ affligẽs carnẽ ſuam: ſaccũ & cinerẽ ſternens: quę ſe cõmendat tonſa cute dentib⁹ atris: dum vult libertas dici mera veraꝙ virtus. Solo ſiclo ſanctuarii omnis oblatio noſtra ponderatur: nec conſiderat deus quãtum a nobis accipiat: ſed ex quãto. affectionibus interioribus omni iure actionũ preciũ datur: & quicqd ſine charitate fit pro nihilo reputatur. D

Qꝫ nos dei gratia ſemper & pręueniat & ſequatur.

ℭ Omnes decimę terrę ſiue de frugib⁹ ſiue de pomis dñi ſunt: & illi ſanctificanť. Numeri ſui plenitudinẽ denarius cõtinet: & ſicut numer⁹ idem ab vno icipit: ſic & in decimo cõſummať Cũ igiť dñs & primogenita & decimas ſuas eſſe teſtatur: myſtice nos docet ab ipſo eſſe ꝙ ad bonũ ſurgimus: ab ipſo ſi vſꝙ in finem per E

seueramus. Qđ tñ ipsius est nos redimimus: & nostrũ facimus, si omnẽ curã subinferẽtes gratiã illius apud nos perire nõ sinim⁹: & si humiliter cõfitemur ei⁹ esse muneris: si cursum nostrũ fine laudabili pficiamus. Hoc igit̃ subiungit. Si qs autẽ voluerit redimere decimas suas addat quintam partem eorum.

Explicitus est Leuiti. Incipiũt Numeri.
Stephanus. De prelatis.

ca. 1. G Filii Leui nõ sunt numerati cũ aliis: quia vita prelatorum debet excellere vitam subditorum.

De officio prelatorum.

Ac p gyrũ tabernaculi figẽt tẽtoria. Ex qualibet pte tabernaculi erat aliqua pars trib⁹ Leui: & ita nr̃i sacerdotes debent esse ex qualibet parte tabernaculi: qa si eos vocat pauper debent occurrere acsi eos diues.

De discretione.

H Hi nouissimi proficiscent̃. Nota q̧ filii Dan vltimi pficiscunt̃. sic necesse est, vt etiã bona opera nostra iudiciũ subsequatur: ne forte palea lateat inter grana.

De inani gloria.

6 I Vinũ & siceră &c. Vinũ est apertũ peccatũ. sicera & alia hmõi: vmbra & simulatio sanctitatis. Acetũ ex vino. Per acetũ acredo, & vetustas peccati pteriti. Acetũ igit̃ bibit qui quasi canis ad vomitũ: corruptiõe veteris neqtię delectat̃. Vuas recẽtes vel siccas. Vua est peccatũ. vñ Vua eorũ vua fellis & bo. a. In vua duo sũt: vinũ & acinus. sic & in peccato duo sunt: imũditia & delectatio. Vuas recẽtes comedere est apte & publice peccare: & in nouo pctõ delectari. Vuas siccas & passas comedit: q dũ pallorẽ prętẽdit in facie: de abstinentia sua gloriat̃ in mente.

De humilitate.

K Nota q̧ post expletũ votũ Nazarę⁹ capillos radere iubebat̃: hoc est q̧ cũ aliqs ad pfectiõnẽ venerit: tunc se primo reputet inchoasse.

Galfridus.

Quid altaris vnctio: qd ducũ oblatio designẽt.

7 L Obtulerũt duces in dedicatiõe altaris in die qua vnctũ est oblationẽ suã añ altare. Nõ dedignat̃ deus altare suũ: qđ sum⁹ nos, dedicare sibi p dona principũ: cũ illud inunxerit p seipm̃. Nã q̧ singuli qq̧ dieb⁹ singlis in ipa sibimet oblatiõe nõ dissimili succedũt: hoc nobis inuit nouos quotidie duces in pplo dei ad officiũ idẽ institui in quo pcesserũt q decedũt. Illorũ igit̃ oĩm prima oblatio acetabulũ fuit. Triste pricipiũ s; vtile: psertim dũ iportun⁹ & piculosus feruor tpis instat. Vnde & Ruth Moabitidi cõcessum ẽ vt intingeret buccellã suã in aceto ob duplicẽ ęstum tẽporis piter & laboris apposito messorib⁹ Booz edentib⁹ acetabulo. Siqdẽ prima omniũ necessaria est acerba qdã & molestioris acrimonię plena carnaliũ cohibitio voluptatũ: ipsis maxime q̃s videt̃ adhuc cõcupiscẽtię grauior ęstus vrgere. Appẽdit ãt hoc acetabulũ. cxxx. siclos. pudicitiã vl' oĩno cęlibẽ: vel si quis illã necdũ põt capere, cõiugalẽ. Legim⁹ eñ in cõmẽtariis euãgeliorũ cõiugatis. xxx. lx. viduis, virginib⁹ cẽtesimũ fructũ tribui: sed videt̃ duo nouissimi sub vna hoc loco significatione cõcludi. Offerẽda est Phiala post acetabulũ. Post voluptatũ cohibitionẽ psuadenda etiã diuinorũ obediẽtia mãdatorũ. Nec ducis est cyathũ offerre: sed phialam. videlicet nõ exilem: sed vberẽ exhibere doctrinã. Cęterũ meminisse debemus duces istos nec vinũ in phialis: nec acetũ in acetablis obtulisse. vasa exhibẽt: verba ministrãt. Nã implere ea & efficacia facere: dare. s. voci suę vocẽ virtutis: nõ humani officii: sed grę est diuinę. Attamẽ plena offerũt vasa nõ vacua sicut qdã: q nesciunt de qbus loquunt̃: neq̧ de qbus affirmãt. Inuenire est etiã apud alios similam quidẽ: sed oleo nõ consparsam: vtilem videlicet: sed absq̧ vlla gratię spiritalis infusione scientiã. Cęterũ altare vnctũ nec vasa vacua: nec similam aridã recipit: qa mẽs deuota nec inania verba nec sterilem scientiã diligit. Offerẽda igit̃ simila & cõspersa oleo in vasis argẽteis. vt in verbis pdicationis nõ modo subtilis iueniat̃ sciẽtia: sed ipis auditorib⁹ aliqd sapiat gr̃a spiritalis. Sequitur Mortariolũ aureũ plenũ icẽso. Nimirũ ppli ducẽ argẽtũ solũ offerre: eloqum solũ exhibere nõ cõuenit. Nec mortariolũ q̃rat alid q̃ seipm. Et q̃ dura necesse ẽ in mortariolo cõterant̃. Quãta sustinet quãta tolerat: quãtis subiacet tũsionib⁹ & pssuris. Nimirũ dicere illi necesse ẽ, imo vt dicere possit. Quis infirmat̃ & ego nõ infirmor? Quia vero charitas nõ inflat̃: cõgrue sat; nõ mortariũ: sed mortariolũ appellat̃. Sic nimirũ triplex qdẽ virtutũ sibi cooperãtiũ gr̃a charitatis patiẽtię & humilitatis sub vna oblatiõe mortarioli cõmẽdat̃. Est. n. p charitatẽ cõcauũ: velut quodã sinu tũdẽda qq̧ recipiẽs. p patiẽtiã forte vl' firmũ: nec in ipa tunsione deficiens. per humilitatẽ modicũ, & appellatiõnẽ mortarioli

nulla annositate despiciés. Nec mirabit̃ aureũ dici q̃ eiusmodi mortarioli preciũ ęstimare po tuerit: imo q̃ nouerit saltẽ digne mirari. Siq̇dẽ nõ tam pręstat aurũ argẽto q̃ eiusmodi chari tas fortis, & humilis q̃tũlibet benesonãti prędi cationis eloquio. Aliter quoq̧ solet p̃ aurũ sa pientia designari, quæ q̇dẽ admodũ necessaria est in hm̃oi exercitio positis, & in officiũ mor tarioli deputatis. Ardua em̃ res multorũ serui re morib⁹: nũc acetabulũ: modo phialã: modo sese etiã mortariolũ exhibere: postremo ẽt q̇d est maxime necessariũ cõfugere ad oratiõis au xiliũ: & vbi suã viderit nõ pręualere industriã incẽsum quoq̧ post similã, post auri p̃ciũ, post mortarioli patientiã adhibere. Et si vere fuerit aureũ: si modicũ: si mortariolũ sicut dicit̃, dan da vtiq̧ opera: vt incẽso impleatur. Alioquin nõ modo humilis nõ est: sed nec sapiens si de sua sapiẽtia vel virtute pręsumit: et nõ potius ad oratiõis studiũ pręsertim in tãta: & tã mul tiplici necessitate recurrit. Sed neq̧ ad hoc sa piat, vt faciat mala. Siq̇dẽ .x. siclos ad exẽplũ pa riter & meritũ in eodẽ mortariolo opus est in ueniri in obseruatiõe .s. decalogi: p̃ quã nec a su is quos tolerat auditorib⁹ despici: & a deo quẽ inuocat debeat exaudiri. Seq̇t̃ oblatio aĩaliũ: & offert vnusq̧sq̧ bouẽ: arietẽ: agnũ: hircũ. Primũ nãq̧ oblatus intelligit̃ a singulis ducib⁹ ex his singulis animãtibus tantũ vnus. Et q̇s est iste vnus? Ni fallor: Christus est, in parabolis Salo monis, vir inuẽtus in mille, & electus ex mili bus. Ipse igitur bos in vita: aries in doctrina: pa tientia, & innocẽtia agnus fuit. idem etiã tãq̃ hircus p̱ peccato nõ suo quidẽ: sed totius mul titudinis imolatus. Hunc offert bouẽ: & bouẽ de armẽto: q̃ ex patrib⁹ ortũ terrę incolam sub lege factũ: sed q̃ parẽ nõ habeat: legis iugũ sin gulariter ferentẽ p̱ suis tñ virib⁹ imitãdum re pręsentat. Offert arietẽ ducẽ gregis quotiẽs & hoc indicat q̃ singl'r docuit: q̃ singul'r vixit. Ni mirũ q̃ imitãdus in vita tã seq̄ẽdus est in do ctrina. Bos vnus: & vnus aries, oues alias atq̧ alias post se trahẽs: vt sit vnus grex, & vn⁹ do ctor: vni⁹ gregis. Offert etiã agnũ vnũ q̃ eiusdẽ p̱ponit innocentiã: & mansuetudinẽ singularẽ Agnũ sane anniculũ in earũdẽ iugi p̱seuerãtia & p̱fectione virtutũ. Atq̧ hęc oia in holocau stum q̇d est totum incẽsum: sola .s. charitate ad cõuersandũ inter hoĩes factũ hoĩem: ad dirigẽ dum hoĩm mores hoĩm ducẽ: ad cõuertẽdum etiã nocẽtes, vsq̧ ad mortẽ mãsuetũ & innocẽ tẽ. Nihilomin⁹ etiã p̱ peccato offerẽdus hirc⁹ vnus: q̃uis idẽ Moyses videat̃ significasse hir cis duob⁹, q̧ em̃ nõ poterat idẽ hircus occidi: & abscindere viu⁹: sacramẽtũ vni⁹ q̃tũ fieri po terat est exhibitũ in duobus. Post vnũ vero se quuntur multiplices hostię ab eisdẽ ducib⁹ of ferendę. Post sanctũ nempe sanctorũ p̱ponenda sunt exempla hoĩbus hoĩm etiã cæterorũ: licet prorsus inferiora: eo tñ efficaciora ad p̱suaden dum: q̃a nõ modo hoĩes similes nobis passibi les: sed tãtũ hoĩes extiterũt. Boues dicunt̃ apo stoli forti⁹ cęteris, & fructuosi⁹ in cultura agri dñici laborãtes. Arietes pastores cæteri: & re ctores spiritualiũ greges ouiũ p̱ salutaria scĩ vitæ pascua deducentes. Hirci in satisfactione pœnitẽtię post abũdantiã quoq̧ peccati gratia sup̱abundante viriles. Agni anniculi simplices quiq̧, & innocentes: mansueti & patientes in eisdẽ virtutib⁹ inter quaslibet mutatiões tẽpo rũ p̱sistẽtes. neq̧ em̃ oportet agnũ quẽlibet nisi anniculũ offerri: patientiã necdũ perfecte p̱ba tam magnopere cõmẽdari. Sed boues duo: arie tes: hirci: agni quinq̧ perhibent̃ offerri. Quina rius legẽ p̱pter primi legislatoris verba in to tidem libris disputata designat. Binarius eam quę supra legẽ est: charitatẽ: p̱pter eiusdẽ pię matris duo vbera .i. duo p̃cepta. Aliter ẽt duo boues: vel in prędicatione concordes innuunt: vel in terrenis etiã actionib⁹, q̇d difficile est: pa res: vnanimes: sociales. nã & illi qui terrã dei ec clesiam .s. colere prędicãdo debuerũt: dũ aduer sus sese inuicẽ calcitrant: frequẽter exorbitant: & modo arcã fœderis inclinant: modo paruu los quosq̧ suffocant. Post boues igit̃ duos offe rendi (vt dictũ est) arietes .v. hirci .v. agni an. v. videlicet ad exẽplum p̱ferendi aliis q̃ secun dum legem domini eius populo pręfuere: secũ dum eam vsq̧ ad vitæ terminũ innocentiam: & patientiam seruauere.

Stephanus. de pręlatis.

SEparabis eos de medio filiorũ Israel: q̃ g
quia ministri dñi populari disciplina M
nõ debẽt esse cõtẽti: sed morib⁹: & do ctrina longe ab aliis spectabiles apparere.

Petrus Damianus.

Q̃ qui non abstinuit a peccatis saltem pœni teat de commissis.

HOmo qui fuerit immũdus sup̱ aĩa si 9
ue in via p̱cul in gẽte vestra fa. phase N
dño mense secũdo. Prim⁹ mẽsis tẽpus est primęuę innocentię, & status vitæ incorru p̱tę post baptismũ, & ante lapsum. Secũdus mẽ sis tẽpus pœnitẽtię post lapsum. Hi per pœni tentiã reparati mẽse secũdo phase p̃nt celebra re: q̃a imũdi fuerũt sup̱ aĩa p̱priis fœdati pecca tis: vel cõsensu alienæ iniq̃tatis quasi cõtactu mortui cõtaminati: vel q̃a p̱cul fuerũt in via q̃uis in gẽte sua. Et vt hęc ab inuicẽ discernant̃

immũdus super aĩa intelligi põt q grauia iam cõmisit: at procul in via, qui scelera cõmittẽda disponit. Hic immũdus est in cõsciẽtia ꝑpetrati delicti, ille procul in via ẽ ꝓposito & desiderio peccãdi. Qui recte dicit in via esse: qa illuc mẽte ꝑgit, quo ꝑ intẽtionẽ cordis tendit. Qui autem mũdus est secũdum anteactã vitam: & in via nõ est, vt deserat iustitiã: hic dignus est primo mẽse celebrare phase. Dignior qppe ẽ innocentię puritas q̃ pœnitẽtię vtilitas. Si qs igitur mũdus ẽ, & i itinere nõ ẽ: & tñ nõ fecerit phase: exterminabit aĩa illa de ppl'is suis. Quibus verbis ostendit q̃to periculo a bono negligat: qđ dãnabiliter a malo vsurpatur.

Ricardus. de duabus tubis argẽteis.

10. FAc tibi duas tubas argẽteas ductiles
O Duab⁹ constat illũ tubis canere: q nouit nũc dei ꝓmissiões nũc eius minas digna amplificatiõe iugiter cõmẽdare. Has tubas habem⁹ argẽteas: cum nil aliud de his loqmur q̃ qđ scripturarũ auctoritate ꝓbam⁹. Ductile feriẽdo ꝓducit: & tubas ductiles facere iubemur: qa ea in audientiũ auribus melius ꝓferimus in quibus ipsi ꝑfecte compũcti sumus.

Stephanus. de prędicatoribus.

P ℭFac tibi duas tubas argẽteas. In tuba tria attendenda sunt. Cõpositio: sonus: & terror. Cõpositio quia in parte quę ori admouet angustior: est in parte finali amplior. hoc est: ꝙ prędicator debet sibi assumere arctiora pręcepta: & aliis laxiora: vt semp plus faciat, q̃ aliis faciẽdum imponat. Vnde manus meę distilla. myr. Manus myrrhã distillare est pręlatos exemplo sui ad carnis mortificationẽ subditos inuitare. Et nota ꝙ dicit distillauerũt: qa tanta mortificatio carnis debet esse in pręlato: vt magnũ sit subditis si vel stillam modicã valeant imitari. Sanus ẽ in tuba. Vnde Cla. ne ces. Et terror: qa prędicatio terrorẽ audientibus incutere debet. Et nota ꝙ duo sunt genera tubarũ: ductiles. s. & corneę. Ductiles martyres signãt: qa facti sũt passionũ tũsionib⁹ speciosi. Corneę vero virgĩes naturã carnis vt cornu supantes. Bñ aũt tubę istę ductiles sunt quoad eos q tribulati sub malleo proficiunt: & laudes resonant. Et argenteę quoad illos qui in carne nõ secundum carnem ambulant. Et duę ꝓpter cõcordiã charitatis.

Stephanus. de prelatis.

Q ℭNota ꝙ vno clangore venerũt principes: qa ad vnius iussionis vo. pe. & an. se. sunt re. Sic & prelati vna sola admonitione debent facere quę spectant ad cultum dei. Hoc cõtra illos potest induci: qui cum audiunt primam campanam secundam expectant, vel vltimã. Et nota ꝙ populus prolixiori clangore vocabatur q̃ princeps: quia prelati semper primi debent in bono opere inueniri.

Bruno.

Qꝫ superbus & potens ad viam iustitiæ verborum sit blanditiis reuocandus.

ℭNoli inquit Moyses ad Chab filium Raguelis, nos relinquere: sed veni nobiscũ: & eris ductor noster. Quid est ꝙ Moyses gẽtilem hoĩem ductorẽ exercit⁹ ponere vult: cuius ipe dñs ductor erat? Sciendum autẽ ꝙ homo vanus & superbus nisi quibusdã laudib⁹, & blanditiis suæ salutis consiliis nõ acquiesceret. vnde & nobis regula datur. Potentes homines & superbos etiã adulationibus ad iustitiã & veritatem cõuertere nõ est peccatum. R

Stephanus. de superbia.

ℭPræcessit columna nubis in die. Columna est Christus: quia rectus & firmus & fulciens iniquitates nostras. Pręcessit ergo columna nubis in die: quia Christus nulla luce claret illis qui se putãt esse in die: superbis scilicet & pręsumptuosis: & columna ignis in nocte: quia qui se infirmos reputant, igne sui amoris illustrat. Item per nubem & ignẽ duo Christi aduentus signãtur: qa in primo blãdus fuit & humilis. In secũdo erit asper & terribilis. Aliter, nox peccator: dies iustus. nubes ergo in die, & ignis in nocte: quia domin⁹ iustos obumbrat, & peccatores illuminat. S

Balduinus.

Qꝫ desideriũ verbi dei delitias soleat fastidire.

TAedere cœpit populum itineris & laboris: locutusq; ẽ cõtra dñm & Moysem: & ait. Cur eduxisti nos de ægypto, vt mo. in soli. deest panis: nõ sunt aquę. anima no. iaꝫ nauseat sup cibo isto leui. Verbũ dei nõnunq̃ ex facilitate intelligendi, vel ex copia legẽdi: & audiendi: & ex desiderio ciborũ ęgypti fastidiosis vilescit animis & in tędiũ vertit: nec sufficit eis panis vitę & intellectus: & aqua sa. & sa. quin panem furfureum: & aquam turbidam desiderant. 11. T

Qꝫ aliter frangat mãna aliter cõterat.

ℭCircũibat populus & colligens manna fran. mola: siue terebat in mortario coquens in olla, & fa. ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Qꝫ circumibat populus colligens manna, significat deuotionẽ fidelium qui prædicata de Christo mente perlustrant: vt spiritualem refectionem percipiant. Frangitur autẽ vel teritur mãna, duobus modis. vel cum diligẽter discutitur verbũ dei vt subtilius intelligat: vel cũ a nobis ꝑficiendi studio id agit: V

vt districtius custodiatur. Inter māna frangere & māna terere sic distingui potest: vt ad primū pertineant: quę difficiliora sunt vel intellectu, vel factu. Ad alterū vero quę alterutro modo faciliora sunt. Terebat populus in mortario manna coquens in olla. Est olla tribulationis, de qua Hie. dicit. Ollam succensam ego video. In olla autē tribulationis per ignem passionis, aut charitatis māna coquitur: quādo bonū quod in bonis est inter mala quę patimur magis magisq́ꝫ solidatur. Quod tūc quidem fit cū deus inter flagella magis diligitur: & propter deum is etiā qui nos persequitur. Torta autē vel per diminutionē tortula a torquendo dici videtur. Panis igitur pro eo ꝙ torquendo formatur, & formādo torquetur, tortula vocatur. Cū ergo legeris verbum dei pro testimonio fidei vel ędificatione charitatis ad aliud assumptum & quasi vsurpatum: q̄ ab initio positum esse videatur: memento quia popul⁹ dei ex māna trito tortulas faciebat. Pro charitate nanq́ꝫ seruanda sępenumero pro iustitia, quasi cōtra iustitiam nōnulla attētare necessitas imperiosa cōpellit. Pro hac seruanda sæpe rigor iustitiæ inflectendus est in tēperamentū misericordiæ. Sępe quod indultū est intuitu misericordię, reduci oportet in seueritatē disciplinę. Sępe tolerādum est minus malum, vt quod grauius est euitetur flagitiū. Deniq́ꝫ omnis iustitia bonorum in pręsenti quasi quędā inflexio est a summa perfectione: & si fideliter appēdatur: inuenitur minus habens. Licet igitur nō sufficiam⁹ omnes affectiones nostras vt dignū est in deū dirigere, vt eū toto cordis diligam⁹ affectu: cōsultius tamē est ꝓ modulo infirmitatis nostrę diligere q̄ omnino nō diligere. Et si non puras orationes quales debemus, possumus deo offerre: melius tamē est prout possumus orare: q̄ oīno nō orare. In oībus igitur quę agimus faciamus qđ possumus: vt & nobis illud valeat adaptari: qđ habuit hoc fecit. Verū in oīb⁹ quę circa alios disponimus q̄uis districtius interdum agēdum sit, misericordiā cogitare debem⁹, vt & ipsi a dn̄o misericordiā cōsequamur. Sic em̄ tortulę ex manna factę erunt saporis quasi panis oleati.

Cur ros & māna dicitur verbū dei.

Y ¶Cumq́ꝫ descenderet nocte sup castra ros desc. par. & man. Verbū dei cū perfuderit ros est: cū reficit māna est: cū prędicat perfudit: cū digne suscipitur & custoditur reficit. Māna ergo descendit cū rore: quia verbū dei in corda fideliū peruenit ex ꝓphetarū & apostolorū prędicatione. Nocte autē descendit: quia cū quietum silentium te omnia: &.n.in.f.c.&c.

Petrus Damianus.

Qꝫ tam ordinantes q̄ ordinati vno dei spiritu debeant vegetari.

¶Auferam de spiritu sancto: & dabo.lxx.viris. Z
Notādum ꝙ non ait, auferes de spū.t.tradesq́ꝫ eis: sed potius auferā & tradam. vt ꝑfecto ostēderet: qa nō homo hoī spm̄ sanctum tradit: sed solus de⁹: q prout vult gr̄ę suę dona distribuit. De spiritu autē Moysi viris dedisse dicit̄ dn̄s: vt & ordinatores vnū debere spiritū habere ꝑspicuum doceatur: quatenus rectores ecclesiæ vnū omnes cōcorditer doceant: atq́ꝫ in vnitate spūs vnanimiter viuāt. Sane in eo qđ de spiritu Moysi tolli dicit̄: atq́ꝫ aliis dari: nullū Moyses dispendium sui spiritus ꝑtulisse credendus est velut si ab ardēte lucerna lumē q̄libet materia mutuetur, nullo ꝑpter hoc lucerna ꝑprii splendoris detrimento minuitur.

Petrus Lombardus.

Qꝫ per murmurationis vitium anima vitiorum lepra perfundatur.

MVrmurauit Maria contra Moysem: 12. A
Maria ista quę cōtra ducē populi dei murmurat: illam designat aīam: quę nec deū timet nec homines reuereť: quæ cōtra deū murmurat, & suorū pręceptis nō obtēperat prelatorū. Fœdat̄ ergo vitiorū lepra cū ei⁹ inobediētia & ꝑtinacia publicat̄. Sed qđ faciendum est pastori? Clamādū ei est & dicendum. Obsecro dn̄e sana eā. Iubetur ergo eiici extra castra.vii.diebus & sic postea reuocari. Castrū peccatoris est eius cōscientia: in quo male latet dum pct̄m suū negligit cōfiteri. Eiicit̄ peccator extra castra ꝑ cōfessionē: sed post.vii.dies reuocat̄ data ei septiformis spūs gr̄a q̄ vere pœnitētibus nō negatur. Sic Petrus egressus est foras & fleuit amare.

Stephanus.

Quid sit hostes vt panem deuorare.

SIcut panē poterim⁹ deuorare eos. Ho 19. B
stes sicut panē deuoram⁹ dū frequēti meditatiōe peccata discutim⁹ & puniem⁹: qa ꝑ hoc aīę nutrimētū paramus. Vnde dedisti draconē escam populi ęthiopum.

Radulphus.

Qꝫ contactu sanctorū nemo immūditiā contrahat sed conuincat.

CVmq́ꝫ lauerit q vaccę portauerat cineres vestimēta sua, imūdus erit vsq́ꝫ 16. C
ad vesperū. hoc etiā dr̄ de sacerdote q eā imolat: & de eo q eā cōburit: & de illo ēt q aq̄s expiatiōis tetigerit. Quę igit̄ est rō cū vacca ista ob expiandas imūdorū maculas imolet̄:

vt qui eam immolat siue comburit immūdus fiat? Quæ ratio est: cū cineres tantę dignitatis sint: vt nō nisi a mundo homine permittant̄ ef ferri: ille tamē q ad eos mundus accesserit por tando cōtaminat̄? Si aqua illa cinerū admixtio ne sanctificata immundos emūdat dū sup ipos aspergit̄: qua ratione q tangit eā immūdus effi cit̄? Sed patet ratio. Oīs eñ qui sancta tractat nō exinde polluit̄: sed hac de causa īmunditiā suam sollicitus recogitare cōpellitur. Alioquin si se mūdum iudicat cū deo approximat, inter superbos reputabit̄, & immūdos.

Stephanus. de Acedia.

D ℂVenerunt in deserto syn. Claustrales sunt in deserto syn. i. in solitudine claustralis vitæ vbi obseruatur mandatū dei. Syn nāq₃ interpretat̄ mandatū. In hoc deserto moritur Maria: quæ stella maris dicit̄: cū p acediam gr̄a amittitur & tunc maxime oritur murmur cōtra p̄latos.

De Abstinentia.

E ℂMisit Moyses nūcios de cades ad regē Edom Cum per Edom diabolus figuretur mirum est ꝙ ab eo petitur licentia transeundi. Sed ab eo licentiā petere est eius insidias vigilanti oculo pręuenire: ne videlicet impediat viam nostram. Aliter per Edom qui pro vili edulio primogenita sua vendidit illi signātur qui propter gulæ illecebras ęterna hęreditate priuantur. De Cades igitur hoc ē de sanctitate debemus mittere ad regem Edom: qui cū in frugē melioris vitę proficimus: debemus metiri vires nostras, & carnis nostrę fragilitatē diligētius explorare: quātū. s. in ieiuniis, in vigiliis cæterisq₃ corporis exercitiis valeamus. Q₂ si intentioni tuę vires corporis videris responde re: tunc securus esto: qa per fines Edom ad terram ꝑmissionis poteris ꝑtransire. Ait itaq₃. Nosti oēm laborē &c. Homo cū p pœnitētiā se macerat & affligit: pręteritorꝫ debet habere mēoriā peccatorū: vt eorū interitu labores pœnitētię, vel facilius toleret, vel penit⁹ vilipēdat. Et nota ꝙ per terrā Edom erat cōpendiū ad terrā ꝑmissionis: qa nulli cōpēdiosius ad patriā cęlestem pueniunt: q̄ qui mortificāt carnē suā: & cogunt eā spiritui deseruire. Sed sunt qdam q circūeunt Edom opa cōmunia faciētes: q tñ ad deū pueniunt: q̄uis longo circuitu retardētur Gradiemur via p. Via publica gradit̄ q sic sibi puidet ī ieiunio: vt fratri caueat a scādalo. Respōdit autē Edom. Nō transibitis. Sic nimirū sic solet caro lasciua, & lubrica respondere. Caro eñ cū ad. s. Dixerūtq₃ filii Isrl̄ p tritā gra di. viā. In via trita nō est copia pabulorū. p viā tritā gradiūtur qui modico sunt cōtenti: & q suis vsibus applicant qđ alii vel respicere dedignantur. Seqtur. Si biberim⁹ &c. Hoc est si per aliquā delectationē titubauerint gressus nostri dabimus preciū. i. peccatū nostrū satisfactione debita puniemus: nulla erit in precio difficultas: quia nō ęstimabim⁹ pœnā dūmodo transeam⁹ ad gloriā. Sed statim caro egredit̄ obuiā spiritui cū carnaliū pplo voluptatū: exercitu grādi nimis. Vñ spiritui sæpe metū incutit: & ad vitam redire cōpellit aliquātulū laxiorem.

De contemptu mundi.

21. F A Vdiuit Chananęus &c. Q₂uis a diabolo plurics supemur: nulla tñ debet animū nostrū victorię despatio subiugare. Quia si vouerim⁹ deo nostro eius ciuitates & munimēta nos penitus deleturos: q̄ videlicet sunt delitię, & diuitię, & gloria mundi huius cęterę q₃ occasiones peccandi: nō poterit aduersarius impetū nostrū sustinere: sed tradētur hostes in manus nostras.

Ricardus.

Q₂ occultatā superbiā frequenter manifestus arguat lapsus carnis.

22. G C Astrametati sunt filii Israel in camp. Moab. Quoties post superbiā victi vitio cōcupiscentię substernimur: nō tā a natura q̄ ex vitio hoc patimur. Vnde Adam postq̄ cōtra dñm īsolēter ītumuit, erubescēda ī carne sensisse carnē tegēdo mōstrauit. Hinc est ꝙ cōtra moabitas filios Israel castra fixisse ꝑnūciat: & tñ Madianitas nō Moabitas supplātasse cōmemorat. Madian nāq₃ ex iudicio: Moab ex patre īterp̄tat̄. Tūc moabitas virtutū acie ipugnamus: qñ q̄ ex pręcedenti culpa quasi de p̄re oriri poterant: resistendo viriliter extirpamus. Tūc madianitidas offendimus qñ ex occulto dei iudicio in illud vitiū ꝑmittimur cadere de quo securos arbitramur nos posse existere.

Stephanus. de compunctione.

ℂVt horti iuxta fluuios. Licet aīa hort⁹ sit: tñ oportet ꝙ sit iuxta fluuiū. s. lachrymarū. Null⁹ H eñ adeo iustus qn indigeat pœnitētia. Vñ paterfamilias in vinea fodit torcular: & ędificauit turrim. Ecce licet esset turris ī vinea: oportuit tñ esse torcular. s. pœnitētię. Item Sedebit dñs conflans & emūdans ar. &c.

Galfridus.

Q₂ merito beata virgo stellę nomine designet̄. 23.

I O Rietur stella ex Iacob &c. Mira res: humanū genus ex limo factum est etiā ante culpam: & quomodo iam inde stella: Quomodo ex terreno germine siderea ples. Quę ē stella orta ex Iacob: nisi ea quę nobis nata est virgo Maria: ex progenie Abrahæ

clara ex stirpe Dauid: Stella prorsus magis re: q̄ nomine: cuius vita gloriosa vitam dedit seculo. Qꝫ euidens cęlestis in ea claritas, cęlibis vitę micat exēplum. Et quomodo nō siquis spiritalia spiritaliter intuetur: q̄tum interest inter glebas terrę: & stellas cęli: tantū inter eos q vitam carnalibus voluptatibus cęcam & sordidam gerunt: & qui gratissimo quodam pudicitię splendore coruscant? In quo tamē quę sola solem iustitię genuit: nō humanas tantū sed angelicas stellas supergressa est vniuersas. Nec modo exēplo stella hęc: sed auxilio lucet. Quis em̄ desperatę cōscientię tenebris obuolutus ad eam supplices leuauit oculos: & non protinus lucem vidit? Ambulem⁹ in vtroq̄ lumine eius vt non tenebrę nos comprehendant. Attendamus sideris claritatem: vt aliquādo valeamus intueri solis quoq̄ splendorē, de quo in prędicta addit̄ prophetia. Et exurget homo de Israel Hęc potissimū orientis stellę summa lętitia: hęc ipsius gratia spiritalis: q͞a per eam & ex ea homo natus est. de quo ꝓpheta: Homo natus est in ea: & ip. fun. eā al. Quid autē magnū addit? Orietur stella & ex ea homo. Sed homo iste clarior stellis: & stellarū omniū ipse creator. Nihil ergo mirum si ex humano genere stella oritur vnde etiā ort⁹ est sol ille q numerat multitudinē stellarū. Sequit̄. Et cōfriget oēs duces alienigenarū. Nō q̄libet homo iste est q multitudinē tantā conterat ꝑtāte. Et erit oīs terra possessio eius. Gr̄as tibi dn̄e q dignaris possidere & terram: q factus es spes nostra: faciens vtraq̄ vnū in te reconcilians ima summis: vt iam cælum homines: & tellus habeat stellas. Nōne em̄ semen Abrahę: sicut stellę cæli? Sed heu: & sicut arena maris. Grauis mixtura: sed deus illas discernit, & vocat nominatim.

Qꝫ reprobi salutis aspernantur cōsilia qui seductoribus acquiescunt.

k ¶Sequit̄. Hęreditas Seir cedet inimicis suis: Israel vero fortiter aget. Seir ipse est q Esau: sicut Israel ipse qui Iacob. Cedit igit̄ inimicis suis Seir q hispidus est, & pilosus, & crudelis, & supfluus, facinorosus, & flagitiosus. Cedit inimicis qui non cedit amicis: acquiescit hostili suggestioni qui amicabili suasioni impie reluctatur. Rigidus est nō cereus in vitiū flecti: qui monitoribus asper. Hęreditas igit̄ Seir: & hęres quisq̄ reprobatiōis Esau, hęres superfluitatis, & crudelitatis illius cedet inimicis. Israel autē electus, atq̄ dilectus, etsi alias lenis & mitis, contra inimicos tamē fortiter aget superās viriliter & resistens.

Ricardus.

Qꝫ pura mens ad illicitum carnis motum debeat acriter indignari.

¶Ornauerunt Madianitę fi. s. ornatasq̄ in conspectu filiorū Israel posuerūt, vt quilibet cōcupiscentia vict⁹ coiret: & sic oīs Israel iram dei incurreret. Quod semel historialiter cōtigisse cognoscit̄, hoc verus quilibet Israelita frequenter inuisibiliter experit̄. Tū hostes ipsius suas ei filias ornatas ostenderūt: quādo quasdam rerum cōcupiscibiliū imagines oculis mentis ei⁹ obiiciunt. In quarū consideratiōe: si se mens delectationi turpiter substituerit: ꝓculdubio ꝓtectoris sui offensam incurrit. Mira eius pręsumptio: q corā omni multitudine ad Madianitidē introiit: sed hunc Phinees gladius protinus inter illicitos amplexus perdidit. Sed nō min⁹ mirabilis ꝙ sępe mens inter ipsa desideria ęternorū, inter lachrymarū suspiria: nūc rerū delectabiliū nūc specierū cōcupiscibiliū phātasias per concupiscentiā respicit: sed fortis zelatoris impetus districtę increpationis gladio citius extinguit: quicquid illicitus cōcupiscentię ardor temerarie derelinquit. L

Stephanus.

PLuribus maiorē partē da, paucis vero paucior ē. Per terrā trenorū possessio figurat̄: in qua qui plures sunt maiorem partē habent. Ii sunt de quibus dicit Salomon. Stultorū infinitus est numer⁹. Pauciores vero. s. spirituales minorē habent partem. Hoc est ꝙ arca Noe lata fuit in imo, & angusta in summo. Item Venter tuus sicut acer. tritici. Aliter: de terra ꝓmissionis plures. i. pluris precii maiorem partē habebunt. 26. M

De Abstinentia.

AScende in montem Abarim. Moyses moriturus ascendit in montem: quia tanta debet esse carnis mortificatio in prælato, vt merito montis nomine censeatur. Vnde Ibo mihi ad montē mir. Item in monte mortificationis debet fieri speculatio. Vnde Statue tibi speculam po. tibi. ama. Et nota ꝙ Abarim transitus dicitur: quia transitoria est omnis mortificatio carnis. 27. N

De Innocentia Christi.

¶Nota ꝙ Moyses terrā ꝓmissionis intrare nō potuit: sed Iosue q ad aquas cōtradictionis nō peccauit. In quo notat̄ ꝙ oportebat hūani gn̄is liberatorē & itroductorē in cęlestē Hierusalē eē sine peccato. Solus Christ⁹ liberare potuit: qui peccatū nō facit. Hinc est ꝙ ipe dn̄s ad cœnam suos instruens, anteq̄ de passione subiungeret: hoc pręmisit. Venit princeps mūdi hui⁹ & in me nō habet quicq̄. q. d. ꝑ hoc poteritis scire ꝙ O

ego solus sum idoneus ad liberandum: quod sine peccato sum.

De dulcedine dei.

P ¶Munera mea & data m. obser. Bene cōpetit hęc litera proposito. Non enim possumus deū placare: nisi de iis quę nobis dedit. Vnde Augusti. Christus dicit. Da mihi ex eo quod tibi dedi. Habuisti largitorē: fac me debitorē. Habeā te foeneratorē. vnde Venite emi. abs. ar. &c. Ibi eī nō est cōmunicatio: vbi datur suū, & reddit suū.

De duplici oblatione.

ca. 28 Q Agnū mane offerre est initiū innocētię deo attribuere. Agnū in vespere offerre est in proposito innocētię perseuerare. Vinū autē cū agno offerre est cum innocētia cōpunctionē habere. Ex die scilicet qñ luna incipit decrescere: quia oportet vt a die transitus de ægypto, i. de peccato minuantur nobis tēporalia, si peruenire optamus ad æterna.

Bruno.

Quod spirituales debeant reddere vota sua.

ca. 30 R Vidua & repudiata quicquid vouerint: reddent. Quicquid bene vouerint. Nā mala vota frangenda sunt: quia enim suę libertatis sunt, & nullius potestate premuntur libere possunt vouere quod volūt. Per has aūt eas aīas intelligere possumus quę a mundi huius amplexibus & voluptatibus separatę: a stultis hominibus repudiantur, & habentur despectui. Tales vero quia sapientes sunt: & bona tantū agere desiderant: quicquid vouere voluerint, eorum iudicio relinquatur.

Stephanus. De innocentia Christi.

ca. 33 S Excelsa vastate. Nota quod nullus rex in Hierusalem excelsa attulit, nisi vnus Iosias ille qui dixit. Discite a me: quia mitis sum & hūilis corde. Nota etiā quod dicit vastate.

De amore mundi huius.

T ¶Erunt vobis quasi claui in oculis. Clauus firmiter infixus excęcat oculum. Clauus ergo in oculis est peccatū firmiter inhęrens & excęcās animam.

V Et quasi lanceę in lateribus.

¶Lācea est suggestio diabolica quę cor vulneratur. Et ille qui est vagabūdus lāceā in latere portat. Nisi enim lāceas haberent in latere curiales & clauos in oculis, nō ita ingeti essent. Et hoc est quod Sanson excęcatus positus est ad molā: Sedechias excęcatus & orbatus filiis ductus est in babylonē.

ca. 34 X De fuga seculi.

Pars meridiana incipiet a solitudine Syn. Quia cōtēplatio initiū habet a voluntaria paupertate. Bene autem est hæc solitudo, quia summa petit liuor: perflant altissima venti. Quę est iuxta Edom. i. mūdū qui semper pauperes, id est claustrales persequitur, sicut Laban Iacob. Et habebit terminos contra orientem mare salsissimū. quia ab amaritudine incipit. Graue ei est in pricipio pro Christo omnia relinquere. Qui circūibūt australem plagam: quia conseruare debent beneficia dei nobis exhibita, & maxime claustralibus. Ex forma ei crucifixi tota vitę claustralis norma colligitur. Et nota quod quatuor plagæ in hac diuisione numerantur: quarū finales termini tristitiam signant, quia in omni cōuersatione iustorum debet esse luctus communis, & perseuerans vsque ad mortem.

De prælatis.

Præcepit dñs filiis Israel vt darent leuitis suburbana ad alenda pecora. In quo notatur quod prælati habēt tēporalia ad pauperes sustētandos: nec solū in doctrina, sed etiam in corporali alimonia tenentur subditis subuenire. Vnde & de ciuitatibus leuitarū sum ptę sunt ciuitates refugii: ad signandū quod maxime bona leuitarū. i. prælatorū refugium pauperum esse debent. Vnde Hieronymus. Quicquid habent clerici pauperum est. ca. 35 Y

De duplici statu hominum.

¶Nota quod tres ciuitates refugii erāt trans Iordanem, & tres citra. & per hos duos terminos duplex status exprimitur poenitentię & iustitię: vt qui esse nō potest in vno, saltem sit in altero. Nam tertiā partem stellarum trahit secum cauda draconis. Ciuitatum citra Iordanē hæc sunt noīa. Bosor i solitudine, Ramath, Gaulon quæ nomina bene cōueniunt poenitentię. Bosor quę erat in solitudine, & interpretatur angustia, significat cellulam monasterii & sanctorū latebras monachorū. Secunda quæ dicitur mors excelsa, eis cōuenit qui moriuntur mundo & viuunt deo. Interpretatur enim visio mortis: quam semper debemus habere prę oculis. Tertia quę volutatio dicitur congrue, nihilominus exprimit poenitētes: quorū est in cinere & cilicio volutari. Vel aliter. Tres ciuitates citra Iordanē poenitētiam signant: quæ in tribus cōsistit. In amaritudine cordis, & hęc est Bosor quæ interpretatur angustia. In cōfessiōe oris, hęc est Ramath quæ dicitur mors excelsa. In satisfactione operis, & hęc est Gaulon. i. volutatio: quia poenitens debet in satisfactionis operibus versari. Ciuitates vltra Iordanē hę sunt. Cades quę sanctū sonat, & nomine suo iustorū omniū & maxime virginum exprimit sanctitatē. Sichen quę hu- Z

merus dicitur, ꝑlatos: quorum est ꝓcipue aliena peccata portare. Hebron q̄ vertit̄ in sociū, copulam significat maritalem. Et hi sunt tres iustorum ordines.

Expliciti sunt Numeri.
Incipit Deuteronomium.

Stephanus.

ca. 1 A Ate ex vobis viros Quasi dicat: nolo ĩpare, sed obedire subditis. Itaq; electionē subditis tribuit: sibi retinuit potestatē, ne plebs contēnat aut oderit si nō licuit habere quod voluit.

De digna pœnitentia.

4 B Deus noster ignis cōsumens est. Deus ignis dicitur: quia sicut igni nulla materia: sic nec dño vlla malitia resistere potest. Vel sic. Deus cōsumit bonos sicut fornax aurum, & consumit peccatores. i. peccata eorum. Ignis de terra facit metallum, hostes vero deuorat. Item deus ignis deuorans dicit̄: qa spiritus sancti gratia auide per pœnitentiā deuorat peccatores, & in suā naturam cōuertit. vnde Dñs mortificat. Ecce ignis cōsumens. Et viuificat. Ecce ignis deuorans.

Hugo de sancto Victore.

De virtute obedientiæ.

9 C Audi Israel, deus tuus deus vnus est. Ipsum adorabis: & ei soli seruies. Nō hoc totum est de præcepto: quia ante præceptum ad obedientiam animus pręparatur. Audi Israel. Hic nota obedientiam. Deus tuus. hic gratiā. Deus vnus est. hic doctrinam. Quasi diceret: obedientiā exhibe, gratiā intellige, veritatē agnosce. Audi Israel. hoc est: ausculta: acquiesce. Omnis em̄ virtus ab obediētia incipit: quemadmodū omne vitiū ab inobedientia procedit. Frustra naq; vel inobedienti gratia, vel contumaci doctrina, vel non intelligēti præceptū diceretur. Ipsum adorabis, hoc pertinet ad fidē. Et ei soli seruies, hoc ad opationē.

Adam. de disciplina silentii.

D Audi Israel & tace. Dum populo dei lex diuina ꝑponitur, in ipsis suis vitiis de facienda deo audientia, & de tenendo silentio Israel cōmonetur. Audi inquit, & tace. Deus tuus deus vnus est. Proinde verbi discipulus, aut se falso profitetur verbi discipulū, aut veraciter tenet & diligit silentii sacramentū. Quid hic dicturi sunt quidā tam monastici q̄ canonici ordinis professores: qui linguam & labia dei verbo dedicauerūt: & silentii disciplinę ex voti obligatione subdiderunt? Nihilominus assidue per multiloquiū diffluunt: & laborant oībus modis ne teneant quod vouerunt. Non est in ore eorū veritas. c. e. v. est. Nec potest munda veritas sedere in labiis quę loquuntur ex abūdantia vanitatis. Ex abundantia em̄ cordis os loquitur. Quid dicā de his qui venenū aspidum habēt sub labiis: sæpe impudenter turpia proferūt: detractionibus venenatis inseruiunt: mentiri: periurare: contēdere: peruerse interpretari quicquid boni viderint in aliis nullatenus erubescūt? Sepulcrum sane patens est guttur eorū. Et de sepulcro gutturis tot quasi mortuos efferunt, quot mortis exempla in aliorū perniciem proponūt, peruersa loquendo, & eadem actitando.

Q̄ triplex sancti spiritus donatio tres modos insinuet charitatis.

Diliges dominum deum tuū, ex toto corde, & ex tota aīa tua. Ad hanc forte triplicē amoris mensam respicit: triplex illa spiritus sancti donatio q̄ in euāgelio inuenit̄. Nam super dominū baptizatum in colūbę specie venit. Et idē dñs insufflās apostolis spiritū sanctū dedit. Et ipse spiritus sup apostolos in igneis linguis descendit. Per colūbę speciē mansueti cordis exprimitur innocentia: q̄ aliena est ab amaritudine fellis. Per insufflationē saluatoris: animatur in anima illuminātē potētia rationis. Per ignē in linguis: ardor exprimit̄ mētis: qui foris eructare non desinit memoriā abundantiæ expertę interius suauitatis. Ex his aliquantulū innotescit quare datur spiritus sanctus. Cum enim ipē sit dilectio, ad hoc proculdubio datur: vt p ipsum, & deus, & proximus diligat̄. Ipē em̄ cordis purgat affectionē, vt diligat dulciter: animę rationem illuminat vt diligat fortiter. E

Bernardus.

De triplici dilectione dei.

Diliges dñm deū tuum ex toto corde t. &c. F Amor cordis ad zelum quendā pertinet affectionis. Amor aīę ad industriam seu iudicium rationis. Amor virtutis ad animi reflectatur cōstantiā & vigorem. Dilige ergo dñm deum tuum toto & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilantia & circūspectione: dilige tota virtute, vt nec pro eo mori timeas. Sit suauis affectui: contra male dulces huius vitę illecebras: & vincat dulcedo dulcedinem, sicut cla

uo clauus expellit. Sed sic nihilominus intellectui praeuia lux & dux rationi nõ solũ ob cauẽdas hereticę fraudis decipulas & fidei puritatẽ ab eorũ versutiis custodiendã: verũ vt cautus quoque sis nimiã ruinã, & indiscretã vehemẽtiã vitare in tua cõuersatione. Sit & fortis & constans amor tuus, nec erroribus, nec succumbẽs laboribus. Hos tibi christiane dilectiõis modos Christus exhibuit in seipso. Dilexit enim dulciter sapienter & fortiter. Dulce nẽpe dixerim: quod carnẽ induit. Cautum quod culpã cauit. Forte quod mortem sustinuit. Nam quos in carne visitauit, nõ dilexit carnaliter: sed in prudẽtia spiritus ęmulans nos dei ęmulatione, nõ hominis: & sane saniori affectu quam prior Adam Euã suam. Itaque quos in carne quaesiuit, dilexit in spiritu: redemit in virtute. Plenũ certe omni dulcedine videre hominẽ: hominis conditorẽ. At dum naturam prudenter selegit a culpa: mortẽ potenter propulit a natura. In carnis assumptione cõdescendit mihi: in culpę vitatiõe cõsuluit sibi: in mortis susceptione satisfecit patri. Amicus dulcis: consiliarius prudens: adiutor fortis. Nisi amasset dulciter non me in carcere quęsisset illa maiestas: sed iunxit affectioni sapiẽtiã quę tyrãnũ deciperet, iunxit & patientiã qua placaret offensum patrẽ. Disce christiane a Christo quomodo diligas ipsum. disce amare ipsum dulciter: fortiter: prudenter. Dulciter, ne illectus: prudenter, ne deceptus: fortiter, ne oppressus ab amore domini auertaris: ne mundi gloria seu voluptatibus abducaris. Dulcescat tibi prae his sapientia Christus: ne seducaris spiritu mendacii vel erroris. Luceat tibi veritas Christus: ne aduersitatibus fatigeris. Confortet te virtus dei Christus: Zelum tuum inflãmet charitas: informet scientia: firmet constantia. Sit feruidus sit circũspectus: sit inuictus: nec teporẽ habeat nec careat discretiõe: nec timidus sit. Ergo nõ abduci blandiciis: uec seduci fallaciis nec iniuriis frangi: toto corde: tota anima: tota virtute diligere est. Et nota amorẽ cordis quodammodo esse carnalem: qui magis erga carnẽ Christi & quae in carne vel gessit vel iussit cor humanum afficiat. Hic repletus amore facile ad oẽm de hmõi sermonẽ cõpungit: nihil audit libentius nil legit studiosius: nil freqntius colit: nil suauius meditat. Inde holocausta orationũ tanquam ex adipe vituli saginati impinguat. Astat oranti sacra imago aut nascẽtis aut dei lactẽtis aut docẽtis aut moriẽtis aut resurgẽtis aut ascẽdẽtis At quod tale occurrat stringat necesse est aim in amore virtutũ: carnis extirpet vitia: fuget illecebras: desideria sedet. Ego arbitror pcipuã inuisibili deo fuisse causam quod voluit i carne videri & homo cum hoibus cõuersari: vt carnalium qui nisi carnaliter amare nesciebãt primo ad suae carnis salutarẽ amorẽ affectiones restrĩgeret: atque ita gradatim ad amorẽ pduceret spiritalem. Nonne in hoc gradu adhuc stabant qui dicebant: Ecce nos reliquimus omnia &c. Solo profecto corporalis psentię amore reliquerant omnia: adeo vt futurę passiõis & mortis ne audire quidẽ verbum ęquanimiter sustinerẽt: sed nec gloriam ascẽdẽtis nisi cum graui mœrore suscipere. In carnis ergo deuotione interim cõsolet: qui i iustificantem spiritũ necdũ habet: eo scilicet modo quo habẽt: qui dicũt. Et si cognouimus Christũ secũdũ carnẽ sed nũc. i. n. v. Nã alias quidẽ nec sine spiritu Christus diligit: & si non in illa plenitudine. Itaque vt breuiter dicam, toto corde diligere est omne qd blanditur de carne propria vel aliena sanctę carnis Christi amori postponere. In quo & mũdi gloriam aeque apprehẽdo: quia gloria mũdi gloria ẽ carnis: & qui ea delectantur carnales esse non dubiũ est. Licet vero donum magnũ vel donũ spiritus sit: in carne Christi ista deuotio: carnalẽ tamen: cũ dixerim hũc amorẽ illius. s. respectu cum quo non tam verbũ caro sapit: quam verbum sapiẽtia: iustitia: veritas: sanctitas: pietas: virtus: & si quid aliud huiusmodi dici potest: & haec omnia Christus. An tibi ęque affecti videntur is qui Christo passo pie cõpatit: compungitur: mouet facile ad memoriam horũ quę pertulit atque huius deuotionis suauitate pascitur & cõfortat ad quęque pia: honesta: salubria: & ille qui iustitię zelo semp accensus est: veritatem vbique zelat: sapientię feruet studiis: cui amica sanctitas vitae & morũ disciplina: cuius mores erubescunt iactantiã: inuidiã nesciunt: superbiã detestantur: omnẽ humanam gloriam non solum fugiunt sed & fastidiunt & contemnunt: oẽm in se carnis & cordis impuritatem vehemẽtissime abominant: omne malum tanquam naturaliter respuunt: & qd bonũ est amplectunt. Nõne cõstat si cõpares vtriusque affectiones, quodãmodo illũ superiorẽ huius respectu amare quasi carnaliter. Bonus tñ iste amor carnalis per quẽ vita carnalis excludit, contemnitur. Vincit mũdus perficit in eo cũ sit rationalis, perficit cũ sit spiritualis. Porro rationalis tunc est, cũ in omnibus quae oportet de Christo sentiri: fidei ratio ita firma tenet, vt ab ecclesiastici sensus puritate nulla verisimilitudine: nulla hęretica aut diabolica circũuentione: aliquatenus deuiet. Itemque cum in propria conuersatione illa cautela seruatur vt discretionis meta nulla superstitione, vel leuitate, vel spiritu quasi seruentioris vehementia excedat. & hoc est diligere tota aia. Quod etsi

adiuuantis spūs vigor tantus accedat vt nulla vi laborum vel tormentorū, sed nec mortis metu iustitia deseratur, in hoc tota virtute diligit & est amor spiritalis.

Balduinus.

Cur deus de sui dilectione mandatum totiens inculcauit.

G ¶Diliges dñm deū tuū ex t.c.t.& ex t.a.t.& ex t.v.t.& ex to.mē.t. Quid sibi vult hęc verborū inculcatio, tam diligens, tam ꝑpensa: & in vno mandato? Vt arbitror, ob duritiam cordis nostri curauit de⁹ hoc verbū tam diligenter mādare, & quasi mandando alti⁹ imprimere sicut fieri solet in duriore ligno cui infigēdus est clauus. Nam propter ligni duritiam, non totus clauus statim intromittitur: sed crebra permissione addit, & intrare cogit donec tot⁹ infigatur. Iste sermo quasi quidam clauus est nostris cordibus infigendus. Hoc volens deus cor nostrū trāsfigere & penetrare, dicit. Diliges dñm deū tuū &c. Et altius infigēs ait. Et ex tota aīa tua. Et vt interius adhuc admittat subdit: Et ex omnibus viribus tuis. Et vt ad interiora intima perueniat: nouissime adiungit. Et ex omī mente tua. Et nimis mandauit hoc: quod voluit custodiri nimis. Est et alia ratio. Nā quia amor mundi totum cor nostrū occupat, & omnes cellulas eius implet: de toto corde eiiciēdus est amor mundi, vt & princeps huius mūdi eiiciatur foras: & ingrediatur amor totum cor sibi vendicans: vt in nouissimis finibus cordis nostri cognoscatur deus, & reminiscant & cōuertantur ad dñm vniuersi fines terræ. Sed quomodo toto corde possumus diligere deum cū cor nostrū nōdū nostrū sit, sed aliēi diripiāt illud? Multiplicati sunt iniqui super ca.cap.m. & cor me.dere.me. Verum si nō q̄tū tenemur diligere possumus: saltem q̄tum possumus diligamus. Nec imitemur iniquū debitorem, qui si non sufficit totū soluere quod debet: detrectat soluere q̄tum habet: quasi par culpa sit, nihil soluere, & non totum soluere.

Qꝫ quatuor sint in nobis quæ dei prouocēt charitatem.

H ¶Diligendus est igit de⁹, ī beneficiis suis toto corde: in promissis tota aīa: in iudiciis suis ex omnibus viribus: in præceptis ex omni mente Sunt autem beneficia dei: alia conditionis: alia reparationis: alia quotidianę cōsolationis. Ecce quomodo magnificauit deus facere nobiscum: multitudine beneficiorū nos obruit, & amorē molit beneficiis extorq̄re. Pro his aūt beneficiis tātis & tā magnis toto corde diligēdus est de⁹. Et merito dandū ē ei si q̄d postulare ip̄e dignet Sed dignatur ad hominē ei dicit. Da mihi cor tuum. Ex corde vult amari: qui cor sibi petit dari. Tota anima diligendus est deus in ꝑmissis suis, qui magna nobis dedit: sed maiora promisit. Promisit nobis a labore requiem: a seruitute libertatem: a timore securitatem: a mœrore consolationem: a morte resurrectionē: & in resurrectione plenum gaudiū & indeficiens. Pro his merito debet amari a nobis sine modo amoris. Nam promissiones dei omne desideriū superant. Cū ergo in cęteris rebus impatientia solet culpari: in expectatione tantæ ꝑmissionis laudabilis est vehemens impatiētia dilationis. Eum enim qui plus amat, & qui plus desiderat: dilationis impatientia plus cruciat. Hæc aūt affectio sancti desiderii significari pōt noīe aīę cū dicit. Diliges ex tota aīa: nec immerito. Aīa em̄ spūs est, & spū sancto afflata semp desiderat & suspirat: donec in illo respirat ad quē aspirat. In iudiciis suis diligēdus est deus ex oībus virib⁹ tuis. Boni cū a deo flagellant, alii in flagellis deū amant: alii ipsa flagella propter deū amāt. Hi in flagellis: hi de flagellis deū glorificant, & laudant. Illi in tribulatione patiētes deū in iudiciis amant. Illi in tribulatione gaudentes iudicia dei, quasi quędam beneficia gratanter acceptant: & in eis exultāt. De qualibus scriptum est. Exultauerunt filii iu. propter iu. t.do. Sunt & alii qui iudicia dei in tantū amāt vt non expectata disciplina patris: ipsi se iudicent & puniant: & de quotidianis peccatis quibus carere nō potest humana infirmitas quotidie vindictam expetant. De quibus Apostolus dicit. Si nosmetip.iu.n.vtiq̄ iu. Qui autem seipsum iudicat, & quasi reum punit: ipse simul & reus est & iudex & minister iudicis. Tota mente diligēdus est deus in ꝑceptis suis. Mens est quæ in homine principatur, summum & ꝑcipuum locum tenens, sed sicut omnibus quæ sub ea sunt se nouit esse prælatam: ita meminisse debet necessitate obediendi se deo fore astrictam. Obedientiam sane quam ab inferiori exigit: suo superiori æquissimo iure impēdit. Vę autem homini qui deo non obedierit. Pœna ei inobedientiæ erit illi ꝑualens ipsa mors. Mors autē sicut terribilis est ita & odibilis. Quę q̄m inobedientię cohæret: ipsa quoq̄ inobedientia ęque digna est odio, sicut & ip̄a mors. Per peccatum em̄ inobedientiæ in hunc mundum intrauit mors. Qꝫ si inobediētia ęq̄ odibilis est vt mors, q̄a ex ea ꝑcedit mors cur nō obediētia ęq̄ diligēda est vt vita: q̄a ex ea ꝑcedit, & in ea perseuerat? Obedientia enim deo obsequitur & voluntati eius: & vita est in voluntate ei⁹. Charitas autē dei & obedientia indiuiduo nexu sese

complectūtur, & ab inuicem nō disiungūtur. Hinc dñs ait. Si qs diligit me: ser. me, seruabit. Proinde qui mandatum dei amat, & voluntatem eius, obedientiam amat. Et qui obedientiā amat: iuberi amat.

Cassianus.

Q; frenare gastrimargiam: cætera prorsus extinguere vitia debeamus.

ca. 7 I

CVm introduxerit te dñs deus tuus in terrā quā datur⁹ est tibi: & deleuerit gētes mltas corā te Etheū & Gergeseū, & Amor. & Chana. & Phere. & Eueū & Iebuzeū. vii. gētes multo maioris numeri q̄ tu es, & robustiores te: tradideritq; eas dñs tibi percuties eas vsq; ad internicionem. Q; multo maioris numeri esse dicūt, hæc ratio est: q̄a plura vitia sunt q̄ virtutes. Et ideo in Catalogo quidem dinumerantur septem nationes in expugnatione vero earū sine numeri ascriptione ponuntur. Numerosior est em̄ q̄ Israel carnalium passionū populus: qui de hoc septenario fomite vitiorum ac radice procedit. De octo siquidem principalibus vitiis vnum certa ratione in hoc Catalogo omittitur. Certum est em̄ octo esse principalia vitia ex quibus cætera quæ humanū genus infestant procedunt. Hęc em̄ sunt gastrimargia. i. ventris ingluuies fornicatio: auaritia: ira: tristitia: acedia: vana gloria: superbia. Verum idcirco sub gentiū vocabulo nominata: nunc omnia non ponuntur eo q; egressis iam de Aegypto liberatis ab vna gēte validissima. i. Aegyptiorum, gastrimargię scilicet vitio caruisse cognoscimur. Quorū etiā terra in possessionem Israeli non dat: sed vt eā perpetuo deserat, & egrediatur ab ea dñi pręceptione sancit. Et idcirco ita sunt moderanda ieiunia vt non necesse sit per immoderationē cōtinentię reuerti rursus ad Aegyptiam terrā. i. pristinam gulę, & carnis cōcupiscentiā: quam cum mundo huic abrenunciaremus abiecim⁹. Q; autem illa gens in qua nati sunt filii Israel nō penitus extingui, sed tantūmodo deseri ei⁹ terra præcipitur: hæ vero septem vsq; ad internicionem iubētur extingui: hæc ratio est q; q̄tolibet ardore spiritus succensi eremum virtutum fuerimus egressi, vicinitate ac ministerio gastrimargię: & quodammodo quotidiano eius commercio nequaq̄ carere poterimus. Sē per em̄ in nobis edulii & escarum vt ingenitus ac naturalis viget affectus: licet amputare superfluos eius appetit⁹ ac desideria festinemus. Sic nanq; & Apostolus docet. Et curam inquit carnis ne feceritis in desideriis. Quod autē in desideriis prohibet, in necessariis mox concedit Habentes inquit, victum & vestitum his contenti sumus. Quod ita figuraliter in lege etiā mandatur. Non abominaberis Aegyptium quia incola fuisti in terra eius. Necessarius em̄ victus corpori non sine vel ipsius pernicie vel animę scelere denegatur. Illarū vero. vii. perturbationum velut omnimodis noxiarum de recessib⁹ animę nostrę penitus exterminādi sunt motus. De his em̄ dicit. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a nobis cū omni malitia. Hoc em̄ quidā senum sub hoc problematis colore figurans eleganter expressit. Multis inquit, creditoribus pater meus me reliquit obnoxium. Cæteris ad integrum solués ab omni cōuentionis eorum molestia liberatus sum: vni satisfacere quotidie soluendo non possum.

Petrus Damianus.

Q; dum leuioribus peccatis succūbimus, discimus nequaq̄ in grauiorū victoria superbire.

POstq̄ afflixit te dñs deus & probauit ca. 8
ad extremum misertus est tui: ne dicē K
res in corde tuo. Fortitudo mea & robur manus meę hęc mihi omnia præstiterunt sed recorderis dñi dei tui: q; ipse tibi vires prębuerit. Sæpe em̄ mens humana in se & fortia superat, & vnum fortasse qđ minimū est q̄uis solerter inuigilet: non expugnat. Quod diuina nimirum dispensatione agitur: ne humana cōditio vndiq; virtutibus splendēs in elationem subleuetur: vt in eo q; se superasse fortia quæq; considerat: dum vnum non potest diu conando subigere: non sibi sed illi victoriam tribuat, cui⁹ munere potuit q̄ subacta sunt superare. Illi dicitur. Hę sunt gentes quas dñs dereliquit, vt erudiret in eis Israelē. Israel nanq; reseruatis gentib⁹ erudit: dum mens nostra in paruis resistentibus discit: quia nequaq̄ ex se maiora subiecit.

Stephanus. cōtra inanem gloriam.

NOta q; oues nō tondent in hyeme, sed ca. 15
in ęstate: ne asperitate hyemis opprimantur. Hyems est vita p̄sens: ęstas vita futura. Oues in hyeme tōdet, qui causa inanis glorię opera sua ostētat. In ęstate vero, qui pro vita æterna laborat.

De humilitate.

CQ; si habuerit maculam &c. Nota q; immūdi animalis in se vel mutabat vel interficiebat primogenitū. Sed primogenitū animalis in se mundi: si aliquo casu maculā corporis vel velleris haberet, comedebat illud intra vrbis suæ portas, sed redimebat. Hoc est q̄cquid leue est in nostra cogitatione, vel maculosum in nostra

cõuersatione, vel claudũ in operis ꝓgressione, vel cęcũ ignorãtia mẽtis, aut aliq̃ pte deforme, aut debile nõ debemus deo ĩmolare.i. ĩputare, sed nobis. Qđ aũt bonũ est ĩ nobis ei attribuere: qa oẽ datũ optimũ desursum est &c. Et nota ꝙ dicit. Vescet̃ eis tam mũdus q̃ immũdus Vesci mũdo animali est aĩam bonis cogitationibus cũ proposito benefaciendi nutrire. Immũdo aũt vesci est memoria peccati aĩam reficere. hinc est ꝙ in benedictione Ioseph dicit̃ Bñdicat tibi dñs benedictione desuper. Ecce propositum benefaciendi. Et benedictione abyssi iacentis deorsum. Ecce memoria peccati.

De misericordia.

16 N Non apparebit in cõspectu m. va. i. sup bus qui est vt vesica vento turgida. Vel sic. Non apparebis in iudicio ante deũ: in cuius manus horrendũ est incidere. Vacuus, bonis operib⁹. Hic igit̃ ĩple manũ Christi mẽdicãtis: vt tũc ĩpleat manũ tuã. Nã diuites dormierũt somnũ suũ, & nihil iuenerũt in ma. s. Quare? qa nihil posuerũt in manib⁹ Christi.

O ¶ Nec phytões cõsulas. i. vẽtriloquos. qđ facit q̃ q̃rit an ieiunãdum sit ab eo quẽ gula illicit.

De prælatis.

19 P Nota ꝙ oẽs ciuitates refugii fuerunt leuitarũ. In quo notat̃: ꝙ cũ aliquis peccat, ad sacerdotes confugere debet.

Galfridus.

Quib⁹ causis hoĩes ab exercitu dñi reuertant̃.

20 Q Si quis ędificauerit domũ, & nõ dedi. e. re. de plio. Dedicatio domus solẽnis est quidam ad inhabitandũ ingressus Et sępi⁹ quidẽ intrat & exit q domũ ędificat: sed donec tota vel ex magna parte sit ędificata non dedicat: quia nondũ habitat eam Itaq; dum humana aĩa exterioribus tantũ rebus intenta pariter & distenta male interĩ otiosa vagat̃, nec secũ manet, nec domũ habitat cũ sancto Iacob: sed cum reprobo Esau venationẽ captat inanẽ: & fugacẽ sequit̃ ꝑdam transitorię voluptatis. Veruntñ excusabilior illorũ necessitas, & inopia miserabilis est: qui necdũ sibi domum ędificauerunt. Quomodo eñ exigendũ ab eis vt secũ maneant cũ vbi possint habitare non habeãt? Sic fatui quiq; vel paruuli in suis necdũ mentibus ædificiũ habent: nec possibile est eis manere domi cũ nõ habeãt domum. Cæterum vbi iam sapere & intelligere quisq; cœperit: domũ ędificat: nec ad insipiẽtiã sibi: si tñ etiam dedicat, & suæ vendicat mansioni. Fundamentũ domus istius in propria suiipsius cognitione subsistit. Parietum interior imprudẽtia agendorũ, posterior in factorũ recordatione exigit̃. Dextrũ & sinistrũ facit prosperitatis & aduersitatis cognitio: aut (si placet) discretio q̃dam iustitię & iniquitatis. Culmẽ domus & tectum in cõsideratione diuina & fidei ratiõe cõsistit. Hinc nẽpe animus in sublime porrigit̃, & quãdã ei exhibet vicẽ tecti mysteriũ fidei. Quã ti hodie sibimet eiusmodi domũ ędificare festinant: sed inhabitare dissimulãt: affectãtes magis facultatẽ q̃ vtilitatẽ sciẽtię: & habere domũ q̃ dom⁹ vsum. Videas deniq; domũ altã & amplã apertisq; vndiq; ostiis & fenestris patẽtibus iamiamq; obsoletã veterascere: iãq; paulatim decidere anteq̃ dedicet̃. Cuius auctor infelix & insipiens in plateis mendicat: & aliena hospitia circuit, cum domus eius satis miseranda nihilominus pateat alienis. Illic eñ nidificant volucres: & immũda q̃uis animalia cubant. Illic fures condicunt sibi: illic cõueniunt altercatores & impudici: illic symbola faciunt ebriosi. Vide ergo q̃ dignus sit qui remittat̃ ab exercitu dñi & eiiciat̃ de castris eius: qui domũ quidem ędificauerit: sed dedicare neglexerit. Desponsatio vxoris est votũ perfectionis & professio studii spiritalis. Dicit eñ de sapientia quidã: ꝙ amator sit pulchritudinis eius & sponsam sibi habere q̃sierit. Plantare vineã est ordinare sagaciter vitã suã: necdum cõmunẽ facere de qua vesci licitũ sit: non sic cõmunicare ꝓximis fructum vineę suæ vti cuiuis eorũ liceat emolumentũ capere, & refectionẽ ex eis. Vineam suã cõmunem facit qui corripit inquietos: cõsolat̃ pusillanimes: patiens est ad omnes.

Qꝫ gaudere in seculo: & regnare cũ domino nemo possit.

Si inueneris in via, aut in arbore nidũ &c. Qui nidũ humi vel in arbore inuenit, ipse est (ni fallor) q spẽ salutis & spiritalis fruct⁹: siue in actione hu 22 R
mili, siue in cõtẽplatione sublimi q̃rens vt pullos teneat, matrem patitur auolare pullorum. Videt̃ eñ hoc loco matris speciẽ gerere pñs vita: pullorũ noĩe spes futuroꝝ minui ꝑmiorũ Et quodãmodo matrẽ patimur auolare: si pñ tis vitę gaudia fugitiua nõ seqmur: & ĩplumes tenemus pullos ęternę btĩtudinis sola expectatione cõtenti. Et q̃ vereor ne contra legẽ quis nostrũ dum satagit matrẽ pariter tenere cũ pullis: illã quidẽ vnã vetulam & inutilẽ sibi rapiat sed inueniat tandẽ illos plures: & q pluris esse debuerãt euasisse. Neq; eñ facile est interĩ gaudere cũ seculo, & inęternũ regnare cũ Christo. Qꝫ si iuxta Apostolũ, mortua est viuens in delitiis vidua: quã idem ipse nec minus. xl. annorũ monuit esse eligendam: virilis hodie sexus vel ætas in eis quomodo sperat vitam?

Stephanus.

S ¶Non feres vineam t.di.se. Vinea ex qua nasci
tur vinum iucunditatis æternæ, est quodlibet
festum solenne. Illud seritur diuerso semine: cũ
in eo quidam luxuriȩ, alii gulȩ se tradunt. Vel
sic. Vinea anima, semen opus. Vineam diuer-
so semine serit, qui opera sua mundo & Chri-
sto placere contendit.

De patientia sanctorum.

ca. 23 T Balaam venit de partibus Mesopota-
miȩ Syriȩ ad maledicendũ Israel: quã
do diues extollit per diuitias ad pau
peres opprimendos. Sed diuitis maledictio.i.
pauperum oppressio, vertit eis in benedictio-
nem. vnde Fecit dñs medium fornacis quasi vẽ
tum roris flantem.

Bruno.

Qꝫ fugienti a facie gladii cum panibus conso-
lationis occurrere debemus.

V ¶Non tradas seruum dño suo qui ad te confu
gerit, habitabitqꝫ tecũ in loco quo ei placuerit
& ne contristes eum. Omnis qui facit peccatũ,
seruus est peccati. Huius aũt dñs diabolus est.
Si igitur talis seruus pœnitentia ductus ad
nos confugerit: non abiiciamus eum, neqꝫ a no
stra communione repellamus: sed habitet nobis
cum, & in sanctorum cœtu conuersetur. Ne-
mo eum contristet: nemo eũ de peccatis pteri-
tis turpiter reprehendat. Hoc eñ agere quid
aliud est: nisi eum iterum diabolo tradere, & in
desperationem inducere?

Stephanus. contra inanẽ gloriã.

ca. 24 X Si intraueris vineam &c. Vuas foras
portare est pro quȩstu, vel vana glo-
ria legere aut prædicare.

Y ¶Memento qd fecerit deus t. Mariȩ
sorori Moy. &c. Ex hoc loco habes ꝙ detracto-
res & murmuratores debent per excõmunica
tionem a castris ecclesiæ separari.

Galfridus.

Qꝫ de terra viuentium bona renunciantibus
non blasphemãtibus & incredulis sit credẽdũ.

ca. 27 Z Quando trans Iordanem eri. la. &c. Sȩ-
pius super hoc transitu Moyses ver-
ba fecit ad filios Israel: gemens quodã
modo & suspirans ꝙ nõ pariter ipse transiret.
Videtur eñ quasi quadã occasione prohibitus
innuitur tamẽ ꝙ neminẽ ad perfectum duxit
lex: quãdoquidẽ eductos licet populos de Ae-
gypto, minime tamen in terram promissionis
legislator induxit. Nam & ipsos qui de Aegy-
pto exierant in deserto nouimus interisse præ
ter duos. Filiis ergo dicit. Qñ transieritis &c.
Et in ipsis filiis nos intelligimur qui successim⁹
patribus veteris testamenti. Cauendũ aũt ne
credamus his qui detrahunt terræ promissio-
nis, videlicet terræ viuentium: & in desperatio
nem adipiscendȩ eius q̃ nobis promittitur hæ-
reditatis inducunt. Credẽdum potius his qui
renunciant meliora, meditationi sanctȩ & sacrȩ
deuotioni. Nam & nomina ipa virorũ ab eadẽ
significatione non discrepant. Caleph eñ totũ
cor dicitur. Et est filius Iephone.i. nutus. Ne
qꝫ eñ futura illa felicitas pleno interim sermo
ne nobis exprimit, sed innuitur magis in quo-
dam speculo vel ænigmate commendatur. Ex
ipso tamẽ nutu oritur meditatio cordis: vt ad
eius consideratione omnibus modis intẽdam⁹.
Iosue quoqꝫ qui saluator dicitur, fili⁹ est Naue
id est decoris, deuotionem sacri desiderii nobis
insinuans, quȩ ex considerato decore procedit.
Ea siquidem saluat, & sine ea meditatio sola nõ
sufficit. Hi sunt duo qui botrum afferunt de
terra ipsa, per quam plenissima quȩdam vbera
tas diuinȩ dilectionis inuenienda nobis in cœ-
lesti patria cõmendatur. Additur autem & fi-
cus bona, dulcedo suauissimȩ iucũditatis: quæ
in psalmo dicit Torrens voluptatis. Nã ficus
mala valde, voluptas intelligenda est carnalis
Per malum granatum sanctorum communio
designatur: cum multa grana vnum fecerunt
pomum, id est multi fuerunt vnum. Hȩc bona
dñi quæ visuros nos, & quibus fruituros nos
credimus in regione viuorum: cum in singu-
lis nobis dulcedo plenȩ felicitatis: inter nos in-
effabilis vnio fuerit gratissimȩ societatis: supra
nos quædam diuini amoris ebrietas mẽsuram
nostram vsqꝫ ad superaffluentiam cumulabit.
Sed iam ad verba Moy. redeamus.

Qꝫ a iugo legis veteris baptismi
perfusio nos absoluit.

¶Quando trans Iorda. &c. Iordanis baptismũ A
significat: nam per eum transiit lex: quia lex
& prophetȩ vsqꝫ ad Ioannem: qui Christum ba
ptizauit. Traducere Moysen conabantur qui
tentauerũt iugũ legis iponere baptizatis. Sed
cum honore sepulta est lex, & minister eius. Mi
nister circũcisionis Iesus qui venit ministrare
non ministrari, per baptismũ in hȩreditatẽ nos
introduxit. Quã deus promisit ei, quem patrẽ
multarum gentium appellauit. Aedificem⁹ er
go altare de lapidibus quos fer. non tetigit.

Quid per quatuor legis altaria de-
signetur.

¶Altare hoc, ẽ eccl'ia vl' ecclȩ sacerdotiũ qđ ex B
viuis lapidibus extruũt baptizati. Sed cauẽdi
sũt lapides secti q̃ sectas faciũt, hȩretica vl' schis
matica prauitate polluti. Põt tñ hoc altare qđ

~~[illegible]~~ Visitacion

deuteronomi. cap. 28. Si audieris vocem dni dei tui &c Venient super te omnes benedictiones iste. Benedictus tu in ciuitate, benedictus in agro [illegible]
[illegible]

precipitur post Iordanē transitū dño fieri: altū aliquod nomen sacrę religionis intelligi: quod suscepto baptismate Christi a suis ei fidelibus legislator admonet exhiberi. Nam & saluator ipse post baptismū in montē arduū ieiunatur⁹ ascendit. Nec oportet nos ex materia fragili tā q̄ ligneum altare construere, sed tanq̄ ex lapidibus asperioribus, videlicet obseruantiis in fame & siti: in laboribus & vigiliis multis. In quibus tamen ferrum cauere necesse est, & seruilē declinare timorem. Alioquin polluentur lapides altaris huius, si eos ferrum tetigerit: nec inueniet gratiam apud deum, qui seruili vrgente metu & humana quadam violentia q̄libet dura & grauia fuerit instituta sectatus. Vt ergo voluntarie sacrificem⁹ deo ꝑpter verba labiorum eius: non ob metū vindictę corporalis custodiamus interim vias duras. Nimirū sup altare ex lapidib⁹ quos ferrū nō tetigerit, in diuinis officiis & studiis spiritalibus holocausta offerimus deo nostro. In corporalibus vero laborib⁹, vnde qui viuunt vere monachi sunt, pacificas hostias immolamus. Quorū adeps incēditur: si in eis nō seculariter gloriet, sed qui gloriat in dño glorieť. Sacerdoti pectus immo pectusculum simul & armum dextrū offerimus si intētionē pariter & actionē nostrā eius q nobis pest volūtate & cōsilio dirigam⁹. Neq̄ illd nobis reticendū: q̄ altare de terra sibi fieri dñs ante ꝑcepit. Ex lapidibus aūt non ꝑcepit vt fieret: sed sic fieret vt lapides ipsi nullaten⁹ secarētur instituit. Nēpe suadēda magis & cōmendāda q̄ velut ex necessitate īponēda ꝑfectio. Neutrum tñ altare, nec de terra, nec de lapidibus: sed æneū in vestibulo tabernaculi: aureū intus in abditis fuisse describitur. Nec incongrue forsitan altare de terra humilitas pœnitentiæ: ex lapidibus aūt professio obedientiæ possit intelligi. Aeris quoq̄ materia q̄nquidē variis cōflationibus & tunsionibus ad diuersos vsus ꝑ arbitrio formať auctoris: & in longiora tempora pseuerat: iustitię exercitiū: Auri species studiū sapientiæ. Vnde etiā in altari æneo carnales hostiæ cremabanť: & vt diximus, foris erat in aureo quidē intrinsecus solū adolebať confectū ex aromatib⁹ thymiama. Ad hęc igiť actio & contēplatio pertinent, quas in veteri testamento p Liam & Rachelem: in euangelio per Marthā & Mariam nouimus commendari.

Stephanus. De timore seruili.

C ℂNota q̄ Hebrei respondebant amen ad maledictiōes: nos vero ad benedictiones: qa Iudei p pœna vitanda quā notat maledictio seruiebāt Nos propter ꝑmium consequendum: quod signat benedictio.

De doctrina Christiana.

ℂFaciet dñs cœlum æneū. Mystice cœlum est sacra scriptura. vnde Extēdēs cœlū sicut pellē. Ad huius doctrinā viuere debem⁹, sicut nauta q semp habet respectū ad stellam. Cœlum ergo ęneū est: qñ vita nostra tantū est in sono verborum: qñ ꝑdicatores verba quęrunt non opera. Sequiť. Et terrā ferream. Terra sunt corda auditorū: in quibus inspergiť semen. i. verbū dei. Quę ferrea est: cū dura est & obstinata: nec affert fructum in patientia. Et hoc fit qñ cœlum est æneum. qm̄ cuius vita despiciť: restat vt ei⁹ prędicatio contemnatur. D

ℂAscēdet super te aduena. Hoc nostris tēporibus cōpletū esse videť. Modo em̄ laici meliores sunt q̄ clerici. vnde ecclesia quasi hydropica est quia q̄cquid religionis habet: in pedibus habet. E

ℂPeccauerunt ei. Aliud est peccare deo: aliud nō peccare: & aliud peccare in deū. Dupliciter peccat quis deo. i. ad honorē dei: cōsecutiue. s. per gloriā ignoscēdi: quia ex peccato sequiť sæpe cōtritio: ex cōtritione remissio: q̄ est gloria dei. Vnde Tibi soli pec. Itē Da gloriā deo. Vel peccat quis deo per curā: quia qui peccat: curę dei se subdit: quia ab eo salutē sperat. Itē peccare nō deo, est quando aliquis sibi peccat: scilicet acquisitiue. i. ad damnū vel malum suum. F

De paucitate sanctorum.

ℂInuenit eum in terra deserta. hoc est qd̄ dicit Osee. Quasi vuas in. de. inue. Is. In deserto inuētę sunt aliis dulciores. Denip̄ quia rarę sunt ibi ideo inuenienti preciosę. G

De dulcedine dei.

CVstodiuit eū quasi pupillā oculi sui. ca. 32
Homo pro pupilla oculi tuenda totum corpus exponit. sic & Christus H
mēbra sua morti crucis ꝑ nostra salute exposuit. Moraliter. Homo quicqd potest facere debet vt pupillā. i. lucē gratię in se cōseruet.

De dulcedine dei.

ℂSicut aquila prouocans ad volandū pullos suos. Nota q̄ tribus auibus dñs se comparat: aquilę, vulturi, & gallinę. Aquilę, propter dilectionē: quia ꝑ cęteris auibus diligit pullos suos Vulturi, propter desideriū pœnitētię peccatorū: quia vultur cadauera diligit & sectať. Gallinę, propter cōpassionē: quia gallina in educatione pullorū adeo infirmať, vt plumis hispida voce rauca: alis demissa: etiam si pullos non videas, matrem agnoscas. I

Ricardus.

Q₂ vir spiritalis melle redemptionis, & oleo beatitudinis saginetur.

K ¶Constituit eum super excelsam terram: vt co. fruct. agrorum. Quæ est terra excelsa nisi vita spiritalis: vita honesta & sancta? Qui sunt fructus agrorũ nisi sensus sententiæq; librorũ? Vt suggeret mel de petra. o. q. de. s. d. Duo ponit: petram & mel. Et iterum duo: saxum & oleũ. Petra saxo est minor saxoq; fragilior. Petra & saxum Christum significant: sed petra Christum in sinu matris: saxum vero Christum in sinu patris. Mel de petra significat gratiam redemptionis: oleum de saxo durissimo gloriam beatitudinis. Sicut mel præ omnibus quæ comeduntur palato dulcius sapit: sic gratia redemptionis præ omnibus in cordibus electorum dulcescit. Et quomodo oleum cunctos liquores excellit: sic gloria beatitudinis q̃ summum bonum est: bona cætera superat & excedit. Talibus ergo fructibus reficitur qui a domino super excelsam terram cõstituitur.

Stephanus. de pœna reproborum.

L ¶Et ait, abscondam faciem meam ab eis. Nihil grauius q̃ dei visione priuari. Hoc est qđ dicit in sententiis de damnatis: q; non magis immo minus dolebunt de suo supplicio q̃ q; carebũt sanctorum consortio. Sed cõtra dicitur. Mitissima est pœna eorũ qui nullum actuale peccatũ originali addiderunt. Solutio. Mitissima nõ damno sed sensu. Et ideo alibi dicitur q; maxima est eorum pœna.

Bernardus.

Q; vir sanct⁹ tractat p̄sentia p̄terita & futura.

M ¶Vtinam saperent & intelligerent ac no. pro. In his verbis tria quidem nobis video cõmendari. Sapientiã: intelligentiam: prouidentiam. Arbitror sane eas tribus cõuenire temporibus: vt æternitatis quædã imago formet in nobis: præsentia moderantibus per sapientiam: præterita per intelligentiam diiudicantibus: nouissima prouidentibus ad cautelam. Hæc nãq; spiritalis exercitii summa: vt sapiẽter disponamus præsentia nostra: recogitemus in amaritudine animæ nostræ præterita: futura quoq; sollicite prouideamus.

Radulphus.

Q; timoris & charitatis impetus nulla possit malitia sustinere.

N ¶Quomodo persequebatur vnus mille & du. fu. de. mi. Virtus mirabilis & prorsus stupẽda: vt vnus cõtra mille: & duo p̃ualeant cõtra decem milia. Quis tamen ignorat q̃tam stragem inimicorum efficiat cũ egregius miles summi regis: timor videlicet domini: sub ducis sui protectione cõtra vitiorum exercitium dimicat. Quid cũ ei ille dei miles p̃cipuus & princeps militiæ dei scilicet amor adiungit? Quæ quæso hostium multitudo eorũ impetus ferre valebit? Qui timet deũ (inquit scriptura) nihil negligit. Ecce qualis p̃liator timor dei: qui nõ solum nequitias sed etiã negligentias oẽs ante se fugare consueuit. Longe tamen eum singularis fortitudinis p̃rogatiua præcedit ille dei miles electus in milibus qui omnia cred. o. per. o. susti net. Si ergo tantum præualent vnus vel duo vt nec eis resistere valeant decem milia: q̃tum efficere valet in vnũ collecta regis huius militia vniuersa? Mirabilis rex qui sic suos p̃ualet exaltare.

Stephanus. de vtilitate tribulationis.

DOminus de Sina venit. Sina interpretatur tribus vel tentatio: per qđ designat tribulatio: in qua dominus electos visitare sæpius cõsueuit. Et de Seyr or. est n. per quod peccati notatur memoria: quæ est homini occasio illustrationis diuinæ. 33. O

Idem. De dulcedine dei.

¶Viuat Ruben & non moriatur: & sit par in numero. Per Ruben enormes prius in peccatis qui per mortale cubile patris: id est conscientiã suã polluũt: in qua Christus debebat requiescere. Talis ergo Ruben: id iest peccator, qui prius mortuus erat: viuat in gratia & non moriatur æternaliter: quia nolo mortem peccatoris. Et sit par in numero: quia multi vocati: pauci vero electi. P

De perfectione.

¶Beniamin amantissimus do. &c. Amantissimi domini sunt claustrales: vt positiuum sit in pœnitentibus: cõparatiuũ in iustis: superlatiuum in claustralibus. Et hęc tria genera hoĩm per tria legis sacrificia designantur. Per hostiã quæ dicitur ab hoste vincẽdo: pœnitentes. Per victimam ab hoste iam victo: iusti. Per holocaustum qđ totum incensum dicitur: claustrales qui se ex toto domino obtulerunt. Q

Ricardus.

Q; de contemplatione sapientiæ: nec satietas nec fastidium generetur.

¶Beniamin amantissimus domini. Habitabit in eo confidenter tota die: quasi in ta. cen. & inter humeros eius requi. Per Beniamin qui fili⁹ dexterę interpretatur, dulcedo contemplationis intelligitur. Quid autem putas q; tota die in thalamo morã facit: q; ibi iugiter requiescit in tantum vt nec ad horam saltem exire velit. Illud autem scimus: q; in thalamis sponsus & sponsa soleant simul morari: amoris obsequiis in alterutrũ occupari: mutuis amplexibus confoueri. Mirandæ ergo pulchritudinis præroga R

tiua pollet quæcunq; sit illa Beniamin dilectæ: cuius contubernium nunq̃ fastidire valet:& a cuius amplexibus nec ad horam abesse valet. Dixi inquit sapientiæ: soror mea es: & pru.v.a.m. Propter castam autem & ardentissimam dilectionem: amicam hanc nominat & sororem. Intrans inquit in domum meam conquiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius: nec tędium conuict⁹ ipsius. sed lętitiã & gaudiũ:& in amicitia ipsi⁹ dilectio bona. Vnũ igit̃ scio q̃ quisquis huiusmodi amicę desiderio flagrat q̃to eam familiarius nouit: tãto amat amplius:& quo frequẽtius eius fruitur amplexibus eo vehementius eius desiderio exæstuat.

Galfridus.

Q; in benedictione Ioseph septiformis gratiæ spiritus designetur.

GIgas pcuss⁹ a Dauid senos habuit di= 21.
gitos i pedib⁹ & manibus.qa sex sunt Y
in cōsūmatiōe pc̄ti.s.cogitatio:loquu
tio:opatio:cōsuetudo:gloria de pc̄tō:despatio.
Hęc sunt sex latera in lapide q̄dro. Vñ i Thre
nis.Cōclusit vias meas lapidib⁹ quadris.

Galfridus.

Qui sint viri fortissimi qui principes in Da=
uid exercitu nominentur.

23. Z Haec nomina fortiū Dauid. Sedens ca thedra sapiētissimus Dauid noster verus vtiq; manu fortis fortes eligit immo etiā facit: nec mulieris cuiusq̃, nec puuli inter suorum nomina nomen admittens. Cū enim duplicem producat aciem mūdus: scādalis quidē paruulos deiicit: blanditiis allicit mulieres. Quāobrem necessaria est fortitudo virilis vt fortis sit quem aduersa nō fregerint: quē non illexerint prospera, fortior: quē nec ipsa rerum vicissitudo, fortissimus. Quibus nimirū sic inuicem succedentibus acrius sæuit tentatio: dum prosperitas amplius post aduersa blāditur, nec minus vrit aduersitas dum repente ingruit rebus inuidiosa secūdis. Nec immerito forsitan triplicem hunc fortitudinis gradum in Tau litera & in trecentis accipimus quos ex multitudīe copiosa Gedeon p̄liatur⁹ elegit. Ceterum trina illa distinctio fortium Dauid: quam in tres primos: secūdos totidem &. xxx. nouissimos inuenimus: nō incōgrue vt opinor ad nouissimos illos tres referatur ordines electorū: quos sub nomine Noe Daniel & Iob solos esse saluandos Ezechiel propheta cōmendat. Dico autem ecclesię p̄latos: religiosos quoq; & populos. Nec immerito numerus idē in secundis inuenitur & primis: q̄ ex parte non minima eadem sit vtrisq; ęmulanda perfectio. In his itaq; tribus & tribus non ipsorum ordinum genera credimus diuersa distingui cum plurima reperiantur in singulis: sed virtutes quasdam eisdem admodum necessarias commendari. Nam primus ille sedens in cathedra: añ omnia indicat oportere doctoribus non deesse doctrinam. Ars est enim artium regimen animarum. Nec minoris insaniæ q̃ imprudentię est si eiusmodi magisterium profiteatur ignarus. Sedens inquit in cathedra sapientissimus. Bene: optime. Alioquin ridicule satis in cathedra pręsidet: qui non pręminet in doctrina. Quia tñ ea etiam sola non sufficit: merito subinfertur. Princeps inter tres. Apta siquidem pricipatui doctrina sermonis: sed si fuerit duabus alis, exemplo videlicet operis & studio oratiōis adiuta. Vnde etiā primo huic historia Regum non protinus nomen datur: quia necdum ad nomen transit: si quis solum sine aliis charismatibus sapientię & scientię inuenitur accepisse sermonem. Nā etsi magnum illi exinde datum fuerit nomen in terra iuxta nomē magnorum qui sunt in ea: multū desipit si præsumit q̄ continuo etiam nomen suū similiter ascribatur in cęlis. Veruntamen in hoc primo fortium Dauid nō inanis fastus disertę locutionis sed spiritalis fructus sacrę p̄dicationis innuitur: dum infert: Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus qui octingentos interfecit impetu vno. In quibus verbis prima est cōmēdatio humilitatis satis euidēs in cōparatione vermiculi. Sicut aūt ligneum robur sine ferro & osse tenerrimus penetrat vermis & atterit: sic doctrina sacra: secreta quadam virtute illabitur sensibus auditorum: et rigida corda conterit & cōfringit. Quinetiā sine violētia & acerbitate tanq̃ vnctio docēs de oībus ī mā suetudine, in suauitate, in spiritu sancto noxia oīa demolit̄. Deniq; & inermis iste vermiculus non ineffi cax fuit. Sequit̄ eñ q̄ vno impetu interfecerit octingētos: impetu vtiq; spūs: fidei zelo: vehemētia ei⁹ q̃ nunq̃ excidit charitatis: & eius tādem virtute in quo pōt oīa: quē ipse cōfortat. Ego hos octingentos vniuersitatem intelligo vitiorum. Quorum octo sunt principalia: sed ad pniciem hominū numerosus quidē exercitus sub signis militat singulorum. Lōgum opus esset singulos statim Duces verborum iaculis persequi: sed etiam eorum distinguere acies & impugnare q̃ longius. illud commemorasse sufficiat: nō icōgrue sub eiusmodi numero vitia vniuersa concludi. Quia enim quinq; sunt corporis sēsus & vis animę triptita: corpalia perinde vitia ad eorūdem sensuū corruptelam in quīqueptito distribuunt̄ exercitu: & aduersus animā rationalē: irascibilē: concupiscibilē isidiātes Chaldęi tres turmas faciūt spiritalium vitiorum. Neq; illud omittēdum est q̄ prudentia carnis quę equidem mors est: et sapientia huius seculi quę stultitia est apud deum: q̄ philosophorum doctrina & hæresum monstruosa diuersitas nōnullis videantur vitiis aduersari: sed facile est anima uertere quem admodū alia foueant dū alia psequūtur. Sola ē doctrina ecclesiastica nullū palpās vitiū: nulli assentiens: nulli parcens: sola est omnium piter inimica malorū. Sola deniq; vsq; adeo vno impetu interficiens octingentos vt offendentem in vno reū statuat omniū mandatorum. Merito proinde sedēs in cathedra suo non designatur ex nomine: vt quicūq; ille sit deferatur potius cathedrę q̃ personæ. Et siquidem sancta est: nō superbiat: sin alias: recta docentem nemo despiciat. Memento quia tua doctrina potissimū nō est tua: & tibi tribuere non oportet siqua feceris opera vitę: minus tamē verba doctrinę. Sede igitur: sede quiet⁹ & humilis. Sede in cathedra: ne vageris. Nam gyrouagū quidē si monachorum teterrimū gen⁹ est: quale erit abbatū?

De Gesbaan.

Sede igit̄ in cathedra sede in populo, quia id A

tibi sonat nomē Gesbaam: qđ sedēti. Hinc in libro Paralipomenon. Datū paulo minus ꝑteriui. Memēto quoq; vermiculi q̄ præ cæteris ꝑsides in sublimi. Et cathedrā saltem cui insides non solium æstimaueris aut tribunal. Doctoris abs te prudētiā magis q̄ sententiā iudicis aut regis præcepta speramus. Insta ergo doctrinæ sessor cathedræ: Clama: ne cesses. Teredinis cui cōpatat⁹ est, nō grādis ē morsus: sed iugis conatus: nec velociter ꝓficit: sed tamē perficit opus suū. Postremo etiā vno impetu interficere semper studeas octingentos. Non sic vanā gloriā detesteris vt gastrimargiā foueas. Nec sic vacuos ventres cibariis diligas, vt pecuniis gazophylacia repleāt. Sic ꝯsūptio resecet vt negligētia nō succrescat. Sic euellant scādaloꝝ spinę vt nō cōsēsus subeat aut dissimulatio delictoꝝ.

De Eleazaro.

B ¶Post hunc Eleazarus fili⁹ patrui eius Ahoi. Eleazarus adiutorium dei vel adiutorium sonat. Quid autē facere possumus sine adiutorio dei? Nihil vtiq;. Quinetiā sicut olim ꝑdicantibus vbiq; discipulis dn̄s cooperabat̄ sequētib⁹ signis cōfirmando sermonē: ita etiam nunc ad adiutoriū ꝑdicationis nihil tā necessarium q̄ perfectionis exēpla reperies. Sicut eñ tunc documenta salutis donec coruscantia illum signa perclleret incredulus execrabatur auditor: ita etiam nunc ad manum est excusatio negligentibus, nihil esse facilius dictu. Caueat proinde sedens in cathedra sapiētissimus quidē: sed non similiter faciētissimus: caueat ne qđ rigat pluuia doctrinæ verbis: scandalū vitæ sterilis peius vrat. Imitetur potius Eleazarum: cuius testimoniū quoq; virtutis a nominis interpretatione non discrepat. Legimus eñ ꝙ percusserit Phylistęos: donec deficeret manus eius & obrigesceret cum gladio. Manus actus est. Gladius verbum dei. Et multoꝝ manus hic gladio non cohæret: qui sic pugnant quasi aerem verberantes: non percutiētes aduersarios suos. Et si verba distinguimus, cū gladio manus deficit cauendo prohibita: cum eodē quoq; rigescit mandata viriliter exequendo. Quoniā necessarium vtrūq; doctori: & cauere qđ vetuit: & exercere qđ monuit. In eiusmodi die vt legit̄ facit dominus salutē magnā: & populus q̄ fugerat reuertitur ad spolia detrahēda cæsorum. Efficacior sane operis persuasio q̄ sermonis. Frequenter enim accidit vt victos reuocent exempla doctorum: quos in fugam egerāt vitia terga vertentes. Nec dubium quin reuertentes etiam cęsorum hostium spolia detrahant: cum eisdem vitiis de quibus viderunt triumphare platos, ipsi quoq; resipiscentes suorum officia subtrahant nequiter prius vsurpata membrorum.

De Semma.

¶Post hūc Semma filius Age de Arari. Terti⁹ C iste eam nobis cōmendat gratiā quæ plātis omnibus necessaria est, fructū orationis. Necesse est eñ: vt qđ minus verbis effecerint vel exemplis: ab eo q̄ solus oīa potest obtinere studeāt votis. Nimirum aduocati sunt: patroni sunt: q̄bus proprie ex officio cōpetit impetrare delinquentibus indulgentiā: negligentibus gratiā: laborantibus opem: proficientibus perseuerantiam: mortuis vitā. Nec miraberis (vt opinor) si celsitudinē hanc æstimaueris: ad primos tres peruenire nō posse quodlibet maximum e secūdis. Non quia personas aliquādo quasdā nō habeat gradus inferior nōnulloꝝ in superiori ordine positoꝝ meritis & virtutibus forte nō impares. Cæterum inter ipsos gradus nulla est cōparatio: adeo maius est ad salutē trahere plurimos etiam perditoꝝ: q̄ sibi ipsi captare sensum viæ compendia breuioris. Sed quomodo terti⁹ hic robustorum audiens dicit̄: & nō magis auditus? Semma eñ vt aiunt audiens interpretatur. Eū vero audientem esse necesse est qui debeat exaudiri. Nam qui loquitur anteq̄ audiat stultū se esse demonstrat: & confusione dignū non auditione. Sed & pater audiētis huius loquēs vel meditās dicit̄: vt noueris ꝙ hm̄oi collocutio nō foris audit̄: sed celebrat̄ intus in meditatiōe cordis. Ararites quoq; mōtanū sonat vt in sublime cōtendens etiam nubes penetret orationis incensum. Iam vero audiēs iste quid fecerit audiamus. Ascēdētibus phylistęis & populo fugiente stetit in medio agri lente pleni & tuitus est eum: percussitq; phylistęos & fecit deus salutem magnā. Quid ager iste lente plenus: nisi multitudinis dissolutę & negligentis pigra segnities? Itaq; stetit audiens iste montanus: stetit in medio agri huius lentiferi: sicut olim stetit Moyses & placauit & cessauit q̄ssatio. Hæc ergo de tribus fortibus ignauiter magis q̄ fortiter dicta sufficiant. In quibus vt breuiter colligantur tria quędam prælatis admodum necessaria & specialiter æmulanda credimus designari: verbum doctrinæ: exemplum vitæ: orationis effectum.

De aqua cisternę Bethleem.

¶An vero bethleemiticā quis desiderat aquā D & nostro sibi ministerio sperat ab eisdem fontibus exhiberi? Acceptam fortassis ipse repudiās fundet in terram: sanguinem magis appellans quem elicimus vehemētius emūgendo. Quid enim aliud mystice innuit optatio illa & illa

refutatio nisi Iudaicæ plebis expectationem in ipsa demum exhibitione ad excusationis verba cõuersam? Aqua frigida animæ sitiẽti nuncius bonus de terra lõginqua: q̃to magis qui de cœlo venit super oẽs est? De cœlo suscepit aquam cisterna Bethleemitica: aquã merito desideratã sed inique repudiatã etiã & effusam. Cęterũ expositio hæc superioribus ptibus non cohæret. Possumus autẽ sic intelligere: vt dicat̃ cisterna illa Iudaicæ plebis tenuisse figurã. Præsertimq̧ de Bethleem regũ dignitas traxit originẽ: cui⁹ aquã verus Dauid sitiẽs illi⁹ p̃cipue ppli visus est desiderasse figurã. Et primitias qdem aliq̃s per eosdẽ quos diximus primos tres robustos, p̃dicatores videlicet sanctos ei exhibitas nouimus: sed libatas dño & effusas in terrã, in toto seculi orbe dispersas. Quod autem dixisse legit̃ sanctus Dauid: Num sanguinẽ viroꝝ istoꝝ bibam: & eandẽ aquã bibere noluisse: ad hoc referri potest: q̄ cõuersis ad persecutionẽ apostolorũ Iudęis: cessauit eoꝝ vocatio: & in nationes dei gratia est diffusa. Iam vero primis vtcũq̧ tractatis veniendũ est ad secundos. In quibus nihilominus triplex quædã religiosis maxime sectanda videt̃ gratia cõmendari. Abisai pater sacrificii (Hoc em̃ nomẽ eius interp̃tat̃) feruorem indicat pœnitentiæ. Banaias cæmẽtarius vel ędificator dñi: fructũ obediẽtiæ. Asael factura dei: sacræ deuotionis affectũ. Quicquid em̃ in sacrificiũ dñi ab his qui vere huic mũdo renunciãt per mortificationẽ carnis offertur: ex contritione cordis & feruore interioris pœnitentiæ procreatur.

De Abisai.

E ¶Sed & virtus eiusdẽ Abisai quã fecisse narratur, ab eadẽ fortassis interpretatione nõ discrepat. Dicit̃ em̃ q̄ trecentos occiderit. In qbus cẽtenarium triplicat nõ cõmendatio perfectionis alicuius: sed multitudinis designatio. Vniuersa siquidẽ numerositas quã Chaldęi ĩgerũt tribus turmis irruentes, pœnitẽtiæ feruore pimitur: videlicet quicqd fuerit cogitatione, locutione, operatione negligẽter admissum. Ego vero easdẽ arbitror esse vncias quas appendebat ferrũ hastę Gigantis quẽ idẽ Abisai percussisse narrat̃. Validissima siquidẽ aduersum nos aduersarii hasta nostra est culpa: & nostra pręuaricatio: eius maxima fortitudo. Nec contentus tamẽ delictis prioribus accingit̃ ĩsuper ense nouo occasionẽ & opportunitatẽ nouæ semper tẽtationis exquirens. Quis vero ille est sic accinctus? Fateor dissimulabã: sed vereor ne qbusdã eadẽ dissimulatio sit molesta. Dicit̃ ergo Gesbi qd̃ interpretat̃, est in me. de Nob: qd̃ fortassis ad Nobe pertinet: & latratum sonat. Est autẽ concupiscentia carnis cõtraria legi mentis. De qua fatet̃ apostolus. Quia nõ est ĩ me bonũ. Fatendũ ergo cuiq̧ est: quia ĩ me hostis meus: sed ex latratu videlicet: ex suggestiõe maligni. Nec miret̃ quis quia visus est percutere deficientẽ Dauid. In nobis em̃ deficit sicut & proficit: qui in seipso semper idẽ est: & anni eius nõ deficiẽt. Deniq̧ in nobis format̃ Christus: ĩ nobis extinguitur spiritus. Est autẽ peccatũ ad mortẽ: p̄ quo nõ dicit̃ vt rogetur. Est blasphemiæ spũs qui nõ remittet̃. Est peccator impœnitẽs: & veniam nõ meretur. Alioquin sacrificiũ deo spũs cõtribulatus. & p̄sidio erit Abisai ne percutiatur Dauid: qui deficere videbat̃. Nõ solũ autẽ sed Phylistęũ ipsum percutit & occidit. Occidit eũ. Occidit etiã & trecentos. Nam virtus pœnitẽtiæ nõ modo imminẽtis adhuc violẽtiã tentationis extinguit: sed peccata iam etiã admissa cõsumit.

De Banaia.

¶Secũdum in his secundis locum tenere dicit̃ Banaias sicut supra meminimus cæmẽtarius vel dñi ædificator. Nimirũ pœnitẽtia destruit noxia: vt vtilia iam ædificet obediẽtia. Et magnifica satis Banaiæ huius opera legimus: sed obedientiæ per omnẽ modũ magnificẽtiora videmus. Q̄ si pro eo qd̃ habemus magnoꝝ operũ, magister magis dicit̃: sicut Hebręos tradere aiunt expositores nostri: euidentior est intellectus. Nã magistra operũ obedientia. De quo tandẽ habemus exp̄ssius scriptũ: quia fecit eũ sibi Dauid auricularĩũ a secreto. Nimirum cũ audiẽdi. i. obediẽdi aures haberet. Percussit autem Banaias leones tres & virũ vnum Aegyptium dignum spectaculo. q̃is duos primos leones homines magis fuisse autumẽt fortissimos quosdã duces Moabitarũ. Nos autẽ ĩ his om̃ibus grauissima quędam quatuor vitia moraliter intelligimus: & de eis victoriã obedientiæ designatã magnificis actibus Banaię. Duo primi leones Moab ad spiritũ gastrimargiæ & luxuriæ referantur. Grauiter enim vtraq̧ hæc vitia sęuiunt: & q̃ multis infeliciter pręualere noscuntur: quia etiam animal ipsum ex vehementia caloris non modo voracissimum esse, sed libidinosum perhibetur. Interpretatur autẽ Moab ex patre. & ex illius primi patris vitiata radice & in filiis deinceps hmõi vitia surgunt qui in cibi vetiti transgressione peccauit. Q̄ si merito inobedientię contraria legi mentis in membris nostris innata est lex peccati: liquet econtrario subditam deo animam obedientiæ merito obtinere etiã legẽ legitimæ dominatio

nis in carne sua:& de vtroq; vitio gastrimargiæ seculi & luxuriæ triumphantē ab eorum prius vsurpata tyrannide mēbra subtrahere. Alioquin qui in cibo inobediens esse adiecerit leonē,timeat illū qui prophetā de Samaria redeuntē pro eo ꝙ in via prohibitus comedisset occidit.De leone altero qd dicemus? Ego ipm arbitror esse:de quo vnus ex filiis prophetarū cum dixisset ad socium suum in sermone dñi percute me:& ille renueret:qa noluisti inquit ecce percutiet te leo. Caro etenim nostra cum insolescere cœperit:eo ipso monet vt percutiatur quo aduersus spiritum cōcupiscēs indicat opus esse vt castigetur.Loquitur autē hoc non in suo sermone:sed dñi.Non em̄ carnis suggestio est:sed diuinæ dispensatio pietatis:quotiēs ad ipsius mortificationem animus prouocatur ex occasione concupiscentiæ prurientis.Et percutitur a leone:qui renuit dum præualuerit aduersus eum tentatio libidinis:qui neglexerit carnis domare lasciuiā. Nec desipuit alter qui monentē percutere q̄ percuti a leone maluit. Nec vero vbicunq; illum:sed in capite vulnerauit ꝙ in ipō statim initio hmōi concupiscentia mulctari debeat & mactari.Tertius leo rugiens in cisterna iracundiæ spiritum significat intus in anima sęuientē.Dies niuis:tempus indicant aduersitatis.In diebus ergo niuis leo rugit in cisterna dum iracundiæ spiritus pondere aduersitatis oppressus intus furit in consciētia.Descendit autē Banaias ad eum:& rugientem intus occidit:dum obedientiæ mansuetudo subiectam deo faciēs animam persuadet vt voluntarie sacrificet ei. Ad obedientiam enim non magis noscitur pertinere vt faciat quis qđ iniungitur:q̄ vt sustineat qđ infertur.Nec vero aliud est vox hominis inter molestias murmurantis:q̄ furor leonis sub aceruo niuiū rugientis.Felix Daniel:quem in lacum missum eiusmodi leo immo etiā leonū multitudo non nocuit:dum iræ & indignationis occasio multiplex nō turbauit.Vir Aegyptius dignus spectaculo habens in manu sua hastam,superbiæ spiritus intelligitur.Dicitur autē vir spectaculo dignus sua æstimatione & vana quadam p̄sumptione virtutis.Sæpe etiā velut ratiocinando suadet.Nō est inquit neganda veritas: hoc vel illud nemo faceret cæterorum.Propter qđ inter cætera vitia viro magis q̄ beluæ operat̄. Aegyptius.i.persequens:ꝙ nō modo in prauis actibus:sed etiā in bonis aduersat̄. Primus aduersus nos arma corripit & deponit ea nouissimus.Habet enim in manu hastā:qiua in promptu & ad manum illi est occurrentibus aduersari:impetere gratis īmeritos:cōsurgere in innoxios sine causa. Nec immerito manus oīm contra eū non modo hominū:sed & dei:qui superbis resistere perhibet̄.Nimirum aduersaria semp & odibilis deo superbia est.Et qđ in cæteris vitiis nō videt̄,cæteris etiā inuisa superbis. Parū est ꝙ in manu hastā hic Aegyptius habere dicit̄:habet in ore.Inde est ꝙ pauper cū obsēcrationibus loquit̄:diues autē affatur rigide. Itaq; veniat Banaias:sed in virga:non in spiritu mansuetudinis.Descēdat ad Aegyptiū hūc & de manu hastam eius violēter extorqueat:q̄ transfodiat inimicū.Superbiæ vitium obediēs animus detestet̄.Arguat & contēnat ex eo ipo ꝙ cæteros oēs ipsa iudicare,oībus soleat aduersari.Nec mirū videat̄:ꝙ superbiam obedientiā perimat:quandoquidē primus gradus est humilitatis obediētia sine mora.Videtur autē ad hæc vitia quatuor pertinere triste illud ꝓphetæ Ioelis initiū.Quoniā residuū erucę co.brucus &c.nisi ꝙ alio ordine q̄ diximus hic,in prophetica exclamatione ponat̄. Neq; enim ordini subiacēt qui illuc trahunt:vbi nullus ordo:sed sempiternus horror inhabitat.

De Asahele.

¶Tertius in his secūdis fortibus Asahel.Quid magnificū egerit non narrat̄. Nimirum vacat deo sancta deuotio.Deniq; factura dei est & nō hoīs vt cōstet eum in vacante sibi homine mirabiliter operari.Rapit em̄ in cœlum:rapit in paradisum:rapit & facit ineffabilia verba audire quæ nō.l.ho.lo.Ne ergo quæras Asahel iste quid egerit.Secretū suum sibi & dño deo suo. Magnificat aīa eius ad dñm.In secundo eiusdē secundi libri capitulo de eodē legitur Asahele ꝙ velocissimus cursor fuit:quasi vnus de capreis quæ morant̄ in syluis.Vbi ipsius animantis naturā cōsiderantibus nō modo cursus velocitas:sed subtilitas etiā visus in eodē Asahele cōmēdata videt̄.Necessarie quidē. Alioquin perniciosa est pernicitas cursus si perspicacitas visus defuerit. Facile em̄ nisi clare viderit incurrit periculum qui cito currit.Atq; vtinam semper fugere vt caprea Asahel iste q̄ fugientem Abner improbe persequi aduersa hasta feriendus in inguine maluisset. Expedit enim p̄sertim affectuosissimis mētibus fugiēdo potius declinare contagia vitæ:& elongari fugiētes:q̄ infeliciter experiri quid incauta præsumptio soleat afferre periculi. Vnde quidā sanctorum.Sta in acie inquit:fortiter dimica:ego fugere malo q̄ spe victorię vinci.Itaq; ex his tribus pœnitentia quidē futuri purgat & ꝑparat ædificii loca:succidit vepres:arbores extirpat annosas:scindit petras:paludes siccat:valles exaltat:montes humiliat:immo etiam virtute si-

dei tollens mittit in mare. Obedientia deinceps extruit ampla palatia: fortissimas erigit turres: diuersi gñis arborũ hortos: & lacunas pisciũ locis ordinat opportunis. Nã deuotio cælaturis & picturis potiꝰ vacat. Bysso & purpura ornat parietes. Pauiméta nouis quotidie floribꝰ sternit: nouas semp delitias: nouas exhibet species pigmẽtorũ. Harũ sane virtutum verus quisqs cõtemptor seculi primã sibi dat: vt sua mortificet vitia. Secundã vero primũ quidẽ plãtis, deinde proximis oĩbus: vt in charitate illis obediens seruiat. Tertiã deo: vt in eius semper beneficiis, in misericordia eius, in memoria eius delectet: in laude eius & gratiarũ actione versetur. Qꝫ felix erit domus Dauid: dum eiusmodi stipata fuerit agmine robustorũ: dum inuenietur in ea plãtorũ dignitas salutaris doctrinæ verba: virtutum exempla: & orationũ studia sine intermissione sectari: religiosorũ sanctitas pœnitẽtiæ disciplinã: obedientiæ regulam: gratiã deuotionis magnanimiter æmulari: humilitas plebis in reuerentia sacramentorum & obedientia mandatorum dei fideliter conuersari. Ea quippe vident per ternarium vnum & alterum, & nouissimum tricenarium commendari. Quibus dum annumerari dignatur vnꝰ ille & vnicus cui dicitur: Quis similis tui in fortibus domine: illius ad nos exinanitione numerus noster implet: vt sint omnes triginta septem: ꝙ vnigenitus factus sit primogenitus in multis fratribus.

Qꝫ Iudæi Christum quem desiderauerant recipere noluerunt.

H ¶O siqs daret mihi aquã de cisterna Bethleem Hanc aquã desideratam rex Dauid bibere nolens effudit, nõ suo forsitan voto: sed typo potius alieno: in hoc facto pariter nobis exemplũ temperantiæ suæ: & Iudaicæ nihilominus per fidei signum relinquens. Effudit eã inquã, & libauit eam dño. Tu quoqꝫ si proprium coerceas appetitũ: & cõcupiscentiã nõ sequaris: obtulisti vtiqꝫ sacrificiũ gratum dño deo tuo. Exiguũ satis illiꝰ aquæ pciũ foret si biberet: magnum fuit dũ effunderet. Vilis res aqua: sed eo ipso temperantia pciosior in re vili. Cæterũ iam liquet dilectissimi ꝙ cisterna optata ĩ Bethleem desiderabilẽ habeat aquã nõ de terreni alicuius fontis aut putei vena: sed ex ĩbre cœlesti. Hauriũt tres robusti: audiũt & annũciãt tres pastores. Sed Iudæa quã desiderauerat aquã bibere noluit nec oblatã: quando omnes qui a pastoribus audierunt mirati sunt nõ imitati. Libauerunt postremo Iudæi aquam immolantes filiũ in conspectu patris. Sicut aqua effusus sum, ait ipse. Effuderunt eñ sanguinem Christi sicut aquam: qđ est sine reputatione. Effuderunt in quam Iudæi: & effuderunt non hic vel illic: sed in terrã. Ita est inebriata terra: sed adhuc Onager sitit.

Finitur liber Regum. II.
Sequitur liber Regum. III.

Stephanus.

Dauid nõ calefiebat. Nimirum frigus pertulit, quia de senibus natus est parentibus: vel quia multum in prælio sanguinem fuderat: vel potius ex quo angelũ cædentem populum vidit, pauore vehementi contabuit.

De ambitione.

¶Adonias festinauit & pꝯccupauit regnũ &c. K
Tales sunt qui in hoc seculo regnare volunt Filius Agith: quæ interpretat festiua vel solẽnis. & qui mundo adhærẽt, volunt esse semper festiui. Vnde pꝯccupauit regnũ: & ideo regno carebũt. Falsum est igitur qđ vulgo dici soler, Qui prior accipit non pœnitebit,
¶Cerethi viuificantes: Phereti mortificãtes. hi non interfuerunt conuiuio Adoniæ. L

De prælatis.

¶Imposuerũt Salomonẽ super mulã regis. Mula est caro nostra. Hęc est mula regis si bñ regatur. Salomon inungendus in regẽ: super mulã ponitur vt castiget carnẽ suã. Et adduxerunt eũ in Gion: qđ interpretat luctatio. Inungit ergo Salomon in Gion: ad notandũ ꝙ maxima lucta in dignitatibus fit & magnus labor. Itẽ Salomone inuncto timuit Adonias & oẽs q̃ inuitati sunt ab eo. Eodem modo qui in delitiis seculi viuunt terreri possunt: audito ꝙ Christꝰ inunctus est: & considerata humilitate incarnationis Christi. M

Hugo de Foilleto.

Qꝫ per mulam temperantia designetur.

¶Et imposuerũt eum super mulam regis. Mula ex equo & asino nascitur. Vnde hoc animal ex velocitate equi & asini tarditate naturaliter temperatur: & ideo per mulam intelligimus temperantiam. Super mulã sedens Salomon in Gion ducit: quia necesse est vt qui ad luctã regiminis trahitur, per temperantiã moderetur. Vtinã tales essent qui in ecclesia primatum tenent: vt in Gion luctantes contra vitia laborarent: ad compassionem vero fratrum vncti oleo sancti spũs extendi possent: vt inter Sadoch & Nathan mediũ incederẽt: & sic ex vna N

parte iustitiam:ex alia vero misericordiam ha-
beret.Sederet super mulã regis: vt in oibus te
nerent modũ temperantiæ & discretionis.

O Qꝫ necessaria sit ꝑlatis vnctio spiritalis

¶Vnxerunt Salomonē Sadoch sacerdos & Na
than propheta regē in Gion. Quælibet fidelis
anima Hierusalē dicit:quæ contemptis secula-
ribus curis meditãdo cœlestia cõtemplat.Prin
cipatũ huius ciuitatis obtinuisse dicit Dauid
manu fortis.Virtutē siquidē boni operis imitã
ri solet multoties abũdãtia pacis veræ. Inde est
ꝙ post Dauid Salomon Hierusalē obtinet: qa
animus qui bonis operibus abũdat,in pace ma
nere solet.Viuente autē Dauid Salomon in re
gem vngitur:quia vigente boni operis affectu
animus quiete mentis dominatur. Vnxerunt
inquit Salom.&c. Sadoch iustus: Nathan do-
nans:Salomon pacificus:Gion lucta interpre-
tatur.In Gion Salomon in regē vngitur:quia
cũ magna difficultate agitur vt anim⁹ sibiipsi
etiã in pace dominet:vt regat in pace subiectũ
populũ.i.diuersos motus carnis:& turbas mul
tiplicium cogitationũ.Salomon non vngitur nisi
quãdo ad culmē ꝑlationis sublimat. Honores
inquit mutant mores.Tunc em̃ Salomon.i.pa
cificus animus vnctione indiget:quia locus ꝑ-
lationis aut vix aut nunq̃ elationis tumore ca-
ret.Necesse est igit vt Salomon vngat:ne pellis
sicca rumpat.i.ne populus separet:sed regen-
tis animus humilitatis oleo molliat. Salomon
in regē vngitur quãdo pacificus anim⁹ gratia
sancti spũs fœcũdat. Est autē locus sancti spiri
tus animus humilis & quietus. Pellis perun-
cta absq; læsione patit vt in longũ vel in latũ sę
pius extēdat.Sic pacificus animus ad quælibet
opera misericordiæ trahit si oleo veræ humili-
tatis aliquoties perungat.Sadoch & Nathan
Salomonē in regē vngunt:qñ iustitia & mise-
ricordia animũ cuiuslibet potentis modestum
reddunt:vt extendi valeat per dispensationem:
ne vel ipse per irã rumpat:vel alios a se ipse se-
paret per nimiam crudelitatis oppressionem.

Bernardus.

Qꝫ synagoga tam sibi q̃ gentibus & cœlesti ec
clesiæ inuidebat viuētem puerum,immo vitã.

3. P Nec mihi nec tibi sit:sed diuidat. Vox
est synagogę Christum ecclesiæ inui
dentis.Ipsa siquidē nobis ipsum pepe
rit officio quodam matris,nõ affectu.Excussit
em̃ de sinu suo extra ciuitatem eiiciens & ele-
uans super terrã:tanq̃ dicēs ecclesiæ gentiũ &
ecclesiæ primitiuorũ quæ in cœlis est.Nec mi-
hi:nec vobis:sed diuidat.Diuiditur inquã non
inter vtrasq;:sed ab vtrisq;.Expulsum em̃ & ex
altatum:& quidem modice satis,tamen vt nec
in tuis esset manibus nec in terra,ferro vndiq;
coarctasti: ne forte vel hac vel illac excederet:
vt videlicet a te separat⁹ ad neutrã pueniret il
larũ.Sęua nimiũ mater:ita obortiuũ facere vo
luisti:dũ nõ esset qui excipere posset excussum.

Vverricus. Q

Qꝫ verã pueri matrē inueniat gladius Salom.

¶Date ei infantē viuum.Infans pro quo contē
tio agitur,Christus dñs est.Mallet synagoga
æmula & mala meretrix infantem necari q̃ ec-
clesiæ viuũ dari:sed in inueniẽda matre Salo
monis iudiciũ non errauit.Date ecclesiæ ait in
fantem viuũ.Hæc est em̃ mater eius.Quicũq;
em̃ fecerit voluntatem eius,ipse mater & fra-
ter & soror eius est.O fratres hoc nomē matris
non est singulare prælatis:q̃uis eius specialiter
huiusmodi incũbat officiũ:cõmune est & vo-
bis qui facitis voluntatem eius.Et vos matres
estis huius pueri ex quo a timore dñi cõcepi-
stis:& partu. spiritũ salutis.Vigila igit o ma-
ter sancta:vigila super curam recens nati do-
nec formet in te Christus.qa quo tenerior, faci
lius potest perire tibi:qui nunq̃ perit sibi.Spiri
tus enim qui in te est,si in te extinctus fuerit
redit ad eũ qui dedit illũ. Vigila inquã super
curã recētis nati:memor quia æmula tua dor-
miens oppressit filiũ qui datus erat ei.Quæ est
enim stulta & crudelis illa mater nisi carnalis
anima q̃ spiritũ extinguit negligentia & iner-
tia?Huiusmodi hoies cum religionis amiserũt
feruorē,ipsius tamē sibi arrogãt gloriam & no
men.Inde cõtentiones carnaliũ in capitulis:vbi
verus Salomon inuisibiliter ꝑsidet.Filius meus
aiunt carnales,viuit:& tuus mortuus est.Ego
spiritũ dei habeo:tu non habes:in me viuit ti-
mor dei:in te mortuus est:dum.s.ęmulant sibi
religionis auctoritatem:cuius spiritales habēt
veritatem:vt subducta eius auctoritate consue
tudines inducãt pro sensus sui libidine.Et re-
uera mater vult æmulæ dari infantem viuum
non inuidens ei gloriã,dũmodo habeat & vir-
tutem.Sed illa:nec mihi nec tibi:sed diuidatur
quia nimirũ sibi sanctitatis cupit honorem &
aliis relinquere laborē.Sed non errat qui iudi-
cat:etsi aliquãdiu dissimulet.Gladius Salomo
nis matrem inuenit:cui adiudicat indiuisum
sicut affectum charitatis sic effectũ potestatis:
sicut feruorem operãdi sic fauorem imperãdi.

Hugo de Foilleto.

Qꝫ pacis quietem quatuor inquietent.

Habuit Salomon pacē i circuitu.Qua 4. R
tuor sunt q̃ pacis somniũ inquietant.
Hostis.s.seruus,vxor,& vicinus. Ho-

ſtis eſt diabolus: ſeruus mundus: vxor caro: vicinus quilibet proximus. Cum ergo diabolus eiicit, mundus ſubiicit: caro affligit: proximus diligit: quid aliud agit niſi ꝙ pax ex omi parte ſtabilit? Sic autẽ Salomon pacẽ habet in circuitu: qui nõ turbat memoria pteritorum delictorũ: nec inquietat deſiderio futurorũ: nec frãgitur aduerſis: nec proſperis eleuatur.

Ricardus.

Q vanarum cogitationum copię ſuccedat bonarum per dei gratiam multitudo.

S ¶ Dabit tibi dñs latitudinẽ cordis: ſicut arenã q̃ eſt i littore maris. vt tãta ſit. ſ. copia cogitationũ bonarũ q̃ta fuit pri⁹ mltitudo inutiliũ & vanarũ cũ adhuc cor tuũ iuxta mare magnũ mũdi hui⁹: per deſideriũ requieſceret, & amore nimio inhęreret.

Stephanus, de paſſione Chriſti.

T ¶ Diſputauit Salomon a cedro quæ eſt in Libano vſq; ad hyſopum. A cedro vſq; ad hyſopũ Chriſtus diſputat: quãdo ſuperborum colla & humiliũ iudicat. Super ligna quoq; diſputauit dũ in cruce pendens arrogantiã ſeculi inclinauit vſq; ad humilitatẽ hyſopi. i. vſq; ad ſtultitiã crucis. Quę egredit de piete. Paries eſt caro nr̃a. Vñ. Ecce ipe ſtat poſt parietẽ. Qui innitit ſup parietẽ mordebit eũ vt coluber. De pariete ergo egredit hyſopus. i. humilitas: qa nihil magis hũiliat q̃ cõſideratio fragilitatis nr̃æ ſi cõferat ad Cedrum. i. ſublimitatẽ æternæ gloriæ.

Aithardus.

Q niſi tranſeuntes per ſecurim & malleũ, ſtructura cœleſtis ad ædificiũ non admittat.

6. V Malleus & ſecuris non ſunt audita in domo dñi. Hoc ſic intelligendum eſt ꝙ ante ædificationẽ templi dñi adhuc lapides in monte Libano extiterãt, adeo quadrati fuerãt & politi: ꝙ in ipſa ædificatione & ſtructura lapides ſibi cõuenieñter aptarent ad inuicẽ: & facillime ſine tũſione aliq̃ iũgerent. Nã antea ad extrahẽdos lapides & q̃drãdos malle⁹ & ſecuris plurimum neceſſarii extiterãt. Sed hoc multo meli⁹ multoq; verius de illa cœleſti ædificatione: quã verus Salomon Ieſus Chriſt⁹ de viuis laudibus quotidie ædificat in cœlis: accipitur. Vbi nec malleus reſonat: nec ſecuris: ſed magis gr̃arũ actio & vox laudis. De domo etiã ſpiritali quã iugiter ædificat i ſc̃tis, cõuenieñter poteſt intelligi. Nã multo ſudore multoq; labore ſudat: ſecuriq; ac malleo plurimũ laborat: anteq̃ ad illã quietẽ ad illã pacẽ quã ſolus Ieſus inhabitat veniat. Vt ergo forment lapides i Libano ſuperiore: primo extrahẽdi ſunt a Libano inferiore: vt forment in charitate dei: eruẽdi pri⁹ ſunt ab amore ſeculi. Eos autẽ nõ elicere & extrahere valde eſt difficile. Vt enim mũdus naturalis ex quatuor compactus eſt elementis: ſic & ipſi in mũdo quodã vanitatis velut ex quatuor ligant vinculis. Hoc ipſum ſiquidẽ eos ibi detinet: ꝙ ſunt i Libano monte. i. ꝙ mũdus eis candeſcit arridet & blandit: ꝙ in viis ſuis proſperantur: & ꝙ forſitan ad aliquod ibi culmẽ honoris ſublimant aut expectãt ſublimari. Detinet etiã eos moles propria. i. carnis ſuæ delectatio: propria quoq; durities. i. mẽtis ſuæ obſtinatio. Aliorũ quoq; lapidum cõnexio. i. carnalis quã ipſi ad alios & alii ad ipſos habent, affectio. Proinde inimici hominis domeſtici eius. Nõ em̃ ipſi in ædificium ſpirituale intrare volunt: nec familiares ſuos intrare permittunt. Hæ ſunt ſquamæ ſe prementes. Hic profecto malleus & ſecuris ſunt neceſſarii. Hic exercẽdi ſunt & audiẽdi ſi forte vel in eorũ ictibus in lapidib⁹ hui⁹ forma Libani q̃ eis candeſcit poſſit cõfundi: moles alleuiari: cõſtringi durities: cõpages diſſolui: vt ſic a maſſa pditionis diſſoluant & a Libano inferiore auellant: auulſi cędant: poliant: & i Libano ſuperiore q̃drent: atq; formentur: in domus ſpiritualis ſtructurã mittantur.

De platorũ diſciplinalibus inſtrumẽtis. X

¶ Cõcutiẽdi ſunt igit aliquãdo per fidẽ: aliquãdo minacius p rationẽ. Securis eſt em̃ cũ quis cõuenit ex fide: Malleus ex rõne. Obiiciẽda eſt eis peccati fœditas: & ſupplicii aſperitas. Quia autẽ carnalis anim⁹ magis abhorret ſuppliciũ propter aſperitatẽ q̃ peccatũ propter fœditatẽ: Securis eſt cũ huius exponit fœditas: Malleus cum illius opponitur aſperitas. In ſuppliciis quoq; ſecuris eſt: comminatio miſeriarum vitæ præſentis. Malleus comminatio miſeriarum vitę ſequentis. Vel ſecuris in rerum amiſſione malleus in corporũ flagellatione. Vel ſecuris in igne purgatorio: malleus in æterno. Huiuſmodi ſecuribus & malleis cooperante gratia ſpiritus ſancti duri nõnunq̃ lapides a lapidicinis inferioris Libani extrahunt. i. a mundi vanitate & cõuerſatione carnali. Sed nunquid iam ceſſabũt: vt deinceps nõ audiant malleus & ſecuris? Immo neceſſari⁹ eſt adhuc eoꝝ vſus. Adhuc em̃ rudes ſunt: & formari indigẽt & q̃drari. Abbas igit altera manu ſtringat malleũ & altera ſecurim. Malleo vtat ad cõtumaces atq; rebelles: ſecuri ad humiles atq; tractabiles. Per malleũ increpet aſpius. Per ſecurim arguat modeſtius. Malleũ ergo & ſecurim portet non mõ ad aliorũ correptionẽ: ſed ad ſui corporis caſtigationẽ & cordis humiliationẽ. Alioqn magis incurrẽt. Nã ſicut i pſenti nõ ſunt ſicut cæteri

hominum: sic nõ erunt vt cæteri in futuro: vt hic nõ sunt in gradu aliis æq̃les: sic & aliis tũc erũt aut superiores in gloria: aut inferiores in cõtumelia. Recepturi siquidẽ sunt aut duplicẽ coronã aut duplicẽ pœnã. Subiecti quoq; plati sui malleo & securi nõ sint cõtenti: sed quisq; sibimetipsi securim gerat in cordis cõpunctione & malleũ in carnis afflictione. Securis autẽ quotidiana nobis incũbit in colluctatiõe aduersus carnẽ & sanguinẽ. Malleus vero in colluctatione contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Qñ etiã foris sunt pugnæ: intus seditiones: Securis est exterior psecutio a manifestis hostib9. Malleus vero psecutio interior a falsis fratrib9 Nulla eñ pestis efficacior ad nocendũ q̃ familiaris inimicus. Huiusmõi malleis & securib9: hmõi tũsionib9 & psuris lapides expoliti atq; quadrati cõueniẽter & cõdigne trãseũt in ædificiũ spũale: suisq; aptant locis p man9 artificis disponunt pmãsuri sacris ædificiis. Vniuersos autẽ vbicũq; dispositos firmiter in vnũ cõpaginat cęmẽto spũali: cæmẽto spũs dei: glutino videlicet perfectæ charitatis: docẽs eos seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Ipse dei filius hic est cęmẽtarius: cęmẽtũ spiritus sanctus. Hic iã silẽt malleus & securis. Qui eñ pfectionis tãtæ sunt vt ĩ ędificio dei sic locari sint idonei: incedũt in oĩbus iustificationibus dñi sine querela & sine offensa. Nec oportet vt icrepent vel arguant: sed nec etiã vt admoneant. Ipsi eñ in libertate spiritus cõstituti hilares datores voluntariũ offerunt sacrificiũ immo holocaustũ. Perfecta siquidẽ charitas ab eis foras misit timorẽ quasi malleũ incidendi dãnationem: & quasi securim timorẽ amittendi beatitudinẽ. Quisquis talis est q̃tum adiicit decori domus dei: q̃ pulchre ibi est & q̃ ordinate: q̃ aliis concorditer: q̃ domui vniuersę decenter. Superiores quoq; reueretur vt patres: siqui sunt subditi eis prouidet vt filiis. Eis qui a dextris ĩ profectu sunt & gaudio spirituali sic congratulat acsi sua esset gratia. Eis etiã qui in sinistris in aliquo defectu sunt siue in aliqua tentatione vel qualibet corporis aut animi vexatiõe, sic cõpatitur acsi ipse pateret. Alioꝝ siue bona siue mala reputat sua.

Hugo de Foilleto.

Qꝫ per templi pauimentum allegoricẽ fratrũ concordia designetur.

Y ¶Pauimẽtum texit Salomon auro interius & exterius. In oraculo. s. & in templo. i. in contemplatione corã deo: & in actione corã proximo. Est autem mysticum pauimentum humilis cõcordia fratrum: qui spirituali fraternitate sub monasterii regula humiliter seipsos psternũt calcandos etiam persequentibus concordi societate: ne in dispositione pauimẽti sciẽtia quæ inflat: inter fratres inęqualitatis offendiculum ponat: ne in aliquo nobilitas generis scrupulũ faciat elationis: ne is qui de seculo ad monasterium aliquid de proprio attulit: remissior in labore: paratior in habitu: delicatior in victu: honoratior præ cæteris esse velit. Sed ordinatis fratribus in pauimento beniuolę subiectionis detur vnicuiq; sicut vnicuiq; opus fuerit iuxta cõstitutũ apostolicę dispensationis. Texit itaq; pauimentum auro: prius tamen marmoreos lapides super terram sternens: deinde vero marmori tabulas superponens abiegnas: in marmore scilicet fidei fortitudinem: in abiete spei altitudinẽ: in auro precium charitatis designans. In his igitur est ambulandũ desideranti peruenire ad cœleste regnum.

Moraliter.

¶Sed & moraliter pauimentum domus intrinsecus & extrinsecus auro tegitur: ita scilicet vt prius marmor ac deinde tabulę abiegnę supponant. Intelligit itaq; in marmore propositi firmitas: in abiete desiderii proprietas: in auro intentionis puritas. Habes nunc abietem in medio cum marmore & auro: vt si quid desiderandum est: desideres in puritate & firmiter conserues. Est igitur morale pauimentum humilis concordia morũ: intrinsecus & extrinsecus vestitum auro: interius. s. intentionis puritate: exterius bonorum exemplorum splendidissima charitate. Super hoc pauimentum calcas dum in puritate superni desiderii firmiter ambulas. In hoc oratorio si pronus ores: aurum nõ terram vides. Vbi est enim puritas mentis non apparet puluis terrenæ cupiditatis. Nihil eñ erat in interioribus templi qđ non tegeretur puritate auri. Si eñ respicis sursum, vides aurum: quia dum contemplaris cœlestia pure diligis deum. Dum respicis parietes, aurum vides: quia proximum pure diligis propter deũ. Nil igitur erat in templo quod non tegeretur auro: quia in perfectorum mente nil est qđ nõ vestiatur supereminente puritate amoris. Z

Gillebertus de triplici gñe ostiorũ.

¶Fecit Salomon in ingressu oraculi ostiola. Facta sunt ostiola de lignis oliuarũ. Nisi perunctum ostium Christus ingredi nescit. Ideo in templo de lignis oliuarum ostiola facta sunt: per quæ in sancta sanctorum introitus patet. Huius etenim ligni materia vnguentarii est ministra liquoris. Ostiola dicta sunt & oliuarũ. Arctus introitus: sed in pinguedine gratiæ sine difficultate illaberis: vbi subtilis est intelligentia & secretũ mysteriũ, nõ laboriosus pate A

bit ingressus si deuotionis & charitatis oleo q̃si ostio volueris vti. Et puto ꝙ cōueniēs est de tē plo prolatū testimoniū. Templū eñ dei sanctū est qđ estis vos. Habe ergo in templo tuo ostia per quæ summus pontifex solus ingrediatur in intimum tui cordis recessum. Claude ostiū: obde pessulū, nisi quando dilectus tuus pulsat ingredi volēs. Habe ostiū circūstantię: prospice circūstanter: constāter resiste. Obliuio & ignorantia nō subrepat: improbitas nō irrūpat. Et si ita mauis distinguere: solicitam meditationem reputa ostiū: orationē quasi pessulū. Tali firmatum repagulo: hostili nō patebit impulsu ostiū tuū. Vbi vero vocē & pulsum audis dilecti: vbi manus eius subtilē & per foramē sentis attactū aufer pessulū: ostiū aperi: cuncta cedant obstacula. Si fieri potest mediū parietē totū aufer: vt libere se dilectus tibi totus infundat. Verū quomodo ostio eget ille q in euāgelio ait: Ego sum ostium? Miranda ratio: ostium est: & pulsat ad ostiū: intrare vult per quē quisquis introierit saluabitur & pascua inueniet. Magna est ostiorum distantia. Est eñ ostium in argumētis naturæ: est ostiū in sacramētis ecclesiæ: & est ostiū in experimentis gratię. In primo ostio naturalis rationis ductu inotescit nobis per opera operans sapiētia: & ad aliquid veritatis intromittimur. Per secundū in eo ꝙ salutaribus sacramētis initiamur ad ecclesiæ vnitatē, intramus ad cōmunionē sanctoꝝ. In hoc sic quidā int⁹ sunt vt tñ quasi foris sint: donec accedant ad tertiū qđ familiarē interpretamur accessum per charitatis affectū in copiā quandā & cōtemplationem dilecti. Ostium hoc tā secretū tā intimū nō oībus patet: sed soli sponsæ pbet accessum. Verūtamē parum quid īteresse reputa: tu ne ad illum ingrediaris: an ad te ipse. Nisi ꝙ tunc videris ingredi ad ipsum cum tu quasi pueniens & prior rogas. Ipse vero ad te cū ipse te pueniens pulsat affectū, improuisus illabit: & nil tale meditantem insperatæ dulcedinis mouet attactu. Quādo pulsat hoc modo ad ostium tuum: noli morari: surge: festina: ne forte declinet.

Stephanus. de fuga seculi.

B ¶ Fecit Salomon in introitu templi postes de lignis oliuarum. Templū est religio. Ostium tēpli est ingressus religionis, cuius postes quadrāguli debent esse: qa q̃ cito claustrū quis ingreditur renunciare debet quatuor. s. carnalibus desideriis: diuitiis mundi: carnalibus amicis: ppriæ voluntati. Vnde & limē templi in Ezech. erat quadrangulū. Itē hæc quatuor debēt facere corde & ore. Vñ & postes duos fecisse dicit.

Cantica sine titulo.

Quib⁹ platoꝝ mētes virtutibus sint inscriptę.

Inter coronulas & plectas &c. In opere tēpli opus basium interrasile erat & sculpturę inter iūcturas. Per bases doctores ecclesiæ designant. Interrasile quippe opus basiū dicit: quia pastoꝝ vita p districtā disciplinæ cœlestis custodiā ab oñi vitioꝝ grossitudine se solerter extenuat: vt cōtinentię exercitio polita virtutū sculpturas cū decore suscipiat. Quales autē sculpturę in ipsis fuerint basibus: manifestat cū ibidē subiungit. Inter coronulas & plectas leones & boues & cherubin. Vbi notandū: qa nō erat vlla ex pte plana supficies basiū: sed vndiq; mysticis sculpta figuris quia sanctoꝝ mentes immo vniuersa eoꝝ conuersatio virtutis in oībus ptendit gratiā. Neq; aliqua in eis hora inanis & vacua pterit: in qua piis vacare operibus vel sermonibus vel certe cogitationibus desistāt. Coronulas quippe in se sculptas habēt cū ad vitæ perennis ingressum iugiter anhelāt. Plectas habēt cū inter desideria vitæ cœlestis vinculū fraternæ societatis nunq̃ dissoluūt. Habēt & leones cū peccantes q sibi cōmissi sūt libere redarguūt & castigāt. Habēt etiā boues cū leonib⁹: quia in ipsa correctione spiritū māsuetudinis nō amittūt. Ruminant & vngulā diuidūt: quia iuxta qđ in sacra pagina legūt discretionē sermonis & operis in ipso feruore arguendi custodiunt. Deniq; & cherubin, qui plenitudo scientię dicit, habēt: qa in sacris eloquiis solerter attendūt ꝙ de oībus iudiciis suis ęquissimo iudici rōnem reddituri sunt. Vñ valde metuūt ne aut p seueriore iustitia aut p nimia pietate irā districti iudicis incurrāt. Hinc est ꝙ ibi subditur. Et super leones & boues quasi lora ex ære pendētia. Super leones quippe & boues lora dependent quando sancti doctores & in seueritate districtiōis qua peccantes iudicant, & in mansuetudine lenitatis qua pœnitentibus remittunt: iudiciū sui timent auctoris: ne forte iniuste ligando ipsi ab eo cuius iudicium errare nequit exorbitent. 7. C

Stephanus. de quadruplici gratia.

¶ Per quatuor partes quasi humeruli subter luterem retinebant. Per hos humerulos significatur quadruplex gratia: scilicet gratia liberans: protegēs: transiens: & saluans. Vel per humerulos istos designatur dilectio: & obedientia: patientia: & humilitas. Hi de basibus procedebant quia hæc debent habere prælati. D

Ricardus.

Quantis profectibus mens spiritalibus dedita studiis augeatur.

ca. 10 E ¶ Venit regina Austri a finib⁹ terrę audire sapientiā Salomonis. Quę est ista regina Austri, & illius calidę regionis inhabitatrix, & dña, & videndi Salomonē desiderio succēsa, nisi ꝗlibet anima sancta: sensibus & appetitibus carnis, cogitationib⁹ & affectibus mentis fortiter p̄sidēs & sūmi regis veriq̧ Salomōis dilectiōe feruēs? Vidēdi desiderio ardēs eiusmodi regina sūmę sapiētię regē ꝓpositis ęnigmatib⁹ cū frequētib⁹ interrogationib⁹ impetit: qn̄ ꝗlibet aīa deuota de diuino adiutorio p̄sumens inuestigandę veritatis studio vehementer existit. Audit quod querit: qn̄ & illa ad quę ex ꝓpria industria nō sufficit: sępe inter orationū suspiria ex diuina reuelatione cognoscit. Videamus adhuc quod sequitur. Videns autē regina Saba omnē sapiētiam Salomonis, & domum quā ædificauit, & cibos mensę eius: & habitacula seruorū, & ornatus ministrorū, vestesq̧ eorum: & hol. ꝗ of. in do. dñi, non habuit vltra spiritū. Ecce modo videns describitur: quę prius proponens & quærens proponebat. Vide tn̄ quid viderit: & intellige ꝗta intellexerit. Vidēs inquit, regina oēm sapiētiam Salomonis. Ecce ꝗta, ecce qualia animę deuotę, animę studiosę datur ex diuina reuelatione cognoscere. Attende ꝗ miranda videndo cognouerit: ꝗ p̄ admiratione ad spiritus sui defectum peruenit. Quid aūt aliud illi fuit spiritū nō habere nisi mēte excedere? vel vnde ei hoc accidit nisi multa admiratione?

Ailredus.

Qꝫ sex virtutum gradibus conscendi debeat cathedra pastoralis.

F ¶ Thronum sibi fecit rex Salomon &c. Hic diligenter fratres attendite quibus gradibus ad curam ascendendū est pastoralē, vt facilius humani generis pestē dn̄andi. s. libidinē caueatis magisq̧ tuti velitis (vt dicit) in imo consistere ꝗ periclitari in summo. Ac primum: Nolite ęmulari in malignantibus. Qui cū sint fornicatores, adulteri, molles, masculorū concubitores impudenter & irreuerēter ascendūt cubile patris sui, & maculant stratum eius: thalamum Christi vertentes in prostibulū: & sanguinem eius adeo cōculcātes: vt p̄cium eius nō solū in vana & noxia: sed qđ horribile dictu est, & in mercedē turpitudinis deposito pudore profligant. Nolite ęmulari in talibus, licet prosperentur in viis suis: qm̄ tanꝗ fœnū velociter arescēt: & q. ho. her. ci. de. Qui em̄ inutilem seruū proiici iubet in tenebras exteriores: quid faciet de indigno, de impudenti, de pestilenti, de se in Christi cathedrā turpiter ingerenti? Sed his omissis de gradibus videamus. Est autem primus gradus cōuersionis. Secundus purgationis. Tertius virtutis. Quartus scientię. Quintus contēplationis. Sextus charitatis. Hi sunt forte sex illi gradus quos in throno Salomonis scriptura describit. Thronus autē Salomonis apte dicit cathedra sacerdotalis: ad quā si quis sine his gradibus nitit, nō tam sessurus ꝗ ruiturus ascendit. Vtrum autē. xii. leonculi illius magni leonis de tribu Iuda. xii. filiis de quibus dicitur: Non possunt filii sponsi lugere, ꝗdiu cum eis est sponsus: Vtrum etiā aurum sapientiæ: æternitati rotunditas: fini posteriora: duæ manus duplici charitatis actioni possint cōuenienter aptari: vestris meditationibus discutiē dum relinquo.

Hugo de Foilleto.

Quomodo thesaurus animę dęmonum dentibus demolitur.

IN anno quīto regni Roboā ascēdit Sesach rex Aegypti ī Hierl'm & tu. thesauros domus dñi, & thesauros regios, & vniuersa diripuit: & scuta aurea ꝗ fecit Salomon: pro quib⁹ fecit rex Roboam scuta ærea. Sesach interpretat̃ byssus cilicii. Cilicium est vestis pœnitentiū: byssus delicatorum. De cilicio autem byssum faciunt qui asperitatē vitę in voluptatē vertunt. Tulit em̄ Sesach thesauros dom⁹ dñi. i. secreta diuini cōsilii: sed & thesauros regios abstulit: qa discretas dispensationes voluptas dissoluit. Scuta vero aurea sunt sacrę scripturę verba. Scuta sunt, quia verę fidei firmitatē defendūt. Aurea sunt quia ex puritate procedūt. Quę scuta Salomō fecerat: quia quietus animus contra hæreticos in pace defensiones parat. Pro quibus rex Roboam scuta ærea fecit. Scuta ærea sunt secularia verba. Scuta sunt, quia multoties veritati resistunt. Fiūt ex ære. i. ex sonora materia secularis eloquentiæ. Aes em̄ qn̄ tangitur procul auditur: quia impetuosus animus cū manu reprehensionis tangitur, ad lites & iurgia prouocatur. Aurum vero silet percussum: quia pacific⁹ anim⁹ nō sentit cōuitiū. Et vniuersa inqt, diripuit. vniuersa Sesach rex Aegypti diripit: qa voluptas carnis qcqd alii cōgregāt in vsus proprios cōsumit. Hoc aūt in anno quinto Roboam agitur: qui latitudo populi interpretat̃. Dum em̄ anim⁹ per quinq̧ sensus corporis se dilatat: hunc voluptas sine contradictione deuastat.

ca. 14 G

Correccion … son escudos de bronce …

Stephanus.

DEmetam posteriora tua. Iustis demetit anteriora dn̄s. i. aufert temporalia vt det æterna. Malis vero posteriora 16 H

demetit.s.vitam æternam.vnde virū iniustum
mala capient in interitu.

Stephanus.

7 I Non habeo panem nisi q̄tū potest ca.
pu.sa.in hydria.Farina verbū dn̄i:pu
gillus operatio.Q̄tum ergo fidelis re
cipit de verbo domini:tantū debet in opus cō
uertere. Hydria est vas aquaticum : farina in
hydria,est subtilitas sacræ scripturæ.

Gillebertus.

Q̄ꝫ multiplex sit species lectorum.

K ¶Pone puerū sup lectū meū.Magnū & multi-
plex mysteriū reperies in lectulis p oēm scriptu
rarū textū sed nō est ad lectulū Salomonis. In
lectulo nil aliud spōsa diligit,nisi ꝙ lectul⁹ est,
& in eo copia sit suū amplectēdi Salomonē.Est
ergo lectulus quem sibi Iob sternit in tenebris.
Et est lectulus quem Dauid rigat in lachrymis
Est lectulus in quo languens decumbit. Et est
lectulus in quo defunctus resurgit. Talis Heli
sei:talis Heliæ lectulus.Vterqꝫ defunctum ho
spitę mulieris filium in lectulo suscitauit. Ille
expādit se super mortuū,iste incuruauit. Vn⁹
in vtroqꝫ Christus.Ille exinaniuit se vt formā
serui susciperet,& æternitatis suæ longitudi-
nem infra temporalis breuitatem naturæ con-
traxit.Ipse expandit se cum spiritū sanctum in
nobis abunde effundit.Sinus ille matris defun
ctum premere poterat nō viuificare. Litera em̄
occidit:spiritus autem viuificat.Sed verus He
lias illum in cœnaculum tulit:& ad spiritualē
intellectum prouexit.Iustus autem ex fide vi-
uit.Ideo tribus metitur vicib⁹,vt trinitatis co
gnitionem conferat,& diuidat mensuram fidei
Plangit lex literę sensum extīctum: sensum car
nalem.Sed Christus hunc sensum tulit : spiri-
tualem restituit.Et Paulus legi se mortuū di-
cit,vt viuat in Christo.Bonum vt & tu moria
ris,non modo veteri legi,sed & veteri homini
vt suo te viuificet in lecto qui peccata nostra
tulit in corpore suo:vt peccatis mortui iusti-
tiæ viuamus.Etiam nūc si quis matris nostræ
conuentus huius sancti viduę apud quā sustē
taris vtcunqꝫ bone Iesu: Si quis inquam filius
eius moritur:tu resuscita.Mortuus est qui vel
tędii vel desperationis mole obruitur: in quo
nil est viuidę deuotionis:feruidi spiritus. Qui
etsi legis præcepta non deserat:etsi infra regu
lę gremium se concludat:frigido tn̄ & moribū
do languet affectu in opere suo suaue nil sen-
tiēs.Verum talis molli & fœmineo matris est
sinu fouendus:ne exasperatus abūdantiore tri
stitia absorbeatur.Non expedit ei extra mater
ni sinus ambitum reperiri: ne forte non tollat
eum verus Helias in cubiculū suum.Quos re
suscitat Christus mulierum fletibus vbiqꝫ do-
nat.Sic viduę filium,sic sanctarū fratrem mu-
lierum: sic parentū præcibus suscitauit puellā
Tolle bone Iesu,& hunc mortuū nostrū de ma
tris gremio.Regularis hęc & exterior obseruā
tia neminem ad perfectum adducit. Introduc
illum ad molliorem lectum mollioris spei:per
quam approximet deo.Experiatur q̄d expectat
quoniā bonus dn̄s expectātibus se: animæ quę
renti illum.Vnius horę experiētia: multorum
temporum labores exhilarat. Tunc nouus red
ditur matri,postq̄ tu illum te ipso vestisti.Ideo
te super ipsum expādis:vt q̄d est fœdum in eo
operias:quod nudū vestias.Bonus huius lectu
li vsus:qui breui hora in tempora sequentia ta
lem alacritatem transfundit

Stephanus.

¶Tribus vicibus expādit se Helias super pue-
rum:quia Christus a tribus principalibus vi- L
tiis.s.superbia:auaritia:luxuria:curauit genus
humanum.

De duplici hostia.

Dentur nobis duo boues. Deus habet 18
suam victimā:diabolus suam. Qui ei M
macerant se & labores sustinent,vt su
periores efficiantur in hoc mundo:sunt bos in
terfectus a prophetis Baal:qui superior interp̄
tat̄.Qui vero pro deo se mortificant:sunt bos
mactatus ab Helia:prophetę Baal sunt diuites
& potentes huius mundi.

Odo de Morim̄.

Q̄ꝫ ad perfectionem tendenti sit puerilitas re-
linquenda.

Venit Helias in Bersabee Iudę,& dimi 19
sit ibi puerum suum.Bersabee verti- N
tur in puteum abundantiæ.Et hic pu
teus est plenitudo legis.i.dilectio. Ipsa virtutū
omniū radix & perfectionis vinculū. Ipsa fons
proprius cui non cōmunicat alienus:ipsa est q̄
redditur,& semper debetur:hauritur nec exin
anitur: effunditur & crescit: diuidit̄ & auge-
scit:datur & tenetur: dimittit̄ & habet̄. Huc
veniēdū est:quia ęmulāda est charitas & sectā-
da:sed puer dimittendus:quia a dilectione pro
cul puerilitas est arcenda. Dimisso vero puero
secure iam pergitur in solitudinem.Puer enim
squalorem eremi: laborem itineris tolerare ne-
quiret:ardorem sitis:famis inopiam ferre recu
saret. Q̄ti cū puero pergunt in solitudinē:&
eius impedimento deficientes in via:nō perue
niunt ad montē dei Oreb.Solitudo siue deser-
tum,religionis professio est,& disciplina de cœ
lo cœlestis.Desertum,quia deserit noxia: abdi

cat inhonesta. Solitudo, quia vnitatem diligit: solum qđ bonum est exequitur.

Qꝫ perfecti viri in cura sui corporis aliquando sibi debeant dispensare.

O ¶Proiecit se Helias & obdormiuit in vmbra iuniperi. Qui quiescit: quiescat in vmbra iuniperi: vt sub lege disciplinæ in exercitio virtutis gaudeat, non respiciens in vanitates & insanias falsas. Qui omne gaudiũ existimat cum in tentationes varias inciderit: & gloriať in tribulationibus pro effectu eorum: in secreto dormit: in vmbra iuniperi: in locis pungentibus. Vel qñ fatigati quiescere est, sub vmbra quiescit iuniperi: qui in proposito religionis dispensatorie a districtione ordinis aliq̃tulum se relaxat. Nemo eñ tam feruens est & validus, cui interdum non prosit indulsisse sibi. Continua eñ afflictio nonnunq̃ tædium parit, & viribus minuitur, qui sine discretione atteritur.

Ricardus.

Qꝫ electi defectus proprios magis intelliguñt cum diuinitus illustrantur.

P ¶Stetit Helias in ostio speluncę. Sunt q seipsos ad exemplum Heliæ in spelunca vident: & carnem suam pro ergastulo habent: dũ huius molestiam moleste sustinent. Vultis audire q̃ inuitus viuebat, qui in speluncę suę ostio stabat? Tolle inquit, a me dñe animã meam &c. Quid autem est ꝙ vultum suũ operuit qñ dominũ transeuntem habuit: qui in id ipsum sic suspensus stetit? An forte sub dñica præsentia imperfectum suũ perfectius agnouit, & imperfectionem suam videri erubuit? Videre tamen voluisti: qui videri timuisti. O q̃ multi sunt qui iam se paratos credunt: & tñ sub ipso visitationis suæ articulo illic trepidãt timore vbi antea nõ erat timor: & exitum quem prius anxie requirebant: iam fieri formidant. Denicꝫ dum spiritum vehementem commotio: commotionem ignis: ignem sibilus aurę leuis sequitur, transeuntis dñi præsentia deprehẽditur, quia dum mens magnis mirisꝗ quibusdam perturbationibus subito sæpe sentit se totã concuti: & modo nimio dolore excoqui: vel pudore cõfundi: & iterum prȩter spem & ȩstimationem ad magnam animi tranquillitatem componi: velit nolit viuificantis gratię operationem perpẽdit & diuinitus luce clarius hęc agitari cognoscit.

Stephanus.

De periculo prælatorum.

20 Q ET pugnabis contra Samariam. Semp nititur diabolus custodiam prelationis subuertere. Quãdo vult filios Israel expugnare, tunc obsidet Samariam.

Quibus diabolus significetur.

SI mortuus fuerit Achab in ciu. co. e. 21
ca. si in agro co. e. vo. Talis dicitur diabolus R
qualem facit hominẽ esse: vnde significatur in Iob per piscem: per volucrem: per feram: per bouem. Piscis est: qñ facit hominem curiosum per auaritiã. Volucris cum superbire facit. Bos: cum facit hominem debrutescere per luxuriam. Canis est: quando facit eum detractorem. Cum sumus in ciuitate. i. in vita seculari: morimur detractione per elationem.

Qꝫ canes sunt aulici et detractores.

LInxerunt canes sanguinem eius. Isti 22
sunt canes aulici qui pascunť de peccato S
mali prælati. Vel linxe. san. eius detrahentes ei in abscondito.

Finitur Lib. Reg. III.
Sequitur Lib. Reg. IIII.

Galfridus.

Qꝫ humanus animus per dei gratiam & erudiať in terris, & ad cœlestia subleuetur.

FActum est cum tollere vel ca.
let dominus Heliã per tur 2
binem in cœlum: He. c. di. T
pater mi. &c. Helias Helisei magister & dñs, gratia est spiritalis fidelem erudiens animam: cui etiam dominatur. Nam & nomen ipsum Helię deꝰ meus interpretať: sicut Heliseꝰ diciť dei mei salus. Per qđ non incongrue intelligiť qui salutem suam attribuit domino deo suo. Sed hic magister quasi in terra gradiť dũ discipulũ instruit qualiter in terra debeat cõuersari: & cũ ipso est dũ ipsius opera & affectꝰ: mores & studia scrutať corrigit: dirigit: moderatur. In cœlũ ab eo tollitur: cũ iã ei diuina potius suggerit q̃ hũanæ: cœlestia q̃ terrena. Eleuatio hęc nõ humani arbitrii, sed diuinæ est volũtatis: cuius spũs non modo vbi vult: sed & qñ vult spirat. Et nos quidem statim vellemus: sed ille scit qñ oporteat: qñ velit. Nec mirũ ꝙ ad illã trãquillitatẽ tolliť Helias per turbinẽ. Siquidem oportebat etiam Christũ pati, & sic ingredi in gloriã suã. Q̃to magis nos oportet per multas tribulationes introire in regnum dei?

De raptu Helię.

¶Ibant simul Helias & Heliseus de Galgal. Felix cui gratia nõ defuerit: nec in eo fuerit otiosa: vt simul eant, illa præueniens, & illeobtem- V

perans & cooperās. Galgala volutabra sunt: & seculi huius instabilia & incerta designant: vbi omnia vanitas vanitatum: & nihil vnq̄ in eodem statu permanens: vbi piger in lecto suo voluit: & sus in volutabro luti: vbi nemo quietam inuenit sedem: sed suum vel amat vel tolerat quisq; volutabrum. Sequitur. Et ait Helias ad Heliseum. Sede hic. Dominus misit me ad Bethel. Ait ille. Nō dimittam te. Nunquid inobediens extitit domino suo? nō puto. Et tertio idem repetitur dum trium dierum via perficitur.

De prima profectione Heliç.

X ¶Bethel domus dei est, videlicet cor hominis vbi per fidem habitat deus: siue etiam domus disciplinæ: vbi velut sub tanto patrefamilias & domino domus digne deo conuersari necesse est. Itaq; recedendum a volutabris huius seculi, & migrandum est ad firmam domus huius habitationem. Curiositas & vagatio nugacitatis deserenda est: & assumenda cura cordis & custodia disciplinæ.

De secunda profectione Heliç.

Y ¶Secunda ꝓfectio dicitur in Hiericho. Absit autem vt incidat in latrones: quē deducit Helias. Hiericho luna īterpretať: & per eā mutabilitas frequenter innuitur: iuxta illud. Stultus vt luna mutatur: sa. per. v. sol. Sed intelligi per eam potest etiam castitas corporis: sicut per solem charitas cordis. Inde em̄ tota claritas hui⁹ lunæ, sine qua omnis eius gratia fallax & vana est pulchritudo. Et q̄ pulchra est casta generatio cum charitate tanq̄ luna cum sole. Nam & illa frigida: & ille calidus est. Sequiť. Venerunt filii prophetarum qui erant in Bethel ad Heliseum & dixerunt ei. Nunquid nosti, quia hodie tollet dn̄s dn̄um tuū a te? Filii prophetarū apostoli sancti & doctores noui testamēti. Nec dubium quin in Bethel & Hiericho habitēt q eiusmodi sunt. Qui etiam indicant Heliseo ꝙ tollendus sit dominus suus ab eo: quia ad gratiam spiritalem euidentius q̄ lex & prophetæ inuitant & prouocant filii prophetarum. Sed dicitur etiam eis. Silete, & ego noui. quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, quę per spiritū sanctum reuelat dn̄s seruis suis. Incipiunt ergo loqui, sed protinus silent: quib⁹ nec omnino tacere, nec oīa licet hominibus loqui: secundū ꝙ quidā sanctus ait: Verba mihi ineffabilia. Et si nō profert vt audiam: offert tn̄ vt cupiam. Iordane transmisso opportune Heliseus monetur vt postulet quod voluerit qui priori gratię nō ingratus: secundā magis postulat vt ei spirit⁹ duplicetur. Eo autem secunda gratia gratiæ ipsi⁹ ad superna eleuatio est: vt nisi viderit nō obtineat. Nam & ei quoq; soli sic eleuať a quo videtur. Alioquin necdū illi ascendit qui ascendentem nō meruit intueri. Quod autem dicit Rem difficilem postulasti: q̄ verū sit ipsa indicat paucitas obtinentium in huius duplici spiritu duplex irriguum. Si em̄ difficile est sufficiētem diuinę gratiæ opitulationem vel in nostris actibus obtinere: q̄ difficilius homini scrutari etiā alta dei? Quod quidē secundus spirit⁹ facit. Nam primus nostra potius ima scrutať. Sequitur. Dū simul pergerēt: & incedentes sermocinarenť. Via hęc ad gressum operis ptinet sermocinatio ad studium cordis. Ecce currus igneus. ferueš cogitatio: qua diuina bn̄ficia crebra & affectuosa meditatiōe īstar rotarū sedula mente voluunť. Et eq igneí. spiritalia desideria eundē currū trahētia. vnde quidā sanctoꝝ ait. Vis scire quid amas? attende quid cogitas. Diuiserunt vtrūq;. Viuus em̄ sermo & efficax pertingit vsq; ad di. spirit⁹ & a. Et Heliseus videbat. Ipsa visio erat diuisio: dum ex ipsi⁹ ignis lumine perspicatius agnoscebat, q̄tum ab his quę humana sunt differant quę diuina. Sic igitur in cœlū Helias rapitur. Sed memento, qa vt superius dictum est, per turbinē ascenditur ad serenitatem: per laborem pertingitur ad requiē. Helise⁹ clamat, pater mi. c. i. & a. e. Liquet qa iā ab eo su⁹ ille dn̄s in patrē tolliť & attolliť: liquet ꝙ ex seruo in filiū adoptatur. Currus Israel & auriga eadē gratia est: quia diuinę visioni operam dantes & vehit & dirigit: dū afficit simul & erudit. Nam zelus absq; sciētia currus est sine auriga. Et non vidit eum amplius. Quodā modo prius videbat dum adhuc ille eū de visibilibus instruebat. Et apprehendit vestimenta sua &c. Vtinam detur & nobis apprehendere & scindere vestimenta nostra in duas partes: & folia ficus discerpere: omnē videlicet simulationem a nobis & tollere, & pura confessiōe innotescere q̄ta vanitate & simulauerim⁹ eam perfectionem virtutis quæ deerat, & dissimulauerimus eam q̄ potius inerat prauitatē impuritatis. Hæc em̄ non apprehendit, nisi qui deprehendit: non scindit, qui non acriter reprehendit. Et leuauit pallium Heliæ. Pallium hoc iustitię exercitium est: quod ei quodāmodo ceciderat q dicebat. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas valet ad omnia. Leuandum tn̄ & ipsum est: ne modica spernens paulatim decidas. Alioquin ne te dixeris Helię pallium non habueris: ne te iactites offerre hostiā holocausti intus in corde tuo, si exterius eius pelle carueris in opere tuo. Deniq; pallio hoc Heliseus Iordanis aquas diuisit, & easdem He-

lias ante diuiserat. Sed Heliæ prima diuisio videtur ad propositum animi: secūda autem per Heliseum facta ad eiusdem executionem propositi pertinere. Aquę enī Iordanis tribulationes sunt voluntarię humilitatis. Occurrūt aūt in cogitatione prius terrēdo, q̄ in opere exercēdo. Vtroq; tn̄ occursu animum quodā modo detinent: & transitum negare videnť. Sed erudiens gratia pallium inuoluit & stringit: dum nos instruit, ne exteriorem cōuersationē effluere patiamur: sed victum & vestitum habentes debeam⁹ esse cōtēti. Et pcussas exinde diuidit aquas, dū psuadet nō metuere imīnētes tribulatiōes in hoc seculo, ex eo q̄ nihil magnū nobis q̄ramus in eo. Verūtn̄ sicut prius erudiēs nos gratia & deducēs, nos docuit: necesse est vt easdē aquas ipo tandē occurrētes effectu eodē modo diuidere studeam⁹. Et si prima percussione diuisę non fuerint, inuocemus deum Heliæ, & iterum percutiam⁹. Diuisio hęc, distributio est tribulationū quas patimur: vt inferior pars diluendis peccatis nostris, superior deputeť diuinis promissionibus obtinēdis. Sed nō statim fit hęc diuisio: q̄ primo quidē vix nobis videatur sufficere posse quęcūq; patimur ad excusanda q̄ fecimus. Postea tn̄ si non desistimus diuidentur: p memoriā vtiq; & fiduciā ipsius quę vocauit nos, & deduxit, gratię dei nostri.

Item vnde supra.

Z ¶Factum est dum tollere vellet dn̄s He. p. t. in cœlum, ibant Helias & Heliseus de Galgal. Benedictus deus qui maiorum pręmia incitamēta facit esse minorū, & cūm omnib⁹ suis ad oīa vnus ipse sufficiat, dignantissima tn̄ dispensatione in opere salutis humanę cooperatores habere homines non recusat. Sic Heliæ gloriam Heliseo proficiendi fecit esse materiā. Dum enī in cœlum Helias rapiť, Heliseo spiritus duplicatur. Semper enī gratiā auget discipulorum: virtus patefacta priorum: & dum in eis videt quę ęmulenť, ampliora ipsi incrementa virtutum & desiderant & merentur. Ad hoc pertinet q̄ Heliam tollere volens in cœlum dominus: hoc prouidit vt cū eo pergeret Heliseus: nec tamē in cœlū pariter raperetur. Sed vnde eos abiisse scriptura cōmemorat? De Galgalis inquit, ibant Helias & Heliseus. Galgala rotationē vel volutabra interptatur. Quid per hoc intelligitur nisi incessabiliter transiens mūdus & concupiscentia eius? Necesse est igiť vt hinc eat, hinc fugiat quisquis vt in cœlum tollatur expectat. Et ait Helias ad Heliseum. Sede hic, quia dn̄s misit me vsq; in Bethel. Cui ille. Non dimittam te ait. & secutus est eum. Sic in Hiericho: sic deinde in Iordanem velut dehortantem & inuitum magistrum discipulus pię deuotionis prosequebatur affectu. Cæterum ipsa dehortatio magnifica poti⁹ & efficax videtur extitisse suasio. Dum enim dicit q̄ dominus inuitat eum: quodāmodo seruum dn̄i vt imiteť inuitat. Habes simile apud Iosue: cū de dei cultu ad populum loqueretur, nec auertere eos valens, sed id quod erat optimū efficacius persuadere cōtendens, non poteritis ait seruire domino. Deus enī fortis ęmulator est: nō ignoscet sceleribus vestris &c. Sic Helias Heliseū sedere monens, non eum remanere: sed bonū eius voluntarium esse volebat. Sed quis iste triplex progressus: ad Bethel: ad Hiericho: ad Iordanem? Bethel domus dei interpretať. Et per eam (ni fallor) cor hominis vbi per fidē de⁹ habitat, designatur. Hiericho significat lunā, & ad carnē non immerito referť humanā. Iordanis descensus eorum, transeuntē, & sine intermissione labentem nobis innuit mundū. Primo igitur ad cor suū electus quisq; a dn̄o mittiť: vt ibi potissimum fiat humanę conuersationis initium. Inde transeundū ad corpus: quod per Hiericho designať: qđ nomē luna interpretať. Sicut enī lunæ nullus splendor est nisi a sole: sic corpori nulla gratia nisi a corde. Sed dices: Quomō in hanc tā pestiferā vrbē mittiť quis a dn̄o? Attn̄ sicut in Bethel eundū est ad cordis conuersionem: sic mittente dn̄o & in Hiericho trāseundum: & ad ordinandum corporis conuersationem. Neq; enī animę pœnitenti actus vel habitus sui est corpis negligēdus. Quinetiā ad Iordanē dn̄o pcipiente eundū est, vt eius aquę mirabiliter diuidanť. Viri quīquaginta de filiis pphetarū qui sequi delonge, & econtra stetisse leguntť: ppter quīquagenariū numerū viros innuunt spiritales. Et beati qui Iordanem istum elōgauerūt fugiētes, & ecōtra steterūt odiētes.

Galfridus.

Quō Iordanis p Helię palliū spūaliter diuidať. A
¶Tulit Helias palliū suū & inuoluit eum. virgam Mosaicā imitatus, cui⁹ percussione Moyses rubrū mare diuisit. Sicut enī in virga quam manu ferimus operū rectitudo: sic exterior quidam habitus cōuersationis nostrę significatur in pallio. Cuius etiā inuolutio velut quędā restrictio & districtio fuit. Et quō eiusmodi pallio Iordanis iste percutiť: sic quodāmō pfecta cuiuslibet serui dei cōuersatio in suis amatorib⁹ percutit & affligit hoc seculū: dū grauis est eis etiam ad videndū. Sequiť. Et diuisę sunt aquæ. Euidentius nobis in libro Iosue & Iordanis diuisio, & vtriusq; partis distinctio commendať.

Steterunt aquę ait, descendentes in loco vno: & ad instar mõtis intumescẽtes apparebant: q̄ autem inferiores erant, in mare solitudinis: qđ nunc vocatur mortuum: descenderũt. Hęc est Iordanis huius diuisio: dũ alius in prosperitate inaniter intumescit ad instar qdẽ mõtis: sed liquidi plane non solidi, & celeriter inde cõplanandi: alius in aduersitate impatiens a flagellis p̄sentibus ad perpetua tormenta descendit.

De duplici spiritu Helię.

B ℭCum autẽ trãsissent, dixit Helias ad Heliseũ Postula quod vis vt faciã tibi: anteq̄ tollar a te Dixit ei Heliseus. Obsecro vt fiat spiritus tuus d. in me. Prudens discipulus: qui nõ nisi spiritũ postulauit. Qꝫ aũt duplicẽ petiit dupliciter vł etiã tripliciter potest intelligi. Aut em̃ duplicẽ spiritũ, quẽ etiã Helias habebat: aut duplicẽ: quem prius ipse. s. Heliseus haberet. Aut reuera difficilem rem spiritũ duplicẽ quem Helias habuisset, optabat. Et hoc quidẽ vltimũ nõnulli ęstimãt esse impletum in exhibitiõe signorũ: ꝙ duplo in illis ab Helia Heliseus effulsit. Siue etiam duplicẽ petit spiritum magistri suscepturus officiũ, vt quam sibi prius acceperat gratiã nunc acciperet proximis erogandã. Aliter ab Heliseo duplex q̄ Helias habuerat postulatur spiritus: nõ quia in seipso diuisus est spiritus: sed quia in munere suo vel opere duplicatur. Vnꝰ est em̃ spiritus ꝑ quẽ charitas diffũdit: ea tñ in amorẽ dei & proximi diriuat̃, nec adesse credẽdus est vnicus ille spiritus: vbi duplex nõ inuenit̃ effectus. Cum em̃ in seipso sit simplex: in nobis nũq̄ poterit fieri nisi duplex.

Bernardus.

De duplici gratia luminis & feruoris.

C ℭOro vt fiat spiritus tuus d. in me &c. Nõne tibi videtur Helias ascendẽtis dñi gessisse personam: Heliseus vero chorum Apostolicum in ascensione Christi anxie suspirantẽ? Sicut enim Heliseus ab Helia nullo pacto auelli poterat: sic nec Apł i a Christi p̄sẽtia separi. Quis est ergo spũs iste duplex q q̄rit̃: nisi illuminatio intellectus & affectus purgatio? Res difficilis: qa rarus est in terris qui illã habere videat̃. Nõ dubito ego intellectũ omnium vestrũ illuminatũ esse: sed non affectũ æque esse aut purgatũ manifestis approbo cõiecturis. Oẽs qđ bonũ est nostis, & viã per quã incedere, & quõ incedere debeatis: sed voluntas nõ vna est. Quidã em̃ ad oĩa vię & vitę huius exercitia non solũ ambulant, sed & currũt vel magis volant: vt etiã vigilię breues, & cibi dulces: & pãni suaues: & labores non solũ tolerabiles, sed & appetibiles videãt̃. Alii aũt nõ sic: sed corde arido & affectione recalcitrante vix trahunt̃ ad hæc: vix gehẽnali timore cõpellunt̃. Miseri & miserabiles: vt pote socii tribulationis: sed cõsolationis nõ ita. Nunquid abbreuiata est manus dñi, vt omnibus dare nõ possit qui aperit manum suam: & im. o. a. benedictiõe? Cur ergo? Quia scilicet nõ vident Christũ cũ tollitur ab eis. i. non cogitãt quõ orphanos eos reliq̄rit: ꝙ peregrini & aduenę sint super terrã: ꝙ tandiu sęculẽti corpis horrido carcere teneant̃, & non sint cum Christo. Inde autem tam perniciosa tepiditas emanat: quia affectus. i. voluntas eorum nondum purgatus est, nec bonum sibi volunt sicut nouerunt a propria cõcupiscentia abstracti grauiter & illecti.

Qꝫ Heliseum pueri deridentes significent Iudęos in cruce dñm blasphemãtes.

D ℭAscende calue, ascende calue. Mali pueri qui sic sacrę frontis caluitiem obiiciũt Heliseo: sed boni pueri quos per contrarium illorũ ad laudem exhortatur Psalmista dicens. Laudate pueri dominũ: laudate nomen domini. Vt in ore sanctorum infantium & lactentium perficeretur laus, quæ in ore defecerat Iudęorum. Ascẽdit siquidem crucem caluus noster mũdo pro mũdo expositus, & reuelata facie ac discooperta frõte purgationem faciens peccatorum probrosę & austerę mortis ignominiam tam non erubuit q̄ nec pœnã exhorruit: vt nos opprobrio sempiterno eriperet, & restitueret gloriæ. Nec mirum. Quid ei erubesceret qui ita lauit nos a peccatis nostris? non quidem vt aqua diluens sed retinẽs sordes: sed veluti solis radius desiccans & retinẽs puritatẽ. Est quippe dei sapientia vbiqꝫ attingens ꝓpter munditiã suam.

Stephanus. de abiectione sanctorũ.

ℭEgressi pueri irridebant eum dicentes. as. cal. Allegorice de Iudęis & Christo. Moraliter: Heliseus est claustralis vel q̄libet iustus: qui dũ ad Bethel. i. ad domũ dei ascensiones in corde suo disponit: Pueri. i. sapientes huius mundi, eũ derident: mũdus contẽnit & deserit. vnde Deridetur iusti simplicitas. Tales derisores deuorant vrsi. i. spiritus maligni: qui bene per vrsos significantur. Vrsus debilis est in capite, & fortis in renibus: & diabolus debilis in initio peccati, & fortis in consummatione.

De dięta prælati.

E ℭAbiit Heliseus in montẽ Carmeli, & inde reuersus est in Samariam. Mons carmeli est scientia circũcisionis. i. intelligentia scripturæ. Hæc debet esse dieta prælati: cum Heliseo scilicet a meditatione scripturarum reuerti in Samariã. i. tractare negotia subditorũ. Hoc ẽ ꝙ Moyses

quãdoq ingrediebatur tabernaculũ: quãdoq egrediebatur. Hoc est q dñs pdicabat & faciebat miracula ĩ cãpestrib⁹, & orabat in mõtib⁹.

De duplici humilitate.

Facite in alueo torrẽtis huius fossas & fo. Alue⁹ est receptaculũ aquarũ,
3 & significat cor hoĩs, quod est rece-
G ptaculum cogitationũ. Sicut torrens cum impetu fluit per alueũ: ita cogitationes per corda claustraliũ. Vel per alueũ torrentis intellige receptaculum pœnarũ, quas debet homo pati ad imitationẽ Christi. Duplex fossa est humilitas interior: & exterior. vnde Discite a me: quia mitis sum & humilis corde.

De spiritali scientia.

H ¶Non videbis ventum. i. conflictũ disputationis: neq pluuiã doctrinę, & alueus replebitur aquis scientię. Hoc sępe videt in claustralibus qui scholas non intrãt: nec disputationibus intendunt, & scientiam habẽt per gratiã: quia se humiliant &c. vnde Ioannes. Non necesse habetis vt aliquis vos doceat: sed vnctio e. do. vos in omnibus.

Galfridus.

Q p charitatis abundantiã de manu creditoris diaboli & plebs iudaica liberetur.

4 Clamabat mulier ad Heliseũ. Seruus
I tu⁹ vir me⁹ mortu⁹ est. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendũ sibi. Mystice quidẽ ipa est mulier: vt Apl's memorat: alligata legi dum viueret vir eius: sed eodẽ mortuo iã soluta. Clamabat aũt ad Heliseũ, qui dei mei salus ĩterpretat: hoc est ad Iesum qui salutem operat. Seruus tuus vir meus mortuus est, ait synagoga: in his videlicet mẽbris suis, qui pręterisse iã tempus & adesse gloriam cognouerunt. Et tu nosti, quia seruus tuus vir meus fuit timens deum. Laudat quẽ mortuum nunciat: seruum tñ & timentẽ dicit: q in seruitutem genuerit lex: & seruitutis habuit in timore spiritũ. Creditor improb⁹ & crudelis exactor diabolus erat. Duos sibi ad seruiendũ tollere veniẽs filios synagogę gemi nos & adoptiuos, Iudęos videlicet & pselytos Et propheta ad mulierem. Quid habes in domo tua? Totum siquidem foris habuit synagoga. Nõ habeo quicq in domo mea, nisi parum olei quo vngar. Iudęus eñ vix seipsum vel domesticos diligere nouerat: vt putabat licite odiens inimicum. Cui propheta. Pete inquit, ab omnibus vicinis vasa vacua non pauca: quod est dicere: Opportunitates & occasiões exhibẽdę dilectionis & benignitatis exquire. Patiens esto ad omnes si fieri potest: quod in te est, cũ omnibus hominibus pacem habeto. Postremo nõ vsq septies: sed vsq septuagesies septies dimitte peccanti: vt in vasa non pauca diffusum oleum multiplicetur. Sic nimirũ prophetico operi euangelica verba respondent, & quæ ibi figuraliter innuitur, euidenter hic commendatur dilatatio charitatis. Monet etiã mulier ingredi domũ, ne foris maneat cũ filio seniori, & claudere ostiũ ne exteri⁹ rursus vagari ĩcipiat.

Item moraliter vnde supra.

¶Moraliter etiam potest intelligi. Clamat anima quęuis ad saluatorẽ: quia mortuus est vir K
meus seruus tuus & timens deum. Quod virile erat in me ad seruiendum tibi in timore tuo elanguit & occubuit. Venit creditor ille vtiq supradictus. Idem enim communis est & specialis vel creditor vel redemptor. Sicut etiam reddere creditori, & de reliquo viuere in vtroq sensu non dissimiliter intelligimus: ex dissimili videlicet olei multiplicatiõe, vel omnes simul vel singulos & indulgẽtiã obtinere & vitam. Duo filii animæ amor & timor. Et vę miserę cuius filios ad seruiẽdũ sibi creditor tulerit: vt seruiliter & culpabiliter timeat & amet, vt vtraq ei⁹ affectio crudelissimo seruiat creditori. Exigua siquidem fœneratur: & magna recipit: pro trãsitoria voluptate perpetuos exigens cruciatus. Et ait propheta. Quid habes in domo tua? Multi enim nesciunt foris distenti. Ad interiora dormitant, & sinunt perfodi domum suam. Nesciunt seipsos: aliena curiose vestigãt: improbe perscrutantur. Nouit seipsam nouit inferiora sua quæ dicit. Non habeo quicq in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Q bene tñ si vel parum olei, non multum assit fellis: absinthii: vel aceti. Illa eñ effundere q diffũdere melius foret. Olei modicum: parua deuotio. Vicinę mulieres: angelicę potestates & sanctorũ animę: siue etiam quęlibet creaturę, inqtum cõditę sunt a bono deo, diuinę laudis & dilatatę deuotionis nonnullã tibi occasionẽ & aptitudinẽ ministrantes. Vasa tibi opera sunt: vasa exempla sunt bona. Vas etiã ipa quã diximus diuinę laudis & deuotionis occasio. Petenda sane a singulis q ab eis cõmodari posse videtur. Sed illud quoq sciendũ: q oẽs nobis vasa vacua pbeant: ne ab eis q pbuerunt impleãtur. Nec illud cõuenit obliuisci: q habẽtes vasa vacua virgines fatuę dicant, & in nuptiis nõ receptę. Vt aũt impleri debeãt claude ostiũ sup te & super filios tuos. Claude interim ne aliqñ tibi claudat. Claude sup te: ne claudat cõtra te. Claude inquam: vt nec tuorũ quisq exeat: nec se aliquis ingerat externorum. Et ne timeas

decuius plenitudine omnes accepimus

claudere: nouit Iesus ianuis clausis ad discipulos introire. Nec exeas, sed nec respicias quidē foris: ne quæras exteriora, ne cupias. Sed nec illis pateat ostiū tuum: vt quomō habes in psalmo: Diuitiæ si affluant: animum nō apponas. Et nunc vehementius solito abundante malitia & inundante diluuio quodam impuritatis: vanitatis, & omniū peccatorū q̄ felix anima q̄ clausit ostium super se, & super filios suos, vt nec amet exteriora, nec timeat. Sed q̄ beatior cui etiam aforis clauserit ostium dominus vt quēadmodum ipsa p̄sens seculum negligit, & ab eius actibus fieri satagit alienam: sic etiā negligatur a seculo. Eiusmodi siquidem animę q̄libet modicū olei suppetat, timor tñ, & amor vasa congrua ministrabunt: exhibendę scilicet beniuolentię: exercendę gratię: deuotionis augendę: vt magis ac magis crescat oleum eius. Sed & quando iā vasa defecerint non deficiat neq; pereffluat: magis vero stet & maneat sibi siquando forte tanq̄ vas aliud occasio quęlibet oriatur: & adhuc oleum dilatetur.

Bernardus.

Q; mundanis consolationibus spiritalis consolatio non miscetur.

L ¶Stetit oleū vbi vasa vacua non inuenit. oleū stare necesse est: nec mittunt vinum nouum in vtres nouos, vt ambo cōseruentur. Neq; eñ spiritus & caro: ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur. Presertim cū tepiditas ipsi deo soleat vomitum preuocare. Sunt eñ quidam qui amant in carne sua terrenas consolatiunculas, siue in verbo, siue in signo, siue in facto, siue in aliquo alio. Et si hæc aliquādo interrumpunt, non tñ penitus rumpunt. Inde est q; raro affectiones suas dirigunt in deū, & eorum compunctio non continua sed horaria est. Impleri autem visitationibus dñi anima quæ his distractionibus subiacet: non potest: & q̄tomagis euacuabitur illis: tanto amplius istis implebitur: si multum, multū: si paruū, parum.

Stephanus.

M ¶Faciamus ei cœnaculum. Per mulierē istam significat pars inferior rationis: quę q̄nq; mouet superiorem. Cum eñ quis videt pauperē afflictum penuria, & ex visu innascitur ei affectus benefaciendi: tunc pars inferior mouet ad bonum: tunc Martha vocat Mariam: tunc mulier inuitat virum vt faciat cœnaculū Heliseo. i. domino.

N ¶Cum egressus isset ad patrē &c. Filius hui⁹ mulieris sunt Iudei q mortuus est tpe messis. i. pręcationis. vnde Leua. oc. ve. ecce regio. iam albę sunt ad messem. Item in meridie plena est lux: quæ fuit quando Christus prædicabat. Et tunc mortuus est Iudaicus populus cum deberet lucere bonis operibus. vnde Esaias. Impegimus in meridie quasi cæci. Hoc idē significatū est per filiam Archisynagogi quæ mortua est cum nubilis erat.

De remedio acediæ.

¶Cum isset puer ad messores ait. Caput meū doleo. Puer vadit ad messores, cum aliquis nititur ad opera supra vires. Talis cito dolet caput. i. mentem per acediam, & tædium ex difficultate operis inchoati. Talem facit pater redire ad matrem. i. sensualitatē, vt suam. s. infirmitatem agnoscat: & viribus suis opera commensuret. Collocauit eum super lectulum Helisei. Talis ponendus est in lecto Helisei: qa ei debet annunciari passio Christi. Et sic ex eius recordatione iucundū ei videbitur & dulce: quod prius graue & anxium videbatur. Q

Hugo de Foilleto.

Q; mundana felicitas tribus incommodis sit obsessa.

¶Caput meū doleo: ca. m. do. Caput hominis est principale mentis. Dolor vero capitis est appetitus mundanæ felicitatis. quæ ideo dolor esse dicit: quia quęritur cum labore: possidetur cum timore: amittitur cū mœrore. Puer ergo caput suum dolet, dum puritas animę de trāsgressione mentis pœnitet. Sed prędictus puer bis caput suum doluit, dum puritas animę de delectatione & consensu peccati fleuit. P

Bernardus.

Q; inuocatio nominis Iesu nulli morbo inefficax inuenitur.

¶Tolle baculum &c. Habuit Iudęa quosdam Iesus: quorum vacuis gloriabatur vocabulis. Illa eñ nec lucent, nec pascunt, nec medentur, sicut nomen dñi mei Iesu lucet p̄dicatum: pascit recogitatum: inuocatū lenit & vngit. Et vt p̄curramus per singula: vnde putas in toto orbe tanta fidei lux nisi de prædicato Iesu? Nonne in huius nominis luce nos vocauit in admirabile lumen suum? vt merito dicat nobis Apostol⁹. Fuisti aliquādo tenebrę: nunc autē lux in dño. Hoc deniq; nomen corā regibus, & gētibus, & filiis Israel, portare iussus est idem Apostolus & portabat nomen tāq̄ lumen, & illuminabat patriam, & clamabat omnibus lumen sup candelabrum, annuncias in omni loco Iesum Christum & hunc crucifixum. Quomodo lux ista insplenduit: & perstrinxit cunctorū oculos: q̄ñ de ore Petri tanq̄ fulgur egrediens: claudi vni⁹ corporales plantas solidauit & bases: multosq; spiritaliter cæcos illuminauit? Nunquid non Q

ignē sparsit cum ait: In nomine Iesu Christi na. s. & a. in pace? Nec tm̄ lux est nomen Iesu: est & cibus. An non totiēs confortaris quotiēs recordaris? Quid æque mētem cogitantis impugnat? Quid ita exercitatos reparat sensus: virtutes roborat: vegetat mores bonos atq; honestos: castas fouet affectiones? Aridus est omnis cibus animę: si nō oleo isto infunditur: insipidus si non hoc sale conditur. Si scribas: nō sapit mihi nisi ibi legero Iesum. Si disputes aut conferas: nō sapit mihi: nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore: melos in aure: in corde iubilus. Sed est & medicina. Tristatur aliquis vſm: Veniat in cor Iesus: & inde saliat in os: & ecce ad exortum nominis lumen nubilum omne diffugit: redit serenum. Labit̄ quis in crimē: insup currit ad laqueum desperando: Nonne si inuocet nomē vitæ confestim respirabit ad vitam? Cui aliquādo stetit ante faciem nominis salutaris: duritia vt assolet cordis: ignauię torpor: rācor animi: lāguor acediæ? Cui fons forte siccatus lachrymarum: inuocato Iesu non cōtinuo erupit vberior: fluxit suauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti iuocatum virtutis nomē non statim fiduciam pręstitit: depulit metum? Cui quęso in dubiis ęstuanti & fluctuanti ad inuocationem clari nominis non subito emicuit certitudo? Cui in aduersis diffidenti: iam iamq; deficienti: si nomen adiutorii sonuit: defuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animę isti sunt: illud medicina. Deniq; & probare licet. Inuoca me ait in die tribulationis: eruam te & ho. me. Nihil ita irę impetum cohibet: superbiæ tumorē sedat: sanat liuoris vulnus: restringit luxurię fluxum: restinguit libidinis flammam: sitim temperat auaritiæ: ac totius idecoris fugat pruriginem. Siquidem cū nomino Iesum, hominem mihi propono mitē & humilem corde: benignum: sobrium: castū: misericordem: & omni deniq; honestate & sanctitate conspicuum: eundemq; ipsum deū omnipotētem qui suo me & exemplo sanet & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi sonant cum insonuerit Iesus. Sumo itaq; mihi exēpla ab homine: & adiutorium a potente: illa tanq̄ pigmētarias species: hoc tanq̄ vnde acuam eas: & facio confectionem cui similem medicorum nemo facere potest. Hoc tibi electuariū habes o anima mea reconditum ī vasculo vocabuli huius qđ est Iesus: salutiferum certe: quodq; nulli vnq̄ pesti inueniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit: semper in manu: quo tui omnes & sensus in deum dirigantur & actus. Deniq; & inuitaris. Pone me ait vt signaculum super cor tuum vt s. s. b. t. Habes ergo vnde & brachio medearis & cordi. Nec mirū si synagoga ī tenebris est vsq; adhuc fame et infirmitate laborans: & non saluabitur nec satiabitur quousq; sciat Iesum meū dominari Iacob & finiū terræ: & conuertatur ad vesperam: vsq; circūeat ciuitatem. Habuit enim vt dictum est quosdā Iesus.

Qz preambuli Iesu per Helisei baculum designentur.

¶Sed illi præmissi tanq̄ baculus ad mortuum prophetam præueniens fuerunt: & sua interpretari nomina nequiuerunt. Vacua em̄ erāt. Superposit⁹ mortuo bacul⁹ est: & nō erat vox neq; sensus: quoniam baculus erat. Descendit qui baculum misit: & mox saluum fecit populum suum a peccatis eorum: probans se eē qđ dicebatur. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Ipse profecto qui dixit. Salus populi ego sum. Iam vox est: iam sensus est. Sentitur infusa salus & beneficium non tacetur: intus sensus: foris vox. Compungor & confiteor: & confessio vitam indicat. A mortuo enim tanq̄ ab eo qui non est perit cōfessio. Ecce vita: ecce sensus: suscitatus perfecte sum. Nihil enim aliud est mors corporis nisi cū sensu priuatur & vita. Peccatum qđ est mors animæ, nec compunctionis mihi sensum: nec confessionis reliquerat vocē. Venit qui peccata dimitteret & vtrūq; restituit dicens animæ meæ: Salus tua ego sum. Quid mirum si cedit mors vbi vita descēdit? Iam corde credit̄ ad iustiti. o. aūt cō. f. ad sa. Iā oscitat puer & oscitat septies dicēs. Septies ī die laudem dixi tibi &c. Sed quid sibi vult septenarius iste? Sed nec illud vacat: q; propheta incumbens super mortuum ad mensuram puerilis corporis se contraxit. Os suum ori illius coniunxit: oculis oculos: manibus man⁹. Hoc semel contulit vniuersitati. Hoc singuli quotidie actitari sentimus: cordi scilicet tribui intellectū: & ori ædificatiōis verbum: & manibus opus iustitiæ. Dat sentire fideliter: dat proferre vtiliter: dat efficaciter adimplere. Et est funiculus triplex qui difficile rumpitur ad extrahendas animas de carcere diaboli: & trahēdas post se ad regna cælestia: scilicet si recte sentias: si digne proloquaris: si viuendo confirmes Oculis suis tetigit meos interioris hoīs frontem claris luminibus ornans fide & intellectu. Ori meo iunxit suum: & mortuo signum pacis impressit: quoniam cum adhuc peccatores essem⁹ recōciliauit nos deo mortuos iustitiæ. Os ori applicuit inspirans iterato in faciē meam spiraculum vitæ: et quidem sanctioris q̄ primo. Nam primo in animam viuentem crea

uit me: scdo in spiritu viuificante reformauit. Manus suas meis supposuit: exemplum præbens bonorum operum, formam obedientiæ. Aut certe manum suã misit ad fortia: docens ma. meas ad prælium & di. me. ad bellum.

Quid significent oscitationes pueri suscitati.

S ¶Et oscitauit puer septies. Sufficiebat ad gloriam manifestãdi miraculi oscitasse semel: sed multiplicitas & insignis numer9 mysterii nos admonent. Si illud ingens vniuersi generis humani corpus exanime attendas: vides vbiq; ecclesiam: ex quo propheta incumbẽte vitam recepit, quasi septies laudem dicere cõsueuit. Si teipsum attendas, in hoc te noueris vita viuere spiritali: ac mysticum hunc implere numerum: si sensualitatis tuæ quinarium charitatis binario subiicis: exhibesq; iuxta apostolum mẽbra tua seruire iustitię ĩ sanctificationem, quę prius exhibuisti seruire in. a. i. Aut certe si eundem quinarium proximorum saluti impertiẽs ad perficiendum septenarium duo hęc adiicias: Misericordiam & iudicium cãtate deo. Sũt & aliæ septem oscitationes: septem. s. experimẽta, sine quibus vera & certa salus rediuiui spiritus non constat: quatuor ad sensum compũctionis: tria ad confessionis sonum pertinentia. Qui viuit: cui vox & sensus est: in se eadem recognoscit. Porro sensum recuperasse te scias si tuam conscientiam quadruplici sentis compũctione morderi: pudore gemino, & gemino metu. Nam vitam ad perficiendum septenarium triplex confessionis species attestatur. De quibus postea videbitur. Nonne & sanctus Hieremias in suo planctu obseruat hũc numerum!

Qz geminus timor: & pudor geminus per oscitationes quatuor designentur.

T ¶Et tu igitur in tua lamentatione pro te formam habens propheticam: deum cogita factorem tuum: cogita benefactorem: cogita patrẽ: cogita dominum. Ad oĩa reus es: plange per singula. Ad primum & vltimum respondeat timor tuus. Ad duo media pudor. Pater sane non metuitur cum pater sit. Patris est misereri semper & parcere. Et si percutit virga: nõ baculo percutit: & cum percusserit sanat. Pater na vox est. Percutiam & ego sanabo. Non ẽ ꝑinde quod a patre formides qui etsi quando feriat vt emendet: nunq̃ tamen vt vindicet. At vero cogitãtem ꝙ patrem offenderim, etsi nõ est qđ terreat: est tamen quod pudeat. Voluntarie em̃ genuit nos verbo veritatis: nõ stimulo carnalis cupiditatis excussit: quemadmodũ genitor carnis meæ. Deinde non pepercit vnigenito pro sic genito. Itaq; ipse patrem sese mihi exhibuit: sed non ego vicissim me illi filium Quanam fronte atollo iam oculos ad vultum tam boni patris tam malus filius! Pudet indigna gessisse genere meo. Pudet tanto patre vixisse degenerem. Exitus aquarũ deducite oculi mei: operiat confusio faciem meam: vultum meum pudor suffundat: occupetq; caligo: deficiatq; in dolore vita mea: & anni mei ĩ gemitibus. Pro pudor quem fructum habui, in quib9 nunc erubesco! Si in carne seminaui: de carne non metam nisi corruptionem. Si in mundo: & ipse transit & concupiscentia eius. Quid caduca, vana, & prope nulla: quorum finis mors est infelix & insanus præferre non erubui æterni patris amori & honori! Cõfundor: confundor audire. Si ego pater, vbi est honor meus. Sed etsi pater nõ esset obrueret me beneficiis. Instaurat aduersum me testes: vt alia innumera taceam: huius corporis victum & vsum temporis: & super omnia sanguinem dilecti filii sui clamantem de terra. Pudet ingratitudinis: q̄q̄ ad confusionis cumulum arguar mala reddidisse pro bonis & odium pro dilectione. Minime quidem mihi a benefactore sicut nec a patre timẽdũ. Nã sine pœnitẽtia sunt dona ei9. At quãto de illo benigni9, tãto de me indigni9 sentire cogor. Heu qđ vel nũc tribuã dño ꝑ oĩ. q̃ retri. mihi! Qz si segnior forte minus suas partes exequitur pudor: timor excitetur in adiutorium Sepone parum pia vocabula patris & benefactoris: ad austeriora conuertere. Nempe vbi legitur: Pater misericordiarum e. deus to. cõ. legitur nihilominus. De9 vlt. do. legitur De9 iustus & fortis. legitur De9 iudex. legitur Terribilis in consiliis s. f. ho. legitur Deus zelans. Qz pater est ꝙ beneficus: tibi est: ꝙ do. & creator: sibi. Etenim propter semetipsum fecit omnia. Quid ergo! quod tuum est tibi defendit & seruat: putas & pro se aliquando non zelabit! Putas sui non requiret principatus honorem! Requiret plane: & a redempto seruitium: honorẽ & gloriam ab eo quem plasmauit. Esto ꝙ dissimulet pater & ignoscat beneficiis: sed non dominus non creator. Et qui parcit filio: non parcet figmento: non parcet seruo nequam. Pensa si potes cuius sit formidinis & horroris: tuũ atq; omnium contempsisse factorem: offendisse dominum maiestatis. Nam si reũ regiæ maiestatis q̄uis humanis legibus, humano plecti capite sancitũ est: quis finis cõtemnẽtium diuinam omnipotentiam erit! Tangit montes & fumigant: & tam tremendam maiestatem audet irritare puluisculus vno leui flatu dispergẽd9

& non recolligendus. Ille timẽdus est, qui postq̃ occiderit habet potestatem mittere in gehẽnam. Paueo gehennam: paueo iudicis vultum ipsis tremendum angelicis potestatibus. Contremisco ab ira potentis: a facie furoris eius, a fragore ruentis mundi: a conflagratione elementorum: a tempestate valida: a voce archangeli & a verbo aspero. Contremisco a dentibus bestiæ infernalis: a ventre inferi: a rugientibus præparatis ad escam. Horreo vermẽ rodẽtem: ignem torrentem: fumum & vaporem: sulphurem & spiritũ procellarum. Horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam: & oculis meis fontem lachrymarum: vt præueniam fletibus fletum & stridorem dentium: & manuũ pedumq; dira vincula: & pondus catenarum pmẽtiũ: stringentium: vrentiũ: nec consumentium? Heu me mater mea: vt quid me genuisti filium doloris, filium amaritudinis & indignationis & plorationis æternæ? Cur exceptus genibus: cur lactatus vberibus: natus in combustionem & cib⁹ ignis? Qui sic afficitur sensum recuperauit. & in duplici metu isto: itemq; pudore illo duplici habes oscitationes quatuor.

De tribus circũstãtiis cõfessionis.

V ¶ Tres quæ restant, ex voce confessionis supplebis: si tamen corde humili: simplici: fideli pcesserit illa confessio. Omne ergo quod remordet cõscientiam confitere humiliter: pure: fideliter: & has vices implesti. Sunt eñ q gloriantur cum male fecerit: & e. i. r. p. Quos denotãs propheta ait. Peccata sua pdicauerũt vt Sodoma. Et hoc vitiũ maxime seculariũ est. Qq̃ & de ipsis qui religiose vestiti & religionẽ pfessi sunt, nonnunq̃ aliquos audim⁹ reminisci & iactitare mala sua præterita: quę verbi gratia aliquãdo gladiatorio vel argute lratorio gessere cõflictu: siue aliud qd secũdum mundi vanitatem fauorabile: sed ad animę salutẽ nociuũ: perniciosum: damnosum. Secularis adhuc animi indicium est: & humilis habitus qui gestatur a talibus non sanctę nouitatis est initium: sed priscę vetustatis operculum. Nonnulli talia q̃ si dolendo & pœnitendo rememorant: sed gloriam in intentione captantes commissa sua nõ diluũt sed seipsos illudunt. Nam deus non irridetur. Veterem hominem non exuerũt sed nouo palliãt. Nã non prodit aut proiicitur vetus fermentum sed statuitur. iuxta illud. Inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die. Sed est confessio eo periculosius noxia quo subtili⁹ vana: cũ ipsa etiam inhonesta & turpia de nobis detegere non veremur: non quia humiles simus sed vt esse putemur. Appetere autẽ de humilitate laudem non est humilitatis virtus sed subuersio. Ecce cur humilem esse debere dixerim confessionem. Oportet esse & simplicẽ. Non intentionẽ forte quia latet homines, excusare delectet si sit rea: nec leuigare culpam q̃ grauis: nec alieno adumbrare cũ inuitũ nemo coegerit. Primum illđ non confessio est sed defensio: nec placat: sed prouocat. Sequẽs mõstrat ingratitudinem: & quo minor reputat̃ culpa eo minuitur & gloria indultoris. Sed minus libenter beneficium datur: qđ minus necessarie prouenire sentitur. Veniam pinde sibi abiudicat qui munus largitoris attenuat. Qđ quidẽ facit omnis qui reatum suum verbis eleuare conatur vel factis. Iam a postremo primi hominis dehortetur exemplum: nec culpam diffitẽtis nec veniam consequentis. Non dubium qn ob reatus mulieris admixtionẽ. Genus excusationis est: cum argueris tu, alium incusare. Sit aũt fidelis confessio: vt confitearis in se de indulgentia penitus non diffidens: ne tuo te ore non tam iustifices q̃ condemnes. Iudas certe pditor & Cain fratricida cõfessi sunt sed diffisi. Alter Peccaui, inquit, trad. sang. iustum. Alter Maior est, inquit, iniquitas me. q̃ vt ve. me. Et verax licet nihil eis profuit infidelis confessio Hæ itaq; tres confessionis obseruantię iunctæ quatuor superioribus compunctionis, septenatium implent.

Vverricus.

Quid per septem oscitationes pueri designet̃.

¶ Et oscitauit puer septies &c. Primum vitæ redeuntis in hominem idicium est si strenuus & impiger sit ad actionem. Nam perfecta resurrectio eius in hoc dũtaxat moribundo corpore: si oculos aperiat ad contemplationem. Qđ tamen non ante promeretur intellect⁹ q̃ crebris suspiriis & vehementibus desideriis dilatetur affectus, vt tantę capax maiestatis reddatur. Qđ velut per quosdã gradus incrementum resurgendi, in mortuo quẽ suscitauit Heliseus signat̃. Qui cũ ad vitã rediret: primo dicitur quia calefacta est caro pueri. Deĩde qa septies oscitauit: & sic demum aperuit oculos. Caro pueri cor carneum est in Christo paruuli: cui prima spes vitæ est si dicere potest: Concaluit cor meum intra me &c. Amplius autẽ & euidentius ad resurrectionem proficit: cum desiderio & esurie quadam iustitię oscitare frequentius incipit, vt dicat. Os meum aperui &c. Oscitatio ista distensio est affectus: vt capacior fiat spiritus vitę: quatenus post alia charismata gratiæ septiformis, infusus etiam spiritus intellectus & sapientiæ, oculos tandem ad X

contemplandum deum faciat aperire. Primus ergo calor vitæ redeuntis est: cum bonus exercetur actus. Secundus resurrectionis profectus est: cum per orationes dilatatur affectus. Perfectio autem cum ad contemplandum illuminatur intellectus.

Galfridus. De lepra Naaman.

5. Y Naaman princeps militiæ regis Assyriorum erat vir fortis & diues, sed leprosus &c. Naaman iste cuius nomen decorum sonat, Syrus erat, i. sublimis zelatus, plus attendens q̄ꝫ diues & potens erat, q̄ q̄ꝫ leprosus. Videntur autem per lepram manifesta iam & quasi foras erumpentia peccata signari. Inde erat q̄ꝫ leprosi specialiter extra castra fiebant, nam de occultis temere est iudicare. Eiusmodi autem hominib⁹ peccandi materiã opes ministrant. Potestas alit audaciam publicandi peccata. Vxor eius gloria eius, secundum illud apostoli. Q̃m vxor gloria viri est. In illi⁹ obsequiis puella Israelitica captiua tenetur, dũ diuinæ legis scientia velut a latrũculis capta & addicta quodammodo vanę gloriæ peccatoris hoĩs famulat̃. Interdũ tñ accidit vt dominę suę suggerat hæc puella: q̄ꝫ per prophetam qui in Samaria est, mundari possit dominus eius a lepra. Optat em̃ quodammodo ipsa sciẽtia secularium, vt erubescant res confusione dignas facere: qui tantopere appetunt gloriari. Sic per occasionem primũ eis Christus annunciatur. Ipse est em̃ verus Heliseus. i. dei mei salus: habitans in Samaria. i. custodia electorum suoꝝ. Ipse est qui diuinitus saluat: & mundat a præteritorum maculis delictorum. Ipse est qui custodit ne in eadẽ recidant: & iterum inquinent quod lauerunt.

De fluuiis Damasci.

Z ¶ Vade & lauare septies in Iordane: & mundaberis &c. Interest vbi laueris, fluuios Damascenos israeliticis aquis ne pręferas. Damascus sanguinis potus vel sanguinis osculum: amor peccati est. Mandit em̃ quodammodo peccatũ qui difficilius acquiescit: & de vua acerba obstupescunt dentes eius: quoties post cõmissum cogitatione accusante turbatur. Bibit autẽ et osculatur qui incũctãter admittit & sibi complacet in admisso. Ad hoc pertinet osculũ manus suę: qđ sanctus Iob scelus maximum & in deum negationẽ esse testat̃. Dicit̃ etiã Damascus sanguis sacci: p qđ videt̃ non in cognitione peccatum carnis intelligi. Habet aũt Damascus fluuios Abana & Farfar, quoꝝ prior interpretat̃ lapides: posterior talpę siue suffossiones. Et priori quidẽ immergit̃ qui in luxurię actibus obdurat mẽtẽ: obdurat frõtem: vt nec deũ timeat nec hominem vereat̃. Potẽs est autẽ deus de lapidib⁹ i. s. f. a. Nam posteriorem fluuiũ potius eligit: nec in Abana sed in Farfar mergitur qui suam studet occultare miseriã: velut talpa fodiens & expers lucis ad lucem venire timens ne arguant̃ opera eius. Et q̃ male vter: q̄ꝫ abluit̃ non mundatur: dum neuter suas deponit maculas sed easdẽ alter dissimulat alter occultat. Inueniet hęc duritia duriorẽ: & qui noxias interim fouent latebras: proiicientur in tenebras exteriores. In tenebris siquidem positus iam non intus sed foris erit. Alienus quidem a luce veritatis: sed ab ea palam & publice rédargutus.

De septiformi lepra.

¶ Peccamus per visum: per auditum: odoratũ: gustum: tactum: per ardorem libidinis: & incessum pedum. Sic exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. Sic per om̃e corpus lepra diffunditur: & a summo vsq; deorsum cõtaminat vniuersa. Inde est q̄ꝫ ĩductus iuxta doctrinam apostolicam presbyter ad ĩfirmũ, cum impositiõe manuũ orat & postulat vt ipsa quã dixim⁹ septiformis in eo lepra debeat aboleri. A

De lepra visus.

¶ Peccauit Eua p visum: lignũ vetitũ ĩtuẽs: sic oculis delectata vt nescio quõ viderit q̄ꝫ suaue foret etiã ad vescẽdũ. Sic p visum ille visu desiderabilis lapsus est in pct̃m lauantẽ se fœminã intuẽs & cõcupiscẽs. Licet aũt voluptas carnis & curiositas p fenestras intrẽt & exeãt oculoꝝ sed in eis, vt sanctus ait papa Grego. Sup̃bia specialiter principat̃: & prima sibi corripit humani corporis mẽbra q̃ initiũ est oĩs pc̃i. Quid ergo nobis facto opus est: nisi vt auertam⁹ oculos qui aĩam dep̃dant̃, ne videãt vanitatẽ: illi⁹ prouerbii memores: q̃m oculi sapiẽtis in capite eius: oculi aũt stultor. in. f. ter. Deducant igitur oculi nostri diuisiones aquarum: nõ morti feras concupiscentias introducant. B

De lepra auditus.

¶ Multa & ĩ scđo sensu p̃nicies apđ illos q pruriũt aurib⁹ & a veritate auertũt aurẽ & ad fabulas cõuertunt̃. Specialiter aũt ad meritũ audit⁹ obediẽtia: ad reatũ ĩnobediẽtia p̃tinet. Vt etiã sup̃bia oculos occupat: sic inobediẽtia peccat maxime per auditum. C

De lepra odoratus.

¶ De pc̃is ad odora. p̃tinẽtib⁹ qđ dicem⁹? null⁹ ĩ nobis tã ĩnoxi⁹ sensus appet: nec magnope vt opinor sup his q̃ p odoratũ ĩter nos pc̃ã fiant: vł plãgẽdũ nobis est vł pauẽdũ. Sed ẽ spiritalis odor & spiritał olfact⁹, de q̃ spõsa. In od. vnguẽ D

torum tuorum currimus. Et apostolus. Christi bonus odor sumus. Odor opinio ē. Legimꝰ etiam ꝙ fortis equus procul odoreť bellum. Si quidem futurę vitę p̄sagiū sumere, quodāmodo olfacere est. Nec peccat per odoratū qui sagaciter pręuidet in futurum. Peccat autē qui negligit. Peccat etiam quisquis temere sibi arrogat & pręsumit. Peccat etiam per odoratum qui suaueolentia nimis captat: vel contraria cum fuerit necesse non sustinet. Peccat & aliter per quēdam interioris hominis odoratum qui famosos in qualibet seculari excellentia viros seculariter ęmulatur. Peccat nihilominus per eūdem, qui meliorum opinioni inuidet: vel minime cōdelectatur. Peccat et qui crudeliter negligit famam suam: vel ī ea vane complacet sibi. Peccat qui imminentia sibi pericula perniciosa securitate dissimulat: vel paratis eregione lucris spiritalibus non intendit.

De lepra gustus.

E ¶Non est nouum humano generi peccare per gustum, sic Euā, sic Esau legimꝰ deliquisse. Eua vetitam sumpsit escam: Esau immoderatius concupiuit. Filios etiam Heli delicatior appetitus traxit in culpam. Sodomitas vero cum superbia & inhumanitate in crimen mersit pessimū etiam quantitas immoderata ciborum. Ionathas horam regia auctoritate præfixam: licet quadam necessitate præuenerit, nec poterat iudicium mortis euadere nisi eum populꝰ liberasset. Quoniā quę prius ingressa ad homines per gustum: per eundem etiā nunc multipliciter in eis culpa diffunditur: diligenter cōsiderare nos conuenit: quid: quantū: quale: quo desiderio: quomodo: vbi: sumamus.

De lepra tactus.

F ¶Nouimus quinq; sensuum tactum per omīa membra diffundi: & generalior cæteris corpus obtinet vniuersum. Per quē peccāt qui mollibꝰ vestiuntur: qui nec frigoris molestia tāgi sustinent nec caloris. Specialiter tñ manibus solet idem sensus attribui: ꝙ liberius vndiq; moueantur & protendantur ad tactum. Est autem lasciuus: est etiam violentus: & vterq; illicitus & iniquus. Ad lasciuum pertinet quod dicit. Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Ad violentū: qđ dominus ait. Nolite tangere Christos meos.

De lepra libidinis.

G ¶Ardor libidinis q̄ sit improbus ipse quoq; beatus expertus est Benedictꝰ. Qꝫ vero sit idē indignus: illud canticum probat, qđ nemo potest canere nisi virgo. Infelix & inhonesta gentilitas quę præteritę cōditionis humanę & futurę redemptiōis diē Veneri deputauit. Crudelis tamen potius & versipellis inimicus humani generis, qui in loco Caluarię ad abolēdā memoriam dominicæ passionis immundissimum eiusdem Veneris idolum statui p̄suasit. Atq; vtinam sicut per Helenam sanctam purgatus est ab impurissimo idolo locus dominicæ passionis: ita omnes adoratores per ipsius gratiam mereantur ab eadem contaminatione mundari.

De lepra incessus.

¶Per incessum pedum peccat qui iubentis vocem vicino obedientiæ pede non sequitur. H Peccat & ille: qui statutos a patribus terminos in sui ordinis præuaricatiōe transgreditur. Felix sponsa quæ pedes lauat & inquinare veretur. Qui lotus est, ait dominus, non indiget vt p. l. Et quantum indiget quęris? Nisi lauero te ait idem ad Petrum: non habebis partem meacū. Non erit societas nostra cum deo patre & filio, nisi peccata etiam venialia fiāt de medio. Egent enim venia etiam venialia: & paulatim decidit qui minima spernit. Nemo interim in terreni huius itineris puluere suscipere lauacrum confessionis, & indulgentiæ beneficium obtinere perniciosa securitate dissimulet. Peccant per incessum pedum: qui instabiles sūt & inquieti.

Bernardus.

Qꝫ nobis Iordanis facta est Christi descēsio in nobis septemplicem purgans lepram.

¶Vade & lauare septies in Iordane. Heliseus I noster Naaman leprosum septies in Iordane mergi pręcepit: qui interpretatur descensus eorum. In humilitate domini Iesu Christi a septēplici lepra purgamur. Septempliciter enim occupauit nos lepra superbiæ: In proprietate possessionum: in gloria vestium: in voluptate corporum: in ore dupliciter: similiter & in corde.

De lepra domus.

¶Prima est lepra domus qua diuites esse volu K mus in hoc mundo. Sed ab ista mundamur si mergimur in Iordane. i. ī Christi descensu. Descendit enim ab inenarrabilibus cæli diuitiis & veniens in mundum nec istas qualescunq; diuitias habere voluit: sed in tanta paupertate venit vt natus continuo poneretur in præsepio quia nō erat ei locus in di. Qui bene mergitur hic, quando quæret diuitias huius mūdi? Et vere magna abusio: nimis magna vt diues esse velit vermiculus vilis: propter quem pauper fieri voluit deus Sabaoth & dominus maiestatis.

De lepra vestis.

L ¶In lepra vestis: omnem mundi huius pomposam intellige vanitatem. Nam ab illa nihilominus in Iordanis mersione mundaberis. Ibi inuenies Christum pannis vilibus inuolutum: factũ opprobriũ hominũ & abiectionem plebis.

De lepra carnis.

M ¶Lepra quoq; corporis mundamur in ipso Iordane, si bene cogitantes dominicam passionem erubescimus sequi corporis voluptatem.

De lepra oris.

N ¶Et in ore vt diximus duplex est lepra: impatientiæ scilicet & iactantiæ. Impatientię in aduersis: iactantiæ in prosperis. Sed a prima mundamur si illum attendimus qui tanq̃ ouis ad occisionem ductus est: & non ape. os s. A secunda mundamur si imitemur illum qui non quęrebat gloriam suam.

De lepra cordis.

O ¶In corde duplex est lepra. Propria voluntas & proprium consilium. Lepra vtraq; nimis pessima: eoq; deterior quo interior. Voluntatem dico propriam: quę non est cõmunis deo & hominibus, sed nostra tm̃: quando qđ volum⁹ nõ ad honorem dei: nõ ad vtilitatem fratrum: sed propter nos ipsos facimus. Huic recta frõte cõtraria est charitas quæ deus est. Hæc enim aduersus eum inimicitias exercens est: & guerrã crudelissimam. Quid enim odit deus aut quid punit propter propriam voluntatem? Cesset volũtas propria: & infernus non erit. In quem enim ignis ille desæuiet nisi in propriam volũtatem? Etiam nũc cum frigus aut famem patimur aut aliquid tale: quid lęditur nisi voluntas propria? Q; si voluntarie sustinem⁹: iam ipsa voluntas communis est: sed infirmitas & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est: & in illo omnes pœnas sustinemus: donec penitus consummatur.

Quid sit voluntas.

P ¶Nam voluntas illa proprie dicitur cui assentimus, & cui se liberum ĩclinat arbitrium. Hęc autem quæ inuitos tenent, non volũtas est sed corruptio voluntatis.

Quãtum malum sit voluntas propria.

Q ¶Porro voluntas propria quo furore dominũ maiestatis impugnet: audiant & timeant serui proprię voluntatis. Primo nempe subtrahit semetipsam, & subducit eius dominatui cui tanq̃ auctori seruire debuerat dum efficitur sua: addit adhuc. Et qđ in se est, oĩa quoq; quæ Dei sunt tollit & diripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Dico fiducialiter: nemini qui sit in ꝓpria voluntate, posset tot⁹ mũdus sufficere. Sed adhuc addit. Et ipsum qđ in ipsa est, punit deum voluntas propria. Omnino enim vellet deum peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse deum. Crudelis plane & execrãda malitia: quæ dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima: rapacissima lupa: & lęna sęuissima. Hæc est immundissima lepra animi: propter quam in Iordane mergi oporteat: & imitari eum: qui non venit facere voluntatem suam.

De lepra proprii consilii.

¶Lepra vero cõsilii ꝓprii eo ꝑniciosior est quo magis occulta: & quãta ea qs abũdat tanto sibi sanior esse videtur. Hæc illorũ ē qui zelum dei habent: sed non secundum scientiam: sequẽtes errorem suum & obstinati in eo: ita vt nullis velit consiliis acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores: inimici pacis: charitatis expertes: vanitate tumentes: placentes sibi & magni ĩ oculis suis: & ignorantes dei iustitiam & suam volentes constituere. Et quę maior superbia q̃ vt vnus homo toti congregationi iudicium suũ pręferat tanq̃ ipse solus habeat spiritũ dei? Idololatriæ scelus est nolle acqescere: & quasi peccatum ariolandi. Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis. Ecce arioli & idololatrę facti sunt, si tñ ei qui dixit hoc: plus q̃ sibi iudicãt esse credendum. Neq; huic dissonat veritatis sermo. Si ecclesiam non audierit, sit ti. s. e. & pu. Mergere ergo in Iordane quicunq; huiusmodi es: & attende quid fecerit magni cõsilii angelus. Inuentus enim in medio doctorum audiens eos & interrogans, quodammodo increpatus est a matre: & mox qđ cœperat intermisit. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo: quando consilium suum sapientia ipsa deseruit? Cum ab his septem purgatus fuerit ęger, quasi post septẽ sellas quærat quædam fercula, spiritus sancti scilicet dona. R

Q; per septem apparitiones Christi post passionem septem dona spiritus sancti designentur.

¶Porro sicut in vita domini ante passionem septẽ purgationes inuenim⁹: sic in apparitionibus septẽ q̃ post resurrectionẽ factę sunt, septẽ illa dona sancti spirit⁹ possum⁹ accipere. In prima spũm timoris accipe: qñ veniẽtib⁹ mulieribus sanctis descẽdit angelus de cælo & terręmotus factus est: ita vt ipsas timore perterritas oportuerit ab angelo cõsolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni: quia magna oĩno & ve S

re domino Iesu digna pietatis dignatio: ꝙ ei q̄si singulariter & præ cæteris dignatus est apparere: quem præ cæteris de negatione eiꝰ rea conscientia confundebat: & vbi abūdauit peccatum superabūdaret & gratia. In spiritu sciētiæ duobus pergentibus in Emaus scripturas exposuit. In spiritu fortitudinis ianuis clausis intrauit ostendens manus & latus, sicut solent in signum virtutis clypeorum foramina demōstrari. In spiritu consilii frustra in piscatione laborantes mittere in dextram rete consuluit In spiritu sapiētię die quadragesimo eis apparuit: qn̄ videntibꝰ illis eleuatus est: & viderūt filium hominis ascendentem vbi erat priꝰ. Vsꝙ ad illam enim diem quasi per stultitiam prędicationis saluos faciebat credentes. Postq̄ vero coram eis ascendit ad patrem, iam cœpit sapientia declarari.

V verricus. de lepra Naaman.

T ¶Vade & lauare septies in Iordane. Si dixisset lauare ter & mundaberis: continuo intellexissem trinam mersionem qua mundant̄ baptizati. Nunc autem cum lauare septies dicat: quid sibi vult septenarius iste? aut quis est Iordanis ille? Iordanis dicitur descensus eorum. Quorū? Illorum vtiqꝫ q humiliātur ad pœnitentiam. Qui quanto profundius descendunt per gratiam humilitatis: tanto se penitus mergunt & plenius abluunt spiritalis alueo Iordanis. Ad me ipsum conturbata est anima mea: memor peccatorum suorum: ꝓpterea me.e.t.i. de terra Ior. quomodo in descensu humilitatis mundaueris Naaman leprosum. Descendit inquit & lauit septies in Iordane iuxta sermonem viri dei & mundatus est. Descende & tu anima mea de curru superbiæ in salubres aquas Iordanis: q de fonte domus Dauid toto iam profluit orbe in ablutione peccatoris & menstruatę. Hæc est nimirum humilitas pœnitendi, q̄ dono pariter & exemplo profluens Christi toto iam prædicatur orbe: totiusqꝫ purgat crimina mundi. O Naaman Syri (non. n. vnus sed innumeri) o inquā diuites sed leprosi: supbi sed criminosi: quare tā vehementer abhorretis lauari his medicinalibus aquis? Cur vobis ita viluit noster iste Iordanis præ fluuiis Damasci? Dicitis enim si forte querētibus aliquando cōsilium salutis imitanda prædicetur humilitas & paupertas Christi: Nunquid non meliores sunt fluuii Damasci. o. a. I. s. vt la. in e. & mūder? Quid est? Nūquid nō meliꝰ est & ad purgationem peccatorum efficacius quotidie benefacere de abstinentia mundi: q̄ semel omnia relinq̄do pauperem fieri? Sedenim audi Naamā: fluuium Damasceni absorbebit leuiathan & non mirabitur. Nam de Iordane si habet fiduciam ꝙ influat in os eius: spes eum frustrabitur. neqꝫ enim grāde reputat quantiscūqꝫ prẹter humilitatem christianā virtutibus affluas: cū etiam pauperes ipos deuorare se posse cōfidat. Sꝫ nihil in eis inimicus proficiet. Damascus secūdum nomen suū ciuitas sanguinis est: & aquę eius sanguine mixtę sunt, quia opera etiam bona carnalium & secularium vix a quocūqꝫ peccato pura sunt. & quō id qđ infectū est sanguine, sanguinē mūdabit? qua ratione leprā id qđ leprosum est curabit? Audi saltē Naamā domesticos tuos: humiles amicos: fideles consiliarios Naamā recedebat indignās aduersus virū dei. At illi pater inquiūt, etsi rem grādem dixisset tibi ꝓpheta: certe facere debueras. Fidele ꝓrsus verbum rationis & sapiētię plenū. Quippe suggestio est rationabilium hominis sensuum quos sibi deꝰ testes retinuit aduersus hominē ipsum. nō credere nāqꝫ ꝓphetæ dei est iniuria: non tētare omnia pro salute, odium est sui ipsius & inuidia. Quid em̄ grande esse potest in p̄cepto nisi salꝰ est ī ꝓmisso? Quāto magis nō debet in grande vel difficile discedere ab Iesu qa mitis est & humilis corde: cum in eo pariter inueniat̄ & requies animę & p̄sens medela spiritalis lepræ pignusqꝫ salutis ęternę. Tādem vix ęgreqꝫ obtinet a supbo pectōre vt descendat & lauetur in Iordane. Si tñ septies lauet totumqꝫ se plenius & sępius mergat: nō morat̄ effectus salutis fidē prophetico facere sermoni. Sed pro dolor quāta est huius nostri miseria temporis quia nō solū diuites sed etiā leprosi paupes ita inueniunt̄ delicati vt vix vsqꝫ ad talos salubribus intigi patiant̄ aquis. Aut si semel lauerint mox sibi plenissime videant̄ mundati. At Heliseus nō ita sentit: sed signāter exprimit septies lauare & mundaberis. Sciebat nanqꝫ humilitatem Christi: quæ nobis imitanda est: si perfecte volumus mundari: septēplicis esse virtutis.

In quibus septem humilitatem nobis a Christo exhibitam imitemur.

¶Prima virtus: ꝙ cum diues esset: paup factus est. V Secunda ꝙ paupertati extremitatē adiiciēs in præsepi positus est. Tertia ꝙ matri subditꝰ. Quarta ꝙ serui manibꝰ inclinauit caput. Quinta ꝙ discipulū furē & ꝓditorem sic tulit. Sexta ꝙ sic māsuetus ante iniquū iudicē. Septima ꝙ pro crucifixoribꝰ tā clemēs ītercessor fuit apđ patrem. His vestigiis licet satis alonge gigātē sequeris: si paupertatem diligis: si inter paupes extremitatē eligis: si monasterii subditꝰ disciplinæ: si minorē tibi pateris p̄esse: si falsos fratres

equanimiter tuleris, si mãsuetudine vincas cũ iudicaris: si charitatẽ repẽdas illis a quibus in iuste pateris. Hæc humilitas plene sine iniuria vnici baptismi baptizat: quia mortẽ Christi nõ iterat: sed mortificationẽ & sepulturã criminũ instaurat: & qđ in illo baptismo gestum ẽ spe- cie: hic rursus implet veritate. Hęc siquidẽ hu militas cælos aperit: spiritũ adoptiõis restituit. Pater agnoscet filium: quippe in inocẽtia & pu ritate pueri regenerati reformatum. Vnde bñ de Naamã scriptura meminit: quia restituta ẽ caro ei⁹ sicut caro pueri paruuli: significãs vt arbitror, quia eorũ qui sic se abluũt non solum corda recuperãt inocẽtiam paruulorũ: sed etiã corpora secũdum quẽdam modum puerilem vẽdicãt sibi puritatẽ mortificatione mẽbrorũ.

Stephanus. De exemplis sanctorum.

X ¶ Cõcede mihi seruo tuo vt tollam onus duo rum bur. de ter. Terra sancta ẽ cõuersatio san- ctorum. Burdo habet naturam asini & equi. Equus est feruens: asinus hebes, & caro nostra feruens est ad malum: hebes vero ad bonũ. Eo- dem modo tam caro q̃ sensualitas conuersatio ne sanctorum debet onerari: & exemplis in- formari.

Petrus Damianus. De lepra Giezi.

Y ¶ Egressus est ab Heliseo Giezi leprosus quasi nix. Giezi puer Helisei si prophetarum filiis vt mentitus est argenti talenta suscipiendo cõsu luisset: nequaq̃ subeũdę lepræ sententiam per- tulisset. Nam idcirco plaga percussus est quã dator amiserat: quia nõ ad hoc aliena suscepit vt in opus pietatis expenderet: sed vt suæ con cupiscentiæ satisfaciens in proprii iuris pecu- lium possideret. Et bene leprosus quasi nix di- citur. Nix enim alba sed frigida. Hypocri- ta nanq; qui se per sanctitatis adumbratæ fi- gmentum trãsfigurat in angelum lucis nullis inferuet ęstibus charitatis: atq; adinstar niuis simul est albus & frigidus: q; piis quidem se de seruire operibus simulat: sed viscera solidę pie- tatis ignorat.

Galfridus.

Quid duo stateres significent, quibus modius similæ & duo modii hordei comparantur.

7. Z Rant autem quatuor leprosi in por- ta Samariæ &c. Leprosi quatuor vt ęstimo omnes sumus qui quatuor vi tiis: pusillanimitate: imprudentia: intemperan tia: & iniustitia laboram⁹. Vel melius forsitan qui eorũdem vitiorum virus occultum per cõ fessionem & satisfactionem foras eduxisse vide mur. Samaria autem, custodia est de qua san- ctus orat educi. Educ inquit de custodia ani- mam meam &c. Quã pfecto custodiã: etsi nec- dum ad exeũdum: ad intelligendum tamẽ ali⁹ nobis interpres patefecit: pro custodia carcerẽ ponens. Hæc ergo custodia & hic carcer vita est pręsens & hoc seculum nequã: in quo velut obsessi famę perimus. Clamat autem prophe- ta vnus: & omnis vno ore prophetia promit- tit. Cras in porta Samariæ modi⁹ similæ state- re vno: & duo modii hordei sta. vno. Infelix q non credis & audis: videbis & non comedes. Non miremur q; laboret fame Samaria: quan doquidem super manum increduli innitit pri- ceps mundi. Sed videbit aliquãdo qđ nõ credit nec gustabit: sed in porta cõculcabitur, q in Sa maria multum extollitur. Nos autem quæra- mus staterem vnum & alterum: vt die crasti- na quæ est vita futura, modium similę vnum & duos hordei habeamus. Grande commerci- um: nec tamen dabitur gratis. Non enim fru- stra exaudiet dñs: & omnipotens singulorum causas ituebitur. Sed cur hordeum ibi aut cur modii duo vbi abundat simila? Lauda Hierusa lem dñm qui adipe frumenti & nõ hordeo sa tiat te. Sed si animaduertimus, hordeum cibus est iumentorũ. Viue igitur anima modio simi læ: nam iumẽtũ corporis duos hordei modios quęrit. Immortalis siquidẽ anima: de medulla tritici viuet illius qđ seminatum fructificauit in terra. Corpus redactũ in cineres resurrectio nem suam & suam longe inferiorem beatitudi nẽ pstolat. Alioquin velut vnũ quendã modiũ habebũt corpora reproborum. Resurgẽt enim impii non ad vitam sed ad supplicia sempiter- na. Si ergo nos hoĩes iusti: & iumẽta nr̃a sunt corpora: vtinã illi iusti simus q nõ solũ iumẽta sua sed suorũ nouerit animas iumẽtorũ. Vtinã q̃ramus staterem vnũ & alterũ dicẽtes. Sitiuit in te anima mea q̃ mul. t. ca. m. Illa vice ppter similam: ista ppter hordeũ. Multipliciter tamẽ ppter hordei modios duos. Stater (vt aiũt) au reos tres appẽdit. Et dicit stater q; trib⁹ solidis stet. Solidos aũt ipos aureos vocãt. Alii staterẽ aiũt quatuor scrupulos cõtinere: qđ est ponde ris genus. Quęramus vtrũq; staterem: vt ex al tero modiũ similæ: ex altero duos modios hor dei habeam⁹. Norunt fere omẽs triplicem esse vim animę: quę rationalis: cõcupiscibilis: irasci bilis sit. Corpus aũt cõstare ex quatuor elemẽ tis: q̃ sunt terra, aq̃, aer, & ignis. Quibus iterim si sic vtimur vt oportet: staterẽ vnũ habem⁹ & alterũ nec: confundemur in porta Samarię: sed magnifice nostra nobis cras iustitia respõdebit A prima igitur creatione sua rationalem fecit aĩam: de⁹ vt inter vitia & virtutes diuinit⁹ illu minata discerneret. Cõcupiscibilẽ: vt virtutib⁹

adhęreret. Irascibilem vt a vitiis dissideret. Infelix qui ponit lucem tenebras: rationis oculo caligante. Felix autē cui dicitur. Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatē. Habet em̄ in tribus aureis staterem: in quib⁹ modiū similę mercatur: qui veraciter discernit quid expediat: ac deinceps nihilominus plena affectione sectatur qđ expedit: qđ nō expedit insectatur. Modius autē similæ plenitudo satietatis internę: ad quā sine vlla hęsitatione pueniet animus discretus, & deuotus, & zelans. Nam & duos nihilominus hordei modios: quos prędiximus iumentū corporis obtinebit: si interim quidē in eius cōuersatione staterē habeat quatuor scrupulos continentem: grauitatē scilicet, socialitatē, tractabilitatem, atq; feruorē. Decet em̄ grauem & stabilem inueniri hominē: ne videatur inefficax illa portio quā terreni in se habeat elementi. Cęterū terrā sibi inuicē aqua cōglutinat: & in puluerem soluitur: nisi humore aliquo colligetur. Aeris aūt natura leuis & mobilis hoc pręstare debet hominibus, vt pfacile moueantur ad nutum maxime pręceptoris. Ignis semp in sublime cōtendit. Et q̄ bene ignis inuenit: qui feruore conuersationis quotidie quātū præualet ad exteriora altiora prouehitur. Hic nimirum in quatuor scrupulis stater corporeę cōuersationis duos meretur modios resurrectionis, & glorificationis: si ex terra in nobismetipsis graues ex aqua proximis sociales, ex aere prelatis tractabiles: deo autē exhibeamus nos ex igne feruētes. Alioquin si rationale nostrū suspitionibus, & credulitate cęcetur: cōcupiscibile noxiis desideriis deprauetur: irascibile zelo malæ amaritudinis inflammetur: si ex terra nobis segnities vel auaritia: ex aqua autē luxuria vel imoderat⁹ hūanę laudis appetit⁹: ex aere loquacitas vel curiositas: ex igne crudelitas vel supbię fastus excreuerit: corrupti itrinsec⁹ & extrīsec⁹ abominabiles, videbim⁹ cū incredulo illo bona dn̄i nec gustabim⁹ ꝙ neutrū staterē habeam⁹.

De leprosis qui fugam hostium & ciborum copiam nunciauerunt.

A ℭQꝫ si interim pio quodam mentis excessu cū leprosis quatuor exeamus ab hac custodia inueniemus proculdubio hostes versos in fugā qui obsedisse putantur inclusos: nec iam redire licebit: nisi ad annūciandum qđ inuenim⁹ quātum tn̄ licuerit homini loqui: sicut Paulus dicebat: Siue mēte excedim⁹ deo siue. s. s. v. Arguit em̄ eos qui inuenerint hęc, cōscientia sua nec quiescere patitur: donec indicauerint aliis sicut et viri illi ad inuicē dixisse legūtur. Non recte facimus. Hęc em̄ dies boni nūcii est. Si tacuerimus & noluerim⁹ nūciare vsq; mane: sceleris arguemur. vt em̄ illuxerit matutinū: non docebit vir proximū suū: sed erunt oēs docibiles dei. Interim autē pręcipit, nec immerito: vt qui audierit: dicat veni. Et sane efficaci⁹ illius verbum: & credibilius testimoniū est, qui sibi multa ante reposuit: ac deinceps ad bonum nūcium quod euangelium sonat: nō de leuitate: sed de charitate procedit.

Stephanus. de vanitate mundi.

Iezabel depinxit oc. s. sti. Hęc est vanitas mundi, quę depingit oculos suos: quia nō agnoscitur a stultis: sed a sapientibus pictura eius agnoscit. Et ornauit caput suū, & respexit p fenestrā: vt tenuiter videretur. Ecce caput ostēdit nō posteriora: & ideo placet vanitas mūdi: quia posteriora eius nō vidētur: sed anteriora quę placēt. vnde Labia meretricis mel distillant. Et Boetius. Quid dicam de voluptatibus: quarū appetitus plenus est anxietate: satietas plena pœna? Sed dn̄s ostendit posteriora sua Helię existēti in petra. Duo eunuchi. Eunuchi sunt boni prelati qui se castra. ppter reg. cę. Istis dicit: Pręcipitate eā. Multi eunuchi sunt, qui castę viuunt: sed hoc ppter populum, vt laudent. Isti nōdum pręcipitauerūt Iezabel: adhuc cū illa sūt in fenestra. Aspersus est paries sanguine. Sanguis interius est in corpore: paries mortalitatē designat. Paries ergo aspersus est sanguine Iezabel: cū nostra mortalitas nobis demonstrat q̄ sit vana gloria mūdi Nō repererūt nisi caluariā. Ecce dn̄s voluit vt extrema Iezabel cōseruarent: qa quocūq; modo Iezabel pereat: dn̄s vult vt prę oculis habeamus extrema, quę in miseria sunt: & nō media quę in gaudio sunt. Et nota ꝙ Iheu caluariā Iezabel pedesq; ac summitates manuum sepeliri pręcepit: quia nullas peccatorum reliquias debemus reseruare. 9. B

Drogo.

Quid per mortē Iezabel mystice designetur.

ℭAspersus est sanguine paries: & equorū vngulę: qui conculcauerant eam. Hoc de Iezabel meretrice scriptū ē: quę vestita erat decore meretricio: & pinxerat oculos suos stibio. Quę deiecta est in terrā: & tanq̄ stercus a pretereuntibus cōculcata. Decaluata est em̄ supbię vertex: nō est iam qui dignetur aspicere: nisi qui voluerit nefas eius abhorrere: vt lauet manus suas in sanguine peccatoris: & velut equus fortis, & velox meretricē proiectam confodiat vngula sua: & cōculcet: & trāseat. Propter hoc & paries adhuc sanguine⁹ relictus est: vt terreat viros sanguinū & dolosos, qui ppter auaritiā C

suã lapidant humilẽ Naboth. Sed canes impudentissimi amatores cadauerũ carnes fornicarias sibi incorporant. Vnde & sanguinem eius cõsequenter lambũt: quia sicut libidinis, ita & vltionis participes erunt. Alii vero sunt canes qui fiunt ex inimicis ab ipso: qui famẽ mystice patiuntur, & circũeunt ciuitatẽ nõ Babyloniç sed ecclesię: & qđ mortuũ a vitiis ibidem reperiunt comedunt & sibi cõsepeliunt.

Stephanus.

10. D ¶Nũquid cor tuũ rectũ est cũ corde meo? Da manũ tuã, & leuauit eũ i cur. suo. Sic debet dicere prelatus ad viros religiosos viuentes sub iugo obedientię: qui significant p Ionadab. Q̃ si eũ diligũt ex corde, vt dent ei manũ. i. suffragia orationũ, & ipse leuet eos in currũ suum. i. participes eos habeat, & consultores in disponendis negotiis curę pastoralis: cuncti sacerdotes Baal coram eis cõuocantur: & de ambitione & terrenorũ desiderio condẽnantur.

De contemptu mundi.

11. E ET fecerunt p ea latrinas. Viri iusti reputant vt stercora quę amatores mũdi ęstimãt preciosa. Iehu deleuit Baal sed vitulos aureos nõ deleuit. Sic mlti auaritiã & ãbitionẽ extinguũt: sed tñ a pciosis cõuiuiis nõ recedũt. Vitulꝰ ẽm aureꝰ est lasciuia pciosa.

De scientia spirituali.

12. F FEcit Ioas rectum cũctis diebꝰ Ioiadę Sacer. Ioas iterptat memoria dñi. Ioiadas dilectꝰ dñi. Memoria ergo dñi bonũ facit si sit cũ dilectione dei: aliter nõ. Hoc est ꝙ sciẽtia cũ dilectione ędificat: sine charitate siquidem inflat, sicut Ioas malum fecit: & elatus est mortuo Ioiada.

G ¶Mortuo Ioiada Ioas vniuersum argentũ qđ potuit inuenire in thesauris dñi: misit Azaeli regi Syrię. Eodẽ modo ibutꝰ sacris literis oẽm sciẽtiã mãcipat regi Syrię. i. supbię: nisi habeat secum Ioiadã. i. dilectionẽ dñi: nisi memor sit mandatorum dei ad faciendum ea.

H ¶Surrexerũt serui &c. Duo sui sunt mũdꝰ, & caro. q interficient te: licet habeas mẽoriã dñi: & multa scias: nisi caueas tibi p bona opera.

13. I DOne manum super arcum. Hic est ordo rectus: quia ex quo didicisti sacrã scripturã manum debes ponere super eam. hoc est in opus conuertere qđ didicisti.

De incarnatione Christi.

20. K VIs vt ascẽdat vmbra. x. li. &c. Nota ꝙ Ezechias doluit: qa timebat ꝙ Christus de semine eiꝰ nõ nasceret. Vñ & signũ qđ datũ ẽ ei significauit icarnationẽ. Primus igit gradus p quẽ sol iustitię descẽdit, fuit in Adam. Secũdus in Noe. Tertiꝰ in Abrahã. Quartus in Aegypto. Quintꝰ in Moyse. Sextꝰ in Iosue. Septimꝰ in iudicibꝰ. Octauus in pphetis. Nonus in regibꝰ. Decimꝰ in põtificibꝰ. Cũ dñs illumiasset istos p fidẽ: tandẽ ad ortũ reuersus est. i. incarnatꝰ quasi in hora decima. Vñ cũ Andreas dixisset dño: Rabbi vbi hitas? & dñs veni & vide: ibi sic dicit. Erat aũt hora diei decima. q. d. memor sis signi Ezechię facti.

De duplici fraude diaboli.

¶Misit Merodab literas ad Ezechi. &c. Literas mittit diabolus, cũ ad inanem gloriã scientiam hominis retorqueri facit. tunc munera mittit cũ p auaritiã corda subuertit. L

De vitiis aulicorum.

EErexit aras Baal. Erigere aras Baal, ẽ cogitare i corde suo, & disponere quomodo possit esse superbior. 21. M

¶Et obserua. auguria. Obseruare auguria est adulationibꝰ intẽdere. Per aues ẽm intelligunt adulatores: q leues sunt & oi vento cedunt. N

¶Et fecit Phytones. Phytões sũt vẽtriloq. Magnates terrę phytones faciũt: qa de vẽtre & de his q̃ ad vẽtrẽ ptinẽt loquũt, & alios loq faciũt. O

De pace spiritali.

ET colligeris ad sepul. tuũ in pace. Ecce dñs pmisit Iosiæ sepulcrũ pacis, & tñ occisus est: qa tribulatio tpalis nõ aufert pacẽ quã dat dñs. Vñ de martyribꝰ dr. Corpora sanctorũ in pace sepulta sunt. s. in pace pectoris quam nõ aufert gladius. 22. P

ABstulit equos solis qui erãt in introitu templi. Equi solis sunt qui rapido cursu feruntur ad inanem gloriam acquirendam. tales profecto debent a dignitatibus ecclesię amoueri. 23. Q

De sumenda Eucharistia.

¶Succidit lucos. Lucos succidere: & replere ossibꝰ mortuorũ ẽ vitę secularis delitias exterminare p mẽoriã mortis. Iosias facturꝰ phase purgauit terrã & tẽplum, & eiecit figuras idolorũ Eodẽ modo accessuri ad sacramẽtum corporis & sanguinis dñi purgare debent terrã. i. carnẽ & tẽplũ. i. animã: & eiicere a corde figuras idolorum. i. turpes imaginationes. R

Cassianus.

Q̃ per vanã gloriã luxuria qñq; reprimatur. 25.

AScendens Nabuchodonosor rex assyriorũ, filios Israel qui erant in Aegypto ad suam transtulit regionem. Sępe supueniente cenodoxia vitium fornicationis excluditur: qđ pulchre satis in hac Regũ historia possumus annotare: vbi populum Israelem a Nechao rege Aegypti captiuatũ Na S

buchodonosor, vt dictũ est, ad suã transtulit regionẽ.s. vt nõ eos libertati pristinę & genitali restitueret regioni: sed ad suas abduceret terras longius asportãdos: q̃ fuerant in terra ęgypti captiuati. licet eñ tolerabili⁹ sit cenodoxię q̃ fornicatiõis vitio deseruire: difficili⁹ tñ a cenodoxię dñatione disceditur. Quodãmõ eñ lõgiore itineris spatio captiuus abduct⁹: laboriosi⁹ ad genitale solũ, & libertatẽ patrię reuertit. Meritoq; p ĩcrepationẽ ei dicit. Quare ĩueteratus es in terra aliena? Recte siqdẽ ĩueterat⁹ in terra dicit, quisqs a terrenis vitiis nõ nouatur.

Finitur Liber Regum. IIII.

Sequitur Liber Paralipomenon. I.

Stephanus. de vita claustralium.

ca. 1. T Ognationes scribarum habitantes in labes canentes atq; resonantes: & in tabernaculis cõmorantes. Cogna. scri. sunt religiosi q scribas. i. expositores sãctarũ scripturarũ p cõformitatem vitæ imitant. labes iterp tat exiccãs vl' siccitas. Religiosi ãt hitare debẽt in labes, hoc ẽ in siccitate, vt in eis siccet noxi⁹ humor cõcupiscẽtię. Canẽtes p iocũditatẽ mẽtis & resonãtes p mortificationẽ carnis. Vl' resonãtes. i. ore & spũ psallentes: & in tab. cõmo. qa nõ habẽt hic manẽtẽ ciuitatẽ: sed futu. ingrũt.

De doctoribus ecclesię.

4. V Ognationes domus byssum opantiũ in domo iuramẽti. Est sacra scriptura domus: qa in ea quiescere debem⁹. Iuramẽti: qa auditores ei⁹ debẽt eẽ iurati ad faciẽdũ pręcepta eius. Vnde Iuraui & sta. cus. iudi. iust. t. Per byssum ĩtelligit mũditia carnis. Operãtes byssum sunt vacãtes mũditię carnis. Cognatiões operãtiũ byssum sunt imitatores eoꝝ q dant exẽplũ cõtinẽtię. Tales cõgruit eẽ in domo iuramẽti. i. in exercitio sacrę scripturę.

De vita claustralium.

X I sunt figuli habitãtes in plantationibus, & in sepib⁹ apud regẽ. In opibus suis cõmorati sunt. In quatuor versat religio Cister. Rudes sunt informandi. Proficientes exhortãdi. Delinquẽtes corripiendi. Pusillanimes cõsolandi. Cũ dicit: Hi sunt figuli: Notatur ĩformatio rudium. Cũ dicitur Habi. in plan. exhortatio pficientiũ. Cũ dicit In sepibus, correptio delinquentiũ. Sepes eñ sunt disciplina, quę claudit religionem. Apud regem Christũ morantes in operibus suis. sic notatur consolatio pusillanimũ. Consolari eñ pusillanimes opus est regis.

Finitur Liber Paralipomenon. I.

Sequitur Liber Paralipomenon. II.

De perfectione Sanctorum.

P Rębuit Salomon rex argentum & aurũ quasi lapides: & cedros quasi sycomoros. Rex cęlestis vult, vt illi qui sunt argentũ p bonã locutionẽ, & aurum quo ad syncerã operationẽ: sint lapides per stabilitatem & fortitudinẽ, & vt lapides tribulationibus exponant: & pedibus conculcent. Pręterea hoc exigit: vt illi qui cedri sunt p eminentiam vitę: sycomori. i. ficus fatuę sint ĩ ppria opinione: licet dulcedinẽ habeant gratię: vt fatui reputẽtur a mũdo. Vnde Si qs vult esse iter vos sapiẽs, stultus efficiatur. Cedros quasi sycomoros prębet domin⁹: cũ monet maiores humiliter obtemperare minoribus. ca. 1. Y

7. Z Vmq; cõplesset Salomon fundẽs preces ignis descendit de cęlo, & deuorauit holo. & maiestas dñi impleuit domũ. Cõpleuit Salomon noster mysteriũ nostrę redemptionis: cũ dixit in cruce. Consummatũ est. Fudit pces, dicens. Pater serua eos. Ignis descendit: spiritus sanctus sup apostolos. De hoc igne dicit. Ignẽ veni mittere in terrã, & qd vo. nisi vt ar. i. accẽdat corda fideliũ. Deuoratio est auida cibi sumptio. Ignis deuorauit holo. quia spiritus sanctus cũ quadam delectatione illos assumpsit & inflammauit.

De pugna diaboli.

¶ Ascendit Sesach rex ęgypti. Sesach significat diabolũ: q dñatur in ęgypto, in mundo, in tenebrosis, in filiis mœroris. In Hierusalem ascẽdit: qa ad hoc nitit, vt turbet vnitatẽ ecclesiasticã. Sesach interpt̃at byssus cilicii. Diabol⁹ eñ eos q sibi adhęrẽt sp ducit de bysso ad ciliciũ: de voluptate ad amaritudinẽ: de mollitie ad aspitatẽ A

Bernardus.

Q; solum veris iudæis vera cõsolatio debeat. 20. B

O Iuda & Hierusalẽ nolite timere &c. Veros alloquimur iudęos nõ lr̃a: sed spũ: semẽ Abrahã: cui⁹ multiplicatio sicut pmissa legit: sic videt impleta. Sed nec illi Hierusalẽ dicim⁹ q̃ occidit pphetas. Vñ. n. illã cõsolemur sup quã dñs fleuit: q̃ data est in subuersionẽ? Illi dicim⁹: quę de cælo noua descẽdit Nolite timere veri cõfessores: q nõ solũ ore: sed toti pariter ex oĩ parte dño cõfitemini: induti

confessione sicut vestiméto. Vera cõfessio est si omnia opera vestra opa eius sunt:& confiteant ei gemina quadam confessione: vt duplicibus vestiamini: confessione pccatorũ vestrorũ: & confessione laudis diuinę. Tunc em̃ vere iudæi eritis si oĩs vita vestra confiteatur: vos pctõres & dignos m̃lto maiorib⁹ pœnis: dũmodo summe bonũ: q p his leuibus & transitoriis ęterna supplicia cõdonat: quę meruistis. Quisquis em̃ ardéter nõ desiderat pœnitẽtiã, videt opib⁹ dicere nõ indigere se pœnitẽtia, & ita suã nõ cõfitet culpã, aut nõ pdesse ei pœnitẽtiã, & sic diuinam nõ confitetur bonitaté. Vos auté estote veri iudęi: sed & Hierusalẽ vera, vt nec iam timeatis: si pacẽ nõ habetis: immo qa in hoc seculo perfectã habere nõ potestis: saltem videte eã: & cõsiderate, & desiderate eã. His dicimus Nolite timere: hos consolamur: nõ eos q viam pacis nõ curant. Nam si illis dicit Cras egrediemini: cõminatio erit ista nõ consolatio. Soli nimirũ dissolui desiderãt: & egredi cõcupiscũt qui pacem vident, & sciunt qa si terrestris domus eorũ huius habitatiõis dissoluat, qui. ędi. h. ex deo: & nõ illi, qui in insaniã versi suis cõpedibus delectant. Deniq; hi tales moriẽdo nõ tam egressi dicẽdi sunt q̃ ingressi: qui nõ in libertatẽ nec in lucem vadũt: sed in carcerẽ: sed in tenebras: sed in ifernũ. Vobis aũt dicit. Nolite timere. cras egrediemini. Cras, hoc ẽ in pxio. Cras egrediemini. Vñ nisi de cõclaui hui⁹ sclĩ? de ergastulo hui⁹ corpis? de cõpedib⁹ necessitatis, curiositatis, vanitatis, voluptatis? q̃ ẽt inuitis nobis pedes tenẽt affectiõis. Quid em̃ ẽ spũi nro cũ trenis? Cur nõ spiritalia desiderat: spiritalia q̃rit: spiritalia sapit? Sed corp⁹ qđ corrũpit aggrauat aĩam &c. Necessitates multę miseri corpis detinẽt nos. Visc⁹ qdã praui desiderii & delectatiõis terrenę volare nõ patit, & citius retrahit mẽtẽ si forte aliqñ ĩ hęc leuat. Sed nolite timere: cras egrediemini de lacu miserię: & de luto fęcis. Agite diem istum in Christo: vt ambuletis sicut & ipse ambulauit. Nolite timere cras egre. & sic semp cũ dño eritl. Vel qa significantius dictum est: Et dñs erit vobiscum: sic intelligamus, vt dum sumus in corpore possimus nos esse cũ dño. i. adhęrere eius voluntati sed nõ est ille nobiscũ vt cõsentiat nostrę voluntati. Vellemus enim iam liberi esse: cõcupiscimus dissolui: egredi desideram⁹: sed adhuc differt ille certa de causa.

De duplici die: tpali videlicet & ęterno.

C ¶Hodie scietis quia veniet dñs &c. Duo sunt dies q in verbis istis nobis expressius cõmẽdantur. Primus, q a primi hoĩs creatione labit vsq; ad finẽ mũdi. Dies cui sancti sępi⁹ maledixisse noscuntur. In hac die nascimur vniuersi: si tamẽ dies debet: & nõ nox potius nominari: nisi q lumẽ rationis quasi quãdã scintillulam: illa nobis insuperabilis misericordia dereliquit. Secunda vero dies erit in splendoribus sanctorũ in ppetuas ęternitates: cũ inclaruerit illud sereníssimũ mane: cui est misericordia repromissa, & absorpta erit nox in victoria: cũ dimotis vmbris & tenebris splendor verę lucis sursum & deorsum: intus & exterius cũcta pariter occupabit. Sed ad nostrum diem reuertamur. Et quidẽ in hac ipsa die homini deus rationẽ pręstat: tribuit intelligẽtiã. Sed necesse est, vt exeũtem de mũdo illuminet lumĩe scientię suę. Sed quę est ista scientia? Profecto qa veniet dñs, etsi qñ scire nõ possumus. Hoc est illud totũ quod exigit a nobis. Paucorũ est ista scientia: qa pauci sunt qui saluãtur. Putas qa illi qui cũ malefecerint exultant & lętantur in rebus pessimis vel sciant vel cogitent: qa veniet dñs? Si dixerint: tu noli credere, qa q dicit se nosse deum, & mandata eius nõ cus. m. est. Nõ em̃ ita se oĩ impuritate pollueręt, si dñm venturũ scirent, vel formidarent: sed vigilarẽt vtiq;: & nõ sinerent perfodi conscientias suas.

Stephanus. de inani gloria.

AMasias post cędẽ Idumeorũ deos eorũ statuit sibi in deos & adorauit eos. 25. D
Qui vitia mortificat ex qb⁹ orit supbia, nec ipsam supbiã eliminat: iste est Amasię q interfecit filios Seir: & adorauit deos eorum.

De duplici sabbato.

FIlii Israel seruierũt regi Babylõis do 36. E
nec celebraret terra sabbata sua. cũctis. n. dieb⁹ desolatiõis egit sabbatũ. Est sabbatũ cęli qñ caro affligit afflictionib⁹: & sabbatizat aĩa a vitiis. Est sabbatũ terræ. s. otiũ corporis: dũmodo est in otio: de facili seruit regi Babylonis.

Hugo de Foilleto.

Quantum disciplina proficiat dissolutis.

MAnasses in carcere positus in catenis 33. F
& cõpedib⁹ deũ cognouit quẽ pri⁹ liber cognoscere noluit. Tales sunt qdã claustrales: q q̃diu sui iuris sunt puerse viuũt. Dũ vero in claustro q̃si ĩ carcere tenent astricti catenis obedientię & timoris: dũ cõpedes ẽt addunt: qa vagari vel egredi foras nõ pmittũtur fit quãdoq; vt deũ quẽ prius despexerãt correcti diligant: & qui fecerãt de libertate seruitutẽ faciant de necessitate virtutẽ. Quos igit puersos propria fecerat libertas, deuotos reddit per correctionẽ aliena potestas.

Finitur Paralipomenon lib. II.

Sequitur Esdrę Liber.I.

Stephanus.De ꝑsecutiõe sanctorũ.

3. G DEterrẽtibꝰ eos p circuitũ ppl'is.volẽtes ędificare tẽplũ dño ꝑsequunť cupidi terrenorũ.vñ Viri impii abominãtur simplices.Bñ ãt dicit Deterrẽtibꝰ: qa ꝑsecutio tpalis nõ nisi terror ẽ.Quasi laruæ qdã sũt inuidi iustorũ:q cũ ad seruitutẽ dei accedũt,ꝑsecutores cõtra se irritãt.vnde Eze.Pars meridiana a Thamar ad aquas cõtradictiõis ꝑueniebat. Thamar interpretať amara cõmutata palma. Qui voluerit eẽ thamar.i.sustinere amaritudinẽ mortificatiõis in carne:& cõmutari p cõfessionẽ a malo ad bona opera:& aspirare ad palmã gloriæ:ꝑueniunt ad aquas contradictionis.i.multos habent cõtradictores.

De triplici genere bonorum.

H ¶Nota ꝙ Esdras filios Israel vocauit filios trãsmigratiõis:filios captiuitatis:filios ꝓuincię: & hoc ad insinuandũ triplicẽ statũ filioꝝ.Trãsmigratiõis:quo ad pœnitẽtes:q trãsmigrãt de vitiis ad virtutes.Captiuitat(:quo ad statũ iustitię in qua captiuãt se iusti ad sustinẽdã pœnã. Prouincię:quo ad gloriã ęternã ad quã tẽdũt.

De die iudicii.

I ¶Nota ꝙ idem terminꝰ fuit cõsummatiõis domus dei,dedicatiõis,& ĩterfectiõis hostiũ iudęorũ.s.mẽsis Adar.xii.q est finis anni.Similiter in fine seculi domꝰ dei cõsummabitur cũ abster. omnis la.ab o.s.& dedicabitur in susceptione vtriusq; stolę: & hostes vere pœnitẽtiũ interficientur per sententiam iudicii.

De prelatis.

K ¶Steterũt sacerdotes in ordiñ.suis, & leui. in vi.s.Cõsummata do.do.i.cõfirmatis fidelibꝰ in bono,stent sacer.in or.i.faciãt qđ monẽt:& nõ solũ verbis sed opibꝰ ad bona opa ĩuitẽt.Si hortanť subditos ad mortificãdũ carnẽ: ipsi silr se mortificẽt:nec de cruce mortificatõis descẽdãt

7. L ESdras parauit cor suũ vt inuestigaret legẽ dñi,& faceret,& doceret in Israel ꝓceptũ atq; iudiciũ. Esdras.i. adiutor,significat ꝑlatũ q debet subditos adiuuare in spũalibus & tẽporalibus si opus fuerit.Felix ẽ ꝑlatus q dicere põt.Paratũ cor meũ deꝰ ad mãdata custodiẽda:paratũ ad implẽda:paratũ ad bonũ docẽdũ:patũ ad bonũ operãdũ.Ad illa tria q̃ prelatis sunt necessaria debet prelatus parare cor suũ.i.ad sciẽtiã,vitã & doctrinã.Vt ĩuestigaret.Ecce sciẽtia.Et faceret.Ecce vita.Et doceret.Ecce doctrina.

Hugo de Foilleto.

Qꝫ ad predicationis instãtiam fidelis quilibet a curis secularibꝰ ad se redit.

10. M SEdit oĩs ppl's in platea domꝰ dñi mœrens p pctõ & pluuiis. Domus dei est domus cõfessiõis:q̃ plateã habere phibetur qñ curis secularibꝰ ĩplicať.Sed q diu lęti p plateã discurrere cõsueuerũt,qñq; in eadem platea sedẽtes p pctõ gemũt.q in domo dei secularitati studuerãt,postmodum ad se reuersi quietę mẽtis desiderãt esse: nec tm̃ p pctõ: sed etiã p pluuiis foris stare nequeũt: sed totis animi desideriis interius esse quęrũt. Tempus inquiunt pluuię est:& nõ sustinemꝰ stare.Pluuia est catholica doctria.Foris em̃ stare nõ sustinet quẽ doctrinę spũalis pluuia ꝑurget. Surrexit em̃ Esdras sacerdos:& dixit.vos trãsgressi estis & duxistis vxores alienigẽas: & nũc date cõfessionẽ dño deo patrũ vestrorũ:& separami a populis terrę & ab vxoribꝰ alienigenis.Ecce pluuia.i.correctionũ doctrina.Vxores vero alienigenę sunt seculares curę:ex qbꝰ cõfessio datur: dum culpa cognoscit.A populo terrę & ab vx. ali.separatur qui terrena negligit: & cui curæ seculares odio habentur.

Item.

N ¶Moraliter domus dei platea,recordatio pcti. Qui aũt p hãc plateã discurrere cõsueuerant nũc ĩ ea p pctõ tremẽtes sedẽt,& q ĩeptę lętitię diu studuerãt pctm̃ lugẽt.In hac platea Esdras sacerdos q carnes ĩmolat.i.animus q desideria carnis ĩ se mactat:pplm ĩcrepat: qa ꝓceptũ dñi trãsgressus fuerat.Separamini ĩnqt a po.t.& ab vx.ali.Ppl's terrę sunt terrenarũ rerũ cõcupiscẽtię:vxores alienigenę carnis blãditię.Ab his mẽtẽ separãt qui mũdi cõcupiscẽtias negligũt:& blandimẽtis miserę carnis mẽte cõtradicunt.

Sequiť Lib.Neemię.qui est Esdrę.II.

Quid per plateas portę aquarũ & portę Effraim allegorice designetur.

8. O SEquiť de platea quę est ante portã aquarũ:in qua ppl's cõgregať quasi vir vnꝰ dicẽtes Esdrę scribę vt afferat librũ legis Moysi. Porta aqrũ est admonitio scripturarũ.Platea pctõꝝ mẽoria.Añ portã igiť aqrũ platea eẽ dr:qa p admonitionẽ scripturarũ pctm̃ ad mẽoriã reuocať. In qua ppl's quasi vir vnus colli-

git, dũ in vnitate pseuerat magſis & fratrib⁹. Et ſic librũ legis Moyſi poſcit, vt ꝑ legẽ corrigat qđ cõtra legis pcepta geſſit. Platea quę eſt ante portam Effraim, vltima ponit. nihil eñ pdeſt laborãti niſi fructus opis in fine colligat. Effraim eñ frugifer interptat. Initiũ igit boni opis porta eſt pœnitẽtis. Poſſumus aũt hãc plateã vocare pœnitẽtiã. Platea eſt qñ adhuc in ea plãgim⁹ qđ deliquim⁹: ſed ĩ ea lutũ delem⁹ dũ ꝑ pœnitẽtiã laboramus. De platea qñq; egredimur, & ad eã qñq; reuertimur. Egredimur cũ a ſeculari vita recedimus. Reuertimur, cũ ad ea quę male geſta ſunt a nobis, detergenda mẽtem reuocamus.

Item.

P ℭMoraliter. Porta aquarũ eſt gra lachrymarũ. Platea vero, quę eſt ante portã aqrũ, ẽ cõtritio animę ꝑ deletiõe pcti. In hac platea popul⁹ cõgregat quaſi vir vn⁹. Popul⁹ cogitationũ q ſe ꝑ diuerſa ſparſerat, cũ ꝑ cõtritionẽ in vnũ colligit, ſecretũ mẽtis ĩtrat. Librũ legis audire deſiderat: vt tranſgreſſionis culpã emẽdare valeat & in meditatiõe diuinę legis attẽtior fiat. Ad plateãvero q̃ eſt añ portã Effraim anim⁹ ducit qñ ꝑ fructũ boni opis ad ſpem veniæ reuocat.

Stephanus de diſcretione Dei.

2. Q EGreſſus ſum ꝑ portã vallis nocte. Nemias cõſideratur⁹ diſſipationẽ muri Hieruſalẽ: egreſſus ꝑ portã vallis per eandẽ rediit. Similiter primo ſe debet humiliare q ſcrutat vitã alterius, & poſt ſcrutiniũ ſilr. Hoc ẽ ꝙ deus iudicatur⁹ adulterã: primo digito ſcripſit in terra, & poſt ſentẽtiã ſimiliter.

Hugo de Foilleto.

Quomodo aĩa de captiuitate reuerſa ſuę Hieruſalẽ multiplices ruinas attendat.

R ℭEgreſſus ſum ꝑ portã vallis nocte: & ãte fontẽ draconis, & ad portã ſtercoris, & cõſiderabã murũ diſſipatũ, & portas ei⁹ cõbuſtas igni. Porta vallis virt⁹ ẽ hũilitatis. Per portã vallis Hieruſalẽ ingredit q hũiliter ad pacẽ rediens mente deo recõciliat. Per portã vallis egreditur: vt deſtructionẽ ciuitatis videat, q ruinas eccleſiæ vel lapſus aĩę hũiliter feſtinat reparare. Et ante fontẽ draconis. Fons ẽ origo fluminis, & diabolus initiũ angelicę, & hũanę defluxiõis. Per fontẽ diabolus intelligit. vnde & deorſum fluẽs interptat. Deorſum fluit q a deo & corde & opere recedit. Eſt autem diabolus fons draconis. i. initium elationis. Draco cęteris ſerpentib⁹ maior eſſe dicit: qa caput ſupbię etiã cęlum tetigiſſe dignoſcitur. Ante fontẽ igitur draconis tranſit, qui ruinam angeli & lapſum hominis ad memoriã reducit. Et ad portã ſtercoris. Porta ſtercoris eſt virtus confeſſionis. Sicut eñ fimus per portam extra ciuitatẽ vehitur: ſic per confeſſionẽ, peccati fœtor a mente eiicitur. Et conſiderabã murũ Hieruſalẽ diſſi. & por. eius cõ. ig. Murũ Hieruſalẽ diſſipatũ conſiderat & circũit: qui lapſus carnis & ſciſſuras mentis diligenter attẽdit. Conſiderat portas igne cõbuſtas: ſenſus ſcilicet corporis igne luxurię & flãmis iracũdię conſumptas. Et tranſiui portam pontis. Pons ibi conſtruit vbi de vno ad aliud tranſitur. Pontem facimus cũ pœnitentiã agimus. In ponte ligna ponimus dum tranſeunti animæ carnem ſubiicimus. Pontem tranſimus quando de vitiis ad virtutes tranſmigramus. Si vero porta fontis legitur: ſicut in quibuſdã codicibus reperit: nõ eſt mirũ ſi portã ſtercoris ſequatur porta fontis: vt fœtor criminis lachrymis emũdetur. Et aquęductũ regis. Aquęductus eſt deſideriũ cõtẽplandi. Dñi aqua: gratia. Qui ductus dicitur eſſe regis. i. ratiõis ſuo iudicio cuncta regentis. Et nõ erat ingt locus iumento: cui ſedebã: vt tranſiret. Cũ ad aquæductum regis perueniret, nõ erat iumento locus vt tranſire poſſet. Iumentum eſt hebetudo mentis: ſiue ſenſualitas carnis: quę non facile tranſit ad gratiã contẽplationis. Et aſcendi inquit ꝑ torrentẽ. Per torrentẽ forſitan Cedron. Cedron interpretatur triſtis vel mœror. Aĩa igit de captiuitate reducta. i. nouiter ad deũ cõuerſa: mœrens & triſtis aſcẽdit ꝑ torrentem compunctionis. Hic eſt enim ordo conueniens, vt prius defleat quod male geſſerat: & poſt ad gaudium diuinę contẽplationis aſcendat. Et conſiderabam murum. Iterũ cõſiderat murum. murũ deſtructum iterum conſiderat qui lapſus corporis & animę ruinas in mentem per recordationem ſæpius retractat. Et reuerſus veni ad portam vallis, & redii. Ad portam vallis per quã exierat reuertitur. Per hoc enim innuitur: vt quicquid agitur humilitatis beneficio condiatur.

Qualiter in anima duo viri aſſignẽtur moraliter.

MElchias fili⁹ Erem ędificauit in Hieruſalẽ mediã ptẽ vici. Sũt in aĩa qdã vici morales: diuerſę videlicet virtutũ ſpecies. Sicut eñ ĩ materiali vico ſũt diuerſi ordines hoĩm: ſic in vicis aĩę ſũt diuerſitates morũ. Habet aũt aĩa vicũ timoris: habet & vicũ amoris. Vic⁹ timoris deſcẽdit ad portã vallis. i. humilitatis. Vicus amoris ducit ad portã põtis. i. ad cõtẽplationẽ futurę retributiõis. In vico timoris habitãt ſerui & mercenarii: in vico vero dilectiõis habitãt q patrũ hereditatẽ expectãt. 3. S

Q; defensiõis scuto alii sic:alii sic vtãt.

T ℂ Aedificauit Melchias filius aurificis vsq; ad domũ Nathineorũ, & scuta vẽdẽtiũ cõtra portam iudicialem. Sunt in morali Hierusalem vicus sacerdotum,& vicus scuta vendentiũ. Vicus sacerdotũ, est vicus sanctę exhortationis, quę ducit ad portã sterquilinii.i.ad portã confessionis. Sicut.n.fimus eiicitur p portã sterqlinii:sic etiã p portã cõfessiõis eiicit̃ fœtor pc̃i. Est etiã vicus scuta vẽdentiũ. Sũt em̃ qdã qui scuta emũt,& scuta gerũt: q̃a in necessitate fratres defendũt. Sũt & alii q scuta faciũt,& scuta vẽdũt:q̃a licet ĩgeniũ & ptãtẽ iuuãdi alios habeãt:ñ tñ absq; pecunia fr̃es ĩ necessitate iuuãt Scutũ ĩ manu tenet q qd̃ ore loq̃t op:b⁹cõplet. Scutum cõtra hostes eleuat,q in defensiõe pauperũ auxilium p posse pręstat. Scuta martyres emerũt:q̃a p defensiõe diuinę legis corpora sua ad supplicia tradiderunt. Scuta autẽ vendunt q p iustitia munera accipiũt. Sed domũ scuta vẽdẽtiũ cõtra portã iudicialẽ esse scriptura dicit.illos em̃ q iustitiã vendunt conscientia reprehẽdit:& cõtra portã iudicialem domus eorũ positę sunt:quorũ mens,& cõscientia veritati cõtradicũt. Hoc autẽ mystice vel moraliter agitur quotiẽs aliquis vir ecclesiasticus cupiditate vincitur: vel quotiẽs animus laude remuneraẗ adulatiõis. Nec mirũ si in Hierusalẽ.i.in ecclesia,vel in aĩa istud agitur. Est ecõtrario in Damasco.i.in seculo vel in sc̃lari aĩo vic⁹ rect⁹, & dom⁹ Iudę reperiat̃. Vñ Paul⁹ in vicũ rectũ & domũ Iudę reperitur.

Stepha. De malorũ exemplo.

4. V Si ascenderit vulpes transiliet murũ eorũ lapideũ. Vulpes transilit murũ lapideũ:cũ apd̃ eos q videbantur aliqñ in bono ędificati maiorem efficaciã habent mala exempla q̃ bona.

Quibus virtutum frondibus anima fidelis a vitiis obumbretur.

8. X Egredimini in montẽ & afferte frondes oliuę:& frondes myrti,& ramos palmarũ,vt fiant tabernacula. In mõtẽ egredimur qñ ad mõtẽ misericordię precib⁹ subleuamur. Ipse est forsitan mons oliueti. Afferte inq̃t frõ.o.i.opera misericordię. Oleos.n.gręce,misericordia dicit̃ latine. Myrt⁹ tẽperatiuę naturę dicit̃ esse. Palma vero in altũ crescit. Per oliuã igit̃ op⁹misericordię. Per myrtũ virt⁹ tẽperantię. Per palmã spes veniæ. His itaq; frondib⁹ & his ramis in platea portæ Effraim tabernacula fiunt:qñ prędictę virtutes a pruina tẽtationis & calore delectatiõis animũ fructificantẽ vndiq; defendunt.

De vtilitate lectionis.

INtroduxit me rex in cellã vinariam: Ordinauit ĩ me charitatẽ. Cella vinaria est cella cordis. Vbi ẽ vinũ cõpunctiõis & vinũ amoris. Cella inquã cordis, sed eorũ q̃ cõuertunẽ ad cor. Ordinauit ĩ me charit. E Charitas ordinaẽ ęstimatiõe, ęmulatione, & electione. Aestimatiõe q̃dẽ, cũ vero iudicio mẽtis oĩb⁹ melior, dignior, pciosior ęstimaẽ. Parũ ẽ aũt sic sentire de ipsa: & sola ęstimatiõe oĩb⁹ eã pferre: nisi & affectiõe oĩb⁹ pponaẽ: vt añ oĩa & sup oĩa desidereẽ. Sed & hoc parũ est: nisi & electiõe ordineẽ: quaten⁹ sic q̃raẽ vt habeaẽ & teneaẽ. Aestimatio igiẽ in iudicio rõnis est: ęmulatio ĩ desiderio volũtatis: electio ĩ cõsilio discretiõis.

Gillebertus.

Qui sint q ambire debeāt lectulū Salomonis.

3 F Lectulū Salomonis ambiunt.lx.fortes ex fortib⁹ Is.om.te.gla.& ad bella doctiss. Vide quō amplę delitię arcta cī gūt custodia. Fortes sūt qui ꝓrogāt & iustitia operis & notitia legis. Nō est de fortib⁹ Israel qui cū vulneratᵣ nō dolet: cū verberatᵣ nō sentit stupidus manēs ad oēs stimulos ancipitis gladii verbi penetrabilis: & gloriatᵣ si cōtra sapiētię stimulos calcitret. Nō talis Maria: cuius animam acsi mollem materiā gladius ptransiuit. Me vtinā facile obtineat verbū validum: in me operetᵣ ei⁹ efficacia: & aiam meā hic penetret gladius: vt & ipa quasi in gladiū cōuertatᵣ contra spiritales pugnatura neqtias. Quid mittis manū ad fortia qui ex fortissimis nō es? Custodiā vt qd suscipis q desidiam nō excutis? Quid lectulū ambis q gladium nō habes? Aut si habes gladiū verbi: hēs eū ī vagina nō habes ī lingua. Nō tenes manib⁹ linguę verbi dei versatilem gladiū. Volubilis est sermo: spūs flāmeus ē: sed nescio quomodo extra naturā suā ī manu tua hebetatᵣ: restringitᵣ: & pigrescit. Quid igitᵣ tibi vsurpas officium cuius vsum non habes? Vniuscuiusq; ensis sup fe.s. Vt seipsum primo corripiat: custodiat semetipm. Vniuscuiusq; ensis sup fe.s. Vt vbi est tentatiōis occasio, ibi maior verbi ꝑoccupatio fiat: cōmonitio crebrior. Propter timores nocturnos. ꝑpter lapsus subitos: ꝑoccupatos casus. Sup femur. nō ꝑpter femur s; ꝑpter ti.nocturnos. Forte qa nō ē col. aduersus carnē & sanguinē, q signatᵣ in femore: sed aduersus mundi rec.tenebrarū harū: iō ꝑpter ti.noct. cōtra spiritales neqtias. Quāto feliciorē sortita ē luctā q Salomonis cōtinetᵣ ī lectulo. Amplectere igitᵣ verbū qcūq; ī lectulo cōtineris. Vtere eo sicut ī lectulo nō sicut ī belio. In lectulo locus est nō ensib⁹, sed amplexib⁹ strictis. Noli fortis esse ne tibi foris esse contingat. Quid tibi cū cōflictu cui totū de affectu cōstare debet? Quę spōsa est, nō disputātis & confligentis sectatur negotiū sed otiū amplexantis.

Gillebertus.

Q; nō debeat christian⁹ nisi ī cruce dñi gl'iari.

G Ascensum fecit purpureum. Vere ascensus purpureus quem Christi signauit cruor: & passionis ei⁹ colorauit fides. Et vide q cōgruo modo sibi cōcinūt colūnę argenteę, & ascensus purpureus. In illis sapis fideliter: in isto sentis humiliter. In illis meditatio: in isto imitatio. Non enim in sermone tm̄ est regnum dei sed in virtute. Quid tu istic dices qui humiliationem seruitutē reputas? Seruus nō est quē regalis purpura nobilitat. Humilitas suscepta pro Christo regiam ꝑfert dignitatem. Hic tu pedē libenter pone: vt pes tuus intinguatur in sanguie Christi. Euacuaris a gloria Christi, si alia re nobilitari præsumas. Nam si compateris, & cōregnas.

Bernardus.

Q; qui Christum videre cōtemnit in exilio securus, in iudicio non videbit.

Egredimini filię Siō &c. Animę seculares debiles, delicatæ, filię & nō filii, in quibus nihil est fortitudinis: nihil virilis animi: egredimini de sensu carnis ad intellectū mentis: de seruitute carnalis cōcupiscētiæ ad libertatē spūalis ītelligētię. Et videte regē Salomonē. Alioqn nō erit vobis tutū videre Ecclesiastē. Idē enim q Salomon. i. pacificus in exilio est, ecclesiastes. i. cōcionator erit in iudicio: Idida. i. dilectus dñi in regno. In exilio māsuetus & amabilis: in iudicio iustus & terribilis: in regno gloriosus & admirabilis. Vbiq; rex est. Licet enim regnum eius non sit de hoc mundo: tamen rex est etiā ī hoc mūdo. Interrogat⁹ siquidē, ergo rex es tu? Ego inquit in hoc nat⁹ sum & in hoc veni in mundum. Hic ergo rector est morum: in iudicio discretor meritoꝝ: in regno distributor ꝑmiorum. Egredimini proinde filiæ Sion: & videte eum ī diademate quo coronauit eū mater sua in corona pauꝑtatis: in corona mīę. Siqdē coronat⁹ est & a nouerca sua corona spinea: a mr̄e corona misericordiæ: coronādus a familia sua corona iustitię. coronat ei eū & pr̄ corona gl'ię.

Q; humiliati capitis membra debeant conformari.

Egredimini fi. Si. & vi. r. sa. in dia. quo coro. e. mater sua. O regē. O diadema. Mater synagoga, nō matrem se exhibēs sed nouercā, regē nostrum corona spinea coronauit. Pudeat sectari gloriā mēbra qb⁹ caput suū tā īgloriū exhibetᵣ: peccatoꝝ. s. nr̄oꝝ circūdatū spinis. Pudeat sub spinato capite mēbrū fieri delicatum: qđ amictū iterim purpura nō tā honori sit q irrisiōis.

Q; monachi dentibus & tonsis ouiū gregibus comparantur.

4 K Dentes tui sicut grex tonsarū &c. Nō sunt hi dētes de qb⁹ dicitᵣ. De⁹ cōteret dētes eoꝝ. Sūt em̄ dētes ecclesię: cuius decorē dn̄s cōcupiuit. Quę cū tota sit pulchra pulchrior tn̄ appet ī dētib⁹. Dētes cādidi sunt & fortes: carne carēt & corio. Nihil intra se pati possunt. Nō est dolor sicut dolor eoꝝ. Clausi sūt labiis ne videātᵣ. Indecēs est cū videtᵣ nisi ridēdo. Toti corpi masticāt cibū: nullū iñ trahūt saporē. ñ facile cōsumūt. Per ordinē positi sūt. Supiores alii & alii īferiores: & cū īferiores moueātᵣ: supiores nūq. Dētes isti sūt hoies mōastice

professionis:qui de toto ecclesiæ corpore qđ cã didum est,cãdidiores videnť:qui.s.cogitationũ sicut actionum peccata deplorãt.Fortes sunt q bus tribulatio pro solatio: contumelia pro gloria:inopia ꝓ abundãtia ducit. Hi carnem non habẽt:quia ĩ carne carnis obliti sunt. Corio carent:quia nitorẽ & distensionem mundanarũ sollicitudinũ nõ habẽtes ĩ pace in idipsum dormiunt & requiescunt.Nihil morari intra se patiuntur:quia nec modicũ quidẽ offendiculum tolerabile reputant aut inter se aut in consciis singulorum.Non est dolor sicut dolor eoꝝ:qa nihil tam horrẽdum & horribile est sicut murmur & dissensio in cõgregatione. Clausi sunt labiis ne videanť.& nos materialib⁹ vallis circũcingimur:ne seculariũ oculis & accessui pateamus.Indecens est si appareãt nisi ad risum: quia nihil turpi⁹ q̃ monachus p vrbes & castella discurrens:nisi cum illa cogit q̃ operit mul. pec.Charitas em̃ risus est:quia hilaris:lęta:non tñ dissoluta.Dentes toti corpori cibum masticãt:quia ꝓ toto corpore ecclesiæ viuis.s.& defunctis orare sunt cõstituti.Nullum inde saporem habere debent:nullam sibi gloriã assignare.Nõ facile cõsumunť:quia quãto annosiores tãto feruentiores & eo rapidius currunt: quo vicini⁹ ꝓpiquãt ad palmã.Per ordinẽ positi sũt: quibus scilicet cibus & potus:vigilare & dormire:laborare & quiescere:& cętera oĩa in pondere & numero & mẽsura cõstituuntur. Alii superiores:alii inferiores:quia alii prælati: alii subditi: & sic superiores inferioribus iunguntur vt ab inuicẽ non discordẽt. Cum inferiores sæpe moueantur:supiores nunq̃ moueri debent: quia etsi subditi turbenť:cõstãtia prælatoꝝ immobilis pseueret. Sicut grex tonsarũ inqt &c. Bene monachi tõsis ouibus comparanť. Bene em̃ tonsi,& vt dicitur presse tonsi,quibus nec corda nec corpora nec mundanum aliquid in proprietate relictum est. Lauacrũ baptism⁹ est de quo ascẽdit qui ad celsitudinẽ vitæ pfectionis assurgit.Descendit autem qui se vitæ mancipat inhonestę.Omnes gemellis fœtibus:quia verbo pariunt & exemplo.Et sterilis non est in eis:quia nullus est infœcundus.

Gillebertus.

Qꝫ feruens oratio deum liget:vulneret:& incendat.

L ¶Sicut vitta coccinea labia tua. Nimirũ ea labia ligant & rutilant quæ de tali ventris fructu loquuntur.Concepta ĩ corde charitas quasi ignis flãmigerãs coccineo colore labia ĩficit per quæ erumpit.Calor de excelso missus ĩ corde,germanũ labiis præstat colorem. Quid em̃ aliud sibi vult ꝙ coccinea dicuntur: nisi ꝙ in hoc flãmea demõstrãtur:eo ꝙ coccus igneo rubet colore?Labia hęc iã nõ altaris carbone purgari indigẽt:& exteriori igne aduri. Ipsa enim de interiori ignis flãma iam flãmea sunt:& cõceptum visceribus de excelso ignem aliis seminãt.Salutarem vtiꝗ disseminãt scientiã:legem igneã quã dñs venit mittere in terram.Bñ coccinea labia:quæ hunc ignem non solum in terram sed etiam in cælum mittunt.Deniꝗ & ipsum cęli dominũ succẽdũt.Ideo coccinea labia commendat:ꝙ ibi coccinea sunt:ꝙ ibi calentia videnť:ꝙ illa flammea sentit:& in mutuã amplius charitatẽ succẽdũt.Mira res.Ignis ipse ẽ: et nostris tñ inardescit scintillis. Quid ni? Et gladius est verbum dei:& tñ vulnerať. Vulnerasti inquit cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meũ m.v.o.t. Vulnerať oculo:labio ĩ flãmatur etiã & ligať.Ideo vittæ cõparať.Sed charitas vulnus est:vitta coccus. Vides q̃ acuta,q̃ tenax, q̃ ignea est charitas?Talibus inhęrendo vtere labiis:tenaci velut vitta vĩculo memoriꝗ cordi tuo dilectum astringe:agglutina: succende illum succenso affectu.

Qꝫ sit vmbra triplex:fraus:fides:mysteriumꝗ.

¶Donec aspiret dies & inclinenť vmbræ.Plures hic vmbrę sunt. Vmbra fallacię:vmbra refrigerii:vmbra figuræ. In prima serpens dormit.In secunda sponsa quiescit.In tertia sponsus delitescit.De prima dicitur.In vmbra dormit.De secũda. Sub vmbra illius quem desideria se.De tertia.Quia sapiẽtia ĩ mysterio abscõditur.Omnes istę reclinabũtur vmbræ cũ aspirauerit dies. Vmbrę fraudis:fidei:& mysterii. Qui pascuntur ĩ liliis. Qui inter lilia pascitur inter illa reficitur:illa esurit. Beati em̃ qui esuriũt & sitiunt lilia iustitiæ:lilia castitatis: oĩm lilia gratiarum.Si esurire beatum: multo magis inter illa pasci: & ipsa virtutum esuries pascit:& delectat auiditas:odor cibat sednõdum satiat.Satiabor cum appa.g.t. Totum qđ inde haurimus in odore est. Occultatur forma:sed famã audimus.Tenuis quidem in fama,in fumo,in odore cib⁹.Dulcis sed tenuis. Infelix plane qui inter quędã lilia positus inter lilia sanctæ congregationis vbi varię vndiꝗ virtutes redolent:nihil tñ suaue: nihil liliorum simile nouit odorari. M

Hugo de sancto Victore.

Quibus profectib⁹ aĩa visitationẽ dñi mereať.

¶Vadã ad montem Myrrhę & co.li.& lo.spõ. N meę.Nota ꝙ non semper domi est sponsus iste Cauet enim ne forte vilescat amor su⁹. Et ga

citius in tædium veniret si semper psens esset: ideo aliquãdo se subtrahit: aliquãdo ad tēpus recedit: vt dū quærit absens, strictius teneat præsens. Tunc forte aberat quãdo hęc dicebat. Sed ne mora longior obliuionem gigneret, redire disponebat: & ait. Ibo mi. &c. Secum loquit quid facturus est: quia ad dicendū dulce est: qa ad faciēdū dulce est: & nescio quo pacto: quod multum cupimus: nunq̄ loqui fastidimus. Ibo inqt mihi. Sibi vadit: qa singularis amor participem secreti nō recipit. Ad montē Myrrhæ & colles li. Myrrha mortificationem carnis significat: Libanus qui interpretat decandidatio, mundítiam cordis. Hæc est via per quam sponsus ad spōsam venit: Mons Myrrhę & col. li. Quia primum per abstinentiā concupiscentia carnis occidit. Deinde per munditiā cordis ignorantia mentis abstergit. Postremo quasi tertia die ad colloquiū sponsæ veniens desiderio suo animam accendit. Ideo conuenienter dicit mons Myrrhę & col. li. nō mōtes. qa in afflictiōe debemus eē cōstātes: & ĩ successu virtutū humiles.

Gillebertus.

Q̄ intentione pura cor domini vulneretur.

O ℭVulnerasti cor meum in vno oculorū tuorū: & in vno crine colli tui. Cor durum, & male durum, in quo verba ista vulnera non generãt. Cordis vulnus vehementiam designat amoris. O vere dulce cor: quod nostris mouetur affectibus: tangitur amore. Nonne beatam animā reputatis quæ ipsum cor domini nostri Iesu Christi piis affectibus transfigit & penetrat? Acutus & efficax & vere violentus affectus ille est, qui tuum Iesu bone meretur & mouet affectum. Magna est & violenta vis charitatis: ipsum affectum dei attingens & penetrans: & velut sagitta iecur eius transfigens. Quid mirum si regnum cœlorum vim patitur? Ipse dominus violenti amoris vulnus sustinet. Sed vide quibus iaculis vulneretur. Vulnerasti inqt cor meum in v. oc. t. & in v. cri. col. t. Ne parcas sponsa talibus sponsum appetere telis. Aspectibus piis quasi spiculis vtere. Noli in hoc negotio remissius agere. Noli contenta esse dilectū vulnerare semel: sed concide illum vulnere super vulnus. Bonū vulnus de quo virtus egreditur. Tetigit mulier fimbriā: & virtutem de se sensit Christus exire. Q̄to magis cū cor eius non leuiter tangit: sed vulnerat: gratiā de se emanare sentit? Vulnus illud nō est sine sensu: ideo puri aspectus in illum spicula vibra. Reputa illum quasi signum ad tales sagittas. Tales fauorabiliter excipit: quia tales iacit. Respexit Petrum: & cor eius percussit: & compunxit ad pœnitentiam. Vulnerati cordis lachrymæ dãt signa. Talia in me vtinam multiplicet vulnera a planta pedis vsq; ad verticem: vt non sit in me sanitas. In vno cr. c. t. In intentione pura. cui crini vt dignum est respondeat cogitatus.

Balduinus.

Qualiter & q̄bus iaculis deus ab aīa vulneret.

ℭVulnerasti cor m. soror m. spon. vul. cor m. in vno oc. t. & in v. cri. colli tui. Cum sororem nominat, communionem indicat & naturæ & gratiæ. Hoc est eñ cōmercium amoris. Accepit naturam: & cōmunicauit gratiam. Cū spōsam nominat: indicat fidem dispensationis, & sacramentum indissolubilis coniunctionis. Sed quæ soror dicit & sponsa, cur vulnerasse dicit cor fratris & spōsi? An & amor sua vulnera habet? habet vtiq;. Facilis eñ & prōptus vulnus tam suaue q̄ salubre & sufferre pariter & inferre. Attendamus igit quō sponsus cor suum a sorore & sponsa vulneratū dicit: nec semel dicit: sed secūdo ingeminat vulnus &c. Nempe propter nimiam charitatem qua nos dilexit: cum essemus mortui peccatis, vitā nobis desiderauit & sibi mortē. Hinc eius vulnera in cruce suspensi. Hinc peccatorū nostrorū vulnera sunt sanata. Hinc nobis salus est ministrata. P

De gemino vulnere charitatis.

ℭDesiderium ergo nostrę salutis, & pro nostra salute desiderium proprię mortis, duo vulnera sunt. Alterū amoris: alterū doloris: immo vtrūq; amoris. Vtrunq; eñ desiderium de amore processit: quo p̄uenta est sponsa vt sic diligentē p̄dilecta diligeret: & in oñi puritate sancti amoris sanctiq; timoris immaculatā se illi cōseruaret. Sed quid sibi vult q; in tota pulchritudine sponsæ q̄ tota pulchra dicit: nō vulnerat sponsus nisi in vno oc. & vn. cri. colli? Sed sciendum q; ante oīa illi placēt. Et q̄ sunt illa? Puritas sancti amoris, & puritas sancti timoris. Hec ĩ vno oc. illa in vno cri. colli intelligitur. Q

De vno oculo sponsæ.

ℭIste autem oculus non est: sed vnus oculorū est. Vere vnus: quia vni intentus vnum amat: vnum curat: vni adhæret. Sed quo magis hæret q̄ oculo? Nam vbi amor, ibi oculus. Oculus autem quia potest videre & videri: illex & index solet esse amoris. Nam sua pulchritudine amorem prouocat: & secreta significatione nūciat. Pulchritudine dico fideli & vera, non fucata vel ficta. R

De vno crine colli.

ℭNunc autem quomodo vnus crinis componatur videamus. In vertice vbi summitas capitis est, capilli in diuersa se vertūt: & alii ad frontem descendunt: alii ad occiduam capitis par- S

rem. Alii hinc inde ad aures & tempora. Et in mulieribus (quæ comam nutrire solent) capilli compti & ad pulchram æqualitatem depexi: a vertice vsq ad frontem discriminātur: & hinc inde ad collum & humeros reducuntur vbi in vnum crinē colliguntur. Et quia cætera nota sunt mysterium videamus. Sponsa quoq Christi vt oculis ei9 placeat curā capillorū suorū nō negligit. Religio em̄ Nazareorum & fortitudo Sampsonis in capillis est. Subtiles igitur cogitatiōes sanctarū cogitationū & affectionū de vertice mentis: hoc est de cogitatione dei in quatuor partes diuiduntur & pectine discretionis discriminanť: & aliæ sunt de bonis æternis quę ad frontē descendūt: alię de malis quæ retro respiciunt: aliæ de bonis vel malis tēporalibus q̄ ad dextram vel ad sinistram hincinde se diuidunt. Hi capilli oculis sponsi placere probanť: quia dicit. Auferte malum co.v.ab o.m. Oīes autē capilli sponsæ ad collum vbi est iugū obedientiæ reducunť & in vnum crinē nodo timoris constringunť: quia in oībus semper obediētia in timore dei cogitāda est: sicut scriptū est. Qđ pcepit deus hoc co.s. Vnus itaq crinis in collo: vnitas est cordiū cogitationū in iugo obedientiæ: quas timor dei in vnum colligit. & idissolubiliter cōstringit. Hic timor, qđ sparsum est colligit: qđ dissipatū est vnit: qđ malū est expellit & excludit: q̄ bona sunt & nutrita custodit. Hoc deniq cor mūdū & immaculatū facit & oīi custodia custodire satagit. Prima custodia est ne qđ mali in opus exeat. Secunda ne malus sermo de ore pcedat. Tertia ne qđ mali in corde remaneat: vnde aspect9 spōsi offendi debeat. Hinc cor spōsi vulneratur. Hinc sponsa laudať: quia mulier timēs deū ipsa laudabitur.

De tribus emissionibus sponsæ.

T ¶Emissiones tuæ paradisus. Vox est cœlestis Hierusalem congaudentis huic q̄ peregrinať in terris. Sunt autem tres emissiones. Prima cō iugatorū pœnitentium in mundo. Secūda cōuersorum continentium in claustro. Tertia prælatorū prædicantium & orantiū p populo.

De prima emissione.

V ¶De prima emissione dicunt angeli quibus est gaudium super v.pec.poe.a. Quæ est ista quæ ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aro. myrrha & thu.& v.p.pig. Ascendere autē dicitur anima pœnitens per desertum.s.terram in uiam & inaquosam peccatorum suorū recordando. Ascendit sicut virgula fumi eadem peccata humiliter confitendo. Quę confessio recte fieri sicut virgula fumi dicit: quia per plures peccatorū species tāq̄ fumus de thuribulo p plura foramina deriuať. fumus cum nunq̄ habeat splendorem: nōnunq̄ tamē habet odorem. Qđ autē fumus cōfessiōis habeat odorē quēdā pietatis innuitur cū subiungit. Ex aromatibus myr.& thu. Cōfessionē em̄ semp debet comitari myrrha & thus.i.mortificatio carnis & oratio cordis. Alterū em̄ sine altero aut parū valet aut nihil. Nā si quis carnē mortificet & orare dissimulet: superbus est & dicit ei. Nunquid manducabo carnē thau.&c. Item si orauerit & carnē mortificare neglexerit, audiet. Quid vocatis me dñe dñe &c. Et illđ. Qui auertit aurē suā ne au.le.&c. Vtrūq ergo alteri suffragať dum cōstat q alterū sine altero reprobať. Sequitur. Et vniuersi pulueris pigmētarii. Post recordationē & cōfessionē peccatorū, post mortificationē & orationē exhibēdus est fructus eleemosynarū. Quæ bene puluis dicunť: quia de terrena substantia fiunt. Pigmētarius vero: quia suauissimum odorē emittūt. Hinc est q ab angelo Cornelio dicit. Oīones tuę & eleemosynę tuæ ascenderunt in memoriā in conspectu dñi Nisi em̄ suaue aliquid redolerent ascendere in conspectu dñi non valerent. Vel vniuersi pul. pig. dicit quia non solum magna: sed minima quęq conterenda sunt per confessionem, diluēda per compunctionem.

De Secunda.

X ¶Secunda emissio est vita cōtinentiū in claustro vel eremo. In hac nulla fit mentio deserti: vel fumi: vel pœnitētiæ: sed lucis: splendoris atq virtutis. In huius laude angelica voce cantatur. Quæ est ista q̄ asc. sicut auro. cōsur.p.vt lu.elec.vt sol.&c. In qbus verbis triplex ei9 virtus ostēdit, humilitas, castitas, charitas. Aurora qppe finis est noctis & initiū lucis. Nox autē vitam peccatoris: lux significat vitam iusti. Aurora ergo quæ fugat tenebras & lucē nunciat: merito humilitatē designat: quę sicut illa diem & noctē: ita ipsa diuidit iustū & peccatorē. Nā ab humilitate iustus quisq incipit & inde pficit. Vnde etiā aurora cōsurgēs dicit: quia virtutū structura surgēs ab humilitate tāq̄ pprio fundamēto erigit. Qđ autē sequit. Pulchra vt luna: castitatē demōstrat. Luna dicit splendorē suū nō a se habere: sed a sole attrahere: q̄toq solis cōspectui magis cernēda opponit: tanto maiore sui pte ab eiusdē solis lumine illustrať. Similiter cōgregatio sancta siue quęq fidelis aīa si veri solis obtutibus offerať intuēda: sine dubio ex visiōe illius admittit ptinus in se decus qđdā pulchritudinis & venustatē castitatis. vñ fit vt ex lumine ei9 crescēs & pficiēs etiā ad pfectionē pueharť vt de illa sequať qđ dicit: electa vt sol. Quare vt sol? An ideo qui iusti fulgebūt

vt sol in regno p.e. Sed vnde sicut sol fulgebũt nisi de splẽdore vestis nuptialis? Hac veste. i. virtute charitatis qsqs indut⁹ fuerit: eaq; i se recte ordinauerit, erit ꝓculdubio terribilis hostibus suis vt castroꝝ acies ordinata. Nã de cæteris q̃ dẽ virtutibus q̃tascũq; sine charitate habuerit nõ curãt dęmones. Põt etiã ĩ eo qđ dicit̃ electa vt sol: pseuerãtia ĩtelligi q̃ tm̃ electoꝝ est. In eo qđ sequit̃; terribilis vt castrorũ acies ordinata: discretio mater virtutũ per quã terrent̃ & fugant̃ dæmones: acqrunt̃ & cõseruant̃ virtutes.

De tertia.

Y ¶ Tertia emissio cõuenit sanctis pdicatoribus de quorũ vita & doctrina vox illa sub admiratione profert̃. Quæ est ista q̃ ascẽdit de deserto de. af. in. f. d. f. in prima emissione dictũ fuerat p desertũ: In hac dicit̃ de deserto, qa ibi pœnitentes cõpungũt spinæ per quas incedunt. Hic vero doctores quicqd de seculo subripere potest sublimi mẽte calcauerũt. Sed quęrendũ est quę sunt illæ delitiæ qbus affluere dicunt̃. Et quis ille dilectus, aut cur sup eũ inniti dicunt̃. Neq; eñ parui æstimãdæ sunt q̃ a supnis ciuibus delitiæ nominant̃. Siquidem hmõi deliciæ mẽtis sunt non ventris: animi, nõ corporis: spũs, non carnis: rõnis, nõ sensualitatis. Quas vt breuiter aliquo modo describã: ipsæ sunt abundãs infusio gratiæ spiritalis. Affluere hmõi delitiis est verbo & doctrinæ insistere: opus spirituale instanter exercere. Sed necesse est vt in his oĩbus nõ suã: sed auctoris q̃rat gloriã. Ipse est eñ dilectus eius sup quẽ innitendum est: vt videlicet ipsius gratiæ & auxilio ascribat̃ opus eius, per quẽ oĩa & ad quẽ oĩa referunt̃. Cur aũt sup eũ inniti debeat ipse dilectus docet. Sine me, inqt, nihil potestis facere. Acsi dicat. Si deliciis vultis affluere mihi innitimini. Beatus ergo Paulus affluit delitiis cũ dicit. Gratia dei in me vacua nõ fuit. & illud: abũdãtius inqt oĩbus laboraui Magnæ delitiæ. Sed ne illas amittat innititur super dilectũ. Nõ autẽ ego inqt: sed gratia dei mecũ. Rursum affluẽs: oĩa possum ait. Et innititur: dicẽs. in eo qui me cõfortat. Hęc de tribus emissionibus in significatione triũ gñm hoĩm dicta sunt. In qbus pria emissio est pœnitẽtia. Secũda iustitia. Tertia doctrina. Primo eñ pœnitendo cõuertunt̃. Secũdo bene viuẽdo iustitiã exercẽt. Tertio si bene pfecerint ipsam iustitiã quã vita tenẽt verbo docẽt. Sed qm̃ virtutibus insidiant̃ vitia: & ita iuxta sunt posita, vt qui ab illis declinauerit, istoꝝ laqueos ĩcurrat: oportet vt sit pœnitẽtia sine pudore ne. f. erubescat cõfiteri peccata. Caueat iustitia simulatiõnẽ: eliminet platio elatiõnẽ. vbi eñ magnitudo gratiarũ: ibi magnitudo discriminis est.

Gillebertus.

Q; a sponsa sponsus inuitatus eam ad amoris studia reinuitet.

VEniat dilectus meus ĩ hortũ suũ. Verus amor nõ tantũ blandit̃ & applaudit dilecto psenti: sed etiã in absentem inardescunt vota ipsius. Falsus vero & simulatorius absentẽ obliuiscit̃, psenti blandit̃. Nõ sic sponsa nõ sic: sed absentẽ desiderat: psente lętatur. Nota tamẽ q; non nisi post multa pconia & descriptionẽ pulchritudinis eius dilectũ inuitare psumit. Temerarię siquidem psumptionis est prius q̃ aptus sis ad cõtemplationis vsum inuitare dilectũ. Tu illũ ad delitiandũ tecũ sollicitas: qui forte adhuc sordes delictis. Hortus tuus sentibus horret & sterilescit: & illuc Iesum inuitas? Inuita illũ nõ vt delectet̃: sed vt deleat qđ plantauit dextera tua. Inuita eũ vt purget prio & postea plãtet: & tẽpore cõgruo de plãtatione comedat dextræ suæ. Veni in hortum meũ soror mea sponsa. Vehemẽs amator est dominus ad vnã inuitationis vocẽ aduolat libens in hortulũ sponsæ. Quasi puolat & puenit immaturate veni inquiẽs. Accipiatur hoc verbũ imperatiue: sic apte cohærebit qđ dicit veni. Nõ est piger, non est parcus retributor: sed incõtinẽti spõsam reinuitat. Veni in hortũ meũ soror m. sp. Durus ẽ affectus quẽ nõ pmonent ĩuitatiões & reinuitatiões istę tã dulces. Quid hac vicissitudine grati⁹? Quid mirabilius isto cõmercio? O admirabile cõmerciũ: dilectus dei patris: gloria cœli: angelorum delitiæ: ad hortulos nostros inuitari se permittit & ad suos reinuitare nos ptermittit.

Bernardus.

Q; tres sint status electorum.

A ¶ Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Tres sunt status electorum. Primus laboriosus: sed fructuosus. Secũdus ociosus: sed minime fastidiosus. Tertius gloriosus. Laborantes vocat deus ad cibũ: iam posito corpore quiescentes ad potũ inuitat: resumẽtes corpora vt inebriẽtur impellit. Quos & vocat charissimos .i. charitate plenissimos. Nã & in cæteris quos amicos appellat differẽtia ẽ vt hi q in carne grauati adhuc gemunt chari habeantur per charitatem quã habẽt, qui vero iam soluti carnis cõpede sunt eo sint chariores: quo & promptiores & expeditiores facti sunt ad amandũ. Porro prę vtrisq; merito noiant̃ & sunt charissimi q recepta iam stola secũda in corporibus cũ glia resumptis tãto in dei ferunt̃ amorẽ liberiores & alacriores: q̃to de proprio nil iam residuũ est qđ eos aliquatenus sollicitet vel retardet. Qđ neutrũ reliquorũ statuũ sibi vẽdicat, cũ ĩ priori

corpus cū labore portet: in secūdo nō sine aliq̄ proprietate desiderii expectet. Primo igit̄ fidelis aīa comedit panē suū: sed in sudore dū per dilectionē operat̄. Ipm em̄ opus cibus est. Carne vero exuta iā pane doloris nō cibat̄: sed vinum amoris tāq̄ post cibū haurire permittit̄. Non purū tn̄: sed sicut spōsa dicit in cāticis. Bibi v. m. cū lac. m. Vino em̄ diuini amoris miscet etiā tūc dulcedinē naturalis affectionis qua corpus suū resumere glorificatū desiderat. Cęterū hoc adepto q̄d solū deerat q̄d iā īpedit a seipsa quodāmō abire & ire totā ī deū? Merito iā charissimi qui charitate inebriant̄: merito inebriati, q̄ ad nuptias agni introduci merentur.

Arilredus de triplici somno.

B ¶Adiuro vos filiæ Hierusalē ne suscitetis dilectā quoadusq̄ ipa velit. Est somnus cōtumeliosus, iniquitas: & est somnus miserādus: infirmitas. Et est somnus gloriosus, charitas. Cōtumeliose dormiēti ait Paulus. Surge qui dor. Dormiēti in infirmitate vel pigritia dicit sermo diuinus. Vsquequo piger dormis? Ait spōsæ dormiēti inter medios cleros q̄ de amplexibus spōsi gloriat̄: Lęua eius inquiens sub capite meo & dextera eius amp. me. Inter vbera spōsi, in sinu spōsi, super pectus spōsi, suauiter requiescit. Ecce sponsi somnus iste beatissimus cōfirmat̄ dicentis. Adiuro vos filiæ Hierusalē ne susci. di. quoadusq̄ ip. ve. Rogo qn̄ volet. Quādo his carere amplexibus: ab his auelli vberibus, insuper sinu vel pectore volet separi? Certe qn̄ charitas ipsa q̄ eā hoc cœlesti somno sopiuit excitare voluerit ad ostium stās & pulsans. Aperi mihi soror mea, spōsa mea. Audiēs deinde illa caput amici plenū rore & cincinnos ei⁹ guttis noctiū euigilat, surgit, aperit ostiū: relictisq̄ delitiis quibus fruebat̄ ad capillos eius, i. illos q̄ fide illi adhærēt q̄ ex nocte ignorātię aliq̄d aquilonaris frigoris cōtraxerūt erudiēdos, charitate suggerente ptransit. Hinc beatissimus Paulus optabat anathema a Christo esse p̄ fratrib⁹: salutē multoꝝ propriis licet summis præponens delitiis.

Gillebertus.

Quāta sit feruentis violentia charitatis.

C ¶Filiæ Hierusalē nūciate dilecto q̄a amore langueo. Vos nūciate q̄bus patet ad dilectū familiaris accessus. Vos nūciate qui estis exptæ q̄ta sit amatorii virt⁹ amoris: q̄a amore lāgueo Nō lāguet amor: sed lāguet amās. Vbi viget amor viget lāguor si absit q̄d amat̄. Quid est lāguor nisi affectio q̄dā de absente dilecto amātē cōficiēs? Amor vehemēs patiētis simul afficit & carnē & mētē. Illius lasciuiā extinguit: hui⁹ lętitiā pstringit. Lāguet caro dum eius lāguidior & remissior motus efficit̄ lāguet animus dū æstuātis voti nimietate cōficit̄. Sic em̄ in cōsumpta materia & iam deficiēte languidiora reddunt̄ ignis incēdia: & deus noster ignis cōsumēs est. O potēs & p̄potēs passio charitat̄ si nō tēperet̄ & nō tollat̄. Iure potēs aīm quem possedit sui ipsius efficit impotē. Cū semel fuerit accēsa in mente: attingit a fine vsq̄ ad finē fortiter: facit ad q̄d venit & prosperat̄ & crescit nec deficit: donec deficientē reddiderit animā: & aliquādo quidem intēsioribus votis exęstuat hora orationis maxime. Tūc quidē languet amans: q̄a spiritus vehemēs pertransit in illo & nō subsistit. In exitu horę illi⁹ dicere pōt: filię Hierusalē nūciate dilecto: quia amore liquesco. Ante hāc horā languor est: sed in exitu eius in liquefactionem vertit̄ languor. Ideo tu cū oras nō sinas animū fluitare: nō declinare ad alia vt cū felici fuerit hac passione tactus ad illam se stringat, donec plenius inficiatur & percurrat̄ & cōsumat̄. Nō em̄ definet quousq̄ totum percurrat & ebibat hoīs spiritū: Sicut vir desideriorum, i. orationū elanguit Daniel ex visione cœlesti vt nihil virium remaneret in ipso.

Balduinus.

Q̄ȝ inique agat contra dominum qui tam vehementer amantem non diligit.

PONE me sicut signaculum super cor tuum. Acsi diceret. Ama me sicut ego te. Habe me in mēte tua, in memoria, in desiderio, in suspirio, in gemitu & singultu tuo. Memento o homo qualem te fecerim: quali dignitate te nobilitauerim: quomodo sub pedibus tuis omnia subiecerim. Memento non solum q̄ta tibi fecerim: sed q̄ dura, q̄ indigna pro te pertulerim. & vide si non inique agis contra me si non amas me. Quis enim te sic amat sicut ego? Quis a te sic amari desiderat vt ego? Quis defēsor vitæ tuę periculum duelli subiit nisi ego? Vt ergo vicissitudinē amoris mihi rependas exere brachia: vires exerce. Pone me vt. s. s. c. t. Pugna pro me sicut ego p̄ te. Ne mihi simulatione adulatoria blandiaris: vt dicas dn̄e amo te. Si amas ostēde q̄a amas. Ama nō verbo & lingua: sed opere & veritate. Tuū periculū vertit̄: pugna est de aīa tua: de salute tua nec vinci poteris nisi ex te: nec vincere nisi per me. Proinde pone me vt signaculū super cor tuū & sic tibi victoria cedet. Pone me igitur vt signaculum super cor tuum: vt me tota virtute diligas: super brachium tuum, vt quæ mihi placita sunt tota dilectione perficias. Pone me super cor tuū, super omne q̄d cogitas: q̄d amas q̄d tibi cordi est, vt oēe q̄d charū est postponas & me semp supponas: & me semp plus diligas non solū q̄ q̄d extra te est: sed plusq̄ q̄d intra

te est. Quoniam autem probatio dilectionis est exhibitio operis: Pone me super brachium tuũ vt de me solo confidas vt sic te exerceas operã do pro me vt opereris ex me.

Sequitur.

E ¶Quia fortis est vt mors dilectio, dura quasi inferus æmulatio. Si tibi durũ videtur hoc qd causari potes cõtra me! Et ego custodiui vias duras. Si me velis æmulari: scito quia dura est sicut inferus æmulatio. Oportet te bibere calicem quem ego bibi. Ego mortẽ gustaui: ego ad inferna descendi: sed solutis doloribus inferni resurrexi. Si tu per æmulationis studiũ volens me imitari te senseris grauari & quasi in inferno cruciari: hoc est qđ a te exigo: hoc est qđ desidero: hoc est qđ consulo: vt ad modicum crucieris quasi in inferno: ne sine fine crucieris in eo. Aemulatio eñ quasi inferus est: similis loco pœnali. Sed hęc est via quę ducit ad introitum regni.

Vverricus.

Q sancti angeli nos psallentes vacuos dimittant si vacui dimittantur.

F ¶Quæ habitas in hortis amici auscultant. Fac me audire vo. t. Cuius vocẽ in ecclesia deceat audiri hic aperte mõstrat. Illi eñ hic dicit qui habitat in hortis non qui habitat in sepulchris Corpora autẽ peccatorũ quid sunt nisi sepulchra mortuorũ? Qui ergo subditi sunt corporibus suis nõ in hortis habitãt: sed in sepulchris deumq; exasperãt donec educit vinctos in forti. forti voce inclamet. Lazare veni foras. Illorũ igitur vox debet audiri: qui in hortis habitant qui in le. do. me. die ac noc. qui quot libros legunt tot hortos perambulant: quot sententias eligunt tot poma carpunt. Dupliciter tamẽ potest intelligi qđ a sponso dicitur. Quæ habitas in hortis a. a. f. me. au. vo. tu. Vel ꝙ deuotum amatorem inuitet ad psallendum vel orandũ vel ꝙ sanctum prædicatorẽ excitet ad loquendum. Quod vt magis persuadeat amicos audire memorat angelos. s. orantem vel psallentẽ fidelẽ vel ꝑdicatẽ. Vbi primo intueamur qua disciplina cordis & corporis nos oporteat in cõspectu angelorum psallere vel orare ne vacui dimissi nos vacuos dimittant, qui venerant amici. Quinimmo sponsus ipse qui stat ad ostium & pulsat si nulla ei deuotio digna deintus respondens aperiat: recedet conquerens & dicens. Attendi & auscultaui: nemo quod bonum est loquitur &c.

Finiuntur Cantica Canticorum.
Sequitur liber Sapientiæ.

Galfridus.

Q simplici animo dominus sit quærendus.

Diligite iustitiã qui iudicatis terram. Multi terrenã vituperant conuersationem. Multi causantur & arguunt ꝙ terra data sit in man⁹ impii: ꝙ mũdus positus sit in maligno: sed eadẽ agunt ipsi qui iudicant: nec iustitia placet eis per quã terra iudicatur ab eis. Sentite de dño in bonitate: vt q̃tũ terra vituperatur tantũ cœli & terræ domin⁹ cõmendetur. Et sicut sentitis quia bonũ nõ est hic esse: sic sentiatis intimo cordis affectu: quia bonum est esse cum domino: quia bonus dñs sperãtibus in eum: animæ quęrẽti illum. Et in simplicitate cordis quęrite illum. Est eñ velut quædã plica & duplicitas cordis: si nõ quæris bonitatẽ quã credis, si non appetis quod cognoscis: si nõ desideras qđ cõsideras q̃ sit desiderãdum. Nec frustra quæritur: sed inuenitur ab iis qui toto corde requirũt & qui nõ tẽtãt illũ sicut quis tẽtãs vadũ paratus est retrahere pedem. Nõ tẽtat qui nõ sibi aliã cõseruat cõsolatiõnẽ si cõtigerit nõ inuenire diuinã: sicut Saul & Cain fecisse legunt: quorũ alter electus a facie dñi optauit ne occideret: alter sese audiens reprobari a dño vel corã ppl'o petiit honorari. Apparet aũt eis qui fidẽ habẽt ĩ illũ. Fides aũt substãtia sperãdarũ rerũ argumẽtũ nõ apparentiũ ab ap'lo definit. Attamẽ apparebũt aliqñ q̃ nũc interim nõ apparẽt. Apparebit dñs iis q in eum credunt cum non apparet.

ca. 1. G

Q tam fictionem q̃ negligentiam spiritus sanctus aspernatur.

H ¶In maliuolam aĩam nõ introibit sapiẽtia &c. Maliuola aĩa est q̃ in corde odiũ retinet & rancorem. Corpus autẽ subditũ peccatis est qđ cõtra ap'lm fornicationi nõ dño & passionib⁹ desiderii seruit & illecebris voluptatũ. Fictio disciplinę hypocritarum arguit vanitatem. Quis possit etiã sic distingui: ꝙ sanctus disciplinæ spiritus fugiat fictum. Et merito nomẽ ponitur disciplinæ. Quis eñ tã disciplinatus apparet q̃ hypocrita tristis? attamẽ sp̃us amator disciplinę & ordinator & dator odit & aspernat: fugit & execrat eiusmodi disciplinã. Cogitatio autẽ sine intellectu, carnalis est & secularis. Sola aĩo versans visibilia & caduca. Intellectus enim est de spiritualibus & inuisibilibus. Quæ vero sine

intellectu est cogitatio solũ iam exteriorẽ sequitur sensum & in sola corporearũ rerũ imaginatione versat. Intelligere intus legere est. Nõ aũt intus legit q circa exteriora vagat. Secũdũ vulgare nostrũ. Intelligere ĩtro tẽdere sonat. Et nõ tendit intro: sed foras: q nõ solũ terrena agere: sed & cogitare assidue delectat. Potes autẽ si libet & vacat diligẽtius ĩtueri virtutes quatuor iisdẽ vitiis inuenire cõtrarias. Dico aũt magnanimitatẽ, tẽperãtiã, iustitiã & prudẽtiã. Quãtũ ĩ diuinis & secularib⁹ literis authẽtica satis & oĩbus nota distinctio. Sicut eñ in finib⁹ magnanimitatis patiẽtia locũ obtinet singularẽ: sic impatientia mater odii & rãcoris ex quadã animi imbecillitate pcedit. Nã etsi videt velut quãdã pferre molẽ dũ ex ira anim⁹ turget: nõ est illa animi magnitudo: sed tumor. Deniq; sicut scãdalizare prauorũ est hoim sic scãdalizari paruulorũ, veritate dicente. Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis &c. In reliqs autẽ reb⁹ euidens est q tẽperantia restringat corporis pctã: coerceat voluptates: q fictionẽ hypocrisis iustitia cõdẽnet: q prudẽtia cogitationibus tribuat ĩtellectũ. Sequit. Et corripiet a supueniẽte inigtate. Si de aĩa dicit quã spũs fugit: terribilis hęc corruptio q̃ sic corripit vt nõ corrigat: sed corrũpat. Sed est pctm̃ causa peccati & est pctm̃ poena peccati: cũ sit nihilominus vtrũq; pctm̃. Atq; ea maxime causa in oĩbus nos vel leuissimis debet vehemẽter terrere pctĩs ne forte si minus illa ad dãnationẽ sufficere videant, eorũ tñ neglectũ iustissime indignãte deo grauiora sequant. Recedẽte eñ spũ quidni iniqtas supueniat? Abscedẽte dño qdni irruat hostis? Immo vero alios septẽ nequiores se cõuocabit qui videbant exisse vt quã inuenerit male vacuam domũ faciãt peius plenã. Sic ergo nõ ĩpune feret q talẽ se exhibuit in quo sapiẽtię spũs nõ maneret. Sequit. Benignus est eñ spũs sapiẽtiæ & nõ liberabit maledictũ a labiis suis. O benignitas. Nũq̃ est cuiq̃ violẽt⁹, nemĩnẽ saluet inuitũ.

Bernardus.

Q ad sacram lectionem non debeat accedere cor impurum.

I ¶Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ qđ est vita incõtinẽs. Ante carnẽ eñ disciplinę studiis edomitã & mãcipatã spiritui. Ante spretã & obiectã seculi pompã & sarcinã indigne ab impuris lectio sancta psumit. Quomodo nempe lux incassum circũfundit oculos cæcos vel clausos: ita homo aĩalis nõ pcipit ea quę sunt s. dei. Nec eñ est spiritui sancto pars cũ mũdi vanitate: cũ veritatis sit spiritus aut cum sapiẽtia carnis quæ stultitia est apud deum.

Galfridus.

Q castitas cum charitate sit aĩæ pulchritudo.

O q̃ pulchra est casta generatio cũ charitate. Castitas & charitas faciũt hãc pulchritudinẽ. Sine altera enim corpus in putredinem defluit: Sine altera vero animus extinguibilẽ sibi flammã de ardore suę obstinationis accendit. Qđ ne cõtingat dñs discipulos admonens ait. Habete sal in vobis & pacem habete inter vos. Sal castitatis: ne corpora libidine corrumpant. Pacẽ charitatis ne corda dissensione scindant. Alioquin & illa cũ putruerint: vermem generant qui nõ morietur & ista si in deum vel in seinuicẽ collident ignẽ emittunt, qui nullatenus extinguetur. 4. K

Bernardus.

Q vir iustus tantũ meruit in tempore q̃tum voluit cucurrisse.

¶Cõsummatus in breui expleuit tẽpora multa. Bene multa qa vniuersa cõplectit. Quõ eñ nõ expleuit oĩa tẽpora q transiit ad æternitatem? Qta sane tẽpora: nõ longęuitate: hoc est nõ annorũ serie vel dierũ numero: sed mẽtis deuotione & inextinguibili semp pficiẽdi desiderio percurrere potuit, tãta sibi ĩ meritis nõ immerito vẽdicauit. Retinet qppe virtute qđ amisit in tpe. Porro vera virt⁹ finẽ nescit: tpe nõ claudit. L

Galfridus.

Q periculosius sit semel q̃ sæpius iudicari.

Nouissimũ iudiciũ his qui psunt, fiet. Iudicãt quotidie in ecclesia dei prelati subditos: semel veniet dñs iudicare plãtos. Quotidianũ monachis suis abbates vidẽtur exhibere iudiciũ. Sed nunqd melior est abbatũ cõditio qui vident expectare nouissimũ. Et q̃ miseri sunt qui glorian q humanum videant euasisse q̃ trepidi veniãt ad diuinũ. Q terribile illud capitulũ qđ semel erit: & nihil deinceps supererit corrigendum? 6. M

Bernardus.

Q spiritus domini multipliciter operetur.

Spiritus domini multiplex. Vere multiplex: quia multiplex filiis hominũ inspiratur. Siquidẽ cõceditur eis ad vsum: ad miraculum: ad salutem: ad auxilium: ad solatium: ad feruorem. Ad vsum vitæ bonis & malis, dignis pariter & indignis: communia bona abundantissime tribuens ita vt videatur hic discretionis limitem non tenere. Ad miraculũ in signis, prodigiis, & variis virtutibus. Sed quia nõnullis hanc quoq; gratiã sine propria vtilitate largit, infunditur ad salutem cum in toto corde nostro reuertimur ad dominum deum nostrum. Ad auxiliũ vero datur: cum in omni collocatione adiuuat infirmitatem nostrã. Nam cũ testimoniũ phibet 7. N

spiritui nostro q filii dei sumus:ea inspiratio est ad cõsolationẽ. Daẽ etiã ad feruorẽ:cũ in cordibus pfectoꝝ vehemẽtius validũ ignẽ charitat[is] accẽdit:vt nõ solũ in spe filioꝝ dei:sed etiam in tribulationibꝰ gliẽt:cõtumeliã reputãtes gloriã:opprobriũ gaudiũ:despationẽ exaltationẽ.

Quomodo sapientia vincit malitiã.

S. O Sapientia vincit malitiã:dũ Sathanã conterit dei virtus & sapiẽtia Christus. Attingit ergo a fine vsq ad finẽ fortiter:& disponit oĩa suauiter: in cœlo quidem deiiciendo superbum:in mundo superãdo malignũ:in inferno spoliãdo auarum Et disponit oĩa suauiter:in cœlo stãtes angelos cõfirmando. In mũdo venundatos redimendo. In inferno captiuos liberando.

Qz charitas omnia complectatur.

P ¶Sapiẽtia vincit malitiã:cum nec inimicissimo hoĩ negari quãtulũcunq affectũ charitas ambitiosa pmittit. Attingit a fine vsq ad finẽ fortiter in instituẽdis & cõtinẽdis rebus:disponit oĩa suauiter in ordinãdis & beandis affectibus.

De cõflictu vitiorũ pariter & virtutũ.

Q ¶Sapiẽtia vincit malitiam. Attingit ergo a fine vsq ad finẽ &c. In cœlo deiiciẽdo supbũ:in mũdo supando malignũ:in ĩferno spoliãdo auarũ. Disponit omnia suauiter:in cœlo stantes angelos confirmando:in mundo distractos redimendo:in inferno liberando captiuos. Vel aliter. Constringit timor contra negligentiam. Qui enim timet deum nihil negligit. Si autẽ negligẽtia præualuerit:parit curiositatem. Qui eñ in seipso non quiescit:foras cogiẽ euagari. Hęc ergo hoĩem a corde suo eiicit:cõtra quam pugnat pietas. ¶Est eñ pietas cultus dei:& in corde coliẽ q in corde crediẽ habitare. Curiositas si superet parit experiẽtiã mali. Dũ eñ euagaẽ p multa,facile inuenit animꝰ vbi adhæreat:vbi noxiam experiaẽ dulcedinẽ. Cõtra hãc pugnat scientia docẽs quid tutum sit experiri:quid nõ. Si vero pualeat experiẽtia:gñat cõcupiscẽtiam vt transeat in affectũ cordis. Transit autem in affectũ cordis qui legem spreuit:transiliit honestatem:nec ratione regiẽ:nec inhibeẽ pudore. Timorem autem dñi penitus dereliquit: & est apud eum pro lege voluptas. Solo vehiẽ appetitu. Sequiẽ cõcupiscẽtiã solam. Aduersus hãc cõcupiscẽtiã cõgreditur fortitudo:quia nulla iam nisi in manu forti liberatio est. Castigandũ ergo corpus:extenuanda adeps de qua prodit iniquitas: & peccandi occasiones auferendæ. Alioquin si cõcupiscentia extincta non fuerit: nascitur de ea cõsuetudo:vt sæpe sine æstu desiderii ad rem illicitã protrahatur. Ex hoc iam melius est ingenium q̃ vires. Et opus est spiritus consilii:ne forte dum psequimur cõcupiscẽtiam,substãtiã destruamus. Cõsuetudo si victa nõ fuerit:parit cõtemptum. Aduersum istum pcedat necesse est spiritus intelligentiæ illuminans tenebras nostras & lucẽ ostendẽs miserationũ dei. Intelligẽtia eñ est de inuisibilibus & abditis:quæ nec experientia cognoscit nec ratio cõprehendit:quale est Vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia. Qz si nõ præualuerit intelligentia reducere animũ ad spem contemptus deiicit in malitiam. Qui eñ despærat de venia:quã potest consolationem quærit deinceps in hac vita. Iam non est liberari nisi contra malitiam cõgrediatur sapientia:vt clauus clauum expellat:& dulcedinẽ perniciosam amaram reddat dulcedo spiritualis immissa. Sic sapientia vincit malitiam. Attingit ergo a fine vsq ad finẽ:a timore ad sapientiam fortiter eradicans vitia singula: & disponit omnia suauiter:singulas inserendo virtutes. Expellit enim negligentiã & timorem immittit:expellit curiositatẽ & immittit pietatẽ & sic de aliis. & tandem expulsa malitia sapientia regnat. Ergo quod negligẽtia obdormire fecit:cõcupiscẽtia peius excitauit:attraxit experientia:tenuit cõcupiscentia:ligauit consuetudo:cõtemptus trusit in carcerem:malitia iugulauit. Econtra iuuãte sapiẽtia timor excitat:demulcet pietas: sciẽtia dũ suggerit quid & quomodo factũ sit apponit dolorẽ:fortitudo erigit:cõsilium soluit:intellectus de tenebris educit in lucẽ:sapiẽtia cibat & salutaribus reficit alimentis.

Quõ debeat homo imitari sapiẽtiam.

¶Sapientia attingit a fine vsq ad finem fortiter:& disponit omnia suauiter. R Attingit a fine vsq ad finem fortiter:hoc est a summo cœlo vsq ad inferiores partes terræ:a maximo angelo vsq ad minimum vermiculũ. Attingit autẽ fortiter non quidem mobili discursione vel locali diffusione vel subiectæ creaturæ tantum officiali administratione:sed substantiali quadam & vbiq præsenti fortitudine:quia vniuersa potẽtissime mouet:ordinat:administrat. Nec aliqua in his laborat difficultate:sed disponit oĩa suauiter placida volũtate. Vel attingit a fine vsq ad finẽ fortiter:hoc est ab ortu creaturæ vsq ad finem destinatũ a creatore:siue in quẽ vrget natura:siue quẽ accelerat cura:siue quem cõcedit gratia. Attingit fortiter dum nil horum euenit:quod non prout vult potenti ordinat prouidentia. Sic & homo imitetur sapientiam vt & vitiis resistat fortiter.

Qz primos parentes corporis cor
ruptio non grauabat.

9. S Corpus qđ corrumpit aggrauat ani=
má. Nõ dicit corpus simpliciter: sed
corpus qđ corrumpit: vt immunē ab
hoc grauamine primi parētis aīam noueris ex=
titisse, donec corpus adhuc gereret īcorruptū.
Nimirum in libertate posuit eū deus: vt inter
summa & infima versans, & in illa excederet si
ne difficultate, & ad hæc sine illecebra aut ne=
cessitate descenderet. Illa penetrans naturali vi
uacitate & puritate mētis: hæc auctoritate di
iudicans præsidentis.

Qz Christus in nobis illuminat in
tellectum: spiritus sanctus purgat affectum.

T ¶Corpus qđ corrumpitur aggrauat animam
& deprimit terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem. Per sensum hic arbitror intellectū
designari: qui tunc vere deprimitur cum mul
ta cogitat: cum non colligit se circa illam vnā
& vnicam cogitationem, quæ concipitur de ci
uitate illa cuius participatio eius in idipsum.
Huiusmodi intellectū oportet deprimi & dis=
trahi per multa multis & multiplicibus mo=
dis. Animā vero existimo dici affectiones quæ
corrupto corpore diuersis passionibus afficiun
tur: quæ mitigari nunq̄ possunt ne dicam sana
ri: donec voluntas vnum quærat & tendat ad
vnum. Duo ergo sunt quæ nobis purganda
sunt: intellectus vt nouerit: affectus vt velit.
Christus intellectum illuminat: spiritus sanct[9]
affectum purgat. Venit em̄ filius dei: & tot &
tanta mirabilia in mundo operatus est, vt me=
rito intellectum nostrū ab om̄ibus mundanis
rebus euocauerit: vt semper cogitemus & nūq̄
cogitare sufficiamus: quia mirabilia fecit. Quis
em̄ cogitare sufficiat qualiter rerū dn̄s p̄uene
rit nos: venerit ad nos: subuenerit nobis: & sin=
gularis illa maiestas voluerit mori vt viuere=
mus: seruire vt regnaremus: exulare vt repa=
triaremus: & vsq; ad seruilissima inclinari vt
cōstitueret nos super om̄ia opera sua! Talem se
obtulit apostolis apostolorū dn̄s. Et quia disci
puli carnales erāt: & deus spiritus est: nec bene
cōuenit spiritui & carni: vmbra corporis sui tē
perauit se eis: vt omnē cogitatum eorum ab
humanis rebus ad carnem suā adunaret: & sic
de carne transferret ad spiritū. Non tibi videt
eis intellectū illuminasse, cum aperuit illis sen
sum vt intelligerent scripturas? Sed illi sanctissi
mæ carni assuefacti verbum de discessu eius
audire non poterant: quia intellectus humilia=
tus erat: sed nondū purgatus affectus. Eleua=
tus igit in cœlū spiritū sanctū misit: qui affe=
ctum illorum, i. voluntatem mundauit: immo
potius alterauit: vt iam magis velint dominū
ascendisse, q̄ prius detinuisse voluerant. Sic er=
go eorū intelligentia illuminata per Christū, &
voluntas emūdata est per spiritū: vt sicut bonū
nouerint sic & velint: qđ non solum perfecta re
ligio vel religiosa perfectio est.

Quomodo iustus per vias rectas a
domino deducatur.

IVstum deduxit dn̄s per vias rectas 10.
& ostēdit illi regnum dei. Est iustus V
qui in principio sermonis accusator
est sui. Et est iustus qui ex fide viuit
Et est iustus qui absq; terrore est. Et primus bo
nus: quia accedit ad viā. Secundus melior: quia
currit per viā. Tertius optimus: quia iā appro=
pinquat ad finē viæ. Hic tamē accipiamus pri=
mum, quē fortassis velocius inueniemus. Hūc
deduxit dn̄s & non alius: quia ipsius est de via
iniquitatis ad viam veritatis reducere, & dedu
cere per eā. Per vias inquit rectas. Viæ em̄ dn̄i
viæ rectę: viæ pulchrę, plenæ, & planæ. Rectę si
ne errore: quia ducūt ad vitā. Pulchræ sine sor
de: quia docent munditiam. Plenæ multitudi=
ne: quia iam totus mundus intrat Christi sage
nam. Planę sine difficultate: quia donāt suaui=
tatem. Et ostendit illi regnū dei. Regnū dei cō
ceditur, promittit, ostenditur, percipitur. Con
ceditur in p̄destinatione. Promittitur in voca
tione. Ostenditur in iustificatione. Percipitur
in glorificatione. Et dedit illi scientiam sancto=
rum. Scientia sanctorum est hic temporaliter
cruciari, & delectari in æternum. Et in contra=
rium sciētia malorū relabit. Alia est sciētia mū
di: q̄ docet vanitatē: alia scientia carnis; q̄ docet
voluntatē. Illa tanq̄ pater: ista tanq̄ mater no=
bis est. Sicut em̄ mater filio suo semper optat
quietē: sic caro incrassata nec minimis saltē di=
gitis patit se cōtingi. Et sicut pater vult filium
suū huc illucq; discurrere: vt addiscat aliquid
vnde magnificet: sic & mūdus vult hominem
multis laboribus intricari: vt habeat vnde su=
perbiat, vnde infletur. Honestauit illū in labori
bus. Nōne & nos in ipsis laboribus nostris ho=
nestamur: cū om̄ia quę facimus ad vnitatis vin
culū adunamus! Nōne & hæc vilitas, hæc de=
formitas, hæc semicincia honorant a princip=
bus terræ! Væ nobis si exultauerimus nisi
in Christo & pro Christo. Væ nobis si vendibi
lem obtulerimus paupertatē. Et cōpleuit labo=
res illius. Vel hic in p̄seuerātia: vt vsq; ad finē
iustitiā nō relinquat. Vel illic in gloria: vt gau
deat in æternū. Felix vtraq; cōpletio: cū & hic
morit iustus plenus dierū: & illic oritur in lon
gitudinem dierum. Vtrobiq; plenus: hic vide=
licet gratia: illic gloria.

Serlo.

Q tribus modis iusti spolia diripiūt impiorū.

X Iusti tulerunt spolia impiorū: & decantauerunt nomen sanctū tuum dn̄e. Videndum est quomodo iusti sine culpa tulerūt spolia impiorum. In euangelio legit. Regnum cœlorū vim patitur: & violenti diripiunt illud. Regnū cœlorum locus est iustorū. Quomodo autē non sunt violenti, de quibus dicit: quia tulerūt spolia impiorum? Quod quia mystice dictū sit, ipsa rerum experiētia docet: cum versa vice iustos magis ab impiis, q̄ impios a iustis spoliari videamus. Impii vero & dęmones & homines intelligunt: & vtriq; a iustis similiter spoliātur. Ipsi quippe angelo qui primus cōditus est, per prophetam dicit. Omnis lapis preciosus operimentū tuū &c. Quod operimentū tunc perdidit, cum per superbiā deiectus sanctorū angelorum societatē amisit. Sed hæc spolia iusti tollunt, cū per pœnitentiā semetipsos cruciantes & crudeles sibimet existentes consortiū angelorum, quod illi per superbiam amiserunt: isti p pœnitentiā assequunt. Sed & cum aliquē verbis & exemplis de peccato ad iustitiā conuerti faciunt: quasi spolia sua dęmonibus impiis tollunt. Sed & hominibus impiis spolia auferunt, quādo mala opera quasi vestimēta sordida abiicere compellunt. Q aūt hoc faciunt, non humanę virtuti: sed diuinę pietati ascribunt. Et hoc est qd̄ dicit. Et decantauerunt nomen sanctum tuum dn̄e. Et victricē manum tuam laudauerunt pariter dn̄e deus noster.

Adam de Perse.

Q deus quęrit a creatura, quod contulit creaturæ.

n Y Omnia in pondere & mēsura & numero disposuisti dn̄e. Si mediatori vis amicitias iūgere: si digne vis mysterio mediatricis assistere: vide ne discedas a medio: vide ne quid nimis: ne quid facias sine modo. In oculis hominum piis conformare moribus conuiuentiū: sed in conscientia corā deo si potes alios transgredere diligendo. Hoc solum est in quo moderator seculorū nostra delectat immoderantia: cū nostri amoris affectio in ipsum sine modo intendit & mēsura. Ipse auctor oīm: omnia in pondere & numero & mensura condidit: & qd̄ creaturis contulisse cognoscit, hoc requirit. Habe ergo pondus, serua numerū: mēsuram tene, & diuidi nō poteris ab auctore. Falsitas non habet pondus, vnde fertur & euolat in incertum. Pondus nescit leuitas: cor nō sinit esse stabile neq; firmum. Numerum non seruat singularitas: cum sit numerus collectio vnitatum. Vbi regnat diuersitas nō est collectio, sed diuisio vnionū. Modū ignorat superfluitas: & nihil ab ea admittitur mensuratū. Beatus igit quem ponderis grauitas reddit stabilem: ratio numeri socialem: moderantia mensurę frugalē Stabilem in fide: socialē in charitate: frugalem in conuersatione.

Galfridus.

De tribus verbis, & tribus silentiis. 18

Z Dum quietum silentium continerent omnia &c. Opportune in silentio & quiete quod nocturnis horis potissimum conuenit, sermo viuus & efficax exponitur. Ipsum tñ silentium in quo venit Verbum caro factum: non reuerentię sed negligētię fuit. Nocturnis aūt horis exorta est lux in tenebris. Venit autem durus bellator contra fortem armatū: qui in pace atriū possidebat. Q si mediū silentium: sicut habet translatio altera, medio noctis itineri copulamus: tria nobis verba, & tria erunt consideranda silentia. Primo igitur ad primos patres locut⁹ est deus per voces angelorum: sed siluit verbum istud, & factum est silentium primū. Rursus locutus est populo. s. per scripturā legis & prophetarum. Cum aūt nec illud iam verbum audiret, factum est silentium secūdū: qd̄ hic medium dicit: in quo venit sermo omnipotēs, verbum. s. incarnatū. Tertium vero silentium erit, cū & huiusmodi cessauerit tempore Antichristi. Huiusmodi sane propter electos necesse est breuiari dies, sicut Ioannes ait. Factum est silentiū in cœlo quasi media hora. Vnde etiam de tēpore priorum verborum seruati sunt duo, Enoch. s. & Helias: q in tertio illo silentio debeant subuenire. Nobis quoq; loquitur deus & prouocat ad virtutem per humanę priuilegium rationis, vt erubescat viuere pecus quē deus hominem fecit. Per sacramentū fidei: vt christianus gentiliter viuere timeat. Postremo p votū religionis, vt non seculariter agat monachus: vel conuersus. Si primum vel secundū non exaudit, in medio iam silentio verbum tertium venit. Si & illud contemnitur, tēpus est Antichristi. Sēper autē silentium verbi dei comitatur nox: quia mandatū lucerna est, & lex lux, & lucerna pedibus verbū dei. Nec immerito propter triplicē hūc sermonem ter in die natiuitatis dn̄i missarum solennia celebrantur: quarū tertia solēnior est duabus. Tertio siquidē omnipotēs sermo de cœlo in terram a regalibus sedibus in præsepium venit.

Hugo de sancto Victo.

De triplici silentio.

&c ¶Dum medium silentium teneret omnia. Tria sunt silentia. Primum largitoris. Secundũ desperatio curationis. Tertiũ adeptio sanitatis. Primum ante legem, quando homo non agnouit morbum suũ: vnde nec quęrebat remediũ. Sed subintrauit lex: quę ostendit languidis vulnera sua: & statim ruptum est silẽtiũ: quia cœperunt ęgri salutem quærere. Sed considerans homo neminem per legem posse iustificari, quasi diuturnis clamoribus fatigatus, & iam desperans siluit: & secutum est secundũ silẽtium. Tunc ergo omnipotens verbũ dei patris in carnẽ veniens rupit silẽtium: locutum est pacem: dedit gratiam: proposuit veniam: promisit misericordiam, & cœperũt ægri currere ad medicum: pura fide cordis, & vera confessione oris: flagitantes remedium. Et hoc in hac vita agitur: vt homo per dei gratiam recipiat sanitatẽ Sed cum plenam sanitatem receperit: tunc tertium illud beatũ, & sine fine silẽtium subsequetur. Inter primum & mediũ silentium multa verba sonuerunt, scilicet legis mandata. Inter medium & vltimũ sonat vnum verbum, id est gratia dei. Bene omnia. i. non solum illa quę in petitione desperabant: sed & quæ in promissione defecerãt. Et nox in suo cursu medium iter perageret. Pręsẽs vita nox est: vita futura dies. Nox ista habet vesperam: illa dies aurorã. Vespera præsentis noctis fuit inclinatio vnius diei. Aurora illius diei, inclinatio præsentis seculi. Vespera huius noctis fuit ex quo Adam peccauit. Aurora sequentis diei a resurrectione Christi vsque in finẽ seculi. Videamus quo nox ista currat. Per mortalitatem currit in mortẽ: per mortem in damnationem. Igitur vita mortalis deorsum currit. i. in infernum. Vita immortalis sursum, id est in cœlum. Iter mediũ stadium vitæ præsentis quod nascendo intramus: viuendo percurrimus: moriẽdo eximus. Quando ergo nox mediũ iter in suo cursu habuit, nisi quando mors omnes in stadio vitę pñsentis repperit: secum ad inferos traxit? Vide ergo ordinatissimum diuinæ dispẽsationis cõsiliũ. Quando omnis recuperandę salutis spes perierat: & mors omnia secum deorsum rapiebat: peccatum ad summũ venerat: tunc omnipotẽs sermo mittitur liberandis: vt amplius diuinæ munus gratiæ cõmmẽdetur. Venit inquit. Quis? Vnde? Quo? Sermo altissimi vnicus patris rex filius regis. De consensu patris ad tolerantiam passionis: de ęqualitate maiestatis ad patibulum crucis: de sede regali ad officinã peccati: de lumine cœli ad tenebras īferni. Sed nũquid ideo regnum perdidit? immo eos qui seruierant peccatis liberans, vsque ad conregnandum sibi sublimauit. Et ideo fortassis a regalibus sedibus venit.

Finitus est Liber Sapientię.
Sequitur Ecclesiasticus.

Galfridus.

Q; qui nouissima sollicite præuiderit, sapienter media gubernabit.

Imenti dominũ bene erit in extremis &c. Non desipiunt qui nouissima prima, & prima nouissima faciunt, solliciti maxime de extremis: ne extrema gaudiis luctus occupet. Qui nauem regit non in prora residet: sed in puppi. Sic noster etiã nauis gubernator animus: nostrę cõuersationis arbiter prospere cuncta dirigit, si fuerit intentus extremis Nam ea memorans non peccabit. ca. 1 A

Q; peccatum timor hominis reprimit: dei celat.

¶Timor dñi expellit peccatũ. Nam qui timet hoĩem cito cadit. Humanus etenim timor ad horam fortassis exterius peccatũ coercet & reprimit: sed eo ipso interius imprimit potius quam expellit, & occasione sumpta vehemẽtius mox ebullit qđ inclusum fuerat non extinctum: vberius pullulat qđ præcisum superficie tenus nõ radicitus amputatũ. Verũtamen etsi nulla videret vtilitas timendi deũ: vnde nobis securitas non timendi? Quis enim scit si dignus est amore an odio? Timeamus itaque: quia in multis offendimus & qualiter dñs ea reputet, quanti ęstimet, qualiter iudicet, ignoramus. B

Balduinus.

Humilitas in dignitate fit dignitas dignitatis.

Quanto magnus es humilia te in oĩbus, ac si diceret. Secundũ magnitudinem dignitatis ęqua sit mensura humilitatis. Humilitas in honore: honor ẽ ipsius honoris & dignitas dignitatis. Oĩs dignitas ipso dignitatis noĩe digna est si humilia dedigneť. Humilitas aũt sine honore ipa sibi suff. cit ad honorẽ. Honor vero sine humilitate sese perducit ad confusionẽ. Itẽ quanto magnus es &c. Si egregius es: esto tñ de grege. Si oĩbus pręes, nõ dedigneris subesse. Considera teipm̃ & magistrum tuũ: & in quo opere se confiteať magistrũ. Considera quid fecerit: quid dixerit. Nõ veni inquit, mi- 3 C

nistrari sed ministrare. Ecce quid dixit: & quid fecit. Humiliauit se vsq; ad pedes discipulorũ suorũ. Quis hoc fecit? Is cuius est terra scabellũ pedum eius.

Bernardus.

De duplici confusione.

4 D Est confusio adducens peccatũ: & est cõfusio adducẽs gloriã & gratiã. Bonus pudor quo peccasse aut certe peccare cõfũderis, & oĩs licet humanus arbiter forte absit: diuinũ tñ q̃ humanum tanto verecũdius reuereris aspectũ, q̃to verius deũ q̃ hoĩem cogitas puriorẽ. Tantoq; eũ grauius offendi a peccãte, q̃to cõstat longius ab illo esse oẽ pctm̃. Huiuscemodi pudor fugat opprobriũ: parat gloriã: dũ aut peccatũ oĩno non admittit, aut admissum pœnitẽdo punit, & cõfitẽdo expellit. Q; si qs cõfiteri cõfũdit: id quoq; vnde cõpungit: talis pudor pctm̃ adducit & gloriã de cõcupiscẽtia perdit, qñ malũ q̃d ex ꝓfundo cordis cõpunctio conat̃ expellere, pudor inept⁹ obstruso labiorũ ostio nõ ꝑmittit exire.

Radulphus.

Q; firma q̃ libera debeat esse iustitia ꝑlatorũ.

7 E Noli quęrere fieri iudex nisi valeas virtute irrũpere iniqtates: ne forte extimescas faciẽ potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Tanq̃ diceret ne velis suscipere regimẽ populi, nisi tantę sis cõstantię vt nõ reuerearis personã potentis: sed cum omni fiducia arguas delinquentes: ne forte scandalizes tibi commissos si te agilẽ viderint, & ad nutum humanum flexibilem. vbi & apte subiungitur. Non pecces in multitudine ciuitatis nec te immittas in populum neq; alliges duplicia peccata. vt scilicet non tantũ pro se sed pro subditis cogatur reddere rationem. Neq; enim in vno erit immunis. i. in aliquo horum, quia & suorũ & alienorũ luet supplicia delictorũ. Quicunq; ergo locũ iam tenet, caueat necesse est ne adulando potestatibus peccatis se contaminet alienis & dum humanam declinat offensam diuinam incurrat vindictam.

Vverricus.

Q; pauci sunt q dãna ꝑditi tpis magnipẽdant.

F ¶De negligẽtia tua purga te cũ paucis. Oĩno si de negligẽtia nos purgarem⁹, de paucis essem⁹ Nunc aũt qm̃ non modo minima, sed & maxima negligimus: Longe a paucis de terra diuisi sumus: & de nobis dicit ille qui paucitatẽ sanctorũ multitudini ꝓfert negligentiũ, inter multos erant mecũ. Et q̃d hodie tã propriũ simul & cõmune his quos religiones fouet vmbra sicut negligentia? vt de meipso loquar quotiens derident h. s. m. Quotiẽs dormitauit aĩa m. p. t? Diemq; fere totũ acsi reuocabile tẽpus esset in inertia cõsumo? Illud aũt miserrimũ est q̃d hodie non putat̃ iactura sed lucrũ. si dies q nobis ad purgationẽ dati sunt elabant̃ nobis dormiẽdo, ꝓtereant & pereant negligendo. Gentilis vt aiunt cũ sederet ad mẽsam venissetq; in mentẽ nihil strenuũ aut memorabile se egisse illo die cũ gemitu graui & dolore mẽsam reppulit exclamans. O amici diẽ perdidi. Nos hodie dicere videmur diẽ lucrifeci: si sine opere totus per inertiã possit elabi. Sic nullus fere est q tpi preciũ ponat q cogitet apud se q̃tũ ad cõparandã ęternitatẽ valeat dies vna. Putasne est aliqs in nobis qui quotidianã dierũ suorũ a semetipso rationem exigat? qui cuiusq; diei dispendia vel emolumenta sibi diligẽter describat? vt si dep̃henderit se hodie negligẽter egisse vindicet in semetipsum, de cętero cautius agat? Beatus ille seruus quẽ cum venerit dies extremus inuenerit ita facientem.

Bernardus.

Q; iugis mortis memoria faciat timoratum.

¶Fili memorare nouissima tua & ineter. nõ p. G

Nimirũ hęc maxime recordatio facit timoratum, timor expellit peccatũ, & negligentiã nõ admittit.

Q̃ta sit hominis pudoris doloris timorisq; materia.

¶Fili memorare no. t. &c. Recole primordia, attende media: nouissima memorare. Cogita vnde veneris & erubesce. Vbi sis & ingemisce. Quo vadas & cõtremisce. Agnosce primordia tua & erubesce comparatum te esse iumentis insipientibus &c. Memorare nouissima tua & time ne abeas etiam post iumenta. Pro consortio angelorũ sortitus es consortium iumentorum. Erubesce, vis nosse quo deuenisti? In locũ vtiq; afflictionis vbi dolor & labor & afflictio spiritus. Nemo in hoc seculo neq̃ quod vult habere potest. Quãdoquidẽ nec iustus iustitia satiatur: nec voluptuosus voluptate, nec curiosus curiositate, nec inani gloria ãbitiosus. Ecce vnde doleas q; in exilio posit⁹ es, in deserto moraris, in tenebris ambulas, & in lubrico & in su. vul. t. vesceris p. t. An non in ama. morat̃ oculus tuus: quotiẽs ista consideras & deploras pariter cũ ꝓpheta dicens. Heu me, quia incolatus me⁹ ꝓlongatus est &c. Habes prima, habes media: sed q̃ sũt nouissima ipa sunt mors, iudiciũ, & gehẽna. Quid horribilius morte? q̃d iudicio terribili⁹? q̃d gehẽna põt intolerabili⁹ cogitari? quid vltra metuet q ad ista securus est? O homo si pudorẽ perdideras ad nobiles pertinẽtẽ,

ſi dolorem nõ ſentiebas qđ eſt etiã carnalium vel timorẽ non omittas qđ eſt etiam iumentorum. Oneramus aſinũ: laboribus fatigamus & non curat, quia aſinus eſt. At ſi in ignẽ impellere: ſi pcipitare velis in foueam, cauet q̃tum põt vitam diligens, timens mortẽ. An non ergo iuſtum eſt vt q iſta nõ timet, audiat iſtud verbũ increpatorium: Abi poſt veſtigia gregum &c. Time homo qui in morte ſeparandus es a bonis omnibus huius corporis: cũ dulce carnis & animę cõnubium amaro ſit ſeparandũ diuortio. Time quia in terribili iudicio pręſeruãdus es illi in cuius manus durũ eſt incidere: & eo examinante quem nihil latet: ſi quidem inuenta fuerit in te iniquitas: tollendus es ne videas gloriã dei. Time quia in gehẽna cũ diabolo & angelis eius ęternis es ſupplicijs cruciãdus. Et hic eſt timor qui initium dicit̃ ſapientiæ, non dolor vel pudor. Vnde nõ primordia non media iuberis, ſed nouiſſima memorari. Validior eñ eſt ad reſiſtendũ peccatum timor q̃ pudor vel dolor, quia & dolor poteſt de qualibet huius mũdi conſolatione: & pudor de multitudine cõſolari. At timor nõ ita. Nam in morte nihil omnino de bonis huius ſeculi feret ſecũ. In iudicio nec fugere poterit nec reſiſtere. In gehẽna vero ſicut nulla redẽptio: ſic nulla conſolatio poterit inueniri.

Qꝫ homo donec Chriſtus in eo vixerit non laudetur.

II. I NE laudes hominẽ in vita ſua. An forſitaſſe non eſt homo laudãdus in vita ſua: quę tentatio eſt ſuper terram: nec ideo tñ laudãdus nõ eſt cũ mortu⁹ pctõ viuit deo? Vana quidem laus & ſeductoria qua laudat̃ peccator in deſiderijs animę ſuę: ſed multũ cõmendãda illius vita q dicere põt. Viuo ego iam nõ ego: viuit vero in me Chriſtus. Cũ ergo laudatur homo in quo iã viuit non ipſe: ſed Chriſtus: nõ in ſua laudat̃, ſed in Chriſti vita. Ac per hoc nõ laudat̃ contra ſententiã quę phibet hominẽ laudari in vita ſua. Cur vtiq; humanis laudibus dignus nõ erit quẽ ſui nominis quoq; deus laude dignat̃, dicente Dauid Pauper & inops lau. no. t. Laudat̃ Iob quia patienter ſua amiſit: dũ adhuc viueret in corpore laudatur.

Vverricus.

Qꝫ a ſapiẽtia tria ſoleant auertere cor hoĩm.

14 K BEatus homo q in ſapiẽtia morabitur & qui in iuſtitia meditabit̃ &c. Prorſus hęc eſt beatitudo: hęc ſapientia: ſi moreris in ſapiẽtia vt perſeuerãter eam teneas Non eñ qui ſtatim inuenerit: ſed qui tenuerit eã beat⁹ eſt. Sed nõ ibi quieuit immo addidit: & qui affluit prudẽter: vt ſcilicet in ea demoreris & contubernio atq; cõuictu ipſi⁹ delecteris nec diſcedas a magiſterio ipſius donec meditãdo iuſtitiã: cogitando circũſpectionẽ dei affluere prudentia poſſis. Verũ alios repellit a ſapiẽtia quam inuenerãt ſuperbia cordis. ſicut de pphetis teſtatur Apoſtolus. Alios ſicut in Salomone patet abſtrahit illecebra carnis. Alii in leuitate & incõſtantia mẽtis leui perturbatione offenſi eã relinquũt q. ſ. ad tẽpus credunt, & in tẽp. re. Quare aũt recedunt? quia radices nõ habẽt quib⁹ teneant̃. Quomodo aũt radicari poterunt niſi morent̃? Sic iuſtus plantatus in domo dñi nec radicari nec fundari in charitate poterit niſi mora & ſtabilitate loci. Si autẽ radicatus non fuerit: nec florẽ: nec fructũ qui maneat afferre poterit. Et ſi florere viſus fuerit tali cui⁹ ſpei initio diceret̃ de illo: Ante meſſem totus effloruit & immatura perfectio germinauit. Et ſicut alias dicit̃. Si fecerit fructum alieni comedent eũ. Si ergo vis in ſapientia morari: ſtude in iuſtitia meditari. In iuſtitia aũt meditaris: ſi in ſilentio tuo qđ eſt cult⁹ iuſtitię non malicias quas malign⁹ immittit: aut phãtaſias quas cor tuũ parturit: aut inanes philoſophias ſeu fallaces theorias q̃ ſunt velut ęgri ſomnia admittere patiaris. Si aũt quaſi violẽtę irruũt cogitationes noxię, pone tibi virilẽ & fidelẽ cuſtodiam: quę omni cuſtodia ſeruet cor tuum. Dico aũt timorẽ dei qui nihil negligit, qui nullum in diſcurſum intrare pmittit: ſępius interrogans etiã angelũ lucis, noſter es an aduerſariorũ? Vndiq; eñ ſibi circũſpicit tanq̃ oĩ hora cogitans circũſpectiones dei: quę ſine intermiſſione intueri ac iudicare corda filiorũ hominũ attendit. Pulchre autẽ dictum eſt in ſem. cogi. quia prorſus ſine ſenſu eſt, & a corde exceſſit qui timorem dei cogitare negligit: qui põdus tantę maieſtatis ac iudicii ſibi imminentis vel incũbentis non ſentit. Signãter quoq; circũſpicere dicit̃ deus qui oĩa tam pręterita q̃ futura habet præſentia.

Bernardus.

De multiplici aquarum vſu.

AQua ſapiẽtię ſalutaris potabit illum. K
Multiplex eſt aquarũ vtilitas. Eſt eñ L
vtilis aqua ad lauãdũ ad potandũ: ad cibos coquẽdos. Sic aqua ſapiẽtię ſalutaris quæ haurit̃ de riuulis ſcripturarũ. Etẽm ſermo diuinus nõ modo potat aĩam ſitientẽ, ſed lauat, dicẽte dño. Et vos mũdi eſtis propter ſer. quẽ lo. ſ. vo. Sed & crudos carnis cogitat⁹ igne ſancti ſpiritus accẽdẽte coquit diuinũ eloquiũ, ac

vertit in sensus spiritales cibos mentis.

Galfridus.

Qꝫ etiā in debili corpore diuinis sit laudibus insistendum.

M ¶Nō est speciosa laus in ore peccatoris. In pœnitentis autē ore minus iucunda adhuc. Attamen nemo interim negligat pensum reddere seruitutis: nemo opus dei faciat negligēter. Sed doleo caput doleo pectus: deficit corpus q̃tum libet mihi baculū applices: non est vox neq; sensus. Periculosa medela, medicum nunc inuocare. Enimvero non est opus sanis medicus: sed malehabentibus. Debueras & continuo moriturus auxiliū flagitare diuinū. Debueras etiā statī expiraturꝰ sacrificio laudis honorare deū quoniam illic iter quo ostēdat tibi salutare suum. Sed omisisti iam multo tempore opus dei nunquid profuit tibi? Adhuc, vt video, nihilominus forte etiam amplius doles aut dolere te putas. Expergiscere: exercere in laudibus creatoris. multis affuit in eius opere desperata etiā valitudo. Sed & modicum si oportet in eiusmodi interim exercitio corpus affligi. Vigiliis & labore vbi putas melius posset insumi, qđ in quolibet etiā ocyo nec tardius forsitan oportuerat mori? Nā & in omni interim fatigatione satis nos debet beata illa expectatio consolari: ꝙ in summa iocunditate animi simul & corporis psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitę nostrę in domo domini.

Radulphus.

Qꝫ vehemēs increpatio ramos mali operis nō radicem amputet voluntatis.

20 Quam bonū est correptum manifesta-
N re pœnitentiam? Sic em̄ effugies voluntarium peccatū. Hoc fit cum peccator corripientis se mansuetudine comperta eius piam indignationē gratāter amplectit̄, & increpantem diligens aduersus reatum suum in iracundiam suscitatur. Sic em̄ (inquit) effu. vo. pec. Ergo si violenta & contumeliosa adhibeatur increpatio: licet ad tēpus propter timorem praui operis fiat intermissio, volūtatis tñ prauę mutatio non sequetur.

Qꝫ magna sit peccatoris angustia dum nouis vetera vult mutare.

27 Sicut in medio compaginis lapidū pa-
O lus figitur: Sic inter mediū venditionis & emptionis angustiabit̄ peccatis. Cum em̄ homo carnis illecebris assuetus prauę cōsuetudini suę reniti cœperit & agrū supernę hęreditatis suarum voluptatū continentia comparare voluerit, magnas patitur angustias: dum hinc caro compellit vt ex more sibi obsequat̄: hinc spiritꝰ repellit vt magis cœpta perficiens brauiū sancti certaminis fideli perseuerantia consequat̄. Magnę igit̄ sunt ibi angustię sicut diximꝰ, sed laboris huiꝰ cōsolatio subinfertur cū dicit̄. Contereť cū delinquēte delictum. Hoc em̄ maxime in cōtritione sua debet hoīem releuare: qđ dū ipse conterit̄ & aculeus carnis retundit̄, & quē ex carne traxerat reatꝰ aboletur. Quia tñ periculū est ne fatigatus deficiat: nisi inquit, in timore dei tenueris te cōstanter: cito subuertetur domus tua.

Qꝫ quidā ad correctionē sic accedāt vt nō inde correctio sed corruptio subseq̄t̄

Concupiscētia spadonis deuirginauit 20
iuuēculā: ita & q facit p vim iudiciū. P
Spado ad coitū nō spe trahit̄ posteritatis. Scit eī se gignere nō posse: sed ardore cōcupiscētię istigat̄. Corrūpere itaq; pōt virginē, īpregnare nō potest. In hūc modū & q ad proximi increpationē non vtilitatis alicuius consideratione ducit̄, sed furoris sui impetu raptat̄ dum sine mensura culpas vindicat: lędit non subuenit, & cui semē melioris propositi infundere debuit: grauius corrumpit.

Galfridus.

Qꝫ peccati occasio etiā longe posita sit vitāda.

Quasi a facie colubri fuge pctā. Puto 21
nō q̃ret de colubro & peccato qui Q
primā p̄uaricationē ītroisse meminit per serpentē. Lubrica res est, pectore & ventre gradit̄, plena veneno mortifero. Anima eī q̃ peccauerit ipsa morieť. Noli ergo sustinere donec mordearis: mox vt videris fuge: fuge a facie eius: ne expectaueris morsum eiꝰ. Non dicas quid mihi nocet si proximus est coluber tñ & me non mordeat non occidat? Immo vero quod de colubro non diceres, minus dixeris de peccato. Nec accedētis lenocinia feras, sed vt fugeres a facie colubri etiam longiꝰ positi sic multo magis a peccati. Et faceres hoc si tibi charior foret animę vita q̃ corporis.

Item.

¶Quasi a facie colubri f.p. Acsi dicat: non sis R
contentus non incurrere morsum, fuge etiā tactum. Immo etiā non sufficiat tactum euadere sed etiā & accessum. Parum est serpentem non sentire contiguum: periculosum est vel habere vicinum.

Bernardus.

Qꝫ puersi vnde debuerāt īpinguari lapidant̄.

De stercoribus boū lapidatꝰ est piger. 22
Arguere & īcrepare interdū necesse S
est. Et qs ignorat simū esse verbū īcrepatoriū, verbū amaricatoriū, verbū īproperii:

& q̄ si nō excusat necessitas: ipsum etiā minus deceat proferentē. Sed hoc fimo etsi quosdā impinguari, tñ & alios plane & lapidari & indurari videmus. An non impinguatur qui increpatus benigne accipit, mansuete respondet, libenter emendare conat̃? Hæc plane salubris & fœcūda impinguatio est. Ex ea ergo pinguedine quā generat oleum peccatoris abundantius pullulant spinę & tribuli. Quid autē faciemus tibi o piger: qui ad hanc misericordiā irritaris magis & exasperaris? Nōne bonus fimus spargitur i agrū tuū: vnde ergo lapides habet? Sed tu inimice homo: qm̃ qui diligit iniqtatē odit a. s. Tu iniq̄ hoc facis qui desidiā tuam non excutere sed excusare pergens fimum tibi peruertis in lapides, & vnde impinguari debueras lapidaris.

Q̄ʒ decor temporalium non ornet hominem, sed induret.

T ¶De stercore boū la. p. Vę misero qui dū stercoratur putatur ornari. Bos erat Paulus qui omnia mūdana arbitrat̃ vt stercora vt Christū lucrifaceret. His vero stercoribus lapidatur piger qui ea amplexat̃, & Christū lucrifacere negligens corde vacuo & deserto foras cogitur euagari. Sicut em̃ exercitii spūalis & curę corcontemptus exteriorum: sic eorundē sollicitudo certum signum est mentis incultę.

Galfridus.

Sub quibus testibus peccet homo.

23 V PArietes cooperiunt me: & sunt vndiq̄. Quis me videt? videt iudex qui scrutat̃ Hierusalē in lucernis. Videt aduersari⁹ qui flagitia suggerit & instigat. Videt cœlestiū testiū multitudo: execrans & indignabunda recedēs. Vide ipe quid facias: qa secundū vulgare prouerbiū: si fuerit qui faciat: erit qui dicat. & secundū poetam, Vt serui taceant iumenta loquentur.

Balduinus.

Q̄ʒ populus dei tribus nominibus designetur.

24 X IN Iacob inhabita in populo. s. quē dilexi. Iacob em̃ dilexi: Esau odio habui Ac si diceret̃ ei. Inter bonos sit conuersatio tua, & cū iustis sit habitatio tua. Inter malos ei nō est requies: sicut scriptū est. Migrauit Iuda propter afflictionē &c. Et de quibusdā scriptum est. Cōmixti sunt inter gētes & di. o. eorum &c. Ergo malorum societas fugienda est animo semp, sed nō semper corpore. Lima em̃ pernecessaria est in officina fabrorū eradens rubiginē ferri vt elimatū splendeat ¶Seqt̃. In Israel hereditare: hoc ē stude: satage vt hereditetis in Israel nō in Aegypto. Non inter gentes quæ ignorant deū: sed in populo Israel. Sola ergo hereditas Israel requiem quęrētibus est q̃renda & perseueranter. Nam qui pseuerauerit vsq̄ in finem hic saluus erit. Vnde & additur. In electis m. mit. ra. charitatis scilicet dei & proximi. Populus ergo iustorum tribus modis & quasi tribus nominibus significatur: in Iacob, in Israel, in electis m. Iacob em̃ est secundū simplicem prudentiā in qua simpliciter ambulat: & omnia maligni supplantat molimina, ne supplantatus ius suum perdat. Israel vero est cū tam fortis est vt deū sustineat, vel tam beatus vt videat. Electus autem est: quia cum nondū diligeret, prior est dilectus. Dilect⁹ autem est & electus ad requiem a deo sibi præparatam quæ in tempore suo ei dabitur: & triplici felicitate consummabit̃, hoc est cōmunione beatissimæ societatis, visione ipsius diuinæ maiestatis: stabilitate īterminabilis ęternitatis.

Adam de Perseñ.

De laude virginis matris.

¶Quasi oliua speciosa in campis. Si virginem Y nostram oliuam dixerimus: erit oleum partus eius. Virgo sane nostra est oliua speciosa in cāpis: quia gratia eius & misericordia oībus est cōmunis. In campis posita florem cāpi protulit: ex cui⁹ amœnitate pulcherrima campestria sibi humanę turpitudinis nuditas procurauit. Campestria sunt perizomata velamenta turpitudinis quę de flore isto sibi consuunt quicūq̄ per fidem & amorem virginei partus criminū verecunda deponunt. Est etiam spe. in campis quia ecclesiarum pulchritudo specialis. Speciosa quippe facta est & suauis: ex qua spe. for. pręsi. ho. nascit̃ sanctæ suauitas vnctionis. Christi ecclīę cāpi cōgrue dici possunt, quos disciplinę cœlestis aratrum colit: doctrina euāgelii serit: iustitiæ executio fertiles reddit. In his campis est oliua fructifera mater misericordiæ virgo Maria. De oliua profluit pinguedo olei: fundit gratiæ plenitudinem: misericordiæ vnctionem profert mater Christi. Q̄ʒ iucundum, q̄ suaue est illi cohęrere! q̄ salutiferū intra puerperę diuersorium remorari! Si infirmus es, de diuersorio illo abundanter profluit oleum infirmorū. Si sanus es & de testimonio cōscientię arridet tibi iustitiæ sanitas: oleum lætitiæ suscipis ex Maria. Species morū, operum decor, meritorū glīa, totū de gratia Marię suscipit̃ cū amat̃. Cū em̃ plena sit gratię & tota misericordię delitiis afflues nihil gratię oīno accipim⁹, qđ nō nobis cōferat part⁹ ei⁹. Nostra est virgo, nostra sunt virginis viscera: nr̄ est virginis part⁹: nr̄a sūt q̄ penes illā de cœlestib⁹ actitat̃. Periculosū ē ergo

ad punctum ab illa discedere apud quā nostrę suauitatis delitię reponunt. Diuitię salutis sapientia & scientia penes virginem nostris vsibus reseruantur. In partu nimirū virginis thesauri sapientię & sciētię ad locupletationē pauperum absconduntur. Propter miseriam inopum & ge. pau. venit de corde patris Christ⁹ in cor virginis, & in virginis vtero pauperū gazophilatiū collocauit. Inde pauperes spiritu locupletati sunt quos mundi superbia vanitate & mēdacio non ditauit Filii ho. vsq; gra. cor. a corde virginis elongatis. Vt quid di. va. & q̄, men. cū ītra nostrę virginis vterū mirificauit dn̄s sanctum suū. Cur nō properatis ad oleū. Vestrū est quod hic agitur. Nulla eīn ratione diues omniū deus pauper fieret: nisi vt se pauperibus coaptaret. Nulla ratione oliuam fructiferā in campis poneret, nisi vt misericordiā virginis cōmunē oībus exhiberet. Hinc est q̄ non regibus in palatiis, nō diuitibus in vrbib⁹ suis mysterii huius ratio primo innotuit: sed pastorib⁹ q̄ in cāpis erant: q̄ supra gregū suorū custodiā vigilabant. O saluantis benignitas: o nascentis miseratio: O puritas & pietas pariētis. O vtinā essem ego de paruulis quibus hæc reuelata & acta sunt vt philosophari interim de aliis non liberet. Quid dulcius q̄ verbi interesse cunabulis: q̄ in diuersorio Christi feriatū & liberū esse & infantiæ colludere tā felici. Ignoscite quæso ignoscite puero si hubera de cœlo plena nō deserit: si sacrosanctū pectoris virginalis sacrariū nō dimittit ad icōtamiata vestigia virginis: piscina posita est pietatis vbi pueri balneantur. Nostis ætatē huiusmodi frequentiori lauacro indigere. facillime sordes contrahit: & opus est vt materna sollicitudine consuetiori balneo diluant. Proīde a cōtubernio sacrę virginis lōge procedere tutū non arbitror. Quis eīn mihi p̄uideret in talib⁹ si indulgētissimę matris misericordiā elongarē? Tenebo illā: non discedā ab illa: quia si misericordię eius sollicitudo defuerit: facile fecero abortiuum.

Vuerricus.

Q; cōuenienter vitis odor virgineo partui cōparetur.

Z ¶Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris Hęc verba & Christo & ipsius matri cōueniūt Sed quia prim⁹ patet intellectus, quō beatę virgini cōueniant videam⁹. Respōdeat ergo Maria blasphemiis tā pro se q̄ pro filio: cunctasq; hereses solo interimat verbo, & dicat. Ego quasi vitis &c. Acsi aperte dicat. Partus quidē me⁹ non habet exemplū in sexu mulierū: sed habet similitudinē iu naturis rerū. Queris quomodo virginitas genuit saluatorem? Sicut flos vitis odorē. Si corruptū inueneris florē pro eo q̄ dedit odorē: violatū crede pudorē, quia edidit saluatorem. Quid potes calūniari in proprietate similitudinis? Quid eīn est aliud virginitas q̄ flos inuiolati corporis? Quid aliud est flos virginitatis q̄ suauitas odoris? Tu tñ caue ne bono moriaris odore. Glorietur ergo Maria & dicat Ego quasi vitis &c. Pulchre quasi vitis. Nam botrus cyperi dilectus suus illi de quo nō solū torcular passionis rubrū mustū expressit præciosi sanguinis quo calix p̄clarus inebriat: Sed & quotidie deuotio sancta sibi vinū exprimit quod lęti. cor hoīs & inebriat voluptate gaudii & amoris. Et flo. me. fruc. ho. & ho. Prorsus IEsus est suauitas odoris inuitans: honestans: sanctificans: honor glorificās. Suauitas odoris qua velut ad viam adducimur: honestas per quam deducimur: honor ad quē perducimur. Pulchre autē honestas dicit̄ quasi honoris status. Neq; enim honor ille summę dignitatis & glorię statim: tunc in nobis habere posset, nisi nunc honestas vitę & morū sedem ei p̄pararet Est ergo Iesus primo suauitas odoris iis quos vocat. Deinde honestas iis quos iustificat. Demum honor illis quos magnificat. Bene autem nō ait flos sed flores: quia cum virgo sancta est flos virginitatis in ea multiformis est. In Maria tamē gratia singularis præ omnibus multipliciter floruit, quæ tota pulchra intus & foris, tota vernabat quadam florentia & venustate pudoris.

De triplici forma in Christo.

¶Ego mater pulchrę dilectionis & timo. & agni. & sanctę spei. Vere matri notus erat filius quem tam pulchre & commode his virtutum describit nominibus. Verum alia est in Christo forma corporalis: alia moralis: alia ītellectualis. In corporali frater est: in morali magister: in intellectuali deus noster est. Corporalem suscepit vt impleret sacramentum: moralem exhibuit vt præberet exemplum: intellectualem seu diuinam reuelabit ad præmium. Hunc commendans nobis beata virgo Maria sic ait. Ego mater pul. di. &c. Ergo ne iste est filius tuus o virgo virginum? Ergo ne talis est dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Plane talis est dilectus meus: & ipse est fi. me. o fi. Ie. Dilectus meus est pulchra dilectio in seipso: dilectus meus est pulcher timor spes & agnitio in illo qui natus est ex ipso. Ipse eīn est non solum quem diligimus timem⁹, agnoscim⁹, & in quē speram⁹: sed etiā hęc omnia operat̄ in nobis, atq; his virtutibus veluti quibusdā membris & partibus in nobis A

perficitur & formatur. Tunc eñ perfecte pro modulo huius vitę Christus in te reformatus est: si veritatem quę ipse est agnouisti: & agnitã glorificasti: timore. s. & spe, & ne spes cõfundat charitas sit diffusa ĩ corde. Sed quia nõ est talis positio nominũ, ipsam etiã videamus: & ex ipsa aliquid ędificationis trahamus. Sicut enim de agnitione timor nascitur, quẽ ne in desperationẽ concidat, spes consolatur adiuncta: ipsiqȝ spei ne confundat, charitas suffragatur: ita versa vice dilectio parit castũ timorem, timorqȝ cũ dilectione illuminat agnitionem, secundũ illud Qui timetis dñm: diligite illũ: & illuminabũtur corda vestra. Quãto aũt verius illuminato corde deus agnoscitur: tãto fiducialius in eum speratur. Vnde est illud. Sperẽt in te qui nouerunt nomen tuũ dñe. Pulchre autẽ & proprie dicta est pulchra dilectio: cũ charitas deus sit, ac p hoc sũma pulchritudo sit: quia virtus ista fere tota pulchritudo ecclesię. Sed & sanctorũ dilectio ab amore hominũ fuerat distinguenda siue turpi, siue officiali, siue etiã naturali.

Galfridus.

Qȝ indignus sit sapientia, qui eam concupiscere, pœnam putat.

B ¶Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Gratia sapientię dei, quę summã meriti nostri cõstituit in concupiscentia sua. Sicut eñ mãdatum primũ & maximũ vt diligamus deum: sic pcipuum meritũ animę, concupiscentia sapientię est. Quid graue nobis imponitur: vt diligamus deũ? Quid molestũ exigimur: vt sapientiam exigere debeamus? Quid eñ deo amabilius? Quid sapiẽtia concupiscibilius? Nullus videbit nobis intolerabilior ad sapientiã trãsitus si aduertimus q̃ optabilis sit accessus. Impossibile est nõ transire quocũqȝ sit transeundum: imus & sine intermissione trãsimus. Bonus est deus (aiũt seculares) qui in pximo iuuat. Vę miseris qui sustinentiam perdiderint. Trãseamus ad sapientiã omnia transiliendo & despiciendo. Ad centuplum pertinet, spiritus meus super mel dulcis: ad vitam ęternam, super mel & fauum. Hic gratia spiritalis: ibi perẽnis gloria cõmendatur. Gratiã eñ & gloriam dabit dñs. Spiritus meus sup mel dulcis: deuotio. s. spiritalis super omnẽ delectationem gaudii secularis. Et hęreditas mea super mel & fauum. Beatitudo perennis super omnẽ materiam cuiuscunqȝ delectationis terrenę & temporalis.

Bernardus.

Qȝ quicquid amarum videtur vnctio spiritus dulce facit.

C ¶Spiritus meus super mel dulcis. Molestus est quandoqȝ nobis pœnitentię labor: corporis afflictio grauis: abstinẽtia onerosa. In vigiliis dormitat anima nostra præ tędio: non ob aliud sane q̃ propter inopiã spiritus. Ille eñ si adesset, laborem & pœnitentiã nostram faceret non solum non molestam: sed etiam desiderabilem & delectabilẽ esse. Adeo eñ dulcis est: vt ne ipsa quidem dulcedini eius præualere queat amarissima licet, mortis amaritudo. Quid igit̃ non temperat illa dulcedo quæ mortem quoqȝ facit esse dulcissimam? Quę resistere possit asperitas vnctioni, q̃ mortẽ facit esse suauissimam?

Qȝ qui nõ delectatur præsentibus futurorum memoria consolatur.

¶Memoria mea in generatione seculorum. Qȝ D
diu stare præsens cernitur seculũ: in quo generatio aduenit, & generatio pręterit: non deerit electis consolatio dei memoria, quibus nondũ de præsentia plena refectio indulgetur. Memoria ergo in generatione seculorũ: præsentia in regno cœlorum. Sed q̃ generatio ex dei capit recordatione solamen? illa scilicet quæ dicere potest. Renuit consolari anima mea. Iustũ quippe est: vt quos præsentia non delectant: p̃sto eis sit memoria futurorum.

Qȝ paupertas voluntaria genus martyrii iudicetur.

Beatus vir qui post aurum non abiit: 31
nec sperauit in pecunia & thesauris. E
Quis est hic, & laudabimus eũ? fecit eñ mirabilia in vita sua. Vere martyrii genus est voluntaria paupertas. Quid eñ mirabilius aut quod martyrium grauius: q̃ inter epulas esurire: inter vestes multas & preciosas algere: paupertate premi inter diuitias quas offert mundus: quas ostentat malignus: quas desiderat noster ipse appetitus? An non merito coronabitur qui sic certauerit: mundũ abiiciens promittentem: irridens inimicum tentantẽ: & quod gloriosius est de seipso triumphãs & crucifigens concupiscentiam prurientem?

Qȝ non debes a subiectis exigere quod prælatis nolueris exhibere.

Principem seu rectorem te constituerunt: noli extolli: sed esto in illis tanq̃ 32
vnus ex illis. Quomodo est tanq̃ vnus ex illis, F
manens inter humiles superbus, inter subditos rebellis: immitis inter mansuetos? Vt te putemus tanq̃ vnum ex illis, videamus tam exhibere paratum q̃ exigere obedientiam: videamus tã libenter ppositis obtemperare subiectum, q̃ imperare subiectis. Qȝ si semper vis obedientes habere: & nunq̃ esse: probas te non esse tanq̃ vnum ex illis: dum vnus esse

tenuis ex obediētib⁹. A quibus si te supbiendo segregas reputari inter illos te noueris: de quibus scriptum est: ꝙ alligant onera grauia &c.

Galfridus.

Vtilis expositio super hoc quod sequitur.

G ¶Ante grandinem pręibit coruscatio: & ante verecūdiam praeibit gratia &c. Sapiēs his verbis a visibilibus ad inuisibilia: & ad moralia a naturalibus sumit exhortandi materiam. Vbi etiam qualitas nobis est attendenda prouincię in qua scripsit. Nam in ea potissimum coruscationes & tonitrua grando sequitur: sicut legimus signū fore de caelo: ęstiuo tempore mugire tonitrua. Admonet ergo sapiens ꝙ vidēs qs ꝙ praecedat coruscatio multum quidem lucida sed breuissima: grandinem frigidam: molestam atq̧ diuturniorem: consideret qđ praeat transitoria claritas perpetuam confusionem & horrore ęternae damnationis lux impiorū breuis. Et bene ait. Nō veniet vel aderit sed praeibit & anteq̃ veniet illico praeteribit. Exponens deniq̧ qđ dixerat subdit qđ intendebat exinde commendandū. Et ante vere. pręi. gratia. O si illam ęstimare possemus verecundiam futurę reprobationis, qua conuicti in iudicio impii maxime qui pietatis speciē habuerunt erubescēt. Inde enim sibi interim blandiuntur quicunq̧ peccant in spe ꝙ videatur longe vltio a peccatoribus: a quibus magis longe est salus. Quāobrem si sapis non qualis interim veniat: sed qđ praeat aestimabis q̃libet grata prosperitas parum transiens sed confusionem quae non similiter transeat post se trahens. Et dominus q dem reliquit post se benedictionem. Mundus autē scorpius est & cauda pungit, cum inebriatus fueris ponēs qđ deterius est. Sequitur em̄. Et pro verecūdia accedet tibi bona gratia. Pro confusione videlicet praesenti quā vel sibi ipse ingerit vel ab altero ęquanimiter tolerat: quisquis vere interim poenitet bona gratia ei accedet non subito irruens & illico transiens: substantia em̄ festinata minuetur. Signanter autē dictū est Accedet nō tribuet, vel aliquid simile, vt intelligas ꝙ in ipsa tribulatione solatium capere debeas de ipsius gratię accessione: & sic necdum sentiendo praesentem: iam tñ̄ accedentem praesentiendo. Vnde illud. Expectatio iustorum lętitia. Et bene ęterna ꝓmissio bona gratia dicitur. Bona gratia quae ꝓ eo maxime grata erit: quia omnino gratuita apparebit. Igitur si tibi teipsum debes parare regno qđ paratū est ab origine mundi: sic accedere ad bonā gratiam quae accedit: accede ergo ad accedētem. Accede vt illumineris & hora surgendi ne te trices sicut illico subinfertur. Hora surgendi est dum bona gratia accedit. Et bene omnis ꝓsens vita non tempus dicitur esse: sed hora. Tu ergo dū hora est ne te curis aliis īplices vel in trices. Inde enim dolosos homines tricatores ꝙ in modum tricę implicitę: & sicut in libro Iob legitur eorum sunt semitę inuolutę. Sequitur. Pręcurre autem prior in domum tuam. Domus nostra mens est nostra velut piscina cogitationū velut aquarum collectio. Bene ergo sapiēs admonet in domum suam & intra semet ipsum priorem praecurrere & dum expedit interim poenitere. Priusq̃ inuitum in hac domo obseratis ostiis & fenestris colligat & recludat qđ minatur ꝙ arguat eum & statuat cōtra faciem suam. Pręcurre ait in domum tuam: anteq̃ iudex in lucernis scrutaturus adueniat. Scrutare ipse conscientiam tuam: in confessione faciē eius pręueniens. Pręcurre prior in domum tuā ne vacuam illam inueniat & cū. vii. nequioribus se qui exiit spiritus malignus introeat. In ipsa deniq̧ domo tua quidnam agere debeas subinfertur. Et illic, inquit, auocare vt audias quid loquatur dominus deus: illic auocare a curis. Felix zacheus qui domino vocante festinus descendit & praecurrēs in domū suam suscepit eum gaudens. Auocare ait. Expellitur quis dum flagellis vrgetur. Vnde cū occideret eos quaerebāt eum. Extrahitur q beneficiis quasi ligatur & cum benefecerit ei, domino confitetur. Auocatur autem qui sciens verbum bonum esse super datum optimū sola voce monentis vel promittentis auellit. Sequitur. Et illic lude. Et quomodo inquies ludam? Sicut Dauid ante arcam. Lude illic ī domo cōsciētię, intus non foris semꝑ gaudens, & tamen tanq̃ tristis secretum habens gaudium in testimonio cōscientię tuę, foris tñ̄ nihilominus grauitatem exhibens disciplinę. Et signanter ait: Tuas conceptiones age vt attēdas qđ tibi congruit ne maiora praesumas. Inde enim quidam verbis abortiua faciūt vel etiā mōstra pariunt ꝙ suis conceptionibus non attendūt. Cauendum tibi ne easdem conceptiones agas in delictis aut in verbo aut in corde. t. delicto consentias vel etiam supbias de operibus tuis bonis: sicut qui dicunt manus nostra excelsa. Si quidem perniciosa est conceptio vbi fuerint opera bona sed verbum superbum siue cordis siue oris: vt insipienter de bonis actibus glorieris. Peior tamen vbi & opera mala fuerit & verbum supbum, videlicet si peccata ꝑdicaueris. Vicinior forte saluti in delictis & verbo humili: si peccata confitearis. Optima autem in bonis actibus & verbo humili secūdum monita

saluatoris. Cum se, inquit omnia quæ pręc.vo. &c. Delictum est quæ præcipiuntur non facere: quod plerunq; ex pusillanimitate cōtingit. Verbum autem superbum præsumere quę ꝓhibentur & hoc grauius: sed ab altero in alterum labitur & paulatim decidit. Iam vero capitulum idē congruo fine concludens: sup his omnibus ait: benedic dominum. Ad hunc eñ finem oportet cuncta referri: vt auctor omniū debeat super his omnibus sine fine laudari. Ita ꝙ nec de malis vllo mō nec de bonis in te glorieris: vt neq; in delictis neq; in bonis sit verbū superbum: sed opponatur ei in oībus his gratiarum actio & vox laudis. Benedic dominum non modo tuum sed vniuersitatis qui fecit te vt nil magnum reputes si benedicis ei qui fecit te, si factis dicta rependis.

Item aliter vnde supra.

H ¶Ante grandi præi.co.&c. Cum in bonum omnia cooperentur electis etiam quæ videntur esse non bona: nulli mirum videri debet si non semper interpretanť in malum quæ videntur esse molesta. Grauis equidem grando sed tamē non inutilis est pręsertim si intēpestiua nō fuerit. Sic est spiritus timoris vtiliter affligens & salubriter grādinans vt ipsius percussiōe mēs timorata frigescat. Nam & dominus ait. Vtinā te.cali.aut fri.inue. Huiusmodi grādo sensu grauis interim sed vtilis est effectu, dum terram cordis constringit & noxia perimit germina, vt vberiores bonorū proferat operum fructus. Et ipsam tamen eiusmodi grandinem pręeat necesse est gratię coruscatio. Alioqn nec dolere nec erubescere poterit anima semetipsam nisi prius illuminata per gratiam. Siquidē nec caueri nec horreri vitia possunt nisi cognita. Quotiēs ergo dolere hominem & confundi super peccatis suis ac insolito quodam videris timore rigescere, quem lętari cum male fecisset hactenus noueras: diuinam illi coruscationem nō dubites affuisse & præisse gratiam eiusmodi confusionem. Quia vero sola in nobis remunerat sua munera deus, pro eadem etiam verecūdia rursus accedet gratia melior & iucundior q̄ præcessit: vt quem prius inuenerat dominus timore frigidum ex illa gratia præeunte: inueniat etiā amore calidū ex gratia accedente. Non enim inuenit vel frigidum vel calidū nisi quem ipse facit. Sic ante grandinem horribilis huius timoris pręibit coruscatio, i. diuinę illuminatio veritatis. Exponens ergo qđ de coruscatione & grandine dixerat: ante verecūdiam ait præibit gratia. Magna est erubescentia animæ pœnitentis: quia conuersa & compuncta velut in sceleribus suis deprehensa per coruscationem: in quibus hactenus per dissimulationem latuit, confunditur & erubescit. Alioquin vę ei si erubescere noluerit & nescierit, si non fuerit confusione confusa vt merito cesset ei deus irasci & coruscationes immittere quibus terreri posset & corrigi. Notandum vero ꝙ verecundiam hanc gratia præit. Visitatio. s. veritatis imissa gratis vt sibi imputet homo, vnde erubescit: non autem sibi tribuat ꝙ erubescit: nec desperet ꝙ sic verecundatur. Siquidem nō modo humiliare voluit sed ad pœnitentiam pœnitentes animare qui ait. Et ante vere, pręibit gratia. Quomodo eñ de ipsi⁹ gratia despare aīa q̄libet verecūda debebit, quā & prius q̄ verecundareť accepit. Et miro dei munere: miro ope q̄to magis obstupescit ad gratiam: tanto amplius erubescit ad culpā: & quo verecundia grauior eo gratia certior, immo & dulcior est. ¶Sequiť. Et pro verecundia accedet tibi bona gratia. Est verecundia adducens peccatum & est verecūdia adducens gratiam & gloriam. Et quæ magis adducere gratiā credenda est q̄ quæ ex præeunte gratia orta est? Merito suæ respondet origini: & pro ea accedit gratia quā præcedit. Sic enim vere gratia quæ pro verecundia redditur: quia ex gratia etiā verecūdia oritur. Itaq; & pro præeūte gratia quæ succedit accedet vt gratia pro gratia non minus gratuita sit q̄ prima. Et bona quidem verecundia sed grauis magis grata. Hęc autem non modo bona sed etiā grata est & bona. s. iucunda. Iam vero ad gratiam ipsam prouocat cum subiungit. Et hora surgendi ne te trices. Horam hanc ipse nouit qui cum voluerit clamat: Lazare veni foras. Q̄ si te grādinās timor afflixit: si prostrauit coruscatio: & illico iacuisti infirmatus salubriter & cōfusus ac mēte deiectus: si teipsum quasi tricando & miseriam propriam sedule cogitando iterum atq; iterum reuoluisti: multo magis accedente bona gratia & euocante te ex hoc lectulo: ex hoc tumulo tuo incunctanter prodire teipsum deserens & ad deum surgere debes: & ad īuitum bonitatis eius aciē mentis dirigere. Aut tricare vulgo dicim⁹ decipe & est sensus. Ne te trices: ne teipsum decipias & defraudes particula boni doni cū venerit hora surgendi & summa magis q̄ infima meditandi. ¶Sequiť. Præcurre prior in domum tuā. A præsenti tabernaculo priusq̄ cogaris exi: pri⁹q̄ te ei⁹ ruina eiiciat siue opprimat & te mūdus expuat. Nec q̄ras locum in diuersorio sed ad domum æternam quā si nescis: i cęlis habes. & beatam illam mansionem non segniter & cunctāter accede.

Et illic ait,auocare videlicet ab hoc seculo pariter & a teipso ab omnibus curis & cogitationibus aliis:Et illic lude iucūdus in his quę ad uocans loquitur tibi dominus de⁹ tu⁹. Et vt quidam ait:lude troco:cuius pars inferior q̃dam angustia in latitudinem rotunditatis superioris excrescit. Vnde quasi troco ludere ē: delectabiliter mente voluere,qualiter p̄sentis tribulationis angustia surgit in ꝑpetuā abundantiā felicitatis æternę.Et illic age cōceptiones tuas,vt nō modo exultes interim cogitādo & præuolendo,sed æterna gaudia concipias desiderio:quę tādē parere possis in regno. Illic ergo & gaudia tua & studia vigeant & nō ī delictis:nō in verbo aspero,ne scilicet aut exultes aut cōfidas in iniquitate,qđ est ludere & agere cōceptiones in delictis vel in tuorum pręsumptione & iactantia meritorū qđ est in verbo supbo.Bonum est enim bona habere merita:Sed habita dei dona credere & ī sola gaudere & cōfidere misericordia saluatoris.Vnde subinfertur.Et super his omnib⁹ benedic deum qui fecit te. Sup coruscatione & grandine &c.Vel quia plurimi codices nō super his sed in his omibus,habēt:Benedic dominum in his omnibus vt benedicas in omī vita tua & in his perseuerās glorifices nomē eius.Siquidē vera est & idonea benedictio digna opatio & disciplinata cōuersatio, ex qua per multorum ora abundat gratiarū actio & diuina laudatio.

Cassianus.De virtute discretionis.

Abiecit populus iste aquas syloę: ille inquam populus qui suscipit, vel suscipere compromisit. Ex magna siquidem parte sui quod manifestum: & miserrimum est, populus hodie Christianus recessisse videt ab eius imitatione: cuius sperat passione saluari. Dicitur autem φ aquae syloę cum silentio vadant, φ fideles animos Saluatoris exempla q̃ humana quaelibet verba affectuosius moueant, & promoueant efficacius. Quinetiam ad eos vadunt aquae syloę in silentio: quos de omnibus docet vnctio potius q̃ eruditio. Hoc silentium est cultus iustitiae, fortitudo sanctorum Esaia dicente: In silẽtio, & in spe erit fortitudo vestra. Nempe silentium hoc tranquillitas mentis est, pax & serenitas cõscientiae: in tribulationibus aequanimitas patientię. In periculis fiduciae certitudo. In pace vadũt aquę syloę: quando in pace vocat nos deus, et in pace est locus ei⁹: cuius nec turbulenta: nec tumultuosa doctrina. Quid est autem φ abiiciens aquas syloae populus stultus et insipiẽs Rasim, et filium Romelię dicitur assumpsisse? Sicut perhibuere maiores, Rasim interpretatur excelsus. Similiter autem Romelias excelsum sonat: non simpliciter tamen sed cum additamento. Nam excelsus domini dicitur interpretari. Esto igitur vt de elatione calũniemur excelsum, de eccelso domini qd dicemus? Nunqd nõ bonũ nõ est vel excellere vel cõculcari, vel iopiã pati, vel abũdare: vel humiliari, vel gloriari tm̃ in domino? Tibi dñe derelictus est paup, et humiles tuos pauperes tuos te audire didici nõ sublimes. Scio tñ φ potentes quoq; nõ abiicis cum tu ipse scis potens. Videtur sane in his duobus duplex

elatio reprehendi. In altero quasi simplex & euidens in gloria seculari. In altero quodammõ palliata, vel fucata noĩs vmbra dñici, sanctitatis presumptione, vel ambitione ecclesiasticę dignitatis. Nam & in filio iam euidẽter arguit̃. Siquidẽ facete filius Romelię transcẽsus dicitur, vel transgressus. non bona igitur nec vere dñi est celsitudo, vbi fuerit orta trãsgressio. Alioquin si qs improbe velit adhęrere verbo, & excelsum dñi contẽderit esse vas solidum qđ nullatenus debeat incrustari: sed probatis licet annuere. Neq; enim Romeliam ipsum: sed filiũ plane degenerẽ reiector aquarum syloe populus assumpsisse culpatur. Sit excelsus dñi sanctorũ apostolorum chorus: senatus quoq; venerabiliũ sacerdotum, qui sublimes non min⁹ merito q̃ officio, & virtute magis q̃ dignitate cõspicui sũt vel videnť eẽ, & nũc vel olim fuisse legunť. Atq; vtinã patris huius terminos nemo transgrederetur eorũ qui sapiẽtiũ, & nobilium sese filios gloriãtur. Terminos ipsos vultis audire? Victũ & vestitũ habẽtes (ait vnus ꝓ oĩbus) his cõtenti sumus. Quid ergo dicemus? Tam pauci hodie victum & vestitũ habẽt q̃ pauci cõtenti sunt his quę habẽt. Quęnã fuit hęc antiquorũ prĩcipũ inhumanitas, quos cõmendant historiographi pietate deuotos, & liberalitate magnificos extitisse, ꝙ ministris ecclesiæ ne ad victũ quidem & vestitũ subsidia necessaria prouiderũt? Quę tenacia vel ipsorũ hodie qui substãtiam mũdi habẽt, ꝙ viscera sua claudunt, nõ dico a fratribus: sed a patrib⁹ suis quos vidẽt victum & vestitũ nõ habere: nec terrena metunt ab eis stipendia, qui nõ cessant cęlestia seminare? An habẽt & cõtẽti sunt his q̃ habẽt? Quid ergo deinceps tãtę exactiões, artificiosę munerũ emũctiões, pauperũ oppssiões, diuitũ adulatiões, ĩ negociis circũuẽtiões, in iudiciis subuersiones, meditatiões in pecuniis sibi volunt? An potius victũ & vestitũ q̃ri tm̃ est cũ tanta bona habeant? Si in tãtis dapibus victu & vestitu, in tantis opib⁹ carẽt, putas qñ sunt habituri? Sine causa laborant paternos transgressi terminos, nunq̃ sunt inuẽturi, qbus valeant esse contẽti. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationes & in laqueos diaboli. Qui volunt ait, nõ qui fiunt: nam velle adiacet: perficere aũt nõ inueniunt. Rarus hodie est qui dominicum illud verbum opere prędicet: quia beatius est magis dare q̃ accipere. Cęterum qualis erit Rasin si talis est filius Romelię. Si min⁹ illos q ecclesiastica fiunt dignitate sublimes, dũ iudicii timor reprimit, cui⁹ etiã sunt pcones, diuinę reuerentia maiestatis cuius obtinẽt vices, sanctorum patrum memoria ex quorum sibi meritis auctoritatis priuilegia vẽdicãt. Ipsa deniq; plena gratię & sanctitatis officia quæ frequentãt, quid illi faciant quorum sublimitas est & potestas tota de seculo non de cælo? Q̃ difficile per foramen acus camelus intrabit? Q̃ rari hodie diuitum quod iustum & ęquũ est seruis præstant q̃uis scientes in cęlo dominũ se habere? Si super homines positi, quomodo videť obliti ꝙ ipsi sint homines? Reuocãs nos ab assumptione hui⁹ filii Romeliæ veritas ait. Quę dicũt facite &c. A quo esset q̃uis aliter reuocabat ad aquas syloe: qbus dicebat nescitis qd petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Sed vęh miseris q vanitatib⁹ occupatos, & inani glorię deditos beatificãt, felices existimant: ęmulantur. Ipse est populus syloiticas aquas abiiciens: & assumens Rasin, & filium Romeliæ.

Q̃ eum quem Christus reliquerit diabolus occupabit.

¶Propter hoc, inquit, adducet dominus super eos aquas fluminis fortes: & multas, regẽ Assyriorum: & omnẽ gloriam eius &c. Assyrii dirigentes interpretantur. Quid vero dirigentes: nisi ignita iacula tentationũ & emissionum, quæ fiunt per angelos malos? Heu q̃ grauiter etiã rectos corde fatigant. Misera plane commutatio ad perditionis auctorem spreto saluatore, conuerti. Non enim dubiũ per regem Assyriorum principem dęmoniorum intelligi. Per aquas fluminis nihil aliud q̃ superbię vitium existimo designari. Cuius aquæ fortes & multæ, cogitationes sunt multiplices, & violentæ. Nec aliud est deducere flumen istud regem Assyriorum, q̃ ꝙ vbicũq; superbia præualet ille regnet. Et notãdum ꝙ non veniat: nisi adductus nec tentare valeat, nedum pręualeat tentando nisi domino iudicante permissus. Ad hoc flumen noxia omnia pertinere noscuntur: ꝙ initium sit omnis peccati superbia. Quam euidentius exprimens ait regem Assyriorum & omnẽ gloriam eius. Infelix anima super quã gloriatur qui de sola pditione lætatur. Ascẽdet (ait) super oẽs riuos eius: & fluet super omnes ripas eius. Riuos dicit internos animi cogitatus: ripas autẽ exteriores humani corporis artus. Nihil obstat intelligi quibus iidẽ riui donec supereffluãt cõtinẽtur. Itaq; riuos ingrediť: dum occultis cogitationib⁹ per suggestionẽ iniquitatis illabitur. Super riuos ascẽdit quotiens præualet, & dominatur: necdũ tamẽ su

per ripas fluit: donec concepta iniquitas per aperta preuaricationis opera demonstratur. super vniuersas ripas fluit: quãdo nec deũ timet peccator: nec hominẽ reueretur. Et ibit, inquit, per Iudam inundans & transiens. Prochdolor nõ per egyptum: vel p Samariã tm̃. Iudas confitens dicitur. Sed verbis confitetur: factis autẽ negat. vt rex Assyriorum inundet, & transeat. inundat eñ, nequitias alias atq; alias suggerens. transit, nullum in his quę suggerit inueniens obiicem: nullam contradictionem. Q̃ facile illi transitus negaretur: si ascenderet quis ex aduerso & se murum opponeret. In suspirio vno, in vno gemitu si ex corde pcederet: trãsitus negaretur: in vna eleuatione oculorum ad cęlum, ille tam impetuosus poterat aduersarius coerceri. Ille enim mendax est qui nos impetit. incuruatur vt transeat qui inundat: & transit: dum suggerendo obtinet quod intendit. Sequitur. Et inundans vsq; ad collum veniet: nimirum guttur in collo est & ex gutture vox procedit: venit prorsus vsq; ad collum: nec multũ iam superest: vt ipsam etiã Iudas vocem suę confessionis amittat: & emittat potius vocẽ blasphemiæ: & infidelitatis. Aliter etiã vsq; ad collum venit: quoties pœnitẽtię, & confessionis remediũ pręripit peccatori: Atq; vtinam, aut paucos occuparet ista pernicies, quę sic detinet occupatos: sed non est ita. Sequitur eñ. Et erit extensio alarũ eius in latitudine terrę tuę. O Emmanuel. Alas habẽt electi ad contẽplationẽ: reprobi ad electionẽ: maxime tamen ille omniũ reproborum caput rex Assyriorum: qui sibi visus est ascensurus super altitudinẽ nubium: sed tanq̃ fulgur de cęlo cecidit: sicut postmodum eius discipulus Simon Magus ex alto corruit: sicq; confractus est vt amitteret plantas qui pennas assumpserat. & volare incipiens: nec iam ambulare posset. Eiusmodi sunt pennæ strutionis. vel sicut de mulieribus legitur: quę sedentem in amphora impietatem leuant: sicut alę milui. Adhuc tamen extendit alas suas rex Assyriorũ infelices pullos ad volandũ prouocãs: prouocans ad ruinam: cuius alę geminę quędã sunt species vanitatis, appetitus laudis, & elatio cordis. Alarum extensio, ostentatio, vel suggestio vanitatum. Quẽadmodum autem latitudinẽ terræ impleat, quis nõ videat? Nempe terrena sapiũt quos lata via ducit ad mortem. Et quod valde plangendũ est terra ista: o Emmanuel tua est: tua inq̃ professione Christianę religiõis: cuius latitudo populi est multitudo. Tu dñe huius conditor es & redẽptor: quare data est in manus ipii? Visus in terra Emmanuel dici & esse dignaris. Sed quid prodest terrę tanta indignatio? immo q̃plurimũ videtur obesse q̃plurimis. Vę terrę a cymbalo alarum istarum, quę tanq̃ cymbalum ipsis alis tunditur, & pulsatur. Væ multitudini vocatorũ populo durę ceruicis: q abiecit aquas syloe: cõmunionẽ Emmanuelis: & consortium aspernatur: & in vacuum accipit gratiã saluatoris.

Bernardus.

Q̃ facile donet paruulus nobis natus.

PAruulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Quis nesciat q; puer leuiter placari põt, & facile donat. Pauperes sumus: parum dare possumus: tamẽ reconciliari possumus pro paruo illo si volum⁹. Totum qđ dare possum miserũ istud corpus est. Illud si dedero satis est. Si quo minus: addo corpus ipsius: nam illud de meo est: & meum est. De te dñe suppleo, quod min⁹ habeo in me O dulcissima reconciliatio, satisfactio suauissima, facilis, sed perutilis: parua, sed nõ paruipẽdẽda, etenĩ q̃ facilis modo: tã difficilis postea. & sicut modo nemo est q reconciliari nõ possit: ita post paululũ nemo erit q possit. Q̃m sicut benignitas apparuit vltra omnem spem: vltra omnẽ ęstimationem: similem expectare iudicii districtionem. 9. V

Vverricus.

Q̃ ideo verbum patris vnitũ sit carni vt beatitudo miseriam absorberet.

¶Puer nat⁹ est nobis &c. Puer antiquus dierũ. Puer forma corpis, & ętate. antiquus dierũ in cõprehensibili. s. ęternitate. Q̃q̃ & in ipsa sua dierum antiquitate, & si puer nõ sit: nouus tñ semp sit: imo nõ tam nouus sit q̃ ipsa nouitas in se semp manẽs: & innouãs oĩa. A quo quęq; res prout recedit inueteraẽ: prout reaccedit renouaẽ. Et nouo quodã mõ. vnde antiqu⁹ inde nouus: qm̃quidem ęternitatis ipsius fine initio nascendi: ipsa est & antiqua nouitas, & noua antiquitas ipsius. alia tamen est nouitas hui⁹ tẽporalis natiuitatis: quia puer natus est nobis innouãdis: q ab ęterno de⁹ nat⁹ est angelis beatificandis. Illa qdẽ nouitas amplioris est glorię: sed ista pfusioris misericordię. Ista siqdẽ p me: qa mia indigebã: qm̃ miseria circũdatus erã: & miseria quã expiare nõ poteram. Ostẽde nobis domine misericordiã tuã nostra indutam miseria, & nouo miserandi genere de ipsa miseria, miserorũ operantẽ remedia. Ad hoc siquidem ars misericordię beatitudinẽ dei, & miseriã hominis in vnitatẽ mediatoris tẽperauit. vt operantes sacramento vnitatis p virtutẽ resurrectionis beatitudo miseriã absorberet: morteq; X

vitã deglutiat: & totus homo glorificatus in diuinę cõsortiũ naturę transeat.

Ailredus.

Q; Christus crucis imperio secularium superbiam subiugauit.

10. Y Suscitabit dñs sup eum Regẽ, scilicet assyriorũ flagellum iuxta plagam madian in petra Oreb: & virgam eius super mare, & leuabit eã in via ęgypt. Flagellato siqdem diabolo & pcusso q rex est sup oẽs filios supbię: leuauit dñs virgã suã sup mare: & leuauit eã in via ęgypti. Mare seculũ virga crux, via ęgypti: via illa lata: & spatiosa, quæ ducit ad mortẽ. Gratias tibi dñe Iesu: quia exaltasti virgã tuã sup mare: prosternẽs cruci tuę supbiã seculi: principatus & potestates ei subiiciẽs Vere, crux tua pmit fluctus seculi dñe, psecutionũ sedat tẽpestates, & mitigat tẽtationũ pcellas. leuasti etiã eã in via ęgypti, vt obstructa via lata quę ducit ad mortẽ: illam arctam & angustam ostendat quę ducit ad vitã. An nescitis? An nõ sentitis? Feruet in carne aliqñ æstus cõcupiscentię, in mente ira deseuit indignationis & amaritudinis iamiã poorũpit: & instar maris qđ vehemẽs exagitat vẽtus oĩa iteriora hoĩs cõturbantur. Sed leuãte supra hoc mare crucẽ suã Iesu: sedant oĩa, oĩa conquiescunt.

Gilbertus.

Q; p gratiã tã iniquitas, q̃ infirmitas auferat.

Z ¶Cõputrescet iugum a facie olei, cõputrescet graue iugũ filiorũ Adã a facie olei. Ex quo cœpim⁹ alio noĩe vocari & inuocatũ ẽ sup nos nomen secũdi Adam: cuius vt oleum effusio est nomẽ eius. Vis audire iugũ hoc graue & dirũpi & putrescere? Qui ppitiat oĩbus iniquitatibus tuis q. s. o. i. t. Iniquitas tota & semel remittitur: diruptũ ẽ iugũ. Infirmitas adhuc sanat. Iugum cõputrescit. deniq qđ cõputrescit lente deficit: nõ deficit semel. Propositũ voluntatis pręcidi quidẽ põt & quasi dirũpi: sed inueterata passio nõ tam deciditur q̃ dediscit. Et qñ operãdę salutis impossibilitas aufertur per gratiã: tũc quasi dirũpit captiuitatis Iugũ: sed quę residet adhuc boni difficultas dum paulatim seruatur eius videtur iugum cõputrescere. Computrescet, inquit, vt q̃uis nõ semel totum. tamen putredine quãdoq conficiendum docet intelligi.

Bernardus.

Q; Christus veram de primis parentibus carnem traxit.

11. A Egredietur virga de radice Iesse. Ex oĩbus quę saluandis fuerãt populis necessaria: nihil penit⁹ defuit saluatori. Sed illud diligenter attende q florẽ hunc de radice nõ de virga dixerit ascensurum. etem si noua Christi caro in virgine creata esset ex nihilo, qđ existimauere nõnulli: nõ de radice flos sed forte de virga poterat ascendisse. Nunc autem q prodiit de radice sine dubio cõmuni ab origine cõmunẽ probatur habuisse materiam Nam q super eũ spiritus requieuit: nihil in eo contradictionis fuisse declarat. In nobis enim quia nõ omnino superior est spiritus nõ requiescit: carne nimirum aduersus spiritũ, & spiritu aduersus carnem concupiscente.

De septem donis spiritussancti.

De spiritu timoris.

¶Requiescet sup eũ spiritus dñi. Prima gratia est timor dñi: qui hanc habet gratiam: omnẽ odit iniquitatem. Sine hac gratia gratiarũ prima quę totius religionis exordium est: nullum bonũ pullulare vel manare põt. Sicut. n. securitas vel desidia causa & mr est oĩm delictoꝝ: Sic timor dñi radix & custos est omniũ bonorum. Oĩe vero virtutũ ędificiũ: illico vergit in pręcipitiũ: si huius gratię amiserit pręsidiũ. Et qđ plura? Cõnexa sunt timor & religio, nõ manere potest alterũ sine altero. Iste ergo diuinus timor qui eũ quẽ perfectum imbuet paupertati subiicit: & a malo diuidit: Ita est primus in ordine gratiarũ sicut pauptas in serie btitudinis. B

De spiritu pietatis.

¶Secũdũ charisma est spũs pietatis illi secũdę btitudini similes. de quo dñs ait Beati mites, &c. Et illud Discite a me, qa mitis sum &c. Vñ beatus Gregorius Qui virtutes sine humilitate cõgregat, est quasi qui in vẽtũ puluerẽ portat. Sicut em puluis validi venti flatu dispgit: sic oẽ bonũ sine humilitate inanis glorię vento rapitur. Multo etiã meli⁹ est peccatorẽ esse humilẽ: q̃ iustum arrogantem. C

De spiritu sapientię.

¶Tertiũ donũ est spũs sciẽtię, de quo Salomon. Qui addit sciẽtiã addit & laborẽ. vera nãq sciẽtia est nos mortales esse, & caducos & fragiles & in hoc exilio in hoc ergastulo in hac peregrinatione dolendũ & legendũ esse. Vnde dicit in tertia btitudine huic tertio dono congruenti: Beati q lugent qm ipsi consolabuntur. D

De spiritu fortitudinis.

¶Quarta gratia est spiritus fortitudinis quartę beatitudini similis: qua dicitur Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiam. Qui enim iustitiam esurit & sitit cõtra omnia aduersa fortis insuperabilis & imperterritus existit. E

De spiritu consilii.

F ¶Quintum donum est spiritus cõsilii qui aliis facit compati & misereri, competens quintæ beatitudini qua dicit. Beati misericordes. Hãc principaliter trifariam exercemus: vel qñ sex eius quę in euangelio legimus opera implem⁹: vel quando delinquentes corrigere, & ad bonũ reducere studemus: vel quando iniurias nobis illatas facile indulgemus.

De spiritu intelligentię.

G ¶Sexta gratia est spiritus intelligentiæ sextæ beatitudini congruens qua dicit. Beati mundo corde &c. Nisi eñ mẽtis intuitus diligẽter purificatus fuerit, mystica ac diuina liquide intelligere nequit. Qui vero vult sincerum ac lucidum intellectum habere prauarum cogitationum phantasias, ac nebulas studeat effugare: omniq; diligentia cor seruare.

De spiritu sapientiæ.

H ¶Septimum donum est spiritus sapientiæ scilicet quidã internus sapor ac suauissimus gustus. hoc diuinę sapientię interno gustu superna prægustamus: cõtẽplantes q̃ amœnum sit cœlicolis interesse vbi nil poterit quod displiceat esse, nil qđ placeat abesse. Hęc septima gratia septimę beatitudini congruit, de qua dñs ait. Beati pacifici. Qui eñ mentem pacificam & serenam habent: de supernis dulcius sapiunt & subtilius vident. Hæ septem gratiæ septem sunt mulieres virum vnum apprehendentes, septem spiritus super florem requiescentes, septem in candelabro lucernę fulgentes, septẽ in lapide oculi, septem spiritus ante thronũ dei.

Adam de Persẽñ.

Q; linguæ volubilitas, lege silentii debeat refrenari.

I ¶Desiccabit linguam maris Aegypti. Bonum prestolari salutare dei cum silẽtio. Salutare dei mysterium est: & gratia verbi incarnati: cui audiendi aurem non accommodant qui linguam Aegypti non desiccant, id est qui loquacitatis superfluæ fluxum nõ cohibẽt & linguã a multiloquio non castigant. Qui dimittit aquam, vt dicit scriptura, caput est iurgiorũ. Dimittere aquas est linguã maris Aegypti non tenere. i. linguæ fluxum amaricantis minime cohibere. Quid eñ tã tumidũ, & tam instabile q̃ mare? Quid tã amarũ q̃ iurgiũ? Et quid mare Aegyptium nisi cor amaricãs & tenebrosum? Aegyptus eñ tenebrę interpretatur. Aquas inq̃ maris Aegyptii dimittit qui per linguę mysteriũ cordis amaritudinẽ & tumidam vanitatem effundit. Nonne tibi videtur iurgiũ esse contra verbi incarnati mysteriũ? contra regulę pręceptum? contra cõsciẽtię testimonium? loquentẽ excedere terminos & silentii frangere votum? Certe verbum deus quandã silentii legem indixit: cum de omni verbo ocioso in die iudicii rationem reddendã cõminatus est, & predixit. Silentiũ eñ est non omnino nõ loqui: sed pone custodiam ori tuo, & ostiũ circunstantię habere in labiis tuis. Vt quomodo & qñ oporteat vbi & q̃tũ debeas: qđ & vnde cõueniat eloquaris. Est eñ tẽpus tacendi, & tẽpus loquendi. Sit itaq; vox dñi super aquas vt aquę siloe & fluãt cũ silentio, vt verbis tuis verbũ deus presideat & lingue pręcipitis volubilitas lege silentii refrenetur.

Bernardus.

De quinq; fontibus saluatoris.

Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹
saluatoris. Fõs est nobis Christus de⁹ K
qui nũq̃ poterit exhauriri. Multiplex est aquarũ vsus, sordes abluũt. vnde illud. Qui dilexit nos & lauit nos a pc̃is. n. in. s. s. Sitim extinguit. Vnde aqua sapientiæ. s. p. i. Terti⁹ vsus aquarum est irrigatio quam maxime necessariam habent nouellę plantationes, alioquin aut minus proficient, aut ex toto peribunt pre nimia siccitate. Quærat ergo deuotionis aquas quisquis seminauerit bonorũ operũ semina, vt feruore deuotionis & dulcedine spirituali condiant. Putas inueniri poterit quart⁹ fons vt paradisum recuperem⁹ quatuor fontiũ irrigatione amœnissimũ? Nã si paradisum denuo nobis reddẽdum non speram⁹, quomodo regnũ cœlorum sperabimus? Si terrena, inquit, dixi vobis &c. nunc autem vt exhibitione præsentium firma sit expectatio futurorum, paradisum habemus multo meliorem & longe delictabiliorẽ q̃ primi parentes habuerunt. & paradisus noster Christus dñs est, in quo tres fontes inuenimus: quartum queramus. Habem⁹ de fonte misericordiæ ad diluendas culpas aquas remissionis, de fonte sapientiæ ad potandam sitim nostram aquas discretionis, de fonte gratiæ ad irrigãdas bonorũ operũ plãtas: aquas deuotiõis. Queramus ergo ad decoquendos cibos aquas feruentes, aquas ęmulationis: hę nimirum cõdiũt & decoquũt affectiões nostras, & ebulliũt de fonte charitatis. Siquidẽ ex dulcedine deuotionis diligens iustitiam ex feruore ęmulationis odio habet iniquitatem. Et forte de fontibus istis prædixit Esaias. Haurietis aquas in gaudio de fontibus. s. Hãc autem promissionẽ præsentis vitæ esse non futuræ: patet ex eo qđ sequitur. Dicetis in illa die. Cõfitemini dño & inuocate nomen eius. Inuocatio quippe presentis tẽporis est sicut scriptum est. Inuoca me in

die tribulationis. Ex his quatuor fontibus tres proprie conuenire videntur tribus ecclesię ordinibus, singuli singulis. Nam prim⁹ omnibus cõmunis est. In multis em̃ offendimus omnes, & necessariũ habem⁹ fontem misericordiæ ad diluendas offensionũ sordes. De cętero Iob maxime fontem sapientię quęrat: quando ipse magis inter medios laqueos ambulat. Ita vt magnum videamur si a malo declinet. Danieli vero currendum est ad fontem gratię cui pœnitentię opera & labores abstinentiæ deuotionis aqua necesse est impinguare. Oportet em̃ vt in hilaritate omnia faciamus: quoniã hilarem datorem diligit deus. Fõs vero ęmulationis Noe conuenit specialius: quia maxime prælatos decet hic zelus. Quatuor istos fontes adhuc in carne viuens nobis in semetipso Christus exhibet: quintum q̃ est fons vitę post hoc seculum repromittens. Forte etiã propter hos quatuor fontes, quatuor in locis vulnerat⁹ est adhuc viuẽs in cruce. Propter quintũ quũ iam tradidisset spiritum transforatur in latere.

Q; Christus in se nobis quatuor fontium reparet paradisum.

L ¶Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹. s. Pro paradiso quem perdidimus restitut⁹ est nobis Christus saluator. Sicut ergo de vno fonte paradisi deriuantur quatuor flumina ad irrigandum paradisum: ita de pectoris eius arcano procedunt quatuor fontes ex quibus hauriuntur quatuor aquarũ genera, vnde tota irrigat̃ ecclesia. Sunt aũt quatuor fõtes, veritas, sapientia, virt⁹ & charitas. Ex his fontib⁹ hauriuntur aq̃: ex singulis singulę. De fonte veritatis sumũtur aq̃ iudiciorũ: de fonte sapiẽtię aq̃ cõsiliorũ de fonte virtutis aq̃ p̃sidiorũ: de fonte charitatis aquæ desideriorũ. In aquis iudiciorũ cognoscimus quid liceat, quid non: in aquis consiliorum discernimus, quid expediat, quid non. Sed quia electis recte per hęc gradientibus non desunt tentationes: tentantur autem duobus modis, Aut em̃ blandimentis seducuntur aut terroribus concutiuntur, Idcirco armandi sunt cõtra terrores præsidiis diuinæ virtutis: contra blandimenta desideriis supnæ charitatis. Quid enim prodest nosse, quid liceat, & expediat, si posse perfici non contingat? Ideoq; post aquas iudiciorum & consiliorum quęrẽdo sunt aquæ præsidiorum. Rursum posse quid valeat si horum omnium non sit finis charitas? Recte itaq; post iudicia, post consilia, post præsidia, hauriũtur de fontibus charitatis desideria: vt quicqd sapim⁹ aut loquimur, quicquid operamur aut patimur: æternę vitæ finis concludat.

Ailredus.

Q; tripliciter sub onere seculi laboramus.

ONus Babylonis. Babylon significat mundũ, cui⁹ amor cupiditas est q̃ re M uera on⁹ est graue multos p̃mens, & ad inferiora incuruans. Tripliciter aũt miseros onerat, labore, timore, dolore. Cũ labore siquidem peruenit homo ad id quod eripit: cum timore possidet: cum dolore amittit.

Q; crux Christi super mũdum tripliciter exaltetur.

¶Super montem caliginosum leuate signum. N Mons iste Babylonẽ significat, id est mũdum. Mons propter superbiam: caliginosus propter errorem. Super hunc montem dominus signũ eleuauit: cum per crucem suam de mundi superbia triũphauit. Q đ em̃ alicui rei superponitur: aut pręmit, aut claudit, aut supereminet. Supposita sunt duo cherubim archę testamẽti vt altius eminerent. Superpositus est lapis puteo vt clauderet. Superponitur torculari prelum vt premat. Super montem igitur caliginosum vexillum crucis extollitur: vt sua virtute mundi huius potentiam premat: superbis redẽptionis nostrę mysteria claudat: apud mites vero & humiles omni mundanę gloriæ supereminea t.

Q; tam vocem q̃ manum tripliciter eleuemus.

¶Exaltate vocem. Vocem exaltat qui spiritualia prædicat: qui loquitur diuina, qui cœlestia repromittit. Exaltate vocẽ, leuate manum. O Leuantur manus in oratione, leuant̃ in bona operatione, leuantur in miraculorum exhibitione. Incumbit quippe prędicatoribus vt pro ipsis q̃bus prędicant orent. Primum vt audiãt, deinde vt credãt. Postremo vt in ipa fide ac bonis operibus perseuerent. Incũbit nihilominus illis vt iis quæ docent nõ contraria faciant: vt mens, vox, manusq; concordent: intentione, sermone, actione.

Q; angeli crucis memoriam frequenter imprimant menti nostrę.

¶Super montẽ caliginosum leuate signũ. Ad P angelos credo vox ista dirigit̃ quos dñs animarum nostrarũ iussit esse custodes: vt cordibus eorũ quos adhuc mũdus delectat vel tentat recordationẽ crucis imponãt: & singulis vitiis q̃ animã vel vastant vel impugnant: singulas crucis virtutes opponãt. Hi sunt administratorii spirit⁹ in ministeriũ missi propter nos: qui ĩter sunt psallẽtibus, assistunt orantibus, legẽtibus & meditãtibus assunt. Isti se spiritib⁹ immũdis opponũt: illecebras mũdi suadẽtibus exemplũ

dñicę passionis obiiciunt: mentem ira inflāmare volentibus dñicę patientię bonitatem opponūt elationē illis immittētibus: humilitatē humilis Iesu nobis suggerunt imitandam.

Q tria remedia tribus peccatorū generibus opponantur.

Q ¶Pręterea contra tria peccatorū genera quib⁹ peccam⁹ cogitatione.s.locutione,& opere: tria hęc a nobisipsis auctoritate pphetica exigunt. Super montē caliginosum leuate signū, exaltate vocem, leuate manū. Cor quippe nostrū cū per naturā sublime sit: & per profunditatē inscrutabile: mons caliginosus dici potest: qđ necesse est crucis semper memoria muniamus ne cogitatione peccem⁹. Iubemurq₃ exaltare vocē ne peccemus sermone, necessariū sane pręceptū pſertim hoc tēpore quo fere omniū lingua tota die circa infima vel noxia q̄q₃ versat: & rar⁹ sit qvocem in sublime sustollat. Eya fratres pudet dicere quomodo cōuenientibus multis in vnū detractiones vndiq₃ sonent & ferueant iudicia, seriis vtilibusq₃ ptermissis & vana & ludicra in medium proferunt. Contra hæc eñ iubet nos propheta exaltare vocē: vt sermo noster de cœlestibus sit, qui vel dei timorē incutiat vel amorem infundat, vel augeat scientiā vel mores cōponat. Iubemur & manus leuare vt thesaurizemus in cœlum vbi nec erugo nec ti.de. vt videlicet oīa opera nostra transmittamus ad cœlū.

De triplici ordine prędicatorum.

R ¶Ego mādaui sanctificatis meis & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria. Tres hic prędicatorū ordines exprimuntur. Quorū primum sanctificatos appellat. Secundū fortes in ira sua. Tertiū exultantes in gloria sua. Notatur & triplex ecclesię status, electionis, persecutionis & pacis. & sanctificatio ad electionem, ira ad persecutionē, gloria refert ad pacem. Primū itaq₃ electi sunt Apostoli & discipuli Christi quos pfecto sanctificatos appellat, pro quib⁹ specialiter illam orationē effudit: qua dicitur. Pater sanctifica eos in veritate. Optime autem dicit. Ego mandaui.i. præcepi sanctificatis meis vt eos hic intelligas designari: qui ab ipso eius ore mellifluo prædicandi ministerium suscepe runt. Secundus ordo martyrū est, de quibus dicitur. Vocaui fortes meos in ira mea. Ira dei multis modis intelligit in scripturis. Dicit eñ iratus deus aliquando cū affligit: aliquando cū parcit: aliquādo cum hominū resistit desideriis aliquando cū fauet. Hic autē dicit ira dei siue qua electi puniti sunt vt coronarent: siue qua permissi sęuire tyranni vt amplius punirētur. In hac eñ martyres fortes inuenti sunt q ignē ferrum bestiasq₃ perpessi fiducialiter proclamabant. Quis separabit nos a charitate Christi? Terti⁹ ordo est doctoꝶ exultātiū i gloria Christi. Iam eñ posita erat ecclesia in superbiā seculorum: sed & nos fratres sanctificemur in gloria eius. Hoc autem vere facimus si castitas expellat luxuriā, fortitudo tentationes euincat, humilitas vanitatem excludat. Habemus prætera sanctificationem ex fide & sacramentis Christi: fortitudinē ex charitate Christi: exultationē in spe promissorum Christi.

Q debeamus semper nostra nouissima memorari.

¶Vlulate, quia prope est dies domini, vlulatū S
peccatorib⁹ ppheta indicit, quos in pœna vel in pœnitētia vlulaturos pūidit. Vlulat⁹ qppe vehementē luctū qui cū clamore fit cōueniēter significat: quē nimirū illata miseris extorquent supplicia. Vel a cordibus electorū amara elicit pœnitentia. Diem autem dñi diem appellat iudicii, in quo dñs in potentia & maiestate apparēs, reddet vnicuiq₃ iuxta opera sua. Hic sane dies vnicuiq₃ tūc īcipit quādo egressus de corpore vel futurę beatitudinis primitias recepit in requie: vel initia dānationis in aīa quam est in corpore recepturus. Hęc vtiq₃ dies tanq̄ vastitas a dño veniet: a dño sane. Vere eñ dñe numerus mensiū nostrorum apud te est: & constituisti terminos nostros q pręteriri non poterūt Quid eñ dies illa non deuastat? Nudus egressus sum de vtero matris meę ait quidā sanct⁹, & nud⁹ reuertar illuc. Vbi ergo diuitię, vbi lętitię, vbi pulchritudo corpis, vbi fortitudo? Omnia certe morienti vastant. Felix mens a qua diei, huius recordatio non recedit.

Quāta mala in extremo iudicio tā corpora q̄ mentes occupent reproborum.

¶Propter hoc oēs manus dissoluentur, & omē T
cor hoīs tabescet & contereť. In manib⁹ intelligiť opatio. Oportet ergo nos opari donec dies est. Veniet eñ nox in qua nemo potest operari. Aut eñ in bonis operib⁹ requiescet: aut in malis punieť. Die itaq₃ illa dñi oēs manus dissoluētur: qñ alii ligatis manibus & pedibus mittuntur in tenebras exteriores. Alii post opera sex dierū excipiunť a sabbato.i. requie admissi ad delitias interiores. Proinde cauendū est malum opus. Quotiēs eñ peccas, materias pœnarum quib⁹ torquearis pręmittis ad inferos. Tu igiť ignē accendis quo ardeas: tu fœtorem suscitas, q̄ crucieris: tu vermes viuificas q te cōsumāt: tu tenebras paras q te excęcent. Tunc manus tuę dissoluenť, vt nec aptę sint ad operandum nec validę ad resistendū, sed dissolutę ad patiē-

dñi. Tunc & omne cor hominis, id est secūdum hominem viuentis tabescet profluente vndiq; ex conscientiæ latebris sanie immunditiarū & sordibus vitiorum, ex quib⁹ & vermis procreatur qui non moritur & accenditur ignis q nō extinguitur. Et conteretur vt nec in spem veniç aliquando respiret. Sequitur. Tortiones & dolores tenebunt eos videlicet quorum man⁹ fuerint dissolutę, & quorum fuerit cor tabidū & contritum. Tortiones ventris sunt dolores membrorum. Omnia autem flagitia ex ventre sumunt originem: & per cætera mēbra facinora perpetrantur. Anxietatem igit̄ mentis quæ imminente iam morte ex flagitiorū recordatione procedit, per tortiones intellige. Illam vero quā facinora memorata parturiēt, per dolores. Quæ enim flagitiosis tūc erit tristitia cum viderint se vilissimę ac breuissimę voluptatis putredine æterna supplicia meruisse? Quæ ēt tūc facinorosis anxietas, quorum crudelitati crudelissima tormenta reddentur? Felices proinde q bus ventris delitię, has tortiones non parant: quorum membra hic circunciduntur, vt hos tunc dolores non sentiant.

Q; multa in extremo examine quę nunc homines approbant veritas reprobabit.

V ¶Facies combustę vultus eorum non transeūt in vētum: Peccata nostra, nec obliuioni traduntur: sed velimus nolimus in cōscientia nostra exarantur. Dicit enim Apostolus quosdam cauteriatam habere conscientiā. i. iniquitatis flamma combustam. Quę quidē combustio plerūq; a nobis absconditur dumviuimus. Sed nec nos nec ipsos q aderunt spiritus poterit latere quādo morimur. Merito igitur ait. Facies combustę vultus eorum. Dissolutis quippe manibus & corde cōtrito īter tortiōes & dolores quos morte īminēte sustinēt pctōres ęcūq; nō fuerit pñię medicamento, aut vnguento cōtritionis sanata: erūpēt in mediū & multa quę nunc videntur sanissima: tunc apparebunt adusta.

Q; futurę calamitatis magnitudo quadrupliciter designetur.

X ¶Ecce dies dñi venit crudelis & indignationis plenus, & irę furorisq;. Quatuor futurę calamitatis indicia hic notant̄, crudelitas scilicet, indignatio, ira, furorq;. Crudelitas est quando pœna modū excedit. Indignatio qñ personę alicuius qui fecit iniuriā, certa aliqua nota & vilitas īnotescit. Ira in voce solet apparere vel vultu. Furor ī actu. Dies itaq; iudicii crudelis erit quia in ea maxime crudelitatis species apparebit: quando elemēta ignis calore soluent̄: & in conspectu dñi ignis exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. Plenus erit indignationis, quando diuina maiestas & hominis innotescet infirmitas: manifestumq; omnibus erit quomodo aduersus tantam potestatem: tanta sęuierit īfirmitas vt nullum lateat q̄tū debeat indignari rex glorię qui tantam sit passus iniuriam a vilissimo puluere. Eritq; plenus irę quādo vox illa terribilis audietur. Discedite a me maledicti in ignem ęternum: q. prę. e. d. & an. e. Quam profecto sententiā iudicis furor sequit̄ tribulantis: quādo euntibus illis in cōbustionē ęternā nulla erit effugiendi facultas, nulla spes deinceps euadendi.

Guilielmus.

Q; facile cōtēnit oīa qui se cogitat moriturū. y

¶Non ponet in ea tentoria Arabs. Arabs occidens interpretatur. In carnaliū delitiarū consideratione mentis affectū non figit: quisquis se tanq̄ in occidente constitutū agnoscit, nec corpus suum casso labore reuocare studebit ad ortū: qđ quotidie declinare cōspicit ad occasum.

Ailredus.

Q; terra hominum tripliciter habitetur.

ET requiescere eos faciet super humū 14 suam. Beatitudo magna promittit̄. Z Humus nostra, caro nostra est: multi sunt sub ea, multi in ea, pauci sup eā. Sub ea sunt quib⁹ carnis concupiscētia dñatur In ea sunt q semp quę carnis sunt meditant̄ & agūt. Sup eā sunt a quib⁹ ipa ne insolescat labori b⁹, vigiliis atq; ieiuniis, castigatur. Prim⁹ carnalis est. Secundus animalis. Tertius spūalis.

Q; ab antichristo sancti tripliciter succidentur.

¶Ex quo dormisti non ascendit qui succidat A nos. Mortuo antichristo nō erit qui cedros ab ietesve succidat. Non ascendit. Ascensus superbiam vel potentiam vel prudentiam exprimit. vt intelligas nullum post eum tanta superbia erigi vel exaltari potentia, vel callere prudentia: vt in paradiso dei in ecclesia scilicet quoslibet pfectos quasi cedros & abietes a fidei fundamento succidet: siue per superbiam sęuiendo, siue per potentiā opprimendo, siue per prudentiam seducendo.

Q; dormiens diabolus ad nostri perniciem facile suscitetur.

¶Vel sic in psona diaboli. Ex quo dormisti nō B ascēdit q succidat nos. Ad regē Babylonis pricipē. s. tenebrarū vox ista dirigit̄. Obdormisti o Sathana nō īteristi. nulla ergo securitas. Facile ei excitat̄ q dormit. pax est & requies, sed perfectis: verū nec ipsis cōtinua potest esse aut plena donec nouissima inimica destruatur mors.

Q praecipue tria poenarum genera antichristo sint parata.

C ¶Subter te sternetur tinea & putredo, & operimentū tuum erunt vermes. Poena aeterna q̄ totā vel diaboli vel antichristi substantiā occupabit satis manifeste describit. A parte inferiori tinea demolietur: a pte superiori vermes corrodent: putredo intus cōsumet. Vel moraliter Tinea quę sic occulte, & quasi insensibiliter cōsumit: diaboli est suggestio. Putredo q̄ horrorē & foetorē generat imunda delectatio: vermes q manifeste corrūpunt: cōsensio. Ex his aūt oīb9 materia nascit̄ suppliciorum siue intus in conscientia siue exterius in poena.

Q quidā per mentis superbiā etiā perfectis se iudicent pręferendos.

D ¶Quomodo cecidisti de coelo Lucifer, q mane oriebaris? Cauete superbiā fratres, cauete. Q multi ei(qd̄ dolēs dico) si forte se vident in luce sapiētię profecisse: verbo etiā & exēplo aliis profuisse: vt merito luciferi noīe digni habeantur, ita vt mane.i. in initio suę cōuersationis cęteris eiusdē vitę cōsortibus clariores habeant̄, occulta primū interius elatione tumescunt: p̄latos suos despiciunt, & nunc eos simplicitatis & insciētię arguunt, nunc ꝙ in tēporalibus occupant̄ derident & detrahunt. Inferiores se cūctos aspiciunt, oēs deniq; p̄latione iudicant indignos. Tūc & quisquis talis est dicit in corde suo: ascendam in coelum.i. cum mea conuersatio sit in coelis semp: dignus sum qui in coelestibus.i. spiritualib9 p̄sim. Vt qd perditio haec? Perditio ingt tātę sapiētię, tātę virtutis & eloquentię q̄ ita ꝑdessent: sed quia in inferioribus sedeo prodesse non possunt. Supra sidera igit̄ dei ego istar luciferi cęteris exaltabo sedē meā: in monte testamenti sedens similitudinē mihi de aliis proficiendo acquirā. Cum em̄ testamētum sacra appellat̄ scriptura, mons testamenti non incongrue charitas dici potest: quae omnibus excellentior virtutibus in se totam legem continet & prophetas. Nihil ergo magis arrogans ambitiosus q̄ in charitate pręesse se pollicetur. Vbiq; contra prelatum suum in angulis susurrans, & maxime eum duritię & inhumanitatis accusans. Describit & ante fratrum quasi depingit oculos qualis debeat eē abbas, q̄ modestus, q̄ pius, q̄ amans subditos, q̄ eorū cōpatiens laborib9, infirmitatibus condescēdens. Tunc ita charitate ordinandum esse refectorium, de infirmitorio tā misericorditer disponendum, scripturarum auctoritate confirmat: vt audientes in cordibus suis respondeant, o si iste esset abbas! Qualis abbas iste! q̄ sapiens, q̄ eloquens, q̄ misericors, q̄ humanus! Et ille hoc aduertens. Quis inquit, similis mihi in nubibus coeli? Talis aliquando cum sui fuerit cōpos voti & ad praelationem quā ambierat aut propria machinatione aut aliorum factione ꝓmotus, dei gratia spoliat9, de virtutibus fictis ad vitia manifesta prolabitur, & sic exosus omnibus proiicitur vt mereatur audire. Quomodo cecidisti de coelo qui m.o. Et qa tales ad corpus illi9 nephādi capitis certū est pertinere quali poena digni habeantur propheticus sermo non tacet.

Q ad ruinam proximi mens humana dupliciter inclinetur.

¶Sequitur. Verūtamen in infernū detraheris in profūdum laci. Digna retributio vt qui coelum voluit elatus conscēdere in infernum trahat̄ inuitus: nec ad quamlibet partem inferni sed q coeli summa petebat ad ima descēdat inferni. hoc est quod ait in profundum laci. Hoc etiā de mēbris diaboli dici potest: ꝙ post huius mūdi gloriam impiumq; dominatū sint ad inferos detrahenda. Qui te viderunt ad te inclinabunt̄ teq; prospiciēt. Vere fratres q viderit oculis cordis diligēterq; cōsiderauerit ex quāta pfectione & gloria corruerit diabolus & angeli eius: ex quanta sanctitate in barartū quotidie turpitudinis corruant superbi: mirū est si non inclinatur, si nō humiliatur, si nō timet, si nō ante oculos & pristinam gloriam & sanctitatem & pręsentem infelicitatē obiicit, vt hanc vel illas videns inclinetur humilitate atq; prospiciat iugi recordatione. Sane qd̄ dicit. Ad te inclinabuntur, ipsos maxime respicit qui post lucis opera, post bona bonę conuersationis initia de consortio sanctorū quasi de coelo cadentes ad tenebrarū opera conuertuntur: ad quos boni quadā cōpassione inclinant̄, eorū lugētes perditionem quorū approbauerant sanctitatē. E

Q hominum tria genera dicūtur tripliciter obdormire.

¶Omnes reges gentium dormierūt in gloria: vnusquisq; in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo sicut stirps inutilis pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio. Audite hęc reges terrae qui concussi a sathana non potuistis subuerti. Somnus sane gloriosus quo reges post victoriā sopiunt̄: quia beati qui in dn̄o moriunt̄. Vere magnum est obdormire in gloria. Alii em̄ obdormiūt in cōtumelia, alii in misericordia, alii in gloria. In cōtumelia, in peccatis perseuerātes. In misericordia, poenitentes. In gloria, martyres & innocentes. Vnusquisq; in domo sua. Hęc sunt illa ęter F

na tabernacula:in quibus pfecti recipiunt imperfectos: llos scilicet qui de mammona iniquitatis sibi faciunt amicos. Hę sunt in domo beatissimę mansionis:pro varietate virtutum differentię habitationum. Quod autē alia translatio habet: Vir in domo sua: his verbis illud arbitror designari:ꝙ qsq; in conscientia sua spreta aliorum ęstimatione letatur gloriā in semet ipso habens & non in altero. Regibus itaq; sic dormiētib9 quid erit de eo a quo cōcussi sunt? Quid erit?

Qꝫ tam antichristo q̄ eius mēbris eorum corpora sint sepulchra.

G ¶Tu autem inquit,proiectus es de sepulchro tuo sicut stirps inutilis. Ipsi9 antichristi oīmq; reproborum sepulchra eorum sunt corpora:in quib9 anima illorum putredine vitiorum corrumpitur:& omnium immunditiarū sanie foedatur. de quib9 sepulchris tunc eiiciuntur:quādo animæ extractę a corporibus proiiciuntur in tenebras exteriores. Proiiciuntur autē quasi stirps inutilis,cui nil aliud debetur q̄ ignis pollutus & obuolutus. Pollutus propter peccati contaminationem. Obuolutus propter irrecuperabilem vitę emendationem. Suis quippe peccatis dicitur obuolutus qui in sceleribus vitam finiens nulla spe euadendi consolatur. Sed & ille omnium iniquorum prīceps proiicietur de sepulchro suo quasi stirps inutilis. Sepulchrum eius omnes reprobi sunt. A quo tūc ꝓiicietur:quando ipse quoq; mittetur in ignem æternum. Sequitur. Pollutus & obuolutus cū his qui interfecti sunt gladio:& descenderunt vsq; ad profundum laci. Diabolus igitur pollutus dici potest sanguine scilicet multorū quos gladio iniquitatis occidit. Obuolutus malitia & desperatione:vt reparari non possit. Cuius sicut q̄ cæterorum maior est malitia:ita intolerabilior erit & pœna. Licet eñ cum cęteris perditis ad profunda laci,id est ad profunda descēdat inferni:in ipso tamen profundo acriora expendet supplicia, qui non alieno suggestu peccauit,& aliis peccata suggessit. Vnde & sequit̃. Quasi cadauer putridum non habebis consortium:neq; cum eis in sepultura. Antichristus eñ vel princeps eius diabolus sicut nullus est quem non superet in malitia: ita nullus est cū quo consortium habeat in sepultura.

Qꝫ ad virtutum verticem conscēdentes duobus oneribus a dæmoniis soleant onerari.

H ¶Onus Phylistiim Phylistiim qui iterpretant̃ potione cadentes:illos significant qui superbia inebriati ceciderunt ab habitatione cœlesti. Isti miseros onerāt nūc tentatione nūc afflictione. Phylistiim etiā supbi qq; intelligi possunt:q cōfidunt in virtute sua:& in multitudine gratiarum spiritualium gloriātur. Hi sunt qui cum Loth egressi de Sodomis & mōtem conscendētes virtutum inebriantur a duabus sororibus supbia & vana gloria,& sic isensibiliter ad turpiora illecti,etiā in abominationes pessimas delabunt̃:vt merito dicātur Phylistiim,id est potione cadētes. In anno autem quo mortuus est rex Achaꝫ factum est onus istud. Quandiu enim in te vitia viuunt quorum intentor est Achaꝫ: & colluctatio tibi grauis est cum carne & sanguīe,crebraq; tibi licet optime pugnāti vulnera infliguntur:non audet belua illa caput erigere, non audet aduersus timidum & pauidum in procīctu positum & quotidie mori formidantē aut exitialem inire conflictū. At si mortuo Achaꝫ quieuerint incentiua libidinum,& auaritię ęstum,iræ impetum,horrorē tristitiæ,voracitatem gulæ,liberalitas trāquillitas lætitia spiritalis sobrietasq; suppresserint: mox virulentum caput coluber erigit tortuosus:ac veneni sui infusione animam inflans,primo virtutibus reddit inanem:deinde sub ipso tumore vitiorum putredinem generans in ea, quæ se euasisse gloriabatur, vitia prosternit.

Qꝫ dei contēptum superbia soleat generare.

¶De radice colubri egredietur regulus, id est de superbia dei contemptus. Regulus rex serpentum est:& dei contemptus omnium potentissimus vitiorum. Quę tunc magis damnabilia iudicantur quando non ex ignorantia vel infirmitate sed potius ex contemptu generantur. Nascitur autem contemptus ex superbia: quia nisi prius mens humana tumuerit,ad sui creatoris iniuriam non erumpit. Et semen eius absorbens volucrem. Si enim contemptus desperatio est:q̄ confessionē excludit, irridet pœnitētiam, satisfactionem abiurat: Impius enim cum venerit in profundum.m.c. Per volucrem animal pennatum & celeri volatu superiora petentem:spes significatur:per quam æterna temporalibus pręponentes,mente in cœlestib9 habitamus. Sed hanc volucrem absorbet desperatio:quando auulsis pennis quibus ad cœlestia peruolat̃,anima declinat ad infima:vt contemnens p̄sentia futura amplectatur:nihilq; vltra desideret cum nihil sit vltra qđ speret.

Qꝫ ad curam corporis redire cogatur q̄libet spiritalis.

15 K Oñus Moab: Moab qui interpretaẽ de patre naturalẽ illam exprimit necessitatem quam semper pater generatione transfundit in filium, sicut sunt omnia quæ ad corporis pertinent curam. Verum quale est onus quo cogimur post solis splendorem ad carnis huius curam quasi ad fœtidum cadauer redire: & post spiritales cibos mẽtis procurare onera ventris! Taceo de illis quorũ deus venter est: qui sic isto onere prægrauantur, vt ipsam iustitiã ac diuinam doctrinam venalem habeãt, dantes queq; preciosa pro cibo: verum de illis quid dicam qui in ipsa sacra professione contristantur si cibus vilior, si potus minus sapidus apponatur, si præparetur tardius si negligentius accuretur! Hi sunt qui hoc onus iugiter portant, qui ad ollas carniũ quas comederant in Aegypto suspirant.

Q᷑ in triplici genere mansionum habitant Moabitę.

L ¶In triuiis eius accincti sunt sacco: super tecta eius: & in plateis eius omnis vlulatus descẽdit in fletum. De Moabitis alii sunt in triuiis, alii in plateis, alii super tecta. Qui in triuio est potest diuertere hac & illac ne ab omnib⁹ videatur. Platea oculis omnium patet: nec aliquid in ea potest esse celatũ. Moris est in terra Hierosolymitana vt tecta domorũ non in sublime erigantur, sed sternantur in latum: vt qui voluerint populo aliquid denunciare vel prędicare super tecta cõscendant. Itaq; in triuiis Moab sunt qui occulte peccant, in plateis qui se manifeste sceleribus fœdant, super tecta qui nõ solum peccant, sed etiã & peccata sua excusant & pdicãt. Qui ergo occulte peccat: simplex sufficit ei cordis corporisq; contritio, quæ per saccum cõgrue figuratur. At qui manifeste flagitia queq; committit eget vlulatu, vt eius vera non lateat conuersio, cuius non latuit scelerum magnitudo. Porro qui peccatum suum sicut sodoma superbia tumens prædicat: necesse est vt in fletum descendat: vt sicut peccans in montem cõscenderat elationis: ita humiliatus descendat ad vallem plorationis.

De triplici modo peccandi.

M ¶Potest & triuiũ appellari triplex ille modus peccandi: cogitationis, locutionis, & operis. Sed & tripertita vis animę per quam fit omne peccatum: memoria scilicet voluntas & ratio: triuium potest nõ incongrue dici. Igitur qui triplici concupiscentię cedit, qui cogitatione sermone opereq; delinquit: cuius memoriã cogitatio fœdat, volũtate etiã delectatio maculat, rationem peccati consensus eneruat: iste in triuiis Moab misera sorte versaẽ. Saccus luctus in diciũ est. Iste est luctus de quo diciẽ. Væ vobis qui ridetis nunc: quia plorabitis & flebitis vos. Quia itaq; in triuiis Moab lętanẽ cũ male fecerint & exultant in rebus pessimis, accingentur sacco, i. luctu miserabili contabescent. Per tecta etiam, si placet, intellige potentiam vel excellentiam mundi. In plateis vero in quib⁹ ludi & spectacula exhibenẽ libertatem peccãdi. Eis ita q̃ qui in seculi huius sublimitate glorianẽ vel nullo disciplinę freno coerciti præcipites in vitia feruntur, sanctus Esaias descensum fletũq; pphetat: vt scilicet pro potẽtia in qua se super cęteros quasi super tecta positi extollũt: & nullo prohibẽte quasi in plateis positi peccãt, sciãt se cum vlulatu ad inferos descensuros, proiiciẽdosq; in tenebras exteriores vbi erit fletus &c.

Q᷑ ad vocem pœnitentis a domino misericorditer respondetur.

¶Cor meũ ad Moab clamabit. Gratias tibi Iesu bone. Vere miserationes tuę sup omnia opera tua. Cum propter deũ cor hoĩs conteritur, mox cor dei ad ipm̃ conuertiẽ. Per cor dei affectus pietatis & cõpassionis eius exprimiẽ. Cor meũ ad Moab clamabit. Moab vlulat ĩ pœnitẽtia: Christus clamat in misericordia. Moab vlulat confitendo: Christus clamat remittẽdo. Respondet itaq; clamor vlulatui, affectus affectui misericordia misero, medicus ęgro, laborãti & dolenti cõpassio. Clamas enim dñe intus in aĩa mea: qñ desperatũ in spẽ erigis: qui animo iã se corporeis caloribus inclinãti rorẽ refrigerii salutaris infundis. Sic quotiẽs in his & ꝓ his aĩa mea vlulat sibi, totiens cor dei clamat cõpatiẽdo mihi. Sed o dñe q̃diu aduersum me istarũ passionũ tentatio molesta deseuiet! N

Audi quod sequitur.

¶Vectes eius vsq; ad Segor vitulam conternantem. Segor interpretatur parua: humilitatem vtiq; significans quę de diuite pauperem, de inflato gracilem, de magno paruum, de superbo humilẽ facit. Quæ congrue vitula dicitur: qđ genus animalis lactis abundat: q̃ deus superbis resistit, humilib⁹ aũt dat gratiã. Diciẽ autem vitula conternans, i. tertium agẽs annũ Quæ ætas in bobus & apta iugo & ad fœtum habilis inuenitur. O

De triplici humilitate.

¶Per vitulã igitur trina humilitatis perfectio designaẽ. In tribus em̃ perfecta cõsistit humilitas, vt. s. seipm̃ homo contẽnens subdat se maiori propter deum. Deinde æquali: tertio minori & omnibus inferiorem ac viliorem se iudicãs subditus sit omni creaturę propter deum. Ve P

ctes fortitudinē roburq; significant quod vitiis peccandi tribuit consuetudo. Vectes igit̃ Moab.i.robur carnalium passionū:vsq; ad segor vitulam conternantem perueniunt: quia vbi perfecta humilitas fuerit,tota illius vis feruorq; quiescit.

Qꝫ salutaris mœror fenestram habeat ostium & foramen.

Q ¶Post ascensum Luith flens ascendet,& in via Oronaym clamorem contritionis leuabunt. Luith interpretatur genę.Oronaym foramen mœroris.Per Luith igitur.i.genarum lachrymas flens ascendit:donec ad foramen mœroris perueniens:leuet contritionis clamorē. Notandum autē ꝙ ait in via Oronaym, id est foraminis mœroris.Quale hoc foramē? Quis cognouit?Habet em̄ mœror salutaris ostiū suū. habet fenestram,habet & foramen. Per ostium frequens est in quamlibet domū ingressus. Per fenestram patens aspectus.Foramen nihil corpulentum admittit:luci soli & aeri peruiū prębens oculo explorandi libertatem:sed perscrutandi adimēs facultatem.Per ostiū igitur fidē: per fenestram spem.Per fidem secreta dei & rimamur : per spem adoramus. Per speciem tangimus:fides docet omnia:spes promittit futura:species exhibet promissa.

Quod non sint hypocritarum lachrymæ fructuosæ.

k ¶ Venite & reuertamur ad dñm &c. Nō dicit ite sicut faciūt magistri nostri & ꝑlati bene docēdo & male viuēdo. Ipse cepit nos. in verbo capiēdi q̄si coactio notat̄. Capit em̄ ꝑ gratiā deus hoīem fugientē ꝑ pctm̄. Vnde. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eū. Item Trahe me post te. Itē Cū exaltatus fuero a terra oīa tra. ad meip. Itē sup illū locū semē Abrahę apphēdit dicit glo. Apphēdit nos tāq̄ seruos fugitiuos. Propter illā fugā designādā sic dispositum erat tabernaculū & etiā tēplū ꝙ sancta sanctorū erāt ad occidētē. Nūc vero apphēso fugitiuo caput ecclesię est ad orientē. Propter idē habuit Christus in passione faciē ad occidētem. Viuificabit nos post duos dies &c. Primus istorū dierū est stat⁹ pœnitētię: secūdus ꝑfectionis siue iustitię: tertius gloriæ. Hos tres dies designauit dñs in euangelio cū ait. Ecce ego hodie & cras dæmo. eii. & sani. ꝑfi. & tertia die cōsum. Dæmonia eiiciūtur in statu pœnitētię: sanitates ꝑficiunt in statu iustitię: cōsummatio fit in statu glorię. Et nota ꝙ hic & in euāgelio duo primi dies cōiungunt̄ ad notandū ꝙ q̄tumcūq̧ in ꝑsenti iustus sit aliq̄s: tamē idiget pœnitētia. Ad idē est ꝙ filii Israel pasti sunt cibo duplici. s. farina conspersa quā tulerāt de Aegypto, & māna anteq̄ intrarēt terrā ꝓmissionis. In figura istorū dierū ciuitas Hierosolymitana trinomia fuit. Est enim dicta Ihebet. i. cōculcata qđ fit ꝑ pœnitentiam. Et salem. i. pax quod fit in statu iustitię. & vltimo Hierusalē. i. visio pacis qđ fiet in gloria Isti sunt tres dies. Pascha. s. in quo comedebant grana manibus confricata. Pentecoste, quando comedebāt panes nouarū frugū. Scenophegia in quo comedebat̄ de oībus frugibus iam tunc oībus collectis. Scenophegia interpretat̄ fixio tabernaculoꝝ. Hęc est status glorię in quo corpora nostra immobilia erunt & immutabilia. Itē cum dicitur: Amauit eum domin⁹: sic notatur status pœnitentiū. cum dicitur, Et ornauerūt eum, status iustorū. Et cū subiūgit, Stola glorię in. e. status beatorum. Hoc est ꝙ thamar interpratur amaritudo, cōmutata palma. Hoc est ꝙ Petrus traxit rete plenum. cliii. piscibus. Ternarius ad incipientes, qui fidem habent trinitatis. Quinquagenarius ad proficientes siue iustos. Centenarius ad perfectos. Istos tres dies breuiter Esaias designat. Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. Et in psalmo. Cum auerterit dominus captiuitatem Sion per pœnitentiam exultabit Iacob in statu iustitiæ & lætabit̄ Israel in statu gloriæ. Debet em̄ homo esse nux cuius cortex amarus, testa solida, & nucleus dulcis. Per amarum cor, pœnitētia: per testam solidā, iustitia: per dulcem nucleum, dulcedo gloriæ. Vel prædicti dies possunt omnes accipi de pręsenti vt primus sit contritio: secundus cōfessio tertius satisfactio. Vnde Moyses. Ibimus viam trium dierum in so. vel cogitatio, locutio, operatio. Hoc est triduum Sauli: triduū quo parētes inuenerūt Christum: triduum lonę: triduū Christi in sepulchro.

Bernardus.

¶ Viuificabit nos post duos dies i. d. t. s. n. Decet vt queadmodū caput pcessit, sequātur mēbra. In patibulo. vi. feria redemit hoīem ipsa die qua fecerat hoīem in initio. Sequente die sabbatizauit in monumento consummato opere qđ susceperat. Tertia vero, quę prima dierum est, primitiæ dormientium nouus homo apparuit mortis victor. Ita & nos quicunq̧ sequimur caput nostrum tota hac die, qua plasmati & redempti sumus, nō cessemus agere pœnitentiā non cessemus tollere crucem nostram: perseuerantes in ea sicut ipse perseuerauit, donec dicat spiritus vt requiescamus a laboribus nostris. Persistamus in cruce, moriamur in cruce, deponamur aliorum manibus non nostra leuitate. Caput nostrum deposuere viri iusti. Nos vero dignatione sua deponant angeli sancti: vt consummata viriliter die crucis, secunda, quę post mortem est, quiescamus suauiter, dormiamus feliciter in sepulchris: expectātes beatam spem & aduentum gloriæ magni dei. L

Stephanus. de exemplo malorum.

Reuelata est iniquitas Effraim & malitia Samariæ quia operati sunt mendacium. Hic manifeste habetur ꝙ peccata principum & prælatorum, salutem impediunt subditorum. Nota ꝙ ait reue. quia non sufficit eis peccare latenter: immo iniquitates suas reuelant vt alios corrumpant. Vnde Esa. Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum: & illuc ascendisti vt immolares hostias. Operati sunt mendacium: id est terrena sequuntur: in quibus nihil est nisi mendacium. Promittunt enim felicitatem quam conferre non valent. Vnde Hiere. Vere mendaces erant colles: & multitudo montium fuit mendax. Colles sunt minores dignitates: montes maiores. 7. M

De tentationibus diaboli.

N ¶Omēs adulterātes q̄si clibanus succēsus a coquēte. Cor malū merito dicit̄ clibanus a coquēte succēsus. Sicut em̄ accēdens clibanū intus nō intrat: sed exterius ignē facit & ministrat: nec ignis exit de clibano: sed gyratur īterius, & clibanum ad coquendū panem calefacit: sic diabolus per suggestionē cor hoīs accēdit: ita ꝙ sub stātialiter ī cor hoīs nō ītrat. Hoc em̄ facere nō potest. Vnde ꝙ dicit̄ ītrasse in cor Iudę, intelligendū est per suggestionem nō per essentiā. Ille ignis nō procedit exterius quousq; succensum sit cor ad coquendū panē impietatis & totum cor sit exustū. Vnde Hiere. Pellis nostra exusta est quasi clibanus. Panis impietatis est ipse homo: qui primo frāgit̄ in farinā per diuersos circuitus & curas hui⁹ mūdi. Deinde farina aqua conspergit̄ & fermento fermentat̄. Aqua & fermentū duę sunt filiæ Loth. i. declinātis: q̄ ipm inebriant. s. cōcupiscētia & superbia. hoc est qđ dicitur. Pectore & ventre repes.

De ambitione.

8. O Mvnera dederūt amatorib⁹ suis. i. adulatoribus & etiā spiritibus malignis. Sed etiā cū mercede cōduxerūt nationes. i. causa ꝓmotionis prece vel precio sibi fauorem laicorum acquirunt.

De obstinatione malorum.

P ¶Iudas multiplicauit vrbes munitas. i. seipsum in malitia muniuit & confirmauit. In ciuitate malorum murus est quadratus: cuius vnum latus ē mala spes siue malus amor: aliud est malus timor. Tertiū est malū gaudiū. Quartū est malus dolor. Iste murus ædificatus est magnis lapidibus q̄drīs & q̄busdā minutis cæmēto cōiūctis. Lapides minores & maiores sūt minora & maiora pctā. Cęmētū aūt calceū fit de lapidibus in clibano coctis & in puluerē redactis admixta aqua. Lapis durus ī clibano coctus & tādē in puluerē redactus cor est humanū qđ ī clibano curarū mūdi decoctū in puluerē cupiditatis redigit̄. cui aqua cōcupiscētię admixta fit cęmētū: qđ est tenacius si admisceat̄ harena. qđ valde mirabile videt̄. Harena q̄dem sterilis est & arida & ideo dissoluta. Et tñ cęmētū calceū tenacius facit & durabilius. Quid per harenam nisi tēporalis abūdantia? Quæ licet in se arida sit sterilis & dissoluta, tamē cęmētū ex cupiditate & luxuria factum tenacius reddit.

9. Q QVid facietis in die solen. Hęc solēnitas est dies iudicii: q̄a tūc solēnizabūt sancti. Et nota ꝙ duplex festū solet dici solennitas. Modo quidē simplex festū est. s. in stola aīæ. Sed tūc erit duplex festū: quia boni recipient duplicē stolam. s. aīæ & corporis. Et mali operient̄ diploide confusionis.

¶Profunde peccauerūt sicut in diebus Gabaa. R
Nota sicut per nullū factum antiquorū expressius potuit Esaias notare pugnā & victoriam Christi cōtra diabolū q̄ per factū Gedeonis cū dixit: Iugū oneris eius & virgā humeri eius & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die madian: sic p nullū factū flagitiosorū antiquorū expssius potuit Osee magnitudinē peccati q̄ p factū Beniamitarū violēter opprimētiū vxorē leuitę: & per factum eorū qui in ira petierūt regē. s. Saulē in Gabaa inūctū. In his duob⁹ notat̄ abominabilis luxuria atq; superbia.

De perfectione bonorum.

¶Quasi vuas in deserto inueni Israel: & quasi S prima poma ficulneę. Ex vuis vinum elicit̄ per pressurā: & religiosi per pssuras tētationū tāq̄ vinū ab acino eliquatū ī cellario dñi reponunt̄. Et sicut vuę in deserto nō crescūt: sed illuc aliūde afferunt̄: sic viri pfecti nō sūt de hoc mūdo Et q̄si prima poma ficul. Quę gratius & auidi⁹ sumunt̄. Serotina em̄ poma non ita sunt grata sicut prima. Hæc em̄ primos radios solis plene suscipiūt: vnde & citi⁹ matura sunt. Tales fuerūt apostoli & primitiui fideles qui æstū psecutiōis plene susceperūt, & ideo pmaturi siue prima poma fuerūt. Tales sunt hodie etiā cōtēplatiui, & ideo gratiores. Nota ꝙ per vuā cui⁹ sapor pūgitiuus est, amaritudo siue punctio habita de peccatis in carnis maceratione signat̄. Per poma vero ficulneæ quorū sapor dulcis, interna dulcedo animiq; iocunditas designatur.

De inani gloria.

¶Effraim ad interfectores adducet filios suos. T
Quidā nō adducūt: sed interfectorē expectāt. Ad īterfectorē adducūt filios suos: q occasionē peccādi nō expectāt sed q̄rūt. Interfectorē expectāt qui occasionē peccādi nō quęrūt: sed cū se obtulerit suscipiūt. Aliter. ad īterfect. fi. ad. qui bona q̄ faciūt mūdo ostendūt. Vñ Ezech. quia thesauros suos ostēdit Babyloniis ipsos amisit. Certe qui bona q̄ agit mūdo ostēdit similis est simiæ: quæ fœtum suum vrso ostendit: quem ille protinus deuorauit.

Bernardus.

Q₂ præpropere studet scientię qui conscientiā non purgauit. Secundum aliam literam.

SEminate vobis ad iustitiā: metite spē 10. vitæ: & il. vobis lumen scientiæ. Vltimā posuit sciētiā tāq̄ picturā q̄ statū habere nequeat sup inane. Et ideo illa duo pmisit & subiecit illi tāq̄ si solidū aliq̄d picturę substerneret. Securus iam intendā scientiæ: si vitæ prius per beneficium spei securitatem accepero Tu ergo seminasti tibi ad iustitiam, si ex vera iustitia, notitia tui euigilasti timere deum, V

temetipsum hũiliasti,fudisti lachrymas,eleemosynas profudisti, cæterisq; pietatis actionibus mancipasti, si ieiuniis & vigiliis afflixisti corpus,si pectus tonsionibus,cœlos clamoribus fatigasti:hoc seminare ad iustitiã ẽ. Semina sunt bona opa:bona studia: semina lachrymæ sunt. Ibant inquit,flẽtes mit.se.sua. Sed veniẽt cum exultatione portantes manipu los suos.Merito cũ exultatione,cũ reportant manipulos glorię At istud inquã in resurrectione in nouissimo die:& est nimis longa expectatio. Noli animo frangi,noli deficere a pusillanimitate spiritus. Habes interim de primitiis spiritus:qđ ad pręsens in exultatione metas.Metite ait spem vitę Non te modo mittit ad diẽ nouissimũ quãdo res iam erit in re & nõ in spe:sed de pręsenti loquit.Prorsus magna lętitia & exultatio multa nimis cũ vita venerit. Sed nunqd tantę lętitiæ spes erit sine lętitia?Spe gaudẽtes ait Apostol9. Quisquis itaq; post amara & lachrymosa conuersionis suę primordia respirasse in spem atq; in quoddã serenũ supnę cõsolationis,pẽnis gr̃ę subleuatũ se euolasse lætat:is profecto iam metit suarũ recipiẽs fructum temporaneũ lachrymarum.Felix qui tantũ iam messuit,habens interim fructũ sanctificationẽ, finem vero vitam æternam.

Stephanus,de passione.

10 X Ego quasi nutrix Effraim.Sicut nutrix frangit linguam suã vt contemperet se puero balbutiẽti:sic Christ9 condescẽdit nostrę infirmitati vt cõtemperaret se nobis. Pręterea paruula re allicit paruulũ ad se amplexandã:sic Christ9 paruula re,s.temporalib9 allicit nos ad suũ amorem. Et hoc est.Ego quasi nutrix Effraim por.e.in bra. m.in cruce distẽtis.Ibi eñ extẽdit dñs brachia sua ad amplectendũ nos & portandũ. Et sicut nutrix ad alliciendũ paruulum plene extendit brachia:& q̃tum potest: cũ tamẽ paruula extẽsiõe possit eũ colligere & ãplecti: sic & Christ9 fecit.In funiculis Adã trahã eos &c.Duob9modis trahit nos:cõminando.s.& ꝓmittẽdo,Aliter.In fun.&c.Duo ꝑcipue retrahũt hominẽ a pctõ,mẽoria passionis dñi,& cõsideratio finis.

Vverricus.

Q2 qui nondũ capit cœlestia,suspendatur interim a terrenis.

Y ¶Pendebit populus ad reditũ meum.Pulchre omnino & proprie pẽdebit tanq̃ inter cœlũ & terram, vt licet adhuc apprehendere cœlestia non valeat:non velit tamẽ tangere terrena. Et si aliquando tangit,non nisi summis articulis.i. extremis partibus animę propter necessitatem corruptionis nostrę cui seruire cogimur q̃diu vanitati creatura subiecta est nõ volẽs. Vulgo dicitur:male expectat qui pendet.Ego autẽ dico:feliciter expectat qui sic pendet.Quãobrem elegit hoc suspendiũ anima mea: & in ipso suspendio mortem ossa mea vt perseueranter in cruce ista pendere merear donec immoriar.

Stephanus.

De duritia cordis humani.

¶Quasi leo rugiet.Mirum est ꝙ leone rugiente animalia irrationabilia figũt gressus suos & vltra non audent ꝓcedere.Ex Christo vero leone per cõminationẽ rugiente non est in nobis q̃ rationales sumus, qui gressus suos figat & dicat.Cogitaui vias meas &c. Z

De memoria incarnationis.

Adducet dñs ventum vrentem.i. pater filium peccata tollentem,& ad sui amorem accendentẽ.Merito dei filius dicit ventus vrens: qa nihil est qđ adeo debeat in nobis nociua vrere sicut memoria ĩcarnationis. Vnde Proba me dñe & t.m. &c. Nihil est etiam qđ tantũ debeat ad amorem accendere: q̃ humilitas incarnationis. vñ cũ dixisset psal. In sole posuit tabernaculum.s.subiunxit:nõ est qui se abscondat a calore eius.i.cõsideratio quomodo in sole.i. in ęstu persecutionis posuit tabernaculum suum, quis est qui se neget amori eius?Inde est ꝙ cũ ventum est ad illum locum symboli:& homo factus est:flectimus genua,qa illud specialiter nos prouocat ad amorem. 13 A

Finitur Osee.

Sequitur Iohel.

Galfridus.

Q2 per quatuor pestes,quatuor vitia designẽtur.

Residuũ erucę comedit locusta &c. Eruca toto corpore repens luxuria est. Sed huius quoq; residuum q̃tulũcũq; fuerit:locustam sane non effugit.Sed q̃tum hoc erucę residuum inuenitur? vbiq; serpit,vbiq; sęuit,vbiq; lenocinat. Non vrbanos ciues,nõ barbaras pręterit nationes,non muratas vrbes,nõ altas rupes,non tuguria pauperum, nõ castra militum,non mercatorũ nundinas,non ꝑtoria iudicum,non palatia regum, non oẽs forsitan cathedras magistrorũ:sed nec huius qdem re- ca. 1 B

siduum omne saluabit. Et ait locusta: iam salio impatiēter portionem q̄ me contingit expectās Et interdū cū eruca incipit cōuiuari, sed multo magis vbi forte pigrior illa defecerit, alacrior ista consurgit. Quę est em̄ locusta nisi vana gloria? Dedignat̄ pedibus ambulare, & quibus volare possit pennas non habet: inanes salt⁹ velociter occasura sectat̄. Sic vbi floret amygdal⁹ ibi etiā locusta piter ipīguat̄. Et notādū φ erucę locusta cōuescitur cum turpiter sordet quis & inaniter gloriat̄. Residuū eius comedit quotiens is qui luxuriā fugit, vanam gloriam non euadit. Cæterum quid putamus, & illa aliqd deserit? Siquidem & brucus esurit. nimirū magnus ei venter est in paruo corpore. vel magis sol⁹ ei vēter est in toto corpore. Et vt arbitror gastrimargiā indicat. Frequēter eī hoīes quos ab elatione & ambitiōe desperatio retrahit, gulæ vitium tāq̄ sibi relictos occupat & assumit aliogn ne huius quidē residuū oē saluabit. Erugo adest & tanq̄ auidior & insatiabilior omniū residua omnia p̄stolatur. Si quis em̄ gastrimargiam fortassis euasit: frequenter huic auaritia dn̄atur: nisi φ interdū etiam velut impatiens & multū improba non expectat vt residuū bruci comedat, sed ipsa rapit & sibi tollit ac deuorat. Nonnullos em̄ videmus prę amore pecunię: vt minus appetant satisfacere gulæ. Nō inconuenienter auari aīam erugo comedere dicitur, quę terrenis incubat vel metallis vel frugibus. In ipsis deniq̄ rebus tota versat̄ quas erugo & tinea demolit̄. Igitur erucę residuū a locusta subsiliente peruadit̄ cum pudicitię bono non bene fatua virgo extollit̄. Residuum locustę bruc⁹ comedit: cū velut de magnis & mirabilibus sup se iam desperās miser totū se gastrimargię vitio tradit. Residuū bruci erugo cōsumit: cū insipiēter alteri quis reponit quod sibi negter substrahit, siquidē cui cōgreget nescit.

Petrus Lombardus.

De quatuor ducibus aduersarię potestatis.

C ¶ Residuum erucę comedit brucus &c. Quatuor sunt duces in exercitu diaboli: qui p̄ has pestes quatuor designant̄, luxuria, vana gloria, gastrimargia, iracundia. Multi per hos principes de pusillo grege dn̄i pręcidunt̄, & alii quidē trahunt̄ inuiti, alii trahunt̄ illecti, alii abeūt seducti, alii recedunt spontanei. Habent & duces isti satellites suos. Prim⁹ itaq̄ est negligētia Secūdus curiositas. Terti⁹ carnis cōcupiscētia. Quartus cōsensus. Quintus cōsuetudo. Sext⁹ cōtemptus. Septimus malitia: cum iam datus in reprobum sensum, non solū iam facit iniqtatem sed & diligit. Ex primo vitio fit piger ad bonum & negligens conscientię proprię. Itaq̄ negligentia tardat, curiositas impedit, concupiscentia ligat, consensus stringit, consuetudo trahit, contēptus p̄cipitat: malitia incarcerat carcere desperationis. Sed habet rex noster duces in exercitu suo: habet & milites: quorū arma potentia dei. Cōtra ergo quatuor illa vitia virtutes ęque quatuor opponunt̄, Iustitia, Fortitudo, Prudētia, Tēperantia. Illis qui inuiti trahuntur, necessaria fortitudo, illectis tēperantia seductis prudentia, iustitia spontaneis. Sequuntur aūt duces istos septē gratię sp̄us sancti quarum virtute & industria aduersę partis fortitudo conteritur.

Stephanus. de vitio gulæ.

¶ Vlulate oēs qui bibitis vinum in dulcedine D quoniā periit ab ore vestro. In dulcedine. i. ad delectandum, nō ad satisfaciendū naturæ. Q̄m periit ab ore vestro. Postq̄ ei transiit iudicium palati nō melius sapit optimū q̄ mediocre vel vile. Et nota φ signatius dixit. Periit q̄ dixisset perit vel peribit: quia adeo est instantanea delectatio gulę, vt potius dicēda sit pręterita q̄ futura vel duratura, licet sit in præsenti.

De pœnitentia.

¶ Accingite vos ad pugnam, & plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Nota cū minores inuitant̄ ad planctū, pręlati inuitant̄ ad vlulatum: per quod grauius esse notat̄ eorū peccatū. Ingredimini in pœnitētiā cubate in sacco. i. in cilicio. Per hoc φ dicit cubate, notat̄ φ hilariter sit āplexāda pœnitētia tāq̄ refectio grata vt dicat pœnitens. Cibabis me pane lachrymarum &c. Per ciliciū autē bene pœnitentia designatur. Fit ei de pilis caprarū, & designat p̄cti circūstantias: quia sicut capra tegit̄ pilis, sic peccatum circunstantiis. Ex capra. i. ex voluntate peccandi nascit̄ hœdus sapidus qui postea fit hircus fœtidus, quia primo dulce & sapidū videt̄ peccatum in p̄gustatione: sed postea fœtor est in consuetudine. Istos pilos caprarum pœnitens tondere debet: quia nō solū peccati substātiā confiteri debet, sed etiā circūstantias peccati. Ex pilis istis debet sacerdos cilicium texere: quia secundum peccati circunstantias pœnitētiam debet iniungere.

Bernardus.

Q̄ꝫ paruulū Christū nō nisi paruul⁹ app̄hēdit

E Conuertimini ad me ī toto corde vr̄o &c. Quid sibi vult φ pręcipit dn̄s vt cōuertamur ad eū? Vbiq̄ eī est, oīa replet, & complectit̄ vniuersa. Qua me vertā vt conuertar ad te dn̄e deus? Consilium istud est secretū est quod solis credat̄ amicis. Mysteriū

regni dei Apostolis reuelatur in aure. Nisi cō uersi fueritis inquit &c. Agnosco plane qua velit vt cōuertamur. Ad paruulū cōuerti necesse est. Ad hoc siquidē puulus datꝰ est nobis. Quid tu īflaris o hō: qd extolleris? Sublimis qdē dñs sed nō ita pponit tibi. Laudabilis magnitudo illiꝰ, nō etiā imitabilis. Eleuata est magnificētia eiꝰ, & nō poteris ad eā, nec si te ruperis apphēdes. Excelsus qdē dñs, sed humilia respicit: humiliare & apprehēdisti. Hęc plane est lex pietatis. Si forte sublimitatis esset via pposita, & illic iter quo ostēderet salutare dei: quanta facerēt hoīes vt exaltarent? q̄ crudeliter inuicē sternerēt? inuicē cōculcarēt? q̄ īpudēter reperēt manibus & pedibus conarētur in altum vt imponerent sese hoīes sup capita aliena? Et certe qui contendit supgredi proximos multas inueniet difficultates: multos habebit ęmulos: multos patieƭ cōtraditores, ascēdētes equidē ex aduerso. Nihil vero faciliꝰ est volēti q̄ hūiliare seipm Hoc verbū est quod omnino nos reddit īexcusabiles: vt ne tenue nobis velamen pretēdere liceat. Sed iam ad hunc paruulum quonāmodo conuerti necesse sit videamus.

Quomodo sit ad Christū couertendū.

G ¶Conuertimini inquit ad me in toto corde vestro. Si dixisset cōuertimini, nihil addēs eēt nobis forsitan libere rñdere: factū ē: iā aliđ ppone mandatū. Nūc aūt spiritualis vt audio cōuersionis nos admonet q̄ non vna die perficiƭ: vtinam vel in oī vita quā degimus in hoc corpe valeat cōsummari. Corporis nāq̧ conuersio si sola fuerit erit nulla. Forma siquidē cōuersiōis est hęc: nō veritas vacuā virtute gerens speciē īpietatis. Miser homo q totꝰ pgēs in ea q̄ foris sunt: ignarus est suorū interiorū. Exteriorē qppe superficiē intuens salua sibi oīa suspicaƭ non sentiēs vermē occultū q interiora corrodit. manet tonsura: vestis necdū mutata est. Ieiuniorū regula custodiƭ, statutis psalliƭ horis, sed cor lōge est a me dicit dñs. Attēde sollerter quid diligas qd metuas, vñ gaudeas, aut contristeris, & sub habitu religiōis aīm secularē: sub pānis cōuersiōis īuenies cor puersum. Totū eī cor ī his q̄tuor affectionibꝰ est: & de eis accipiēdū puto qđ diciƭ vt in toto corde cōuertamur ad dñm. Conuertaƭ pinde amor tuus, vt nihil oīno diligas nisi ipm aut pp̄ter ipm. Conuertaƭ etiā ad ipm timor tuus: qa puersus est timor oīs quo metuis aliqd pter eū aut pp̄ter eū. Sic et gaudiū tuū & tristitia eq̄ cōuertanƭ ad ipm: vt nō nisi secundū eū doleas aut lęteris. Si em̄ p tuo siue pximi peccato doles bene facis, & hęc tibi tristitia est ad salutē. Si gaudeas ad mūera gratię, hoc gaudiū sanctū est & securū gaudiū in spiritu sancto. Debes & in dilectione Christi fraternis cōgaudere psperitatibꝰ, aduersitatibꝰ cōdolere. Verū nec ipa corporalis cōuersio parui pēdēda est, qa spiritualis adminiculū noscitur esse nō paruū. Inde est ꝙ in loco hoc cum dñs dixisset in toto corde, addiƭ ptinus in ieiunio qđ vtiq̧ corporis est. Volo tñ admonitos vos esse obseruandū illud, non escis tm̄: sed ab oībꝰ illecebris carnis, & vniuersa corporis voluptate īmo vero ieiunādū est longe a vitiis q̄ ab escis sed est panis a quo vos ieiunare nolo. Panē dico lachrymarum. Sequiƭ em̄ in ieiuniis & fletu & planctu. Exigit em̄ a nobis planctū cōuersatiōis pteritę pnīa. Exigit fletū desideriū futurę btitudinis. Parū ei placet huiꝰ vitę nouitas q necdū vetera plangit: necdū plāgit admissa pctā, necdū plāgit tēpus amissum. Si non plangis plane nō sentis aīę vulnera, cōscientię lęsionē: sed nec futura satis gaudia cōcupiscis si nō quotidie postulas eas cū lachrymis. Minus tibi nota sunt si non renuit cōsolari aīa tua donec veniant. Sequiƭ. Et scindite corda vestra & nō vestimēta vestra. qbus verbis manifeste prior ille populus Iudęorū & duritia cordis & vanę supstitionis arguiƭ. Crebra siqdē apud eos scissio vestiū, sed non cordiū esse solebat. Quando em̄ scinderenƭ corda lapidea q̄ nō poterāt nec circūcidi. Scindite inquit corda vestra. Quis in nobis est cuius volūtas circa vnū aliquid solet obstinatior inueniri? Scidat cor gladio spūs qđ est verbū dei: & in multas festinet minutias discptiri: aliogn nō ē cōuerti ad dñm ī toto corde, nisi scisso corde. Donec em̄ vnā illā accipias in Hierusalē cuius est participatio in idipm, multa tibi interim pcipiunƭ. Et si in vno offēderis factus es oīm reus. Spiritus em̄ dñi multiplex ait Sapiens, nec potes sequi multiplicē sine multiplici scissione. Scindamꝰ itaq̧ corda nostra q̄tinus integra vestimēta seruemus. Vestes em̄ nostrę virtutes sunt. Bona vestis charitas. Bona vestis obedientia est. Beatus qui custodit vestimēta hęc vt nō ambulet nudus. Nec modo seruat integrā vestem scissio cordis, sed & talarem facit & polymitā. Hinc nempe virtutum perseuerantia: hic conuersationis pulchrę discolor vnitas. Hinc illa gloria filię regis in fimbriis aureis. Pōt tñ & aliter hęc scissio cordis telligi: vt si prauum fuerit scindaƭ ad cōfessionem: si durū ad compassionē. Quid ni scindaƭ hulcus vt sanies effluat? Quid ni scindaƭ cor vt visceribus affluat pietatis? Vtilis prorsus vtraq̧ scissio vt nec peccati lateat virus in corde, nec indigēti proximo claudamꝰ viscera misericordię: vt misericordiam consequamur.

Stephanus, de prelatis.

H ¶Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinē. Sol prelati, luna principes. Hi sunt duo luminaria magna: quorum vnum præest diei alterum nocti. Sed cum sol iste sæpe passus sit eclipsim per vmbram terre obnubilātem, & solis splendorē lunæ auferentē: modo ad hoc deuenit res ꝙ sol conuersus est in tenebras peccatorum: & luna in sanguinē rapine.

De cupiditate claustraliū.

3 I
Filios Iuda & filios Hierusalem vēdidistis filiis græcorū vt lōge faceretis eos de finibus suis. Filii Iuda & Hierusalē sunt viri religiosi qui filiis græcorū vēduntur cum causas & lucra mundi sectant, & ita longe fiunt de finibus suis.

Finitur Iohel propheta.

Sequitur Amos propheta.

Cantica sine titulo.

Q. iuxta mores hominum diuine similitudinis variatio comparetur.

ca. 2 K
Ecce ego stridebo sup vos sicut plaustrum onustū fœno, diuersis in locis rebus diuersis se spiritꝰ assimilat, in nuptialibus vero mysteriis nō se flori similē, sed ipm se florem esse demonstrat. Ego sum inquit flos campi. Quia em̄ in flore pulchra suauia leta monstrantur: se florē non immerito nominauit, q summa pulchritudo, summa suauitas, summa lætitia est. In carnali vero & duro populo se plaustro assimilat, tinee & putredini comparat nō suam vilitatem que omnino nulla est pronuncians, sed illorum indignitatē declarans. Quorū vno pœnitētibus consulit, altero negligētes terrori adiicit. Plaustrū nāq; onustum fœno in trāsitu suo portat & stridet. Cū igitur pœnitentes fœnum carnalium delectationum per quas in se peccata cumulabant (omnis em̄ caro fœnum) ad memoriam reuocāt & lōganimē patientiam dei qua eos in tantis malis diu tolerauit miranē, & laudant: in eorū cordibus deus quasi plaustrū onustū fœno incedit. Cū vero terrorē tremendi iudicii eius quo impœnitentes condēnandi sunt cogitant: et vt damnationem euadant districta se semper castigant pœnitentia: in eis deus non solū onustꝰ sed stridens etiam transit: onustus per sustentationē misericordie: stridēs p seueritatē iustitie.

Stephanus, de periculo ꝑlatorum.

Quomodo si eruat pastor de ore leonis 3 duo crura aut extremū auricule &c. L
Summa est ꝙ sicut de ore leonis modicissima pars eruit & maxima cōsumitur: sic cū multi sint ꝑlati maior pars peribit & cōsumet a leone. s. a diabolo. Et parue reliquie salue fient per illū pastorē q dicit. Ego sum pastor bonus. Duo crura duplex cōtinētia mētis & corporis. Extremū auricule obedie̅tia ꝑseuerans: quia vt dicit legisperitus, nō intelligit iurisdictioni parere q qd̄ extremū est in iurisdictione nō facit.
¶Percutiam domū hyemalem. i. illos ꝑlatos q M
docent & non faciunt. Sicut aquilo ventꝰ hyemalis sonorꝰ est & asper & stridet, sed nō pluit cum domo estiuali. i. cū illis prelatis qui faciūt & non docent, immo sunt muti qd̄ non sufficit in prelatis, immo bifores debent esse value, scilicet vt bene viuant & bene doceant: quia vt ait Hiero. Innocens & absq; verbo conuersatio q̄tum ꝓdest exemplo: tantū nocet silentio.

De ternario vitiorum.

Percussi vos in vento vrente &c. Hæc 4
tria ponunt. s. ventus vrens, aurugo, N
eruca. Vētus ille vrēs asper & siccꝰ est superbia: Aurugo ad literā dicit quasi aure rubigo q̄ apud Iohelē dicit erugo, sed hoc nomē duas habet significatiōes: quia dicit erugo quasi eris rubigo, scilicet cuiusq; metalli vitiū. Itē dicit aurugo, q̄si aeris rubigo: & sic accipit hic in Amos, & est segetū vitium ex aura siue ex aere ꝑueniens stringens culmū & sic impediēs ne humor ꝑueniat ad granū. Aurugo hec auaritia est stringens cor auari & impediens ne humor cōpassionis perueniat ad pauperes q̄ sunt grana electa. Hec aūt prouenit ex aura fortune q̄ modo flat leniter: modo penitꝰ cessat. diuitiæ em̄ modo veniūt modo recedunt, vel ex aere. i. ex tēporaliū vacuitate. vnde bene hoc vitiū vacuo insidet culmo. Eruca vermis quasi immobilis olera virentia depascēs est luxuria q̄ virorem temporaliū & ipsius hoīs vigorē depascit.

De compunctione.

¶Facti estis q̄si torris raptꝰ ab incēdio. In bono O
sic Raptus ab icēdio torris fumat. Siliter q aq̄ spūs sancti irrigati de incēdio vitiorū rapiunt fumant ꝑ lachrymosam cōpunctionē. Fumꝰ ei post incendiū remanens. i. memoria pc̄ti prouocat lachrymas. Itē torris in parte de incēdio raptꝰ cōsmuptꝰ est, & in ꝑte manet itéger. Siliter peccator de incēdio peccatorū ereptꝰ in parte est cōsumptus: qa tp̄s qd̄ in peccato cōsumpsit amisit: sed in parte manet itéger quia tēpus satisfaciendi deus illi reseruauit. Vel sic in malo. Nō formidet cor tuū a duabus caudis titionū

Nota ꝙ titio quãto est viridior vel ꝓpter lutũ in quo diu iacuit pinguior immo sordidior: tãto peiorem ex se fumũ emittit. Sic qui diutius & feruentius in amore seculi virent, vel in cœno luxuriȩ iacent, peiorem & magis amarũ in fine fumum emittunt.

P ℂQuapropter hoc faciã tibi Israel. Non determinat q̃ sunt illa q̃ cõminatur. Infligit em̃ de⁹ pœnã tẽporalẽ, & cõminatˀ ęternã, licet non determinet. Quod facit vt sic suspensi in incertitudine cõminationis credãt q̃cunq; deteriora sibi infligi, vel ideo cõminatio nõ determinatˀ: quia scd̃m qđ hõ hic se finaliter habet fiet ei.

De fuga seculi.

5
Q In oĩbus plateis erit plãctus: & in cũctis q̃ foris sunt dicetˀ vȩ vȩ. In omni plaga, quia in oĩ siue ꝑ oĩ latitudine vitæ secularis punietˀ homo & in c. q. fo. c. di. vȩ vȩ ꝓper peccatũ scilicet & delictũ. id ẽ ꝓpter ꝑpetrationẽ mali & omissionẽ boni Istud duplex vȩ est biuiũ in quo sedit Thamar in quo religatus erat asinus qui ad Hierusalẽ adductus est. Vel duplex vȩ dicitˀ ꝓpter diploidem cõfusionis, quia induentur in corpore & in aĩa q̃ foris sunt. Malũ ergo foris eẽ. Caim vt fratrẽ occideret foras est egressus. Dina foras egressa corrupta est. Esau foras egressus benedictionẽ amisit, & Iacob domi manẽs benedict⁹ est. Hebrȩi in domibus suis manẽtes non sunt tacti ab angelo exterminatore. Et discipulis intus congregatis apparuit Iesus.

De die iudicii.

R ℂReuelabitˀ quasi aqua ad iudiciũ. Bene iudiciũ aquȩ cõparatˀ: quia sicut aqua sordes abluit & decliuiũ sequitˀ, & in vno subsistit, sic iudiciũ sordes in electis purgabit, & ab eis descendens ad reprobos pueniet, morabitq; in eis.

De hypocrisi.

S ℂMigrare vos faciã trãs Damascũ. Damascus ĩterp̃tatˀ bibẽs sanguinẽ vel sanguis cilicii. Et significat eos q̃ sudore cilicii. i. pœnitẽtiȩ afflicti & macerati sanguinẽ dñi bibunt. Et sic Damascus in bono accipitˀ: sed dñs malos q̃bus hic cõminatˀ nõ faciet in Damascũ migrare. & pœna eorũ in ĩfinitũ excedet pœnã quã ꝑ xp̃o hic patiũtˀ sancti. Vel sic in malo. s. vt noĩe sanguinis pœna ĩtelligatˀ, vt in Sophonia. Effundetˀ sicut humus sanguis eorũ, & corpora sicut stercora eorũ: malos ergo faciet dñs transire in Damascũ. i. in potũ sanguinis vt. s. bibant pœnã ęternam. Sed hypocritas faciet migrare trans Damascũ. i. graui⁹ aliis puniet eos. Et bene pœna ęterna sanguis cilicii dicitˀ. Sicut em̃ ciliciũ fit de pilis caprarũ animaliũ fœtidorum: sic pœna ęterna de circũstantiis peccatorum.

De vanitate temporalium.

Trãsite in calãne & videte si latior &c. 6
Sũma hęc est. Viris ecclesiasticis dicitˀ T
vt cõsiderent si seculares habeant ampliores diuitias & possessiones q̃ habeãt ipsi. & descẽdite in geth palestinorũ. Bene ista iungũtˀ Geth eĩ ĩterp̃tatˀ torcular, & significat doloris tonsionẽ quã habẽt amatores mundi. Palestini vero interp̃tantˀ potiõe cadẽtes. Potione. s. secularis felicitatis q̃ bene cũ geth iungitˀ, quia oĩs tp̃alis felicitas amaritudine & dolore est respsa vñ filii Israel voluerũt reuerti ni ęgyptũ ad pepones & allia. Pepones vt dicit Grego. dulces sunt. Allia vero ꝓuocant lachrymas. In ęgypto eĩ. i. in mũdo nõ est dulcedo sine amaritudine.

De adulatione.

ℂTollet eũ propinquus suus & cõburet eũ vt efferat ossa de domo. Hęc ẽ sũma ꝙ qdã carnes mortuoꝝ cõburũt & efferũt ossa. Carnes fœtidas in domo adulatores cõburũt: cũ vitia eorũ quib⁹ adulantˀ tegunt & abscõdunt. Ossa efferunt cũ opera q̃ fortia esse videntˀ p̃dicant & extollunt: velut si p̃latus vel princeps pauperem spoliat. adulator illđ vľ oĩno tacet vel crimẽ eẽ negat, & causa iustitiȩ factũ esse affirmat. Si vero ad ecclesiã pergat vel pauperibus aliqđ tribuat: illud satagit prædicare & efferre. V

De perfectione.

ℂNunqđ currere queũt in pętris ęqui: aut arari potest in bubalis? Petrȩ istȩ viri sunt sancti & maxime claustrales: de quib⁹ zach. lapides sancti eleuabuntˀ. Item dñs Ezechieli ait, vt adamãtem & silicẽ posui te. Vnde sciendũ est ꝙ viri sancti interdũ lapides interdũ vermes dicuntˀ. Vnde Noli timere vermis Iacob. Vermes qdẽ molles sunt, lapides vero duri. Sic qui sanctis vult cõiungi inuenit eos molles: sed q̃ eos vult impugnare inuenit eos duros & fortes. In his petris equi. i. dȩmones currere nõ possunt: nec in his bubalis terrenorũ curiositas exerceri. Sicut em̃ bubalus circulũ habet in naribus quo regitˀ, sic claustrales odorẽ vitȩ ęternæ: quo in huius vitȩ pręsentis exilio reguntur. X

De pœna reproborum.

In oĩ loco ꝓiicietˀ silentiũ. hoc ẽ qđ dicitˀ. ĩpii ĩ tenebris cõticescẽt. Itẽ. amice 8
quõ huc ĩtrasti nõ habẽs vestẽ nuptialẽ? At ille Y
obm. Nõ em̃ dãnatis dabitur remedium colloquii quo possint alleuiare supplicium.

Finitur Amos propheta.

Sequitur Ionas.

De vtilitate tribulationis.

ca. 1 Z M Isit dñs ventũ magnũ in mare &c. Ecce Ionā fugitiuũ tenuit mare, & ad deũ reduxit. Quod fit q̃tidie dũ illi q adeo recesserant ꝑ pssuras & tribulationes ad ipsum reuertuntur.

De negligentia prelatorum.

A ¶Ionas descendit ad interiora nauis & dormiuit somno graui. Attēde ꝙ cęteris periclitantibus & multũ timentibus Ionas dormiebat: qa sępe q a bono statu cadunt cum vanis huius seculi curis inuoluunt̃ longe peiores fiunt q̃ illi qui semꝑ fuerant mali. Et accessit ad eũ gubernator & dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? Quid est hoc nisi ꝙ ille q caput fuerat malorũ q̄n͂qꝫ malũ redarguit ꝑlatũ: tã q̃ peiorē se? hoc est ꝙ asina subiugale aĩal alloquuta est Balaā. Itē Naũ Niniue quasi piscinę aquarꝫ aq̃ ei⁹. Ipsi vero fugerũt, state state & nō est q reuertat̃. Ecce Niniuitę.i.mũdani, Israelitis.i.ꝑlatis dicunt state vita, state doctrina, & non est q reuertat̃.

Contra inanem gloriam.

3 B ET ꝑdicauit in ea iuxta verbum dñi.i. eo modo quo præcepit dñs. Si eñ des eleemosynā non vt reficias viscera indigentis, sed vt careas tedio interpellantis: facis quidē quod dñs ꝑcipit, sed non sicut dñs pręcipit. Et ideo rem & meritum perdis.

C ¶Adhuc.xl.dies.i.adhuc est locus pœnitentię & niniue subuertet̃.i.peccatũ orient̃. Vnde & signãter ait: subuertetur.i.subter vertet̃.s.qđ deorsum est fiet superi⁹ & econuerso. Propter qđ dicitur Vniuersum stratũ eius ver.in in.e. Itē mulier quęrens dragmā domum euertit.

D ¶Surrexit rex de solio suo. Nota ordinē pœnitentię atqꝫ progressum. Primo surrexit rex per compunctionē: deinde abiecit vestimentũ per confessionē: postea indutus est sacco & sedit in cinere per humilem satisfactionem.

De vsu temporalium.

4 E P Arauit dñs deus hederam. Hedera q̃ non sine adminiculo surgit in altum & si caret adminiculo serpit in terrā: est viror tēporaliũ cui⁹ admiculũ est virt⁹, qua subtracta, viror tēporaliũ serpit in terrā, quia terrena appetere facit, & ascendit super caput Ionę vt esset super caput eius vmbra non verum corpus, sed in futuro erit super caput Ionę solidum corpus. Laborauerat eñ prædicando & iam solatiũ tēporalium erat ei necessariũ Et lætatus est Ionas super hedera lætitia magna: & quia magna, ideo dolet de eius amissione. Quod eñ cum amore possidetur, cũ dolore amittitur. Et parauit deus vermem.i. ablationem temporalium, vel vermem Christũ qui depascit virorem hederę. Considerata eñ Christi paupertate, omnia tēporalia vilescunt. Et ita percussa est hedera & exaruit.

Finitur Ionas.

Sequitur Micheas.

De doctrina christiana.

ca. 1 V Erbum dñi quod factũ est ad Micheā ꝑ morasthiten. Micheas humilis, morasthites hęres. Recte igitur verbum domini factum est ad Micheam morasthiten: quia humilib⁹ & cohęredib⁹ Christi proponendũ est verbum vitæ. Et valles abundabunt frumento. Item declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.i. humilibus. Item si quis nō sus.reg. dei sicut puer nō intrabit in illud. Regnum dei ibidem dicit̃ sacra pagina quā si quis non susceperit sicut puer.i.humilis non intrabit in illud.i. in ei⁹ intelligētiā.

Contra prelatos.

G ¶Quod scelus Iacob.i.coniugatorum & laicorum luctantiũ & laborãtium. Nonne Samaria id est ꝑlati custodes aliorũ. Et quæ excelsa.i.suꝑbia Iudę.i.cõfitentis eccl'ię. Nōne Hierusalē.i. literati qui per scientiā sunt visio pacis, sed operibus carent.

H ¶Ponā Samariā in aceruũ lapidum in agro.i. ꝑlatos duros & inutiles nec solidatos glutino charitatis.

De perfectione.

I ¶Decaluare & tōdere. hoc est o tu claustralis decaluare.i.oĩa tꝑalia ꝑ Christo relinque vt sis filius chorę.i.Christi in caluaria crucifixi q nihil ꝓpriũ habuit in terris. vnde Vulpes foueas habent &c. Et tōdere hoc est, tu quilibet homo tondere.i.tēporalia tibi imminue si nō vis penitus decaluari. Alterutrum enim fieri oportet, aut caluitium scilicet omnia relinquendo, aut tonsurā partē diminuendo, hoc est ꝙ Iosue iussus est equos hostiũ subneruare. Decaluare dico suꝑ filios delitiarum tuarum. Fili.delitiarum sunt qui voluptatibus gaudēt: vel sensualitatis motus illiciti ꝓ qbus reprimēdis debes decaluari. vnde bene sequitur. dilata caluitium

sicut faciũt boni claustrales qui omnia ꝑ Christo relinquũt, quod & ostendit tonsura capitis quæ maior est in illis q̃ in clericis, & in clericis maior q̃ in laicis. Dilata caluitiũ. Non quocunqꝫ modo: sed sicut aquila, defigendo mentis intuitum in verum solem non habendo respect⁹ ad ambitionem, vel fauorem populare. Et merito hoc facere debes, quoniam captiui ducti sunt ex te: quia non solum de actiuis quidam a diabolo captiuanẽ, sed etiam de cõtemplatiuis.

De perfectione claustralium.

4 K ET tu turris gregis nebulosa filię Siõ vsqꝫ ad te veniet: & veniet potestas prima regum filię Hierusalẽ. Ad literã turris gregis est tẽplum siue locus templi, propter multitudinem ouium quę ibi immolabanẽ & propter eminentiã templi. vel turris gregis dicitur locus iuxta Bethleẽ, in quo cecinerũt angeli. Gloria in excelsis deo. Mystice turris dicitur claustralis conuersatio propter virtutũ fortitudinẽ & eminentiã sanctitatis. Cõuersatio vero actiuorũ villa dici potest quã hostes inuisibiles tãq̃ nõ munitã de facili expugnant. Gregis dicitẽ ꝑpter simplices quibus sicut turris ꝑsunt maiores. Hæc turris nebulosa dicitur: quia sicut nebula solem obscurare videtur, sed ea diffusa sol gratius lucet, sic vita claustralis quę quasi sol ariditate cibi & asperitate habitus apud seculares obscurari videtur. vnde & eam contemnunt, tandẽ hæc nebula in morte corporali discussa grauior apparebit. Et hæc turris est filię Sion, id est speculationis. Vsqꝫ ad te specialiter veniet, licet ad omnes veniat Christus ad illos tñ specialiter venire dicitur qui eum spiritalius imitantur nudi nudũ sequentes. Et notandũ ꝙ hoc verbum veniet geminaẽ, ad signandum geminos Christi aduentus. In secundo autem potestas poniẽ. non in primo: quia in primo pauper & humilis apparuit. in secundo magn⁹ & terribilis apparebit. Et hæc potestas est regũ filiæ Hierusalẽ.

De paupertate.

5 L IN virga percutient maxillã iudicis Israel. Pauperes dicũtur maxilla Christi: qa sicut in maxilla cognosciẽ qualis sit homo: sic in pauperib⁹ q specialius q̃ alii Christum imitantur apparet qualis fuit Christus. Hos in virga potentes percutiunt dũ imperiis & auctoritate premunt.

De vtilitate persecutionis.

M ¶Et tu Bethleem &c. Bethleem domus panis dicitur, quę prius dicta effrata quod sonat furorem vidit. Si ergo vis esse Bethleem. i. dom⁹ panis qui de cœlo descendit, & vis habere illũ panẽ, oportet vt sis prius effrata. i. videns furorem persecutorũ. Oẽs em̃ qui pie volũt viuere ꝑsecutionẽ patienẽ. Prius est em̃ esse bennoni. i. filiũ doloris q̃ beniamin. i. filiũ dexterę.

De vsu temporaliũ.

¶Auferam equos tuos de medio tui. i. abundãtiam tẽporaliũ de corde tuo: nõ dicit de stabulo sed de animo, qa si equi sunt in stabulo ad necessitatẽ nunq̃ debent esse in animo ꝑ amorem vel superfluitatẽ. vnde diuitiæ si af. no. c. a. N

Bernardus.

Querimonia saluatoris de populo Christiano: sed Esaię quinto videnẽ hęc congruere.

¶Popule meus quid debui tibi facere & non feci? Quid causę ꝙ inimico meo vsqꝫ libet magis seruire q̃ mihi? neqꝫ ille creauit vos aut pascit aut tpa vestra disponit. Si parua hęc videnẽ in gratis nõ ille, sed ego redemi vos. Sed q̃ ꝑcio? non argẽto vel auro, non sole vel luna, nõ saltẽ aliquo angelorũ, sed cruore proprio. Cęterũ si neqꝫ tã multiplici iure debitũ a vobis ẽ dicere famulatũ, omissis oĩbus his mecũ saltẽ ex diurno denario conuenite. nihil vobis ille nocuerit nihil ipse videar ꝑfuisse, illi obtẽperate q pluria vobis & potiora polliceẽ, apud quẽ certior copiosiorqꝫ remuneratio est: vt illud quoqꝫ benignissima miseratione dissimulẽ ꝙ bonorũ vestrorũ nõ egẽs vobis tantũmodo velim esse cõsultum: ne ꝑsentia suscipere detractetis q̃ nunc offero dona gratię, futuris glorię munerib⁹ eadem augenda promittens. O

Hugo.

Q̃ homines a deo ingratitudinis arguantur.

6 P POpule meus memẽto q̃so quid cogitauerit Balach rex Moab, & qd r̃nderit ei Balaã fili⁹ Beor de Sechim vsqꝫ Galgalim, vt cognosceres iustitiã dñi. Scimus inqt apl's q̃m diligentib⁹ deũ o. co. in b. &c. Propheta ergo iniquus maledicere volens pp'lo dei ad benedicendũ licet inuit⁹ cõpelliẽ, qa mala q̃ reprobi bonis inferunt illorũ saluti dño disponẽte cooperanẽ. Dicit ergo Popule me⁹ &c. Erubesce miser homo. Tu nunq̃ obliuisci debueras ꝙ tãtũ dilect⁹ es a deo vt tibi maledictionẽ inimicorum tuorum non tantũmodo nocere nõ permitteret: sed eam quoqꝫ tibi in benedictionẽ cõmutaret. Verum q te horũ reminisci rogat, ingratũ & immemorẽ bñficiorũ eẽ demõstrat. Balach interpretaẽ elidens, ipse est Sathanas. Moab ex patre illorũ. s. reproborũ. Balaam populus vanus, Beor in pelle, Sechim spina, Galgalim voluptabrũ. i. cura & voluptas. vt cognosceres iustitiã dñi, acsi diceret. Ideo aduersarii isti cõtra te ex ꝑte relaxati sunt vt agnosceres

periculum. Ideo prohibiti sunt vt intelligeres vnum esse tibi præsidium. Tantis ergo beneficiis acceptis nil aliud restat nisi vt ꝓtectori tuo incessanter gratias agas.

Q Quod diuinę trinitati triplex ab homine sacrificium debeatur.

Q ¶Indicabo tibi o homo quid sit bonū, & quid deus quęrat a te. Vtiq; facere iudiciū & diligere misericordiam & sollicitū ambulare cū deo tuo. Tria hęc sunt q̄ offerre debes: quia deꝰ trinitas est: & non nisi trino sacrificio placari pōt. Offer ergo iudicium filio iudici, misericordiā spiritui sancto charitati, sollicitudinē paternitati. Nunc ausculta quale sit iudiciū quod facere iuberis. Primum est de teipso. Secundū inter te & proximū. Tertium de proximo tuo. In iudicio de teipso debes esse districtus: de te & ꝓximo iustus: de ꝓximo pius. Teipsum sic iudicare debes. Considera si facis oīa quæ facere debes: quod si ita est gaude, sinautē time. Inter te autem & proximum sic. vide quid illi facis, & quid ille tibi. Si ille tibi bonum & tu illi bonum reddis: malus non es. Si ille tibi malū, & tu illi malū: bonꝰ nō es. Si ille tibi malū, & tu illi bonum: bonus es. De proximo vero sic. vide quid ille facit. Si certum bonū paruum, magnū existima, magnū maius iudica: si dubium bonum, verū puta. Si certū malum est, magnū paruū, paruū minꝰ iudica. Si dubiū malum est, bonū puta: hoc est iudicium verū bonum deo placitum. Sequitur: diligere misericordiā. Nō solū facere sed diligere, quia magis facit qui affectu pietatis compatitur: q̄ qui ex debito perceptionis miseretur. Oportet ergo te primum facere iudicium: vt quod recte discernis, opere compleas. Deinde diligere misericordiā vt bonum quod agis non ex timore facias sed amore. Postremo sollicitū incedere ne vel bonum quod necdū habes non merearis accipere, vel bonum quod habes amittas.

Stephanus. de inani gloria.

R ¶Tu calcabis oliuam, & oleo non vngeris. i. tu venaberis gloriam humanā, de qua dicit, oleū adulationis: & tñ eam minime assequeris.

Cassianus.

Cur & silenter & breuiter sit orandum.

7 S AB ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Cū ad orationē stamus cū summo nobis est orandū silētio nō solū ne fratres astātes nostris susurris vl' clamoribus aduocemꝰ, & orantiū sensibꝰ obstrepamus, sed vt ipsos quoq; inimicos nostros q orātibus nobis maxime insidianť, lateat nostrę petionis intentio. Ita em̄ pręceptum illud implebimus: Ab ea q̄ dormit in sinu tuo c.c.o.t. Ob qđ frequenter quidē sed breuiter est orādū: ne immorantibꝰ nobis inserere aliqd nostro cordi insidiator valeat inimicus.

Finitur Micheas propheta.

Sequitur Naum propheta.

Stephanus. de ira dei.

VLciscens dñs & habens furorem, vlciscens dñs. Bene dicit bis vlciscens dñs Primo propter pœnam præsentē. Secūdo propter pœnam futurā. vel bis propter pœnam corporis & pœnā animæ. ca. T

Habēs furorem. istud signanter dictū est: quia qui furorē non cohibet: immo cum impetu furoris agitur: potius potest dici ꝙ habeat eum furor q̄ ipse furorē. vnde super illud Iob. Cum apprehenderit eū. s. gladius non poterit ei resistere neq; hasta neq; thorax. Diciť qui p abrupta furoris gradiť nō apprehēdere gladiū, sed a gladio apprehēdi: sed qa talis impetus in deū non cadit recte diciť habens furorem. Licet em̄ sit iratus: nulla tñ ira dominabitur ei. Verūtñ graue est cū pro peccatis hominū ille qui misericordia est irasci cogiť. vnde Esaias. Sicut in valle q̄ est in Gabaon irascetur vt faciat opus suum. Alienū est opus eius. Quasi alienum est hoc opus ab eo cui propriū misereri est semper & parcere.

De memoria peccatorum.

¶Et inundans non faciet innocentē. i. q̄uis inundat tñ illum quē inundat nocentē ostendit esse sibi vt peccatorū suorū iugiter recordeť. hoc est ꝙ Iudas postq̄ grauidam fecit Thamar misit ei hœdum. i. exprobratio peccati. vel sic. Mundans abluendo culpam, non faciet innocētem liberando a pœna. V

De humilitate.

ET facies omnium sicut nigredo ollæ. Olla exterius ignis ardore nigrescit: sed interius ciborū coctiōe pinguescit Sic qui cibos spirituales in se decoquunt q̄to magis in virtutibus crescūt tāto plus in oculis carnalium vilescunt. 2 X

De amore temporalium.

PLures fecisti negociationes tuas q̄ stellę sint cœli. Sicut stellas negocia multiplicat qui plus cumulandis diuitiis 3 Y

q̃ bonis operibus multiplicandis inuigilat. Illę etiam sunt negociationes mercatorum Babylonis qui ob vilissimam voluptatem & momētaneā p̄ciosissimas aię suę dotes exponunt.

Finitur Naum. Sequitur Abachuc.

Idem in libro de contemptu mūdi.

ca. 1. Z ONus qđ vidit Abachuc p̄pheta. Abachuc iterpretatur amplexus siue amplexatio : qa quasi disceptando luctatur cum dn̄o. Vel quia diligēs dn̄m & ab eo dilect⁹. Et tu si fuer[is] Abachuc & cū angelo magni cōsilii luctari volueris & anima tua cum sapiētia colluctetur, multa videbis onera contra Babylonem & Chaldęos. i. contra mūdum & mūdi amatores: quia qđ mundus delicias, tu onus graue reputabis. Et bene Abachuc p̄pheta dicitur qđ sonat videns. Non est enim videns q̃ terrena amplectitur sed qui deum.

Idem ibidem.

A ¶Ex semetipso iudicium & onus eius egredietur. Quia sicut iudicant alios iudicio terribili sic & ipsi iudicabuntur. O hō si inimicus odio esset habēdus nemo magis tibi inimic⁹ teipso. Hō tibi subtrahit terram, tu tibi cęlum, tu ipse thesaurizas tibi iram in die irę.

De voluptate carnis.

B ¶Totum in hamo subleuabis. In hamo esca voluptatis desiderabilis ostenditur: sed vncus tenax latet qui cum esca comeditur. Sic in cōcupiscentia carnis ostendit diabolus escam voluptatis sed latet aculeus peccati: vel si videatur propter voluptatem amplectendam paruipendit. Sic in quibusdam regionibus caupones nolunt alicui bonum vinum vēdere nisi emat & de corrupto.

De imitatione Christi.

3. C DOmine audiui auditum tuum & timui. Dn̄e au. aure interiori. Auditūm tuū qui est de te & a te. Auditū. s. incarnationis & passionis. Et timui prae magnitudine operis & admiratione. Sed nonne deberet exultare p̄pheta & quilibet nostrū consolari audita incarnatione Christi? Certe si bn̄ agimus icarnatio nobis est solatium atq; remediū Si vero male, valde nobis est timendum. Quia cui plus committitur plus ab eo exigitur. Nobis autem commissa est villicatio magna, scilicet beneficium incarnationis. Et ideo redditu-ris villicatiōis rationem timere necesse est. Nā qui eā nobis tradidit dicit. Nonne oportuit pecuniā meā dari ad vsurā : & e. ve. cū vs. ex. illā? Pecunia ista ē imitatio hūilitatis Christi. Vsura vero est qđ supexcrescit incedēdo p semitas consiliorum. Sed quomō vsuram persoluemus cum ad sortem non perueniamus? Merito ergo timendum est.

De triplici anno.

¶In medio annorum viuifica illud. Triplex est annus: culpę, gratiae, & gloriae. De primo: anni nostri sicut a. me. de secundo. Benedices coronę anni benignitatis tuae. De tertio. Annus retributionis meę venit. In medio annorū istoꝝ scilicet ī anno gratię venit Christus. Ante faciem ei⁹ ibit mors. i. diabolus: sicut ī triumphis victi ire solent ante victorem. D

De poenitentia.

¶Incuruati sunt colles mūdi. Cū aliqd icuruat medium conculcat. Et extrema versus conculcantem incuruantur. Similiter cum dominus per gratiam vitam peccatoris conculcat: peccator sua extrema scilicet principium & finē considerat. i. ad deum incuruatur & humiliatur. E

Galfridus.

Q; ab eo qui aeterna diligenter inspexerit, facile bona vel mala temporalia cōtemnantur.

¶Incuruati sunt colles mūdi ab itinerib⁹ ęternitatis eius. Sunt colles mundi sicut & mōtes dei. Sed isti non commouebuntur in saeculum sęculi, illos necesse est ab aeternitatis intinerib⁹ icuruari. Qui sunt colles mūdi? nisi tumor glorię & cumulus miserię temporalis? Et certe huiusmodi colles quantulūcūq; videanť stabiles & sublimes: incuruenť tn̄ necesse est & in nihilum redigantur, si aeternae glorię & perpetuae poenę tēporalis felicitas & aduersitas comparētur. Hoc eīn saliēs in montibus veritas indicat q; nō sūt cō. p. hui⁹. t. ad. f. gl. Et vę eis quos voluptas breuis addixerit cruciatib⁹ sempiternis Sic nimirū incuruat colles mūdi ab itineribus ęternitat[is] & eosdē trāsilit dū salit ī mōtib⁹: qa cū ęterna nobis vl' bona vl' mala pponit q̃ sint cōtemnenda tā prospera q̃ aduersa vitę p̄sentis ostendit. Siquidem huiusmodi nobis saltus & vt ita dicam transsultus commendans beatus Gregorius papa ait. Si bonum diligitur mens ī bonis melioribus. i. caelestibus delecteť. Si malū metuiť mala omnino aeterna proponanť. vt dū illic esse cōspicit & ampli⁹ qđ diligat & amplius qđ ptimescat, hic omnino non haereat. F

C ¶Ductus est Iesus in desertū &c. Cū accessisset ad eū tentator dixit: Dic vt lapides isti panes fiant. Quid delicti foret aut de lapide panem creare, aut esurientē comedere: sed periculosū ē hosti credere ēt vera dicēti aut suadēti vtilia q eo cōsulētis induit habitū vt occulti⁹ serpat Pręterea viri spirituales q de cognatiōe carnis & sanguinis egressi obliti populū suū & domū patris solitudinē spūs sunt īgressi neq̄q statim ad oēm necessitatē acqescunt carni & sanguini qbus parū est superfluitatē oēm abscīdere nisi & necessitatē etiā circūcidāt, & qd̄ fūditus animali & infirmo corpori inficiari nō audent: sero tn̄ & parcius nō sine typo & murmure tandē indulgēt. Qui quotiēs esurit statim reficit: quid sit ieiuniū oīno nescit, cuius meritū cum esurire incipit. Nō eñ mādūcare ieiunare est, sicut post saturitatē edere supfluū: sic ante esurirē ociosum: cū esurie vero licitū: post esurirē strenuū: & eo strenuius quo longius, sic de cęteris corporis infirmitatibus & necessitatibus.

Vt contra oēs tentationes ad sacrā paginam recurramus.

D ¶Licet ei malignus iste ob innumera q̄ exierit tentamēta mille, artifex dicat̄: fidenter tn̄ dico omni adinuētioni eius de scriptura sancta facile posse cōueniēterq; cōcludi: absit eñ vt vicat malitia sapientiā & possit ipsa cōficere venenū cuius hęc non contineat antidotū. Et nos igit̄ dilectissimi exēplo dn̄i agētis, dicamus tētatori Vade Sathana. Sathanas eñ nobis. i. aduersarius, est oīs motus q ad casum inuitat. Stemus potius pedib⁹ nostris in atriis Hierusalē, & sine dubio ibimus in domum domini eisdem ipsis.

De duplici concupiscentia.

E ¶Concupiscentia vero duplex est. Altera qua cōcupiscit caro aduersus spiritū: altera qua cōcupiscit spiritus aduersus deū: & vtraq; mala Item est concupiscentia qua cōcupiscit spūs aduersus carnē, vt eā refrenet a vitiis, & subiuget rationi. Et alia qua cōcupiscit in deū vt eū apprehendat eoq; fruat̄. Vnde cōcupiscit & deficit anima mea in atrio domi, & vtraq; bona. Cōcupiscentia igit̄ nonnunq̄ sine diabolo orit̄, sed ortę vt crescat auxiliat̄. Bona vero & a dei gratia pręuenit̄ ad ortum & iuuat̄ ad perfectū & cōsummat̄ ad perfectū. Quare bona cōcupiscētia etsi tota intus agi potest: tota tamen de nostro esse non potest.

Q₇ diuersis de causis in nobis tentationes nascantur.

¶Tētatio itaq; q̄ tota de nostro int⁹ est aut ex necessitate orit̄ aīalis corporis, aut ex prurientis infirmitatis corruptione, aut ex recursu prauę cōsuetudinis aut insolētia gratię & virtutis F
Cū ergo callidus tētator & malign⁹ insidiator intus aliquē scītillulę fomitē signo quolibet depħendit plurima festinatione summa diligētia paleas vndiq; cogit cōcupiscētię quas cōperit aptas, quatin⁹ si p̄ualet de scintilla flāmā excutiat, & domum pectoris nostri de nr̄o simul & suo cōburat, sicut scriptū ē. Incēderūt igni sanctuariū tuū in terra. Dn̄s autē Iesus in deo est confirmatus contra pc̄tm̄ ex vtero, vn̄ legit̄. In te cōfirmatus sum ex vtero. Carne tn̄ animali adhuc sicut hō ante peccatū: infirmus vero vt filius hoīs p̄pter patris peccatū sola ea q̄tū voluit moueri potuit passione, q̄ ex necessitate descēdit, vel infirmitate corporis animalis.

De triplici statu naturę humanæ. G

¶Cū ei tres sūt hūanę naturę stat⁹ mutabilitatis. Ante pc̄tm̄, p̄pter pc̄tm̄, post pc̄tm̄. Primo de vno quoq; ver⁹ doctor & medic⁹ aliqd in se voluit exhibere vt qd fuimus, qd sum⁹ doctor admoneret, qd erim⁹ medicus exhiberet. Itaq; aīalis de p̄rio cibū desiderare potuit, & potū. I. firm⁹ de secūdo tristitiā & tædiū & pauorem mortē subire, cōfirmatus de tertio nullā vel in cogitatione titillationē de p̄prio, vel suggestionē malā de alieno admittere. Vn̄ oīs illa tētatio de pinaculo & mōte: exterior de alieno fuit. Prima vero de p̄prio nōnihil habere videt̄, vbi tā q̄ serpēs insidiat⁹ est calcaneo. Verūtn̄ qm̄ naturalē & ob id īculpabilē esuriē illa suggestio sicut nec creauit ita nec auxit, nec aliquo prorsus modo mouere potuit. Cū ergo post longa & stupenda ieiunia esurire aliquo exteriori signo depħēdit diu suspēs⁹ & stupēs: demū oportunitatē nact⁹ aggredi ad eū tētator p̄sumpsit.

Quanta opus sit nobis industria contra insidias tentatoris.

¶Videte ergo quanta opus sit sobrietate & vigilantia contra diabolum: qui tanta H

diligētia circuit & scrutat̄ oēm conuersationē nostrā & vitę modū: Necessitates & īfirmitates corporū & morū. Subitos quoq; ac varios euētuū casus ipsasq; naturę nostrę cōplexiōes sicubi de nobis ī nos aditū poterit īuenire, & materiā occasionēq; tētādi. Quare ergo minus solliciti sum⁹ occasiones salutis q̄rere, vel alterutrū vt vbi magis necessariū viderimus inuicē subueniamus & alterutrum onera fraterna portemus. Supportātes inuicē in charitate ait Ap̄ls Ipsa nimirū lex Christi est. Q̄d in fratre meo aut ex necessitate, aut ex infirmitate corporis siue morū incorrigibile cerno: quare nō porto patienter nō cōsolor libenter? sicut scriptū est. Pueri eorū in hūeris &c. An qa illa mihi deest q̄ oīa sustinet? Hæc vtiq; lex est Christi q vere languores n̄ros tulit passione: dolores portauit cōpassione: amans quos portauit, portās quos amauit. Qui aūt fratrē ī necessitate sua aggredit̄ qui infirmitati eius cuiuscūq; generis insidiatur legi se diaboli subdit, & eam implet.

A quibus sit homini ieiunandum.

I ℭEst etiā ieiunandū, non solū ab escis sed a curiositate sensuū & ambitione seculi q̄ sunt capita draconis a dn̄o Iesu ī deserto spirituali cōfracta. Date ī escā his q cū Christo ieiunare nolunt scilicet nigris: qui sicut æthiops pellem suam mutare non possunt.

k ℭSed notandū ad quos soleat tentator accedere. Cū acidiosos & tepidos nos videt quasi interioris hoīs defectus signū colligēs accedit. Et vnde reficiamur ostēdit: qui ad fortē, cōstantē, feruentē appropinquare nō audet, sed a longe obseruat. Ad acidiosum & talē q dicere potest oblitus sum comedere panē meū, & vacantē fabulis intus. i. cogitationib⁹ q̄ sunt sine intellectu a quibus sp̄us sctūs recedit, malignus accedit. Nō irruit, nec infringit: sed leniter & quasi modeste ne perterreat sub specie cōsulentis accedit. Dicit ergo Si filius dei es &c. Non autē q̄ dei filius talis erat: sed tales illa signabat esuries. O lapidāda malignitas q̄ lapide refici filiū dei suades. Hoīes cū sint mali norūt bona data dare filiis suis: petenti panē filio pater cœlestis lapidē daret aut pro pisce scorpionē, aut ꝑ ouo serpentē? Torpentē spiritū a desiderio & meditatione cœlestiū tanq̄ a pane angelorū ad lapidem frigidū durū & siccū inuitat. i. amorem & delectationē terrenorū, vt si illā consolationē ꝑdidit, ab ista recipiat. Aīa nostra rationalis sine delectatione oīno viuere nō pōt. Cōsolatio vero illi refectio & panis ē. Si aūt de mūdo & carne: vtiq; de lapide. Ad hanc ergo tētator mētē inuitat qua a dei delectatione languere cōsiderat. Vnde & in ordine vitiorū acidiā auaritia sequit̄, qa cadenti de cœlo mūdus iste blandit̄. At vero dn̄s Iesus ī deserto nec ociosus nec vanus, meditans in lege dei die ac nocte omni tētationi de scripturis sacris occurrit.

Galfridus. Item moraliter de eodē.

ℭSi filius dei es dic vt &c. Ille dicit vt lapides panes fiant q duriciā disciplinę quā ꝓfessus est cōuertit ad cōmoditatē vitę: non recolens in verbo dei sibi poti⁹ esse viuendū. Peius tn̄ dicit aliter vt panes lapides fiant cū necessaria suppetāt: occasiones q̄relę & murmurationis exq̄rēs. Ex magna parte mūdi hui⁹ declinastis insidias sed nolite esse securi. Vtinā sicut mūdū, sic corpora nostra & corda fugere nobis liceret. Nulli animę vera cōsolatio cōtra se: nulla sub se: nulla in se. Vtinā supra se quęrat, & inueniat eam. L

Petrus Rauen̄.

Q̄ʒ diuinæ filiationis sit indicium ventris inguuiem euasisse.

ℭSi filius dei es &c. Lapides esurieti offert: Talis est semp humanitas īimici sic pascit mortis auctor, īuid⁹ vitę Diabole fallit te puisio tua: Pōt de lapidib⁹ panē facere, q aquā cōuertit in vinū: sed signa fidei sunt pręstanda, non dolis & faciēda ad petētis salutē, nō ad faciētis iniuriā. Si filius dei es &c. Attendite q̄d de ieiuniis ipse sentiat, & iudicet inimic⁹. Si fili⁹ &c. Videtis q̄ iam nō hoīes, sed dei filios credit quos liberos a vētris cōspexerit seruitute. Signū panis petit, qui signum ieiunii pertimescit. M

Item.

ℭSi filius dei es &c. Erras diabole, cadere nō potest de⁹. Cōueniētius dixisses. Si fili⁹ dei es, ascēde ad cœlū: cū sit hoīs vtiq; ad ima cadere, dei sit cōscendere ad superna. Sed sicut suis suadet sic suis prouidet semper: sic suos eleuat vt de alto pręcipitet citius in ruinam. N

Petrus Rauen̄.

Q̄ʒ exercendis sit apta, virtutib⁹ pauperies expedita.

ℭVenite post me faciā vos fieri piscatores hoīnū. Q̄ʒ sit virtutib⁹ cognata paupertas: & terrena, & cœlestis comprobat disciplina. Athleta ad luctā nudus accedit, cōfligit & cū fluctibus nauta nudus. Miles ī acie nō nisi expedit⁹ astat & q tendit ad philosophiā totū q̄d in rebus est ante contēpnit. Est ergo virtutib⁹ cognata paupertas, & si paupertas virtutū parens & socia sic habet̄, sapere cōueniet: quare ad virtutis officium pauperes deus sic elegit. Petrus & Andreas, Iacobus & Ioānes germanitas cōbinata, īmo pauptas geminata in apl̄orū principes eligunt̄. Erāt censu paupes, sed innocētia locuple O

res. Arte viles sed vitæ merito ꝓciosi captores pisciũ sed piscatores hoim iam decreti. Venite inqt post me faciam &c. vt vitalis escę iactu vt hamo verbi cœlestis de mortis gurgite aĩas ad lucẽ tollerẽt sẽpiternã. captores pisciũ fiũt hoiꝫ piscatores de la labore trãseũt ad laborẽ: qa labor nescit lassescere meditatos. Oĩa q̃ desu ve niũt nõ fatigãt, virt⁹ exercitio pseuerat hic est ꝙ aplos suos Christ⁹ hũanis laborib⁹ exercere voluit: vt eos indefessos redderet in diuinis.

Bernardus.

Q Christus in montẽ de virtutib⁹ disputaturus ascendit.

5 P Videns turbas Iesus ascendit in mõtẽ. Vidẽs miserationis intuitu qm̃ erãt sicut oues errãtes. Quid est ꝙ priusq̃ dicere iciperet ascẽdit in mõtẽ, nisi ꝙ ĩ hoc ipo docuit ꝓdicatores verbi dei necesse habere desideriis animi, & cõuersatiõe sancta, ad sublimia tẽdere: & virtutũ conscendere montẽ? Et cum sedisset accesserunt ad eũ discipuli eius. Sedit vt ad eũ ad quẽ ne ipsi quidẽ angeli stantẽ attigere poterãt: etiã publicani & pctõres accedãt Accesserunt ad eũ dis. ei⁹, nõ tam incessu pedũ q̃ affectu cordis & imitatiõe virtutũ. Bene autẽ non turbę nõ quilibet de populo sed soli discipuli accessisse dicunt, quatin⁹ sicut testamẽtum vetus datum legit in mõte sina solo Moyse ascẽdẽte & populo expectãte deorsum: sic & modo susciperẽt montes pacẽ populo & colles iustitiam.

Isaac. de stella. homilia prima.

Q nemo turbam videat nisi qui fugerit.

Q ¶ Videns turbas Iesus. Vtinã & nobis qñq cõtingat turbam videre & illis dimissis ascensiones in corde disponere. Difficile est ei in turba turbam videre, ideo dimittenda est turba vt videatur & iudicet de ipsa. qui lucẽ nunq̃ vidit: nec tenebras nouit. Sic ops dñs postq̃ dixit de tenebris lumen splẽdescere, tunc diuisit lucem & tenebras, tunc discreuit, tunc diiudicauit, tunc vocauit lucẽ diẽ, & tenebras noctẽ. Et vidit inqt q̃si antea nõ vidisset: sic turbã nõ vidit qui supra turbã minime se leuauit. Turbę turbelã nõ sensit q silẽtiũ solitudinis nõ gustauit. Dñs Christus forte potuit solus non turbatus a turba in turba turbã videre quã tñ vidẽs dimisit & ascendit in montẽ. Heu q̃ti hodie turbas fugere ꝓponunt: eo tñ fugiunt quo ampli⁹ a turbis inueniũt & cõprimunt: licet tñ de quadã exteriori turba & modo historia sibi constet ego tñ illd̃ magis attẽdo qd̃ mores istruat, sup fundamẽtũ ędificet. Et licet turba exterior nõ possit aut vix possit eẽ sine turbela, mihi tñ magis suspecta est interior quędã turba eo turbãtior quo interior.

De tribus montibus.

¶ Relictis turbis ascendit in mõtem. Sequũtur discipuli cuncti & soli, non qa & oĩbus fortiores, sed quia spũ feruẽtiores. Lego tñ aliũ montem in quem non omnes, licet tñ oẽs igniti & feruẽtes sed pauci ascendunt: lego & alium in quẽ solus ascendit orare. In primũ ascendit docere. In secundũ ascendit gloriam suã ostendere. In tertiũ orare. Et hic est mons domus dñi pręparatus in verticem montiũ. Sic venit iste saliẽs in mõtibus & transiliẽs colles. Primo turbas omnes trãsiliens cũ discipulis salit in mõtẽ Secundo aũt ipsos tãq̃ minores transiliens cũ tribus tm̃ salit in montem excel. Tertio vbi nemo eum sequi potest vniuersitatẽ creaturę trãsiliẽs solus salit ęqualis ad ęqualem filius ad patrem. In primo solus filius auditur. In secũdo filius videt, pater auditur. In tertio nemo vidit vel audiuit patrẽ nisi fili⁹: neq filiũ nisi pater.

De tribus cælis.

S ¶ Tres isti mõtes tres cœli accipi possũt. In primo format spiritualis hoim vita. In secũdo mõstrat angelica. In tertio latet diuina. In primo signat ꝓsens iustitia. In secundo monstrat futura gloria. In tertio tãq̃ cœlo cœlorũ ascẽdit ad patrẽ vbi orat ipm & assistit vultui ei⁹ pro nobis interpellans.

Bernardus. de prima beatitudine.

T Beati pauperes spiritu. Vere apertum est os ei⁹ in quo oẽs thesauri sapiẽtię & scientię sunt recõditi, & eius vere hęc doctrina q̃ per prophetã dicit. Aperiam os meũ eructabo abscondita a cõstitutione mũdi. Quid eñ tam abscõditũ q̃ paupertatẽ esse beatam, attñ veritas loquit quę nec falli nec fallere potest. Sed vos isensati filii Adã diuitias q̃ritis diuitias desiderat vsq adhuc, cũ btitudo pauperũ diuinit⁹ fit cõmendata. Qua frõte vl̃ qua mente Christianus diuitias q̃rit postq̃ Christ⁹ btõs esse pauperes ꝓdicauit? Sed diligenter attende ꝙ non simpliciter pauperes noiat ꝓpter plebeios pauperes necessitate miserabili nõ voluntate: de hmõi hoc loco nõ dicit, sed de his q possunt dicere. Voluntarie sacrificabo tibi. Sed nec voluntaria quidẽ paupertas oĩs habet laudem apud deũ. Nã philosophi sua oĩa reliquisse legunt vt expediti mundialib⁹ curis studio vanitatis possent vacare liberius & nolebant censu abũdare terreno vt abundarẽt magis in sensu suo, hos discernit qd̃ dictũ est spũ. i. spiritali voluntate. beati vero pauperes. s. in spirituali intentione, desiderio speciali, propter solum

beneplacitũ dei & aĩarũ salutem qm̃ ip.est.r.c. Et merito. Nam si miserrimus ille hostis antiquus de cœlo eiectus est quoniã affectauit celsitudinẽ & sublimitatẽ præsumpsit, nonne consequens est beatos esse q spõte in pauptatis humilitate sese deponũt. Et vide q̃ sapienter sapiẽtia ordinauit contra primum peccatum remedium primũ opponens. Acsi dicat. Vis obtinere regnum cœlorũ qđ perdidit superbiens angelus qui cõfisus est in virtute sua, & in multudine diuitiarum suarũ: Paupertatis vilitatem amplectere & tuum erit.

Quanta sit virtus voluntariæ paupertatis

V ¶Beati pauperes spiritu quoniã ipsorũ &c. Si capis non contẽnis eorum amicitiã quos veritas beatos pronunciat, & reges cœlorum. Quã beatitudinem non inuidemus tibi. Nec enim cõmunicata tibi minuitur nobis. Nec nostri termini restringẽtur si & tu regnaueris. Quęnam inuidię causa potest esse vbi sortiũ magnitudine consorti multitudo nil detrahit? Volo te amicũ esse pauperũ, magis autem imitatorem: ille gradus proficientium est, hic perfectorum. Amicitia pauperum regum amicos cõstituit. Amor paupertatis reges: regnum cœlorũ pauperum est. Et est regiæ potestatis beare pro voluntate amicos. Magna dignitas, sancta paupertas est: quę non modo patrimonium sibi nõ quærit: sed & dat indigentibus.

De secunda beatitudine.

X ¶Beati mites &c. bene cõmendata paupertate etiã mãsuetudo prædicatur: quoniã relinquẽtibus omnia, prima solet esse tentatio de molestiis corporis & afflictione carnis insolita. Quid vero paupertas proderit si qđ absit pauper in murmuratione deuiat factus impatiens disciplinæ. Possidebunt inquit terrã: hanc ego terram corpus nostrum intelligo. Qđ si possidere vult anima si regnare desiderat supra mẽbra sua: necesse est vt sit ipsa mitis & superiori suo subiecta: qm̃ tale inueniet inferius suũ qualẽ se exhibuerit superiori. Armatur em̃ creatura ad vlciscendã sui iniuriam creatoris & ideo nouerit anima quæ rebellẽ sibi inuenit carnẽ suã se quoq; minus q̃ oporteat superioribus potestatibus esse subiectam, mansuescat ipsa & subiecta sit deo & his pariter qbus vice ei⁹ habet obedire prælatis, & continuo corpus suum inueniet obediens & subditum. & vide si non aduersus secũdi peccati vulnus secũda pcesserit medicina. Prima siquidem post angelicę pręuaricationis ruinam Eua peccauit inquietudine spiritus agitata. Quando expectare noluit vt de manu domini: vnde iam cętera acceperat perfectionem quoq; beatitudinis mereretur: sed pręripere illam serpentis consilio attentauit. Propter hoc paradisum perdidit terram deliciarũ: propter hoc in ipso corpore suo cõtrariam legẽ inuenit. Sed iã ad hãc dñi vocẽ desiderio mansuetudinis æstuas & cõquerens sup asperitatẽ cordis tui & beluinis qbusdã motibus vel indomita feritate, attende qđ sequitur.

De tertia beatitudine.

¶Beati qui lugent quoniã ipsi conso. Equum indomitum flagella domant, animam immitẽ contritio spiritus & assiduitas lachrymarũ. Ergo in oĩbus operib⁹ tuis memorare nouissima tua, mortis horrorẽ, iudicii tremendum valde discrimen, ardentis gehennę metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriã & vitæ humanæ pericula & propriam fragilitatem & in huiusmõi cogitatiõe si pseueraueris dico tibi parũ senties quicqd foris videt̃ esse molestũ. Sed nec patietur dominus sine consolatione te esse. Beata esses Eua si post culpam consolationem quęreres lachrymarum. Nunc autem miserriam quęsisti consolationem de simili casu viri tui: & veneno pessimo totam infecisti posteritatem tuam: vt & vsq; hodie perditionẽ alterius suã alter reputet cõsolationẽ. Miserrima prorsus Euæ consolatio & eorum qui miseram hãc imitantur. Sed beati qui lugent quoniam ipsi &c. Verum quid aliud est hæc consolatio q̃ pcedẽs de spe veniæ gratia deuotionis & gustus sapiẽtiæ, licet exiguus? qbus interim benignus dñs afflictam refrigerat animã. Sed gustus ille nihil aliud est q̃ irritamentum desiderii & incentiuum amoris. ideo subinfertur.

De quarta beatitudine.

¶Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Qui esurit esuriat amplius, & qui desiderat abundãtius adhuc desideret: quoniã quantũcunq; desiderare poterit tantũ est accepturus. Immo vero nõ secũdũ imperfectionẽ modũ ve desiderii quoniam donec perfecte habeat, perfecte desiderare non potest: sed nec perfecte habere donec perfecte desiderat infirmiori palato cordis & animæ languenti adhuc dura & insipida res videtur esse. Iustitia: sed qui gustauerunt, ipsi sitiunt: qm̃ beati qui esuriũt illam: quoniam ipsi saturabuntur. O vere fęlix & gloriosa satietas O sanctum conuiuium. O desiderabiles epulæ, vbi anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium. Iam vero hoc verbũ aduersum Adam pcedere credo q portionẽ videt̃ tenuisse iustitiæ eo q mulieri compassus est. Sed si esuriisset

iustitiam curasset reddere qđ debebat nō mo-
do vxori sed multo magis creatori. Debebat ei
vxori cōpassionem & disciplinā tanq̃ inferiori:
Deo aūt obedientiā & subiectionē. Sed q̃ multi
vsq; hodie factū illud grauiter diiudicāt. & tñ
insipienter imitant, indignant aduersus Adam
ꝙ obedierit voci vxoris suæ plusq̃ dei: & ipse
Euam.i.carnē suam audiuerit plusq̃ deū. Si mo
do p̄sentē videremus Adā in eo articulo posi-
tum coarctari: iter p̄cem vxoris & p̄ceptū crea
toris: nōne clamaremus aduersus eū dicentes:
Caue tibi miser: Seducta est mulier: ne acqescas
ei! Vt qđ ergo quotiēs apprehēdit nos tētatio
similis, nō persuademus similiter nobisipsis!

Sequitur de quinta beatitudine.

A ¶Beati misericordes quoniā ipsi mi.con. Bre-
uiter Zacheus vtrūq; vno verbo cōplectit, di-
cens. Dimidiū bonorum meorū do pauperibus
& si quē defraudaui reddo quadruplū. Vides
q̃tum esuriuit iste iustitiā: cui nō sufficit æqua
mēsura reddere, nisi restituat quadruplū. Ma-
gna quoq; misericordia est ꝙ dimidiū bonorū
suorū dat pauperibus. Iam vero Adæ crudeli-
tatem tangit hæc sententia qui videbat vxoris
amore prius peccasse. Videamus nunc q̃tū di-
ligat eam. Venit dñs igneū tenens gladium in
vltionē p̄uaricationis. Adā appone te discrimi
ni p̄pter illā: & dic. Dñe mulier īfirmior me est
mea est iniquitas: in me solum vindicta proce-
dat. Sed nō loquitur sic. Mulier inquit, quā de-
disti mihi &c. O peruersitas: pœnā pro ea susci
pere refugis & culpam admittere nō recusasti.
Quomodo oīa cōfudisti p̄niciose misericors:
vbi seuerus esse debueras & perniciosus, crude
lis vbi misericordiā īpendere oportebat! Nā de
linquere propter illā nullo mō, satisfacere pro
ea libenti animo debuisti. Sic enim oportet fie-
ri vt nunq̃ propter alium homo peccet: quod
est iustitiæ: & libēter aliena peccata portet qđ
est misericordiæ.

De sexta.

B ¶Beati mundo corde quoniam ipsi deum vi-
debunt. Vę mihi ab immūditia cordis mei qua
impediente necdū mereor ad beatam illam vi-
sionem admitti. Quāta sollicitudine danda est
opera vt mundari possit oculus quo viden-
dus est deus. Et ego triplici sorde inquinari
me sentio, concupiscentia carnis, concupiscētia
gloriæ temporalis, & pręteritorum cōscientia
delictorum. Sunt enim in anima motus quidā
desideriorum: quos nec ratione nec viribus ex-
tinguere possum q̃diu in hoc seculo nequā &
in hoc corpore teneor alligatus. Et tamen con-
tra sordes istas orationis oppono remediū. Sic
& contra peccati conscientiā cōfessionis reme-
dium est institutū. Et omnia in cōfessione lauā
tur. Ecce hic sunt, quæ mundant oculū cordis,
oratio & confessio. Omnis eñ in cuius consciē
tia clausum adhuc peccatū viuit: aut peccat in
spe, & ita sentit de deo, tanq̃ si minus ei peccata
displiceāt: aut peccat in desperatione, immiseri
cordem sentiens deum. horū neuter videt deū.

De septima.

¶Beati pacifici quoniā filii dei vocabūtur. Me- C
rito filii nomine vocabunt qui filii opus imple
uerint. Ipse eñ est per quē reconciliati, pacem
habemus ad deū. Ipse eñ est q pacificauit in san
guine suo: quæ in cœlis sunt & super terrā. Et
attende queadmodū in tribus prioribus sibipsi
recōciliatur aīa: in duobus q̃ sequunt proximo
in. vi. deo. In. vii. alios etiam recōciliat tanq̃ rece
ptus in gratia diuina felici familiaritate dona-
tus. Nam paupertate, mansuetudine, fletu re-
nouatur in anima similitudo quædā & imago
æternitatis oīa tēpora cōplectentis. Dū pau-
pertate futura meret: mansuetudine sibi præ-
sentia vendicat: luctu pœnitentiæ p̄terita quo
q; recuperat. Porro iustitia & misericordia per
fecte proximo cohæremus, dū quicqd nolumus
nobis fieri aliis non facimus per iustitiā: & quę
cūq; volumus vt faciant nobis homines & nos
facimus illis. Per misericordiam iam reconcilia
ti nobis & proximo per munditiam cordis re-
conciliamur deo. Beati vero, qui de sua recon-
ciliatione non ingrati & pro fratribus suis piæ
solliciti eos quoq; q̃tum præualēt, & sibi & deo
recōciliare laborant. Quibus eum laudibus di
gnum: q̃to amplectendum putas affectu fratrē
illum qui sine querela conuersans inter fratres
tota sollicitudine cauet ne quid in eo sit, qđ ab
aliis portari oporteat: & quicqd est in aliis one
rosum patientissime portat qui singulorū scan
dala: sua reputat.

De octaua.

¶Beati qui persecutionem patiuntur propter D
iustitiam &c. Istud maxime martyribus conue
nit. Nec est, deo gratias, modo tēpus p̄secutio-
nis: q̃ tamē si necesse fuerit debet patientissime
tolerari. Verūtamē qđ sibi vult, ꝙ eadē p̄missio
facta est pauperi: nisi quia vere, martyrii genus
paupertas volūtaria est! Deniq; propterea pau
peribus & martyribus regnū cœlorū p̄mittit
quia paupertate emitur: & in passione p̄ Chri-
sto absq; omni dilatione percipitur.

Aliter vnde supra.

Beati pauperes spiritu. Videmus pau B
peres aliquos q si verā haberēt paup
tatē: nō adeo pusillanimes inuenirent

& tristes vtpote reges & reges cœli.Sed ii sunt qui sic diligūt paupertatē vt nullam inopiā patiantur.Sunt alii mites sed q̄diu nihil dicitur vel agiť nisi pro eorū arbitrio.Patebit autem q̄ longe sint a vera māsuetudine si leuis oriatur occasio. Hæc māsuetudo quō hæreditabit q̄n ante hereditatē deficit.alios q̄q3 lugētes video sed si de corde ꝓcederēt illæ lachrymæ non tā facile illico soluerenť in risum.Nūc aūt cū abūdātius ociosa & scurrilia verba ꝓfluāt q̄ prius lachrymę:Lachrymas hmōi de his esse nō arbitror quibus consolatio diuina ꝓmittiť.Alii tā vehemēter cōtra alioꝝ delicta zelanť vt videri possent esurire & sitire iustitiā si esset apud eos de suis q̄q3 pc̄tis idē iudiciū.Sed cōtra alios tā impudēter q̄ inaniter æstuāt seipsos tā insipiēter q̄ inutiliter palpāt.Sūt alii misericordes de his q̄ ad ipsos nō pertinēt qui scādalizanť ꝙ nō datur hoībus abūdanter.Sic tamē vt ipsi ne in modico q̄dē grauenť.Qui si misericordes eēnt de suo deberent facere misericordiā:si non possent de terrena substātia.de volūtate bona darent his qui cōtra eos forte peccare viderenť indulgentiā.darēt dulce signū,verbū bonum vt eorū mentes ad pœnitētiā ꝓuocarēt.Deniq3 & his oībus quos in pc̄ō esse cognoscerēt cōpassionē impēderēt & oratioē.Alioquin mīa illorū nulla est,& mīam cōsequenť nullā.Itē sunt alii qui pc̄tā sic cōfitenť vt videri possint ex desiderio mundati cordis id agere nisi ꝙ ea q̄ ipsi spōte dicūt:ea ab aliis patiēter audire nō possunt Qui si vere mundari desiderāt vt videť nō irritarentur:sed haberent eis gratiam qui illis suas maculas demōstrarēt. Sunt alii qui si viderint quēpiā vel leuiter scādalizatū,valde solliciti sūt quō in pacē eum reducere possint: & viderenť pacifici nisi ꝙ eorū cōmercio si forte quicq̄ cōtra eos factū dictūve videbiť tardius vniuersis poterūt difficiliusq3 sedari.Qui si vere pacē diligerēt haud dubiū quin eā q̄rerent sibiipsis.

Hugo de Sancto Victore.

De duplici spiritus paupertate.

F ¶Beati pauperes spiritu.Paupertas spiritus duplex est.Nā sunt & corporales diuitię in affluētia rerum temporalium,& sunt spirituales in possessione virtutum. Vterq3 apud deū diues esse cōuincitur,& a regno cœlorū excluditur. & iste.s.qui temporalibus abundat superfluo:& ille qui quasi magnū aliquid de se existimans sua virtute stare gloriatur.Prima est ergo paupertas vt abiiciamus qđ grauat,in quo peccandi occasio. Et quia paupertas despiciť: sequiť humilitas qua ipsa etiā diligiť ꝓpter deū vilitas.Et quia rursus qui vilis est reuerentia læditur:necessaria est patientia qua omnia aduersa fortiter tolerentur.Paupertas læuem facit & expeditum.Humilitas modicum.Patientia fortem & robustum.Ecōtra diabolus suos primū diuitiarum pondere onerat vt deorsum ruāt. Secundo superbia inflat vt per latum incedant. Tertio per impatientiam frangit vt cito deficiant.

Vverricus.

Quibus gradibus ad perfectionis celsitudinem perueniatur.

¶Beati pauperes spiritu quoniam &c.Lætum prorsus ac nouæ plenū gratiæ,noui principiū testamenti & q̄tumlibet infidelem ac pigrum prouocās ad audiendum:sed amplius ad faciendum cū.s.beatitudo miseris exulibus & ægenis ꝓmittiť regnū cœloꝝ. Gratū inquā & auspicatū nouę legis initiū quādo in ipso statim initio tot beatitudinum benedictiones dat legislator: q̄bus delectati eant de virtute in virtutē:donec ad videndum deum deorum in Sion ingrediantur templum.de quo propheta dicit.Et in octo gradibus ascensus eius.Prima siquidē virtus inchoātium est renūciatio seculi,qua pauperes efficiemur spiritu.Secunda mansuetudo qua nos obedientiæ subdimus & assuescimus. Deinde luctus quo plorant peccata vel implorantur virtutes.Ibi nimirum gustamus vnde amplius esuriamus & sitiamus iustitiam tā in nobis q̄ in aliis:zeloq3 contra peccantes incipimus cōmoueri.Sed ne zelus immoderatior feratur in viciū,sequiť misericordia qua tēperetur.Et his studiis exercititatus iā forte erit idoneus vacare cōtemplationi & pro mūditia cordis filius dei appellari. Et sic pater & minister aliorū factus tanq̄ mediator & sequester pacificat inter ipsos & deū.Pacificat inter ipsos ad inuicem vel etiam ad ipsos qui foris sunt;sicut scriptum est in laude sanctorum patrum. Pacificantes in domibus suis.In hoc officio qui fidelis & constans extiterit sæpe virtutem & meritum sibi martyrii cōparabit persecutionem:patiens propter iustitiam: aliquādo etiam ab his pro quibus pugnabit:vt sit ei dicere.Filii matris meæ pugnauerunt contra me.Quātæ aūt gloriæ in cœlo sit culmen huius perfectionis inde vtcunq3 licet æstimari ꝙ ipsa abrenunciātium seculo p̄mordia tantæ dominus felicitatis prædicat.Beati pauperes spiritu &c.

De laude paupertatis.

H ¶Plane beati qui ꝓiectis vilibus sed grauibus sarcinulis hui⁹ mūdi volūt diuites fieri nisi de solo creatore mūdi p̄ter ipsum nil habentes & per ipsum omnia possidentes.An non possidēt omnia qui possident continentem & disponētem omnia:quorū deus portio est & hæreditas

qui vt nil desit timentibus eum cætera prout expedire nouit dispensat ad vtendũ: seipsum seruat ad fruendũ. Prorsus ergo beati pauperes Christi quorũ fides sic clusit mũdi sapientiam vt sola qs sit optim⁹ vsus diuitiarũ inuenerit. qđ videlicet & diuitiæ q̄ pauperẽ faciũt & miserum si diligant: tamẽ deinde diuitẽ faciũt & beatũ, si pro Christo cõtẽnant. Hoc tamẽ noueritis vniuersi ꝙ vera ac beata pauptas semper prius est in humilitate cordis q̄ in angustia rei familiaris. plus cõsistit in abdicatiõe superbię q̄ in cõtẽptu substãtiæ. Ridiculosum ẽ certe pauperẽ fieri rebus, nõ ditari virtutib⁹: relinquere oĩa nec sequi Christũ: sed magis forsitan in castris Christi partes iuuare Antichristi. Plane partes Antichristi adiuuat, qsqs superbiæ militat: nomẽq; sanctũ qđ verbis vel habitu profitetur moribus impugnat. Sed reuera vę tali. Paupere eñ supbo sicut nil detestabilius: ita nil miserabilius cũ eũ & paupertas nũc affligat & superbia imperpetuum pœnis addicat.

Cassianus. Q̄ armis mansuetudinis bella libidinis comprimantur.

¶Beati mites qm̃ ipsi possidebũt terrã. Nullus ęstus corpis declinabit nisi q animi mot⁹ añ cõpsserit. Nõ ergo aliter terrã nr̃am possidebim⁹. .i. nõ aliter ditioni nostræ rebellis hui⁹ corporꝭ terra subdet, nisi mẽs nostra pri⁹ fuerit patiẽtię lenitate fũdata. Nec poterit qs aduersus carnẽ suã insurgentia bella libidinis comprimere nisi prius armis mansuetudinis instruatur. Mansueti enim hæreditabunt terram.

Isaac. Q̄ octo istæ beatitudines quasi octo sunt alabastra vnguenti.

¶Beati pauperes spũ. Relicta est turba nil de firmitate: nil de vitio: nil de diei malitia. Sapientia semp sapiẽter agit & loquit. Volẽs post se adolescẽtulas trahere septẽ eis aperit thecas: vt delectatę odore, currãt post eũ. Cœlestis medicus alabastra pigmẽtaria reserat q̄ secũ veniẽs de sinu patris attulit, vt illius vulnera curet: q descẽdit ab Hiẽrl'm ĩ Hiericho & in. in. l. Et cũ se disset apuit os suũ. Igit cõtigat sedere cũ Iesu & ĩ mõte sedere ad pedes ei⁹ & accipe de doctrĩa illius. In turba stat & ambulat, agit & fatigat: ꝑmit vt q̄si nõ liceat sibi & discipulis suis mãducare panẽ vitæ & itellect⁹ & aquã sapiẽtię bibere q̄ ĩ ocio bibit: & q minorant actu, hauriũt eã. Puteus enim altus est: aperuit os suũ. Os vnde osculũ petit spõsa. Os speciosę supellectilis in q̄ erant oẽs thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ abscõditi.

De prima beatitudine.

L Beati pauperes spũ. Beatitudinẽ loquitur ipsa beatitudo. Paupertatẽ factus pauper rex regũ. Mãsuetudinẽ mitis. Cõsolationẽ paraclytus. Saturitatẽ panis. Misericordiã ipsa mĩa. Mũditiã cordiũ mũditia. Patiẽtiã & filiationẽ, ver⁹ pacificus & verus fili⁹. Beati paupes spũ. Sapiẽter oĩno id prĩo loco ponit qđ oẽs desiderãt: a quo tamẽ fere oẽs exorbitant. Cur litigat, pugnat, negotiat, obsequit, vexat, vexatur, deniq; infelix est nisi vt fit beatus homo? Eo eñ qsq; beatum se credit quo qđ maiuult, efficit. Vnanimiter ergo oĩs homo beatitudinẽ appetens: sed de ipsa differẽter sentiẽs. Alius in voluptate corpis & suauitate tẽporali. Alius in virtute mẽtis. Alius in agnitione veritatis eã autumauerũt. Vnde oĩm doctor sola charitate sapiẽtibus & insipiẽtibus debitor primo corrigit errãtes: secũdo dirigit itinerantes: tertio admittit ad ianuã pulsantes: clamat pro deuiis ꝓpheta. Deduc me dñe in via tua. Pro viatorib⁹: ingrediar in veritate tua. Pro pulsantibusq; lętetur cor meũ vt ti. nomẽ tuũ. Itaq; via veritas & vita: corrigens, dirigens, admittens, sic inchoat.

Quãtũ discordet sapientia dei a sapientia mundi.

¶Beati pauperes spũ. Seculi hui⁹ falsa sapiẽtia & vera stultitia nõ itelligẽs de qbus loquit, neq; de qbus affirmat, sentẽtiã ponit. Beatos dicit filios q̄rũ dextera: dextera iniqtatis: & os loquẽs vanitatẽ, ꝓpter prõptuaria plena & cętera q̄ sequũtur: q̄ ad ĩcertũ pertinẽt pacis: & nõ pacis & ĩeptę letitiæ. cõtra quã sapiẽtia patris dei filius ꝓprius dextera patris, os loquẽs veritatẽ ꝓnunciat. beatos fore pauperes spũ reges regni ęterni. Acsi dicat. Erratis: corrigẽdi estis: beatitudinẽ q̄ritis: sed nõ est vbi q̄ritis & ẽ vbi nõ q̄ritis. Curritis ꝫ extra viã. Pauptas voluntaria ꝓpter me, ipsa est via. Pauptas via est nõ beatitudo. Audiam⁹ paupes pauperẽ. Expto credẽdũ est. Pauper natus est, paup vixit, paup obiit. Mori voluit, diues fieri noluit. Sed ardua ẽ via. Quippe sursũ itur. Ideo expeditos fore necesse est. Quid volum⁹? Quęrim⁹ beatitudinẽ? Ostẽdit veritas verã. Quęrim⁹ diuitias? Rex regna donat. Reges facit. Irretiuit hoĩes pessima pestis curiositas. Excusant eos iuga boũ qnq; a cœlestibus nuptiis: ĩ qbus de pauptate sumit plenitudo, de iopia saties de extremitate primat⁹: de vilitate dignitas: reges de labore: hos boues mactauit Heliseus vt expeditus sequeret Heliã. Et nos ergo simili forma sequamur Christum.

De secunda beatitudine.

¶Beati mites qm̃ &c. Non ait illã & illam: nec aliquã terræ q̄libet magnã portionẽ, sed terrã. Quis vnq̄ suo sudore: suis bellis hoc potuit? qđ opus est diu laborãdo q̄rere qđ necesse sit cito ꝑdere? Cœlũ pauperibus: terra mitibus. Quid

relictũ cõtẽtiosis? qđ ampli⁹ volũt q diuites fieri volũt? qb⁹ nõ sufficit cœlũ & terra qd eis fiet Filii hoĩm vsquequo graui corde vt qd diligit? &c? Mẽtit dignitatẽ, mẽtit ptãtẽ, mẽtit beatitudinẽ vanitas dñationis terrenę. Cur parũ cupis? totũ pmittit, via ostẽdit. pauperi btitudo cœli, miti beatitudo terrę debet. Quid ergo miseris cõtentiosis restat nisi miseria infernalis?

De tertia beatitudine.

O ¶Beati qui lugẽt. Poterãt ista sufficere ad corrigẽdos erroneos nisi diabolica malignitas lati⁹ pateret, & cãcrinũ malũ altius ppiusq̧ medullis inhæsisset. Latrat adhuc Cerberus & tertiũ caput cõcutit. s. prudẽtiã carnis: cuius domicilium venter: quẽ qui inhabitat deo placere non põt. Quo mihi inquit cœlũ & terra? quo diuitiæ in malũ dñorũ suorꝝ cõgregatę: quo potentiæ tumidæ & semp timidę? Foris sunt oĩa hęc Ego de me sollicita sum. Aĩa habes multa bona Epul. & bib. Diues habet nũmos: sed nõ habet. Viue dum viuis. cur teipsum ante tẽpus perdis? Incipe teipm agnoscere & beatus eris. Hic est error nouissimus peior prioribus. Ille lacus miseriæ: illud lutum fęcis. Sic ergo miserabiliter errãtes misericorditer reuocat sapientia dicẽs. Beati qui lugẽt &c. Hoc est ad gaudiũ via est luctus: ad cõsolationẽ desolatio: ad inueniendam aĩam perditio: ad possidendũ abiectio: ad amãdũ odiũ: ad seruandũ cõtemptus. Si vis te ipsum cognoscere, te possidere: intra teipm & nõ te qsieris extra. Redi itus puaricator ad animã tuã: & vide & plãge eã subiectã vanitati & iniquitati: & ne possit emergere captiuatã. Exi foras ad carnẽ & vide & luge eã subiectã corruptioni, mortalitati & ne possit exurgere ĩfirmitati. Et ne lõgũ faciã: nemo abyssum suę miserię suæ ignorãtię, suę difficultatis, suarũ penetrãs passionũ, suã monẽs cõsciẽtiã q nõ mag (vbi facile lugẽt hoĩes) in alicui⁹ ppinqui sui cuiuscũq̧ necessitudinis funere, afficit ad lachrymas cõpungit ad fletũ, mouet ad plãctũ: q̃ in suiipsius eo magis ppinquo quo intimo. Cur alteri⁹ misere tur q sui nõ miseret? Cõstat ergo nos foris eẽ a nobis: retro & non ante: nr̃i demũ vel oblitos vel igratos: quotiẽs videm⁹ iocamur, ociosis delectamur, pascimur fabulis: & verbis risum mouẽtibus ĩdulgem⁹: cęterisq̧ corporꝝ mollitiis effluimus. Vñ sobrię semp fuit sapiẽtię ad domũ luct⁹ magis q̃ ad domũ cõuiuii inuitare. Hoc ẽ in se q erat extra se hoĩem vocare dicẽs. Beati q lugẽt. Et alibi. Vę vobis q ridetis: fleuit q flere nos monet: risisse nõ legit. Sororũ lachrymę fratris resurrectionẽ meruerũt. Sororũ lachrymæ resuscitatorẽ flere fecerũt, vt & ĩ flẽdo te resuscites. Corpus ait apl's mortuũ est ppter pctm̃ sed spũs viuit ppter iustititiã. Itaq̧ qđ viuit ĩ nobis ploret & oret: vt qñq̧ resurgat qđ iacet & fœtet.

Quid significẽt septem dies in fletu mortuorum antiquitus obseruari.

¶Quãta fuit olim cura sanctis patribus & prophet? mortuos suos flere, solẽnes dies planctus habere p septẽ dies ppter tẽporis septimã, ptrahere. Et nos qbus illi flebãt, petulãtes plene cachinnamur aut ẽt olim mortui iã fœtem⁹: nemo ẽ q moueat benignũ Iesũ ad lachrymas. O sorores qd facitis? Quid facis actiua? Cur nõ laboras & ploras? qd tu cõtẽplatiua? cur nõ oras & ploras? Cur nõ vbiq̧ luct⁹ vbiq̧ desolatio & domi intus: & ĩ platea foris donec fremat Iesus seq̧ ipm turbãs dicat: nõ tam mortuo q̃ morti Exi foras vt mortale hoc absorbeat a vita. Beati em̃ q lugent nõ qa lugent: sed qa cõsolabunt Ecce quõ corrigit orbẽ q iudicat pplos in æquitate. Aequũ em̃ est benigno & sapiẽti deo & puersos corrigere, & correptos dirigere, & directos suscipere. Tria & tria, vnũ contra vnum. P

De auocantibus a deo, & reuocantibus ad deum.

¶Tria auocãt adeo ad mũdum, tria reuocãt a mũdo ad deũ. Oĩe qđ est in mũdo est cõçu. carnis, aut cõcu. oculoꝝ aut supbia vitę. Pria vxorẽ ducit. Scđa pbat iuga. Tertia villã emit, luxuria auaritia superbia. Sed nos in mõtẽ deũ sequentes audiamus quia beati pauperes, mites, compuncti, quoniã ipsorum est regnũ cœlorũ. Q

De quarta beatitudine

¶Beati q esur. & siti. &c. li. Sap. script⁹ est itus & foris: q̃si foris loquit q puersos corrigit q̃si intus q cõuersos dirigit. Iustitia est virt⁹ q̃ oĩa æquat, reddẽs cuiq̧ qđ suũ est. hãc lex naturæ cõtinet. Scriptura pcipit, euãgeliũ cõplet. Hac itaq̧ dirigẽdus est q beatitudinẽ q̃rit, ne cũ naturali lege maneat, vt phs: vel iustitiã ĩstituat, vt Iudęus. Hinc psumptor, hinc simulator. sed ustitię fidei se subiiciat vt Christian⁹ & hũilis accusator sui. Vide ne vnq̃ te aufugiat iustitia a manu ab ore a corde. Nã q cõtinẽs est iustitię apphendet illã. nõ aliã, sed plenã: sed pfectã: sed quietã. Ideo beati q esu. &c. Ipsa viaticũ in itinere iuxta qđ ex pte est. Ipa cœna ĩ pria, iuxta qđ pfecta est: nũc ad medicinã: tũc ad delectationẽ Cuius inchoatio: obtinet nemini ĩiuriã facere: profect⁹, illatã patiẽter ferre. pfectio oĩb⁹ bñfacere: si potest: si minus, velle. R

Vnde sequit. de quinta beatitudine.

¶Beati misericordes. Sed forte dicitis: vę nobis Sola mĩa mĩam cõsequit. Quid facere possum⁹ esu. sit. nudo vago & infirmo: incluso qui oĩa reliquimus q nil habem⁹ qbus oĩe peculiare terribiliter interdicitur? Sed audite cõsolationem. S

De duabus misericordiæ speciebus.

T ¶Misericordiæ duę sunt species. Dare & dimittere. Vnde dicitur date & dabit vobis. Dimittite & dimittet &c. Vtriusq̧ speciei tripartita est diuisio. Est enim iustitia in vtraq̧ magna maior maxima. Inchoans adulta robusta. Primus itaq̧ gradus dat de suis. vn̄, date eleemosynā. Secundus omnia sua, vt dicat: Ecce nos reliquimus omnia &c. Tertius se, vt dicat libenter impēdar & supīpendar. Hac maiorē dilectionē nemo h₃ vt a.s.po.q.p.a.s. Hæc retribuit dn̄o q̄tū pōt. Qui ī nullo repert⁹ fuerit mię gradu ī nullo erit īdulgētiæ loco. Sic & de alia specie. Nā & de debitis remittit & debita remittunt, & q se totum debet qn̄q̧ manumittit. Sunt & alia opera miæ. Nā & iniuria donat & consiliū dat & ofo īpendit & exēplū bonū p̄bet & disciplina erogat & alia multa in hunc modū. Qui ergo oīa reliq̄t: ipsos etiā q cōsequent miam iudicabit. Igitur beati misericordes. Hæc est totius actiuæ disciplinæ summa. non est quo pedes vltra gradiaris. Si vltra vis procedere volandum est. Quid em̄ amplius homo in hac vita mortali inter hoīes vel ad se vel ad alterū pōt q̄ vt p volūtariū māmonæ iniq̄tatis cōtēptū in se modicus sit & solidus: Per māsuetudinē aliis placidus & seuerus: p iustitiā fortis: & in seipso tot⁹ teres & rotundus: Per miam multis beneficus cunctis beniuolus? Per amorē pauptatis mūdū ridētē respuat. Per virtutē māsuetudinis iratū cōtēpnat. Per cōpunctionis munus se recipiat: sectādo iustitiā, deo se subdat. Per miam proximū colligat. Pauptatis amore modico cōtētus, miæ dulcore oīa cibus factus.

Sequitur de sexta.

Q₃ duobus modis mundandum sit cor.

V ¶Beati mūdo corde. Appetitiuū est oībus velle videre qd̄ amāt. Vn̄ post cætera cōgrue sequit. Beati mūdo corde qm̄ ipsi deū videbunt. Duob⁹ itaq̧ modis mūdādū est cor ad virtutē .s. & veritatē ad diligēdū & ad vidēdū. Sum⁹ ei claudi & cæci p ignorātiā & difficultatē: quaꝝ altera oculos rōnis claudit, altera pedes aīæ ligat .i. affectū. Mūdādū est cor nō solū a vitiis: s₃ ēt a phātasiis q̄ p sēsus corporeos ībibunt. De⁹ itaq̧ superiore sermone cor nr̄m a pria mundauit macula. Nunc vero mūdare nitit a scda: vt videlicet intueri possimus q̧ est sine omni corpore subsistēs: sine qualitate decoꝝ: sine tumore magnū: sine loco vbiq̧: sine tēpore semp. Primo itaq̧ discrete, sobrie, fortiter, iuste īstituēda est affectio: & in ea habitus animi bene instituti qui virtus dicit: & in charitatem formet & ordinet. Sicq̧ prius q esse desiderat spiritalis affectione q̄ rōne, cōuersatiōe q̄ meditatiōe pedib⁹ nitat vt surgat ī volatū. Et q̄a semp volare nō poterit, pedibus iterū se recipiat ne p̄ceps ruat.

De septima.

Beati pacifici. Quid q̄rit ampli⁹ seruus nisi vt fili⁹ fiat? Immo. Quis hoc auderet vel tenuerit opinari nisi id ipsa dei benignitas & p̄mitteret & pmitteret? Et notate gradus. inimici eramus pcti serui, liberi iustitię, liberauit nos fili⁹. Et vere liberi facti sumus a pctō & diabolo liberi facti iustitię: & hic primus gradus quē desiderās q̄dā clamat. O dn̄e libera aīam meā a labiis iniquis. Idq̧ cōsecutus exultat. O dn̄e q̄a liberasti me ego seruus tuus. Ego seruus tuus: nō dico fili⁹ tuus: sed fili⁹ ancillę tuę. Dirupisti vincula mea q̄bus q̄drupedē strinxerat diabolus, vt nec exire: nec liberari liberū esset. Nūc pedē moueo nūc manū aridā extēdo. De puerso cōuersus, de inimico seru⁹. Ecce q mala fecit vel bona male, inimicus deputat. Qui oīa bene nondū amicus sed seruus. Itaq̧ bn̄facere opera exequi virtutis iustitiæ & miæ ad seruū ptinēt. Amicus īterest secretis: nouit cōsilia. Quid adhuc expectamus? An vt de amicis tertio gradu fratres Christi filii dei ac p hęc hęredes ipsius efficiamur? Nā qui filii: & hæredes.

Galfridus. de mysterio candelarū.

¶Luceat lux vestra corā ho. &c. Deus lux ē & tenebrę in eo nō sunt vllę. Inde ē q̧ in diuinis solēnitatib⁹ obscurū nihil: nihil īuenit īdignū: s₃ ī luce cūcta clarescūt. Hoc ēt innuūt luminaria q̄ in die purificatiōis deferimus. In q̄bus videlicet & apis cærā: terra stuppā: flāma flāmā fine sui diminutiōe ministrat. Cęra ē docibilitas tractabilitas māsuetudo. Vn̄ poeta de adolescente ait. Cęreus in vitiū flecti. Apes sunt artificiosæ laboriosę subtiles plati solliciti vtiles & fideles. Apibus aūt hoc nomē natura īdidit q̧ nascant vt aiūt sine pedib⁹: siue q̧ pedib⁹ sibi cohæreāt & se inuicē cōplectant. Pedes affectiones sūt: in q̄b⁹ puluis adhęret gradiētib⁹ sup terrā. Nec sine pedib⁹ nascit q̄sq̄s ad plationis officiū pprio fert affectu: & suo poti⁹ appetitu q̄ fratnæ charitat[is] īntuitu, vel supioris arbitrio ptātis. Quāti pedati anteq̄ nati in cathedrā hodie pedibus suis insiliūt? Quāti irruūt poti⁹ q̄ trahant? Nec mirum si industria & fruct⁹ apū nō sequit vbi pedes ortū p̄cesserint, Et sine pedib⁹ nascēdi de fuerit natalis origo. Sed nec pedibus sese inuicē cōplectunt q sibi mutuis affectionib⁹ nō cohæ rēt: hoīes amātes singuli semetipsos. Apis vera habet volatū, habet aculeū, habet mel, habet cęram: In sublimi cōtēplatione cœlestiū secretoꝝ: In dura rephēsione inobedientiū & īquietorū: In dulcedine spūaliū cōsolationū & pbabiliū morū ædificatiōe. Et sibi q̄dā mellificāt: s₃ nō solis

dum fruunt dulcedine quam ex floribus suxerint scripturarũ, & eisdẽ suos reficiunt auditores. Cellulas quoq; terreas intra, artificiositate cõponunt: in qbus eiusdem liquoris gratia cõponatur. Sine aculeo apis inutilis, qđ sapientiũ verba vt stimuli in altũ defixi victũ sibi volando cõquirit & reuehit ad alueariũ suũ onusta regrediens. In tabulis cęreis vel cęreatis ad arbitriũ suũ stilus hoĩs notat & delet: scribit & corrigit: mutat & auget & minuit qđ ad pręposíti spectat officiũ sicut tradũt de ꝓpositione Grãmatici. Nolite ergo obdurare corda vestra charissimi, nemo cõtumax, nemo rebellis appareat ĩprobus, inobediẽs, obstinat⁹. In lapideis tabulis solius dei digit⁹ scribit q potẽs est de lapidibus filios Abrahę suscitare. Atq; vtinã cor lapideũ semp tollat a nobis & donet cor carneũ, cęreũ suadibile disciplinę capax, monitis acqescẽs hac de causa stupa vilis materies: nec cuiq; operi ꝓcioso: sed iniuriis deputať vtputa sordib⁹ detergẽdis, curãdis vulnerib⁹ oppilãdis foraminib⁹ & vt suũ ei pricipiũ reddẽs vulgariter dixerim obstupãdis. Et ĩ his oĩbus hũilitas cõmẽdať. Cęra sine stupa liquet forsitan sed non lucet: stupa sine cęra vritur & consumitur in momento. Vtilis ẽ cãdela charissimi: si hũilitas cordis intrinsecus luceat: foris gratia mansuetudinis ꝓferatur. Et magister bonus suis vtrãq; discipulis suo cõmẽdat exẽplo. Discite ingens a me: qa mitis sum &c. Sed cãdela quoq; sine lucis cãdore quid ꝓdest: nisi arserit: nõ lucebit. Semel accẽsa si fuerit, extĩcta fœtebit. Placet humilitas deo nostro. Placet mãsuetudo & spũs eius sup humilẽ & quietũ requiescit. Ignẽ inquit veni mittere in terrã &c. Flãma est charitas. Feruor gr̃ę spiritalis. Charissimi de⁹ nr̃ ignis cõsumẽs est. Accedite ad eũ. Accẽdite cãdelas vestras vt luceãt opera vestra bona etiã corã hoĩbus & multitudo fidelium ædificetur ex eis.

Cassianus.

Q; vacuus virtutibus non debeat prædicare.

Z ¶Qui soluerit vnum de mdanatis h.mi.& do. &c. Qui multa & maiora negligẽs dicere ꝑsũpserit: cõsequẽs ꝑfecto ẽ vt iã minim⁹ ĩ regno cœlorꝫ: sed ĩ gehẽnę supplicio maximũ habeať. Et ideo cauẽdũ est tibi ne illorũ ad docẽdũ inciteris exẽplis qui peritiã disputãdi ac sermonis affluẽtiã cõsecuti: qa possunt ea q̃ voluerint ornate copioseq; disserere sciẽtiã spiritalẽ habere credunť ab his q vim ei⁹ & qualitatẽ discutere nõ nouerũt. Aliud nãq; est facultatẽ oris & nitorẽ habere sermonis & aliud venas & medullas cœlestiũ intrare dictorũ ac ꝓfunda & abscõdita sacramẽta purissimo cordis oculo cõtẽplari qđ nullaten⁹ humana doctrina nec eruditio secularis: sed sola puritas per illuminationem sancti spiritus obtinebit. Nullũ ergo verbis docere ꝓsumas qđ opere ante non feceris.

Galfridus. Quæ sit iustitia modica: quæ sufficiens: quæ abundans.

¶Nisi abũdauerit iustitia vestra plusq̃ s.& ph. A
Exilis iustitia in ꝑceptiõe sacramẽtorũ & solos paruulos saluat. Sufficiẽs in obseruatiõe mãdatorũ & in ea salus est oĩm ppꝉorũ. Abũdans in ædificatione multorꝫ, discipulis Christi necessaria & successorib⁹ eorꝫ. Aliter Iustitia ẽ qđ suũ est, cuiq; reddere. Tibi, proximo, deo. Pc̃tã: subsidia, gloriã. Si tua tibi pc̃tã: nã aliđ tuũ nihil cognoscẽdo tm̃ & cõfitẽdo reddider[. Si ꝓximo dę abũdãtia terrenę subę q̃si micas tm̃ ĩpẽderis. Si cõtra deũ ĩ crimine tm̃ extolli timuer[: modica est iustitia, & moriens ad purgatoria loca trãsibis. Si dignos pœnitẽtiæ fructus: Si necessitate cõtẽtus ex duab⁹ tunicis alterã dederis nõ habenti, & de escis similiter feceris: Si gloriam dei in oĩbus tuę ꝓtuleris: sufficiẽs est iustitia. Mox ouans transibis ad locum refrigerii & quietis. Si verearis oĩa opera tua & iustitias tuas vt pãnũ reputes mẽstruatæ & inutilẽ te seruũ reputaris arguis & castigas: Si de tua tibi etiã substrahas necessitate & q̃si vnã tunicã partiaris. Si nullã reputes gloriã tuã vel iniuriã: nisi dei gloriã vel iiuriã ei⁹: patet tibi regnũ cœlorum.

Quę ꝑ scribas & Phariseos designenť.

¶Nisi abũ. iust. &c. Scribę æmulabanť literã occidẽtẽ: furfure & nõ adipe satiati Pharisęi a cęteris separanť aĩales spũm nõ habẽtes. Notať in scribis simulatio. Prẹsũptio in Pha. Et videbanť abũ. iust. illi forsan aliis. illi sibi, neutri deo. Non ĩtrabitis ingt in reg. c. Vbi idẽ reges & cœli: reges sub rege regũ: cœli ĩ qb⁹ sedeat sapiẽtia. Reges vt vilia q̃q; & ĩdigna vel agere vel appetere regi⁹ anim⁹ dedigneť. Cœli puri cõtra luxuriã cõtra auaritiã, alti firmi cõtra oẽꝫ leuitatẽ & ĩcõstãtiã, lucidi cõtra oẽꝫ ĩsipiẽtiã & seductionẽ. B

Cassianus.

Q; fraterna pax omni sit muneri præferenda. C
¶Si offers munus t.a.al.& rec.f.&c. Intãtũ non vult nos dñs noster alteri⁹ despectui habere tristitiã vt si aliqđ aduersũ nos frater habuit nec munera nr̃a suscipiat. i. nec orones a nobis ꝑmittat offerri: donec de aĩo eius iuste iniuste ve cõtẽptã tristitiã celeri satisfactiõe tollam⁹. Neq; ei ait: si hꝫ verã q̃relã aduersũ te: sed si habet ingt aliqđ aduersũ te. i. si leue etiã aliqđ ac vile sit q̃ fratris in te, excitata fuerit cõmotio & hoc memoriã tuã subita recordatiõe pulsauerit: scias offerre te ꝑcũ tuarũ spũalia munera nõ debere nisi prius qualibet ex causa ortã tristitiã de corde fratris tui benigna satisfactione depuleris.

Galfridus.

Qꝫ qui peccat in spe: veniam demeretur.

D ¶Non exibis inde donec reddas nouissimum quadrãtem. Hoc autem poterit nunq̃: propter ea nunq̃ exibit. Qꝫ si dominus ab ingrato, q̃d indulserat repetit, quando ei amplius aliquid quod petierit indulgebit. Quis nostrum si studiose quærit, in hac parte sibi timendũ esse non inuenit? Cæterum super oĩa, nisi fallor, causam se impietatis Pietas esse dolet. Quid enim tam impium, tam sacrilegum, q̃ quod multis est hodie tam commune: videlicet in spe peccare? Et q̃ iuste ei misericordiæ ianua clauditur: qui vt peccaret, ad ipsam confugere non veretur? Qꝫ si vultis scire q̃ pauci sint qui sibi satis ab hoc discrimine caueãt, vel ex iis de q̃bus videt̃ ꝙ sine crimine viuant, inde etiam magni homines inueniuntur aliquando spernere minima, ꝙ remittenda facilius arbitrentur. Nimirum a grauioribus abstinent etiam cum molestia grauiori, ne difficilius remittantur.

Balduinus.

Qꝫ oculus fidei lumen eripiat rationi.

E ¶Si oculus tuus dexter scandalizet te, erue eũ & proiice abs te. In sacramento altaris fides & humana ratio cõpugnant. Et hoc agitur inter eas vt altera alteri oculum eruat. Nec est finis huius pugnę citra alterius excæcationem. Habet enim humana ratio oculum suum. Habet fides & suum. Oculus rationis quasi lippus est & sępe visibilia & ꝓpe posita videre nõ potest. Oculus autem fidei acutus est: quo inuisibilia dei intellecta conspiciũtur. Circa virtutem sacramenti mens hebet: oculus rationis caligat. Om̃is sensus corporis obtundit̃. Manus in contrectatione sedula, experientia gustus, oculorũ intenta cõteplatio, nulla sua diligentia explorare nõ possunt nisi ea quæ hmõi panis esse solent. Ratio consulta hoc respondet q̃d carnalibus cogitationibus persuasum habet, & corporeis sensibus exploratum. Oculus enim humanæ rationis inuisibilia dei comprehẽdere nõ potest nisi collyrio gratiæ inungat̃. Vero quo ꝙ lumine illustretur: de quo scriptum est. Præceptum domini lucidum illuminãs oculos.

¶Si oculus tuus scandalizet &c. Hoc de oculo humanæ rationis non inconueniẽter accipitur qui pietati fidei scandalum est. Vnde & merito eruendus est. Melius est enim vnum oculũ sane fidei habentem ingredi ad vitam: q̃ duos oculos habentem alterum humanæ rationis, alterum fidei, mitti in gehennã. Quasi nẽpe duos oculos habet qui humana sapientia ducit̃, & fidem tantũ ex ea parte recipit vbi humanis rationibus consentanea ecclesię videt̃. Fides autẽ nostra maius testimonium habet q̃ ab humana ratione. Subnixa est eñ diuina auctoritate quę quidẽ summa ratio est omnẽ humanam rationem incõparabiliter superãs: vtpote veritas & in veritate statuens vniuersa.

Galfridus

Quomodo intelligẽdum sit Nolite iurare per cœlum.

¶Nolite iurare neqꝫ per cœlum neqꝫ per terram. Iurare est indubitanter asserere certam sibi securitatem promittere. Cum adhuc nesciat homo si sit dignus amore an odio. Sic iurare per cœlum est sine hęsitatione sperare salutem ob pudicitiæ cęlibatum. Terra est satisfactio pœnitentiæ Secunda quodãmodo tabula post naufragium: nec per illam iurare expedit, sed timere pariter & sperare, quia scabellum est pedum domini. Pedum sane duorũ, misericordiæ & veritatis. Iurat per Hierusalẽ quę est ciuitas regis summi qui temere pręsumit de consortio & cõmunione congregationis. Iurat per caput suum qui propriis innitit̃ meritis, cum non possit vnum de capillis minimæ cogitationis suæ vel album facere gaudio spũali, vel nigrũ tristitia salutari. Sit autẽ sermo vester est, est: non, non. Sit in gratulatione: sit in formidine. Nimirũ est, est: non, non, verba sunt defendentium & accusantium cogitationem. Vtriusqꝫ etiam repetitio non modo est confirmatio: sed affectionis expressio. Hinc desiderii & letitiæ: inde timoris & tristitiæ.

Petrus Rauẽn.

Qꝫ a Christianis iracundiæ caminus debeat extingui in scintillis.

¶Dico vobis non resistere malo. Dico vobis G vtiqꝫ Christianis. Cum hoc dicit, vult nos vitia non recompensare vitiis, sed superare virtutibus & in ipsis adhuc scintillis irã extinguere: quæ si peruenerit ad totum furoris incendiũ sine sanguine non sedatur. Ira vincitur lenitate, malitia bonitate calcatur.

Qꝫ qui ictum palmæ non sustinet palmam victoriæ vulneribus non acquiret.

¶Si quis percusserit te in dexterã maxillã pręH be illi & alteram. Hoc putat arduum qui q̃ta patientiæ præmia sunt non attendit. Nec potest vulneribus inuenire victoriam qui nec ictu palmæ acquirere vult coronam.

Cassianus.

Qꝫ iniurias irroganti debemus ex animo consentire.

¶Si quis percusserit te in dexteram maxillam I prębe ei & alteram. Subaudit̃ sine dubio dexte

ram. Q₂ alia dextera, nisi interioris hoīs (vt ita dixerim) facies nō pōt accipi. Per hoc penitus omnē iracūdię fomitē de ꝓfundis cupiēs aīę pe netralib⁹ extirpare. i. si exterior dextera tua īpe tū ferientis exceperit interior quoqꝫ homo per humilitatis assensum dexterā suā prębeat ver berandam cōpatiens exterioris hoīs passioni: & quodāmō succūbens atqꝫ subiiciens corp⁹ suū ferientis iniurię, ne exterioris hoīs cęde vel ta citus intra se moueatur interior.

Petrus Rauennas.

Q₂ eleemosyna facta per iactantiā pauperi non tam consulat q̄ insultet.

6. k ATtendite ne iustitiā vestrā faciatis co rā hoībus. Et vbi est illud. Luceat lux vr̄a corā hoīb⁹? Qui em̄ pōt celare ra diū solis: iustitię poterit occultare fulgorē. Hęc ergo cęlestis ꝑceptio vult iactātiā tollere, aufer re pōpā, ianē gloriā submouere. Iustitia. n. p se sibi abundat ad gloriā, spectaculū ppl̄i fauorē hoīm nō reqrit, a deo gēita cęlū expectat: ī ocu lis agit diuīa diuinis sup̄nis virtutib⁹ īmixta. Sēp a deo solo vt glorificet̄, expectat. Sed hęc iu stitia: q̄ ex deo ē: illa vero iustitia: q̄ est hypocri sis p̄sentē rapit mercedē: nō cogitās in futurū: cęcat oculos cęca ipsa, nō vidēs vult videri: ꝓ pter quā cęcitatē Christus pręsenti sic inchoat in pręcepto. Attēdite: hoc est attēdite: ne gestia tis attendi: ne iustitiā vestrā fa. vi. hoīb⁹. Qua re? Ne videamini ab eis. Et si visi fueritis: quid? mercedem nō habebitis apud patrē. Et causam quare dixerit hoc, subdit. Cū facis eleemosynā, noli tuba canere ante te sicut hypocritę faciūt. Bene tuba, qa talis eleemosyna hostilis ē nō ci uilis, nō misericordię dedita s₃ clamori. Ostēta tiōis nūdinatio, nō cōmerciū castitatis. Eleemo synā qsqs ostētat, insultat Fugiēda est hypocri sis, quę captu glorię verecūdiā pauperū nō re leuat, sed fatigat: quę de gemitu paupis pōpā suę gloriationis inquirit, & suam laudem dila tat pauperis ex dolore.

Galfridus.

Q₂ eleemosynarū impensę afflictio corporis sit iungēda.

L ℭCū facis eleemosynā nesciat sinistra tua &c. Quid est, nesciat sinistra tua: qd facit dextera: nisi ꝓpterea nō vacet ipa? Mlti em̄ sunt q pctā sua eleemosynis redimunt: & ꝓpter beneficia quę impendunt: aspera sustinere refugiunt. Si ergo qa eleemosynā dextera facit: sinistra va cat ab abstinentia: nouit & bene attendit sini stra, qd facit dextera.

Petrus Rauennas.

M ℭTe autē faciente eleemosynā &c. De⁹ sic mo nendo culpat nō loca, sed vota: nō opa, sed sen sum: studiū nō datorē, sibi dari vult qd̄ paupi dat. Vn̄ hō si deo fœneras testes hoīes nō req ras: fides arbitros non reqrit: qui credita diffa mat vrit verecūdia debitorē. Da ergo secreto: vt qd̄ dederis nō sit oneris: s₃ honoris. Nesciat (inqt) sinistra. t. &c. Putas q̄ vult nescire alte rū q hoc tui partē aliquā vult nescire. sicut no bis in dextera parte virtutes: ita nobis pars vi ciorū in lęua signat̄. In hoc ergo seculo fugia mus, quę a sinistris sunt: si in futurū a dextris desideramus assistere & audire. Venite benedi cti patris mei pci. re. &c.

Bernardus.

Corde clamet ad dn̄m qui voluerit exaudiri. M

PAter noster q es in cęlis. Vt clamādū in oratiōe sibi nouerit hō: īter primor dia suę orōnis ipm̄: quē oratur⁹ ē pa trē in cęlis esse ꝓtinus admonet̄: ꝙ videlicet & īpetu quodā spūs illo sibi iaculādā meminerit esse orōnē. Spūs est de⁹: & in spū clamet necesse est qsqs clamorē suū ad eū desiderat ꝑuenire. Sicut em̄ in faciē hoīs respicit tanq̄ homo: sed magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocē q̄ ad corporis aures eius. Hinc est ꝙ Moyses fo ris tacens, intus auditur.

De oratione dominica.

ℭPater noster q es in cęlis. Fidelis oratio: cuius N ipa primordia diuinę adoptiōis & terrenę pere grinatiōis admoneant. Vt hoc sciētes ꝙ q̄diu nō sum⁹ in cęlo ꝑegrinamur a dn̄o: gemamus intra nos, patris p̄sentiam expectantes.

ℭSanctificetur nomen. Per qd̄ interim in nobis es dn̄e: p fidē in cordibus nostris habitans: quo niā nomen tuum inuocatum est sup nos.

ℭAdueniat regnū tuū. Veniat itaqꝫ qd̄ pfectū est, & euacuetur quod ex parte est.

ℭFiat volūtas. t. s. i. c. & ī. t. Vt laus Hierusalē, stabiliatur in terra. Quid em̄ modo est? Non quęrit angelus ab angelo gloriā in cęlo: & ho mo ab homine laudari cupit in terra.

Galfridus. De oratione dominica.

ℭPr̄ nr̄ q es in cęl̄. &c. Pręfatio breuis: s₃ efficax O tāgit q̄tuor fibras mētis. i. affectiōes, lętitię & ti moris, tristitię & desiderii. Siqdē dū recolimus patrē nos hr̄e dei: letitię cōceptiōe gaudemus. Sed nihilomin⁹ ad reuerētiā timor sollicitat, ne nos inueniat tātus pater indignos, degeneres, vel ingratos. Cū dicimus q es in cęlis, si nō de sipimus, animū mordet tristitia: ꝙ nobis ne dum inhabitet, sed longe peregrinemur a deo donec simus in cęlo. Nihilomin⁹ & merito cō cupiscimus fieri ciues cęli, immo etiā cęli: vt sit in nobis. Pater noster qui es in cęlis.

Item. De oratione dominica.

P ¶Pater nr̃ &c. Nõ dubiũ quin cęteris ea pſtet oratio quã dei virt⁹ & dei sapiẽtia Christ⁹ discipulis tradidit oraturis. Ne vereamur argui pręsumptionis: si deũ patrẽ nostrũ vocamus: qm̃ ipse nobis hũc patrẽ dedit, cuius ab æterno prius pr̃ extiterat. Ipse inquã fideles suos in cõmunionẽ huius filiatiõis asciuit: q ex vnigenito primogenit⁹ fieri nõ despexit. Inde ergo audacia postulandi, & impetrãdi fiducia est: qa & si nos vocati filii dei nõ sumus: ille tñ seipsum negare nõ põt, oĩno pater est q rogatur: Pater noster qui est in celis. Vere patronus efficax & misericors aduocatus, q interpellans ipse p nobis etiã ipsa nobis qbus ipi pariter supplicem⁹ orationis verba dictauit. Quid ni leuemus corda ad deũ in cęlum cũ dicimus Pater noster q es in cęlis? Sic prouocat aquila pullos ad volandum super eos volitans: qñ Mariã mittens magdal. Vade inquit dic fratrib⁹ meis: ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ vestrũ. Sursum igit̃ corda nostra, sursum vota, sursum tendat affectio, sursum dirigat̃ oratio: qa sursum habemus patrẽ, sursum habemus patriã & patronũ.

Petrus Rauennas.

Qz orationẽ longam non sustinet cui tardum est prębuisse.

Q ¶Pater noster q es in cęl'. Christus breuiter orare docet, quia cito vult postulata prestare: aut quicqd petentibus dedit: aut in respõdẽdo quã facit morã qui in dictandis precib⁹ vota. Totũ siquidẽ prestare voluit qui sua se prece voluit supplicari. Et idcirco totã petẽdi formã paucis aptauit verbis: qa cũ patrẽ postulat, multa prece filius nõ laborat. Sicut em̃ necessitas petere cogit gẽitũ: ita vrget charitas tribuere genitorẽ. Deniq; qd ẽ magis tremẽdũ: q; se dedit terris de⁹, aut q; nos dat celo? q; societatẽ carnis itrat ipe, aut q; nos consortiũ facit diuinitatis intrare? q; suscepit pauptatẽ nostrã: aut q; nos facit heredes suos sui vnici coheredes?

Qz maculam cęlo inferat qui cęlesti origini nõ responder.

R ¶Qui es in cęlis. Terrã ergo nesciat, amorem carnis ignoret, patrẽ pulueris nõ requirat, nil in se vitiis licere pmittat: q deũ patrẽ cęlestem repetit ad naturã: vt q se dei filiũ credit, actu vita, morib⁹, honestate tanto generi rñdeat: ne iterũ ad terrena descẽdens ad ipsam tãti genitoris tẽdat iniuriã. Viue ergo vt fili⁹ dei, & ne cęlo maculam inferas: & cęlesti generi degener appareas si aliqd gesseris inhonoste.

Cassianus. De oratione dominica.

S ¶Pater nr̃ q es in cel' &c. Videtis qualis forma oratiõis sit nobis pposita, in qua nulla diuitiarũ petitio, nulla mẽoria dignitatũ, nulla corporeę sanitatis seu tpalis vitę mẽtio cõtinet̃, nihil em̃ caducũ vult a se: nihil vile: nihil tpale ęternitatũ cõditor iplorari. Itaq; magnificẽtię eius atq; munificẽtiæ maximã irrogabit iniuriam quisqs sempiternis petitionib⁹ ptermissis, trãsitoriũ aliquid & caducũ ab eo maluerit postulare, & offensam poti⁹ q̃ ppitiationẽ iudicis sui vilitate orõnis incurrit. Pater nr̃. O felix oratio in qua mens familiarissime velut pr̃i pprio peculiari pietate colloquit̃. Panẽ nostrũ quoti. da nobis hodie. Cũ dicit quotidianũ ostẽdit q; sine ipso nequaq̃ vllo die spũalẽ vitã cape valeam⁹. Cũ dicit hodie, ostẽdit eũ quotidie eẽ sumẽdũ & hesternã pbitionẽ ei⁹ nõ sufficere: nisi nobis hodie sit̃ q̃q; fuerit attributus. Et dimit. no. d. n. s. & n. d. d. n. Secur⁹ hui⁹ orõnis fiducia de suis admissis veniã postulabit qsqs remissus erga suos dũtaxat nõ erga dñi sui extitit debitores.

Bernardus. vnde supra.

T ¶Adueniat regnũ tuũ. Regnũ hoc necdũ ex toto peruenit in nos: quotidie tñ paulatim aduẽtat: sensimq; in dies magis ac magis dilatat terminos suos, in his dũtaxat quorum per dei adiutoriũ interior homo renouatur de die in diem. inquãtũ em̃ regnũ gratię dilatatur: intãtiũ peccati potestas minuetur.

Ricardus.

Qz aliter a perfectis: aliter ab imperfectis iniurię dimittantur.

V ¶Dimitte nob debi. nr̃a &c. O ifelix psumptio irã dei aduersum se pcib⁹ puocare. Hõ hoi reseruat irã: & a deo quęrit misericordiã. Sũt autẽ q̃dã impfecti: quo⁊ impfectioni: sicut dicit Augustin⁹, diuina miserario cõdescẽdens cõcedit vt saltẽ tũc debitorib⁹ suis dimittãt cũ ipsi debitores indulgẽtiã ab eis sibi dari postulãt. Perfectorũ autẽ est oĩa oĩbus corde puro, vultu iocundo sine restauratione rerũ, sine satisfactiõe iniuriarũ: & sine cunctis precibus suis debitoribus indulgere: insuper & sua tribuere: & obsequia charitatis exhibere.

Hugo de sancto Victo.

Qz gulę vitium specialiter tẽtatio nominetur.

X ¶Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Hęc petitio cõtra vitiũ gulę opponit̃. Idcirco aũt spãliter hęc pestis tẽtatio appellat̃: qa cętera vitia lõge sunt a natura hũana & ob hoc q̃to min⁹ rõnis pręsũt, tãto min⁹ tẽtatiõis adducũt. Tẽtare etem est callide expiri: & quasi blandis qbusdã conatibus pmissis ante violentã impulsionẽ pbare qd ęstimari possit de illo qd dubiũ est. Appetitus itaq; edẽdi: qa p insitã necessitatẽ dominat

tāto efficacius quicqd adducit iugiter q̄tomi nus pōt repelli. Itaq; tētat vitiū blande ꝑ necessitatē tāgens, si forte ꝑ illam emollire possit animā ad sup̄fluitatē, vnde nō petim⁹: vt ad illam quod est impossibile, nō veniam⁹, sed tantūmodo vt in illam nō inducamur.

Qz qui seruire deo renuit, seruus efficitur vitiorum.

Y ¶Libera nos a malo. Hęc petitio cōtra luxuriā dirigit. Ecce ad quē finē venit sup̄bia n̄ra! Diu eram⁹ soli oīm dn̄o seruiētes, sed sup̄bia suadēte, cōtra ip̄m ceruicē erexim⁹ & stati serui facti sum⁹ ēt vitiorū. Ecce ad te de⁹ clamam⁹ captiui q te cōtēpsim⁹ libi. Ecce q̄lē dn̄m cōtēpsim⁹ ecce q̄li tyrāno seruim⁹! Turpitudo tenet nos captiuos, vt n̄ra pręsumptio cōfundat. Libera ergo a malo: gl̄ia tua, nostra miseria. Vere malum est hoc dn̄e, & nō sicut cętera mala: crudelius ꝑsequitur, profundius nocet, efficacius lędit, blanditur vt fallat, lenocinat̄ vt perimat. Mentitur dulcedinē, vt amaritudinē infundat. Ideo difficili⁹ vincit̄, tardius extirpat̄ n̄ris desideriis: aduersum nos pugnat ad mortem, blandiente dulcedine, ipsam etiā penetrat voluntatem: & vt postmodū toti dominetur naturæ, ipsam rationē violenta quadam pestiferę delectationis ꝑsuasione inclinat.

Petrus Rauennas.

Qz hypocrisis vitiū de remediis morbos creat.

3. Z ¶Vm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes. Hypocrisis subtile malū, secretū vir⁹, virtutū fucus, tinea sanctitatis, aduersa oīa palā impugnāt & cauent̄: tam facile q̄ vident̄. Hypocrisis sua stimulatiōe arte crudeli virtutes detruncat mucrone vitiorū: ieiuniū ieiunio ꝑimit: oratiōe, orōne vacuat: mīa miseratione ꝓsternit. Hypocrisis cognata febri, frigido poculo ꝓpinat ardorē. Extermināt facies suas &c. Hypocrisis dum cupit captiuare oculos: oculis fit ip̄a captiua: deniq; si facies ip̄a exterminat̄ ornamentū corporis qd̄ manebit! Si lumē qd̄ in te ē tenebrę sūt: Ipsę q̄tę erūt! Proinde cauēda ē pestilentia q̄ de remediis creat morbos, cōficit de medicina languorē. Sit ergo nostrū de simplicitate ieiuniū ignotū (q̄tū in nobis est) hoīb⁹, deo notū. Thesaurū nāq; q nō abscōderit ꝑdit. virtutes ꝑditę nō manebūt. Virtutes sicut ꝑditores suos deserūt: sic suos instant custodire custodes.

Bernardus.

Qz corꝑali ieiunio mētis hilaritas sit iungēda.

A ¶Cū ieiunas vnge caput tuū. Mira dignatio. Caput nostrū Christ⁹ est: quē vnxit p̄r pręꝑ participib⁹ suis accumulans sup eū vniuersa charismata benignitatis mā̄suetudinis suauitatis: abūdantius replēs eū visceribus misericordiæ: & muneratiōis. Vnctū deniq; misit ad nos quē nobis exhibuit plenū gr̄ę & pietatis. Sic a p̄re vnctū est caput nostrū & nihilomin⁹ vngi postulat & a nob. Cū ieiunas vnge caput tuū. Ita ne aquā petit a riuulo fons indeficiēs! Petit sine dubio aut certe repetit magis. Ad fontē em̄ vn̄ exeūt, flumīa redeunt vt iterū fluāt. Nō vero vt min⁹ habeat qd̄ dederat, repetit Christ⁹: sed ne tibi pereat qcqd ad eū referre volueris. Siquidē & fluminis aqua si stare cœperit cōputrescet & inūdatiōe facta supueniēs repellet: Sic plane sic gr̄arū cessat decursus, vbi recurs⁹ nō fuerit, nec mō nihil auget ingrato: s; qd̄ acceperat ei vertit in ꝑnicie. Fidelis aūt in modico cēset̄ dign⁹ mūere ā̄pliori. Vnge igit̄ caput tuū refundēs in eū q supra te est qcqd in te ē deuotiōs qcqd delectatiōis qcqd affectiōis. Vnge caput tuū: vt si qua in te est gr̄a referat̄ ad ipsum nec tuā quęras gloriā: s; ipsi⁹. Vngit em̄ Christū q bon⁹ ei⁹ odor ē i oī loco. Memēto sane aduersus hypocritas hūc ꝓcessisse s̄monē. Nolite fieri sicut hypocritę tristes, nō oīmodam nobis tristitiā interdicit: sed q̄ in facie est corā hoīb⁹: alioqn cor sapiētis vbi tristitia. Tristitia hypocritarum nō in corde, sed in facie est: exterminant em̄ facies suas. Nota q; nō dicit nolite esse sicut hypocritę: sed nolite fieri: hoc ē fingi. Sic qp̄pe vulgo dicit̄: tristē se facit, aut magnificat se & filia: q̄ simulationis sunt nō veritatis. Tu autē cū ieiunas &c. Exterminat em̄ faciē: tu lauare iuberis. Est autē facies quę in facie est cōuersatio: hāc fidelis Christian⁹ lauat ne qd̄ offēdiculū ꝓbeat intuēti: hypocrita magis extermi nat dū singularia magis & inusitata sectat̄. Sed nec caput vngit: cui⁹ affectio elōgat̄ a Christo & vanis fauorib⁹ delectat̄. Vngit poti⁹ semetipsum: vt ꝓprię fragrātiā opiniōis respgat: aut certe qa manifestū est nō esse caput hypocritę Christū, nec suū qualecūq; caput vngere pōt cui⁹ mēs nō ꝓpriæ testimonio cōsciētię: s; adulationib⁹ demulcet̄. Exterminat em̄ facies suas. Vides q̄ breui sermone hypocritas & singularitatis notat & arguit vanitatis. Vide etiam q̄ paucis, & corā deo suadeat bona & coram hominib⁹ ꝓuidere. Vnge. c. t. & f. t. l. hoc est sic te irrep̄hēsibiliter foris exhibe vt diuinā tibi cōciliare studeas gratiā, & ante oculos hūanos nō ꝓpriā quęras gloriā: sed auctoris. Pōt t̄n & alio mō lota facies cōscientia pura, & vnctū caput intelligi mens deuota. Qd̄ si id ꝓbas aduersus duplex vitiū qd̄ maxīe solet appetere ieiunātes hęc duo verba ablutiōis, & vnctiōis dicta vidētur. Alius em̄ ieiunat studio vanitatis & huic

dicitur,faciem tuã laua. Alius cum impatientia & rãcore, & huic opus est vt caput vngat. Est autem caput istud mens interior,quæ tũc vngit̃ ieiunio cum spũaliter delectat̃ in eo. An tibi nouũ videt̃ vt dicam⁹ caput vngi ieiunio? Ego plus dico,etiã & impĩguat̃. Nũq̃ ne legisti vt alat eos in fame? Est ergo ieiuniũ corporis capitis vnctio:& carnis inedia:refectio cordis. Quidni dixerim vnctionẽ quę & medet̃ vulnerib⁹ & exaspatas cõsciẽtias lenit? Emat hypocrita ieiunio suo oleũ pc̃toris:ego meũ nõ vendo ieiuniũ:ipsum mihi est oleũ quo vngar. Vnge caput tuũ inquit ne forte qd murmuris, aut impatientię subeat:nõ solũ autẽ:sed & gloriare in tribulatiõibus tam absq; oĩ studio vanitatis vt sit etiam facies mũda ab oleo peccatoris.

Petrus Rauennas.

Qꝫ homo securus dormiat q̃ sua domino cõmendauit.

B ¶Nolite thesaurizare vobis in terr & c. Quid tã paternũ qd sic veniẽs de amore qđ tã puidum cõsiliũ. Nihil tibi perire vult q̃ tua in thesauris cęlestib⁹ vult reponi. Qꝫ securus dormit q deũ suorũ meruit habere custodẽ. Qꝫ nescit curas q̃ nõ est anxius q̃ caret fastu seruorũ qui sua patri seruanda cõmendat? Pater q dat sua filiis,cõmẽdata nõ minuit filiorũ. Tineę nõ excludũt caustra,sed claudũt, & generãt,nõ repellunt,rubiginẽ nutriũt,seruata nõ vitãt: qa qđ de re nascit̃ nõ vitat̃. Vbi ẽ necessitas fures deesse nõ pñt. Qui ergo iter tineas,rubiginẽ, fures,sua ponit:exponit q̃ sua sunt nõ reponit. Qui ergo vult auaritiã vincere diuitias subroget nõ expectet. Fidelr nãq; p manũ paupis ad dñm,Deo fideiussore,portant̃. Man⁹ sigdẽ pauperis, Abrahę sinus:vbi qcqd accepit mox reponit manus paupis ĩ gazophilaciũ Christi:qa qcqd paup accipit,Christ⁹ acceptat. Da ergo pauperi terrã,vt accipias cęlum:da nũmũ vt accipias regnũ:da micã vt accipias totum

Bernardus.

Vnde dicatur simplex oculus,vnde neq̃.

C ¶Si oculus tuus & c. Non est oculus vere simplex qui fallit̃. Fallit̃ autẽ tam q dicit bonũ malũ q̃ q malũ bonũ putauerit. Ego vero vt interior ocul⁹ vere simplex sit,duo illi arbitror esse necessaria:charitatẽ in intẽtione,in electiõe veritatem. Nam si bonũ diligat:sed verũ nõ eligat,habet qdem zelum dei:sed nõ secũdũ scientiã,& nescio quẽadmodũ iudicio veritatis vera possit esse cũ falsitate simplicitas. Estote inquit prud. sicut ser. & .s. Premisit ergo prudentiam sine qua neminẽ satis esse posse simplicẽ sciret. Quõ deniq; vere simplex erit oculus cũ ignorantia veritatis? Aut vera põt dici simplicitas quã simplex ignorat veritas. Patet ergo laudabilẽ illã & a dño laudatã simplicitatẽ absq; his duob⁹ nõ eẽ bonis bñiuolẽtia atq; prudẽtia:vt ocul⁹ cordis nõ solũ pius q̃ fallere nolit: sed & caut⁹ sit:q̃ falli nõ possit. Cęterũ sicut oculũ simplicẽ duo ista faciũt bona.s.amor boni & cognitio veri:sic neq̃ oculũ duo e regiõe mala cõstituũt:cęcitas,q̃ fit,vt veritatẽ nõ agnoscat:& peruersitas,q̃ fit vt diligat iniqtatẽ. Porro iter hęc duo bona,& illa duo mala,duo sũt media. Vnũ bonũ p qđ ocul⁹ iterior,etsi falli q̃at ignorãtia veri:zelo tñ boni fallere pœnit⁹ nõ cõsentit. Alterũ vero malũ qđ licet veri notitiã nõ ipediat: amorẽ tñ boni pręmalitia mĩme sentit. Et qm oĩs res meli⁹ diuisiõe innotescit: scđm hoc duplex malũ & illud geminũ bonũ quadrifariã diuidam⁹ oculũ cordis:in bonũ,& meliorẽ,in malũ,& peiorẽ. Est q bonũ diligit & malũ nescius agit:hui⁹ bon⁹ ẽ oculus qa pius:nõ tñ simplex qa cęcus. Est q bonũ & libẽter agit & prudẽter ĩtelligit. Hui⁹ oculũ merito simplicẽ dixeri cui nec zel⁹ bon⁹ desit:nec sciẽtia hũc oculũ regit cũ respicit sup filios hoĩꝫ:vt videat si ẽ ĩtelligẽs aut requirẽs deũ. Est ecõtrario q bonũ minime diligẽs ex malitia qdem puersus est:sed sapiẽs, vt faciat malũ p ignorantiã cęcus nõ est. Quẽ ideo necdũ appellaueri neq̃ q vnũ ei, licet ad suũ malũ,nõ desit bonũ.i.sciẽtia. Sed est q bonũ forte qđ nõ diligit,agit: cui nõ incõgrue id qđ dicitur neq̃ assignauerim: eo q neutro careat malo nec cęcitate.s.nec puersitate. Dicit̃ siquidem neq̃ quasi nequaq̃:vt hunc solũmodo appellauerim neq̃ q nequaq̃, hoc est in nullo pœnit⁹ appareat bonus:sed sit vtroq; bono vacu⁹ .i.tam veri notitia q̃ beniuolentia.

Galfridus.

Qꝫ nõ sit magnopere p tẽporalib⁹ supplicãdũ.

D ¶Nolite solliciti esse,dicentes qd mãducabim⁹ & c. Parua sunt quę ad vsum pertinẽt hui⁹ vitę vt est sanitas corporũ,tranquillitas tẽporũ,terũ facultas:& hęc tam postulanda tenuiter vel de superfluo penitus expectanda, q̃ expetenda sint. Affectuosius autẽ in eis petitionib⁹ supplicãdũ:in qb⁹ causa agit̃ aĩarũ. Cũ videlicet & qs auferri sibi postulat periculosam q̃libet tentationem,vel conferri boni alicuius opis facultatem:seu cũ differri exitũ suũ aut quęrit obstudium pœnitentię: at forte quęrit̃ ob disideriũ vitę. Siquidem scire debemus etiã in his omnibus quoniam qd orãdũ sit sicut oportet nesciamus,ad obtinẽda quę huiusmodi sunt flagret anim⁹: eo tamẽ moderamine coercenda nobis affectio, & oratio dirigẽda:vt ipsius cõmittat̃ arbitrio:q solus nouit qd nobis expediat ad sa

lutē.Est aliud petitiōis genus:in quo iam cōditio nulla admittit.Neq; eīn cū hesitatione aut ambiguitate petendū,quod petendū necessario ad salutem.Hoc affectu charissimi & eiusmodi plena animi intētione postulemus in saluatoris nomine a pr̄e misericordiā indultricem, gratiā adiutricē,gloriā cōsummatricē.Nimirū in his tribus, affectuosissima illa sacerdotis versatur oratio:cū percepturus dn̄ica sacramenta & quidē opportune supplicat illi vt liberū sese a peccatis,& ipsius obedientię mādatis & in perpetuū sibi faciat adherere.

Petrus Rauennas. Q̃z sit miserum suspirare terrena cui cælestia promittuntur.

E ¶Nolite solliciti eē dicētes &c.Quis rex deuotis militibus debitā nō pcurat annonā? Quis dn̄s fidelib9 suis iusta cibaria nō mīstrat? Quis pater nō dat filiis? Si ergo nobis deus & rex & dn̄s & pater est,qd negabit? Stipēdiis suis militās derogat miles regi, suis viuēs sūptib9:dn̄s seruū accusat:p se sollicit9 fili9 culpat supstitē patrē.Noli ergo hō exacerbare patrē.Noli ergo homo exacerbare deū p te,taliter cogitādo. Quia & iustitia regnātis & dn̄antis studio & generātis affectu in se totā tui recepit sollicitudinē refudit:& causam,dicēdo.Nolite solliciti eē.&c.Et vere:o nephas q̄tū:o q̄ miserū:o tota infelicitate dignissimū q cū donet regno,suspirat panē,cū induat immortalitatis gl'ia, plāgit corporis vestimētū,geminę infelicitatis cōscius: nec credit fieri se felicē:& treno nutrit9 in puluere cęli incolam dubitat se futurum.

Hugo de sancto Victo.

Q̃z iudicii nr̄i qualitas de nr̄a pēdeat volūtate.

7. F Nolite iudicare & nō iudicabimini. nū qd si iniquo iudicio iudicabūt iniquo iudicabunt? absit.nulla quippe iniqtas apud deū.Sed ita dictū est in quo in.&c.Tanq̄ diceret in qua volūtate bn̄ feceritis in ipsa liberabimini,vel in qua male in ipsa puniemini.

Quō itelligēdum sit:in qua mēsura &c.

¶In qua mēsura mēsi fueritis &c Qd feceritis patiemi:nō vt si qs stuprū fecerit hoc etiā patiatur:s; qd pctō isto fecit legi, hoc ei lex faciat.i. qa legē talia phibētē de sua vita abstulit,auferat eū ēt ipsa lex de hoīm vita quā regit.vel in qua mensura &c. vt q eternā voluit hre pctī pfectionē,eternā inueniat vindictæ seueritatē.

Bernardus.

Q̃z superbia trabis nomine censeatur.

G ¶Hypocrita eiice primū trabē &c. Trabes in oculo grādis & grossa:supbia in mēte est:quæ quadā corpulētia sui:vana nō sana:tumida nō solida oculū mētis obscurat: veritatē obūbrat: ita vt si tuā occupauerit mētē, iam te videre, iam te talem qualis es vel qualis esse potes nō possis sentire:sed q̄lē te amas,talem te vl' putes eē vel speres fore.Quid eīn aliud ē supbia q̄,vt quidā sctūs definit,amor pprię excellentię? Vn̄ & nos possumus dicere p cōtrariū: humilitatē pprię excellentię esse cōtēptū. Amor vero sicut nec odiū,iudiciū veritatis nescit.

Q̃z via vitę tripliciter dirigatur.

¶Arcta ē via q̄ ducit ad vitā. Hęc via tripl'r distinguit,alia ē eīn sanguīea,alia purpurea, alia lactea,sanguīea i martyrib9: q in sanguīe agni suorū corpoꝝ indumēta lauerūt. Purpurea in cōfessorib9:q in sua carne vestigia dn̄icę passionis expsserūt p abstinētiā.lactea i virginib9 q̄ in seipis puritat angelicę cādidatū & virtutes sctimonię cōsecrarūt:& p viā mūditię ad āplex9,& thalāos veri spōsi virtutū pēnis felicit euolarūt. H

Cassianus. Q̃z perfectio sit paucorū.

¶Arcta est via q̄ ducit ad vitā.Considera te de paucis & electis effectū. Et ne exēplo ac tepore multitudinis refrigescas. Viue vt pauci:vt cū paucis merearis īueniri i regno dei. Multi eīn sunt vocati,pauci vero electi. Et pusill9 ē grex cui cōplacuit pr̄i hereditatē dare.Itaq; nō leue noueris esse peccatū:perfectionē pfessum quēpiam:ea quę sunt imperfecta sectari. I

Isaac.

Q̃z ipossibilitati nr̄ę diuina pietas se cōformet.

8. K Cum descēdisset Iesus de mōte.In mōtē sequūtur,discipli alacres& prōpti, spū feruētes.Descēdētē mors & carne grauis turba pręstolat.Dn̄s Iesus oīm saluator oīb9 oīa sic efficit: vt hūilib9 humilior,excelsis supior vbiq; ieniat.Sic se iclinās vt adulterio dephēsam aīam a demonib9 accusatā liberet,q̄ten9 digito scribat in terrā: ipse digito dei formans,terra de terra:ppter terrā.Sic se erigens vt ascēdat ēt sup Cherubim ibi volet ēt sup pēnas vētorū:vniuersorū.s.supgrediēs iustoꝝ virtutes,& cōtēplatiōes angeloꝝ.Ipm itaq; & vallē i quā descēdit:& planū p qd cū turba gradit & mōtē in quē ascēdit:mō cū oīb9 discipli:mō cū paucis: mō solus orare patrē, intelligo. Ipse eīn totū,qd deus est,existens:totū qd homo est permanēs:nec supra se pōt ascendere:ne deum excedat:nec ifra se descēdere,ne iumētum fiat. Ipse sancta & sublimis scala quā dormiens peregrinus vidit. Nam incola forte: & vigilans nō videret ad deum a terra erecta, vel ad terram a deo porrecta : quando vult per se, in se quo eum,nunc pauci, nunc plures,nunc hoīm nemo sequi potest,ascēdere.Beata anima quę dominū Iesum p oīa sequi pōt,currēs post odorē vnguentorū suorū:quocūq; ierit,sursū ascēdēs ocio contēplationis:deorsum descēdens officio

charitatis:ipm seqns ad subiectionē seruitutis, ad amorē pauptatis,ad patientiā famis & sitis & fatigatiōis,opationis,plorationis,orationis, cōpassionis,& deniqꝫ passionis q venit obedire vsqꝫ ad mortem & ministrare nō ministrari:& dare nō aurū nō argētū:sed cōsilium & auxilium multis:& animā suā ꝑ multis.

Quę sit forma perfectę vitę.

M ℭHęc ergo forma sit viuēdi,cogitatiōe & auiditate in illa pria cōuersari cū Christo,in erūnosa pegrinatione nullum charitatis officium recusare Christo:videat aīa cōtēplatiōe veritatis speciē suā supra se,visitet caro officio charitatis speciem suā iuxta se,& neutra peccabit in se.Visitans inqt speciē tuā nō peccabis.Si ergo viderit ca ro speciē.s.ēt īfra se,nō abhorreat,nō refugiat:nec ab obseqla & tactu refugiat pietatis.Nunq̄ eñ melius videre merebit̄ aīa ꝑ veritatem speciē suā supra se:q̄ si se inclinet caro per charitatē ad suam speciem infra se.

Quāto affectu agēda sint opa pietatis.

N ℭIdeo diuina sapiētia medicina pariter & doctrina:q̄ solo verbo potuit leprosum:tactu curare maluit:vt tu nō q̄ facili⁹:sed q̄ affectuosi⁹ potes,bñficiū impēdas:opus pietatis ipleas nihil abhorreas,illū semp attēdens ꝑpter quē facis.Ille eñ semp pulcher ē:semp mūdus: semp honestus:semp dignus in oī psona loco & ope.

Item Homilia vnde supra.

O ℭCū descēdisset Iesus de mōte &c.De⁹ mōs ē: & hō vallis:forma dei mons est & forma serui vallis.Cum ergo descendisset de cęlo ad terrā sequi eū iam poterāt turbę quę eū expectabāt quę sine ipso quo vadit,ire nō poterunt.Quo tñ eos ducit:primū qdē ad sanandū leprosum qđ fortasse ipsi erant & nesciebant.

De triplici infirmitate.

P ℭPrima ęgroti incōmoditas est sanitatē nō habere.Secūda infirmitatē nescire.Tertia medicinā nō quęrere.Quarta oblatā neglīgere.Coram male sanis bene infirmus sanatur,& agnoscens peccatū suū prius dicit vt iustificet̄.Iust⁹ eñ in primis accusator est sui.i.in prīcipio iustificationis sue accusat se.i.accusando incipit esse iustus.

De tribus partibus iustitię.

Q ℭPrima enim pars iustitię peccatoris est delicti accusatio.Secūda correctio.Tertia obseruatio obseruabo in.m.Ideo veniēs leprosus prius loquitur.Dñe si vis potes me mundare.Duo cōfitetur sui immūditiā,dei potētiam.Tertiū implorat.s.beniuolentiā:laudans inuocat dñm & ideo a lepra dimittit̄:laudās potētiā inuocat gratiā.Oīs q sic inuocauerit nomē dñi saluus erit.Et audiet volo mūdare.Sequit̄.Vide nemini dixeris:sed vade ostende te sacerdotib⁹ &c. Quid est hoc?a Christo mundat⁹ poterit Christi laudes tacere?Laudauit potentiam inexpertus,exptus gratiā.Deniqꝫ cur a Christo sanatus:mittitur ad sacerdotē.Sed audi.

Quāta sit dignitas sacerdotum.

ℭCū despōsasset sibi Christ⁹ ecclīaꝫ īfirmā,opś humilē,excelsus ancillam facit reginā.Qui retro erat sub pedib⁹ assumpsit ad lat⁹.De latere eñ eius exiit vñ eā subarrauit.Et pris oia filii sūt:& q̄ filii patris cū sint naturalr̄ vnū.sic oīa sua dedit spōsus spōsę:& oīa spōsę cōicauit sibi q̄ cū seipso & pre facit vnū.Spōsus itaqꝫ cū pre vnū & cū spōsa vnus, qđ in spōsa repit alienū: abstulit.affigēs illđ cruci:qđ naturale & ꝑpriū assūpsit & induit:qđ suiipsius ꝑpriū & diuinū cōtulit:abstulit diabolicū:assūpsit hūanū:cōtulit diuinū.Sūt itaqꝫ oīa sponsi sponsę: & honor cōfessionis & potestas remissiōis.Vade ostende te sacerdotib⁹ &c.Neqꝫ.n.min⁹ sunt soli⁹ Christi si ecclię sed nō sunt toti⁹Christi si nō ecclię. Memini igit̄ dicat sanatū se pctōr eē cū int⁹ gemuerit vbi sol⁹:sed nō tot⁹ Christ⁹ dimittit.si ostēdere se sacerdoti cōtēpsit cui dispēsatio credita ē remissiōis,& ob hoc hōr debet̄ cōfessiōis. Nā si dixerit:lepra iam redit,& imūdior iam merito dicit̄ a quo mūdator cōtēnit̄,q sub hac cōditiōe mūdauit vt mūdū se leprosus nō diceret:nisi se sacerdoti ostēderet, & mun⁹ offerret Sicut eñ dimissa dimittēti nō redeunt:sic cō donata intus,foris cōtēnēti cōfiteri,nil psunt. Sicut qui nō honorifi. filium nō ho.patrē qui misit illū:q nō honorificat spōsam nō honorificat filiū q suscepit eā.cuius vtiqꝫ contēptus in toti⁹ redūdat iiuriā trinitatis.Nihil ergo ecclesia pōt dimittere sine Christo:nihil vult Christus sine ecclīa:nihil pōt ecclesia nisi penitēti.i. quē Christus prius tetigerit:nihil vult Christ⁹ dimissum fuare ecclesiā cōtēnēti.Oīa ꝑ se pōt ops Christ⁹.s.baptizare:Eucharistiā cōsecrare: ordinare:pctā dimittere,& sīlia: Sed nihil vult sine spōsa,humilis & fidelis spōsus.Quod igit̄ de⁹ cōiunxit homo nō separet.Noli caput turturis prorsus abrūpere.Noli caput corpori detrūcare.Nō eñ decollari voluit Christus: sed cruce extēdi,distendi,suspendi:vt ima summa, media copularet.Noli ergo corpori caput subtrahere vt nusq̄ tot⁹ sit Christ⁹.Neqꝫ eñ tot⁹ Christ⁹ sine ecclesia vsq̄:sicut tota ecclesia sine Christo nusq̄.Propter qđ dicit.Nemo ascēdit in cęlum nisi q descendit de cęlo.Iste est solus homo qui peccata dimittit.

Petrus Rauennas.

Q̄z seruus Christi stare debeat non iacere.

S ℭDomine puer meus iacet in domo paralyticus. Videtis Cēturionē: anteq̄ discipulat⁹ subiret officiū locū magisterii fuisse sortitū. Pręberet em̄ petēdi formā: dat normā credendi q nōdū Christianę scholę ingressus est disciplinā. Dñe inq̄t. Puer me⁹ &c. q vocat, dñm suā fateť fidelr̄ huitutē. Et quō hic cēturio q sic agnoscit dñm puerū suū ausus est ꝓfiteri quasi nesciens serui ꝑculiū ad dñm ꝑtinere, aut ignorat cōia q docet tam ꝓfunda tā secreta. Puer me⁹. Meū dico q̄a iacet. Si tu⁹ eēt dñe nō iaceret. Ecce nūc inq̄t bñdicite do. oēs ser. do. q sta. &c. Nō q iacetis vt tuus sit surgat, vt tibi seruiat iam saneť: nā si q̄n seruis tuis aduersa ꝓueniunt nō sunt illis necessitatū causę: sed sunt certe victorię.

Bernardus.

Q̄z qui subiici nō cōfundiť iure aliis ꝓponať.

T ℭEt ego homo sum sub potestate &c. Nō iactabat cēturio potestatē quā nec solam ꝓtulit nec priorē. Dicturur⁹ q̄ppe hn̄s sub me. mi. Pręmisit hō. sine ptāte, prius se agnouit hoiem q̄ potestatē. Agnouit inq̄ se hoiem homo gētilis hō inq̄t sum: & homo sub potestate. Iā q̄cq̄d inferas suspectā nō hēbit iactātiā. Pręmissa siq̄dē est humilitas ne altitudo ꝑcipitet; nec īuenit arrogantia locū, vbi tā clarū insigne hūilitatis pręcesserit. Reuera q̄a nō cōfusus est de subiectione: iure ex prelatione meruit honorari.

Petrus. Rauennas.

Q̄z nautę ꝑitiā nō ꝓbat serenitas s; tēpestas.

V ℭAscēdēte Iesu in naui &c. Vbi Christ⁹ ecclię suę nauē mare seculi trāsfretatur⁹ ascēdit, gentiū flabra, Iudeorū turbines dęmonū nebulę sic ruerūt, vt totius mūdi fieret vna tēpestas regū spumabāt vndę sequiebant tēpestatū fluctus, sonabat rabies traditorū: ꝑplorū gurgites rotabanť: ꝑfidię notabanť scopuli mugiebāt littora Christiana lapsorū naufragia vexabāť. Et erat toti⁹ mūdi vnū discrimē vnūq; naufragiū. Tūc discipuli accedunt ad dñm. Suscitatus a discipulis Christus mare: hoc est mūdum corripit: tranquillat orbē. Reges mitigat, potestates placat, sedat fluctus cōponit populos Romanos efficit Christiāos, & ipsos quoq; executores Christianę fidei reddidit q fuerāt persecutores noīs Christiani. Gubernatoris nāq; peritiā nō ꝓbat serena tēperies: sed ꝓcellosa tēpestas blandiente aura nauem regit vltimus nauta: in confusione ventorū primi quęritur ars magistri.

Q̄z Christi odor paradisi nostro nos quęsierit in foetore.

X ℭOccurrerūt ei duo habētes dęmonia, de monumentis exeuntes. In monumētis sedē fecerāt mortis auctores. attēdite quæ sęuitia, q̄s furor, quę rabies dęmonū erga genus humanū: q̄uis breue tēpus hoim ferre nō possunt. contēti nō sunt homīes mori: sed viuos gestiunt sepelire: sed sepulchris mādāt vt hoies redigāt in sepulchra tūc hoies ad pręsentiā Christi exeunt de monumētis & versa vice captiuos ferūt a q̄bus fuerant captiuati. ℭQuid nobis & tibi fili dei. hoc est dicere. Vitę auctor, q̄d tibi cū mortuis? habitator cęli q̄d tibi cū sepl̄chris? odor paradisi q̄d tibi cū foetore. Quos de cęlo eiecisti: quos de ꝑadiso exclusisti, q̄bus nūc tollis vrbes regiones hītabiles negas, ꝑmitte nos habitare in sepulchris. Etsi nos ꝑsecutione tāta digni sumus tu tāta dign⁹ nō es īiuria. Quid nobis & tibi? Quid? q̄d iudici: & reo q̄d regi, & desertori. q̄d nobis & tibi fili dei. Hoc dicūt possessori fures: hoc dño prędones, tenēt spolia, prędā gestāt: Et quid sibi cū eo sit q sua reposcit interrogant. Quid nobis & tibi fili dei? Vt reddatis hoies mūdū restituatis auctori: & veniente creatore sciatis vobis in creaturas āpli⁹ nil licere. Quid nobis & tibi fili dei? Et vobis cū hoībus q̄d? Venisti ante tp̄s corri. nos: agnoscūt deū iudicē cōfitētur: clamāt iudiciū se debere & ꝑscribūt de tp̄e. Malis patiētia breuis bonis vltio tarda. Q̄d lędenis longū est: angustū est ad lędentes.

Q̄z maligni spiritus desiderāt mortē hominū qui sic desiderant & porcorum.

ℭSi eiicis nos hic, mitte nos in gregē porcorū. Y Digna petit indigna seruitus de monumētis si precatur mitti in porcos neq̄tia: vt foetores ad mittere nesciat: s; mutare. Coenū petūt ruētes e cęlo. Sordib⁹ vtiq; delectanť & coeno q semp foetore criminū & squallore vitiorū pascuntur Mitte nos in gregē porcoꝝ. Grex in gregē mititur, vt ꝓdatur dęmonū multitudo: vt appareat hoc duos portasse hoies q̄d numerositas nō valuit sustinere porcorū. Ait illis. Ite Traditur vile pecus nō ꝓ voluntate dęmonū: sed vt appareat quomodo mortes quęrunt hominū q sic porcos vt perderent quęsierūt.

De conuersione Matthęi.

ET cū transisset inde vidit hominē sedentem in. t. m. n. &c. Matthęus publicanus generat nobis nō paruā suis quęstubus quęstionē, & magnū nobis negociū sua negociatione proponit. Sed dicis quomodo? Deus pauperes suscipit: sed diuites non repellit. Abraham, Iob, & Dauid diuites fuerunt & sancti. Sed ad hæc respondemus. Fuerunt & sanctis diuitiæ vtpote a deo datę: nō turpiter acquisitę: cōcessę ad vsum vitæ nō ad mortis vsurā, Matthęū vel publicanum 9. Z

diuitię sic cupiditatis publicabant, magistrũ in fornace auaritię sic coquebãt, sic alligabãt vinculis cautionum. Sacculorũ põderibus sic premebant, vt leuare se ad innocentiã, surgere ad iustitiam, ad virtutẽ progredi nõ valeret. Vnde & sedere eius iam erat, subsedere nõ sedere. Hunc ergo talem cur vocauerit Christus: cur elegerit ad diuina, nisi quęratur altius, altissimã facit quęstionẽ: facit & scandalum q̃tum illo tẽpore circunstantium patefecit intentio. Quomodo enĩ infirmitas nõ laboret humana: quoniã videbat apud Christũ pecuniã sic valere vt daret fraudulẽto fidem: venali gratiã: cupiditatis magistro officiũ largitatis: publicano seculi cęleste secretũ. Vrebat videntes q̃ vsura quæ vastat terrã tollebatur ad cęlum, & hãc quã detestantur hoĩes diuinitas aduocabat: hęc oĩa fratres dicebãt Pharissęi quasi magnũ malum esset quod & malis poterat displicere.

Qz aurum naturam suam repetens cęlestes animos ad inferna deponat.

A ¶Cum transisset Iesus Indẽ inde hominẽ &c. Vidit plenius oculis diuinis q̃ humanis. Vidit hominẽ vt peccata hominis nõ videret. Vidit opus suum vt despiceret opera peccatorũ. Vidit illum deus vt videret deum. Vidit illum Christus vt ille pecunię latebras amplius non videret. Vidit illum sedentẽ: qa stare nõ poterat cupiditatis põdere depressus, & ipa tot⁹ cõscientia fraudis incuruus: aurũ natura graue sed grauior auaritia nimis. Hinc est q̃ plus habentem deprimit q̃ ferentẽ, & vehementius aggrauat corda, q̃ corpora: nascitur in terra profunda, scrutatur ipsa mõtium fundamẽta per squãmea maxima cęcis venarũ discurrit anfractibus: idem semp suam reperit naturã cęlestes animos ad inferna deponit. Auri furor ardentius humano feruet in pectore q̃ camin⁹ totis ignescit incẽdiis. Et acrius homines dissoluit in terra q̃ soluatur a calore flammarũ. Est cõmutatio sane vna, si homo sapiens illud per manus paupis mittat in cęlum: priusq̃ mittatur ab illo vt stultus in tartarum.

Quid sit in cõuersiõe diuitis attẽdẽdũ.

B ¶Sequit̃. Veni sequere me. Non dixit affer ad me. quia Matthęũ: nõ Matthęi sacculos reqrebat. Veni seq̃re me. hoc est. Depone põdera: dirumpe vincula: me seq̃re. quęre te, p̃de vsurã vt valeas te inuenire. Sed iam qd Pharissęis rñderit audiam⁹. Nõ est inqt op⁹ sanis medico: sed male habẽtibus. Ecce quare ad Matthęũ venerat Christus: vt auaritię curaret vulnera, vt sanies sanaretur vsurę. Euntes, inquit, discite qd est miam, volo & nõ sacrificium. Misericordiã voluit vt Matthæus qđ tulerat per miseriã in misericordias p̃rogaret, & inde redimeret pœnã, vnde cõparauerat culpam.

Qz resurrectio iacere voluerit vt resurgerent qui iacebant.

¶Quare cũ. pu. &. p. m. ma. v. Arguit̃ de⁹ quare inclinat̃ homini, quare cõiacet p̃cãtori, quare sitit reditũ p̃cãtorũ: quare acceptat miẽ fercula: quare sumit poculũ pietatis. Fratres, venit ad prandiũ Christus: venit ad cõuiuiũ vita vt secum cõuiuari faceret mortuos: iacuit resurrectio vt de sepulchris surgerẽt q iacebãt: decubuit innocẽtia vt p̃cãtores leuaret ad veniam. C

Qz ab acquirenda re dilecta nulla reuocet difficultas.

¶Nõ est opus sanis medicus. Quo medic⁹ nisi ad ęgrũ? Vbi bone pastor nisi ad ouẽ p̃ditã? Qñ se rex hostibus imiscet, nisi qñ vult liberare captiuũ? q preciosum fudit margaritũ loca squalida nõ dedignat̃ intrare: & illud iter stercora ipsa p̃rqrere nõ abhorret. In quo pręceps post filiũ nõ se dat mater? Iudex cũ vult ignoscere hoĩem respicit nõ culpã. Pater cũ misereri vult filio, affectũ cogitat nõ delictũ: & arguit̃ de⁹ q creauit hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ suã: quare hoĩem iter p̃cãtã charitate cõditoris inq̃rit. Et hinc murmurãt. Quid dicẽt? qd facient? cũ viderit eũ p̃pter hoĩeȝ ipas tenebras tartari penetrare? Seq̃t̃. Et surgẽs secutus est eũ. Generosus anim⁹ q sic ea quę magna putauerat, facile & quasi nulla cõtẽpsit. D

Qz ad malum malos liuor vniat q̃ bonos diuidere consueuit.

¶Quare nos & Pharissęi ieiunam⁹ frequẽter: discipuli aũt tui nõ ieiunãt? Cũ discipl'is Ioãnis q̃ est societas pharissęis, nisi qa iũxerat inuidia quos disiũxerat disciplina? hic iã sua iura, p̃dit zelus dũ iungit disiũgere cõsuet⁹. Iudęi postponi Moysen domio nõ ferebãt: discipuli Ioannis Christũ nolebãt vllaten⁹ Ioãni anteferri: sic in Christũ fremebãt vtrimq̧ liuore cõmuni. E

Qz euangelistę de agni vellere texuerunt regalis purpurã vestimenti.

¶Nemo im. cõmissurã pãni. ru. in vestimentũ vet⁹. Antiq legis sup̃ellectilẽ dicit Iudaicis studiis attritã, corruptã sensib⁹, sectis scissam: i purις actib⁹ obuolutã pãnũ rudem euãgelii nũcupat indumẽtũ. Sed intellige pãnũ nõ esse scissurę partẽ: sed texturę principiũ. Tũc enĩ primũ regalis indumẽti tela de Christi vellere texebat̃, de vellere qđ dabat agn⁹, & agn⁹ qui tulit p̃cãtã mũdi. Texebat̃ aũt regiũ idumẽtũ, qđ in purpureũ fulgorẽ cruor tigeret passiõis. Merito ergo Christ⁹ hũc pannũ rudẽ iudaicę vetu F

stati ꝓhibebat immitti ne peior scissura fieret. Si iudaica vetustas nouitatē scideret Christianā.

Qꝫ in desperatis causis sępe sit magistra necessitas.

G ¶Ecce mulier quæ fluxum sanguinis passa annis.xii.&c. In arduis lāguoribus dat crebro cōsilium vis doloris. In desperatis causis est sæpe magistra necessitas. inuenit ipsa passio sibi medicinā. Hic est ꝙ mulier verecūdo vulneri qualit subueniret iuenit vt fidei īsinuaret silētio: qđ īsinuare publico clamore nō poterat & secreta spūs via cęlestē perueniret ad medicū ad quē peruenire manifesto carnis itinere nō valebat. dabat audaciā pietas multa curātis. Sed fiduciam pandendi languoris necessitas auferebat. Quęrebat quomodo faceret occultū de publico, de turba secretum. Curabat ne causa sua ad curantis redūdaret ruinam. Prouidebat vt sibi salus redderetur salua reuerentia saluatoris. Accessit ergo retro quia ad videndum se iudicabat indignam: statimꝗ curauit fides intra ictum temporis quod annis.xii. ars hūana curare non potuit.

Qꝫ potenter subueniat Christi corpus cuius vestis fimbria sic medetur.

H ¶O qđ ista vidit habitare in īterioribꝰ Christi, q̄ in Christi fimbria diuinitatis totā vidit ihabitare virtutem? O q̄ docuit mulier quantum sit corpus Christi: quæ in fimbria tātū ecclesię mōstrauit. Miseri qui quotidie corpus Christi tractamus & sumimus & nostris vulneribꝰ nō curamur imo qđ magis flēdum est, mulier tulit medicinā de vulnere, nobis medicina ipsa retorquetur in vulnus. Nō enim deest Christus infirmantibus sed fides.

Bernardus. Qꝫ perseuerantia sola de virtutibus coronetur.

10. I QVi perseuerauerit vsꝗ in finem hic saluus erit. Perseuerantia sola meretꝰ viris gloriam, coronā virtutibꝰ. Prorsus absꝗ perseuerantia nec qui pugnat victoriam nec palmam victor consequitur. Vigor virium virtutis consummatio est nutrix ad meritum, mediatrix ad pręmium, soror est patientiæ, constantię filia, amica pacis, amicitiarū nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam: nec obsequiū mercedem habet: nec beneficium gratiam: nec laudem fortitudo. Deniꝗ non qui cœpit sed q perse, vsꝗ ī fi. saluus erit. Saul cū esset paruulus in oculis suis rex est sup Israel cōstitutꝰ: nō perseuerās ī humilitate & regnum amisit & vitam. Si cautela Sāpson, si Salomonis deuotio pseuerantiam retinuissent nec is sapiētia priuaretur, nec ille viribus.

Qꝫ auris oculiꝗ testimoniū ratū fiat.

xi. K ITe renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis. Nec breuius nec planiꝰ intimari valuit fidei certitudo, audita visa cōfirmāt vt duorum testimonium auris loquor & oculi ratum sit, haud dubiꝰ assero qđ auribꝰ oculisꝗ percepi: intonat tuba salutaris: choruscant miracula & mundus credit. Cito enim persuadetur quod dicitur dum qđ stupetur ostenditur.

Galfridus.

Quid per arundinem: quid per vestis mollitiē designetur.

L ¶Quid existis videre in desertum? Arundinē vento agitatam. Arundo vento agitata, & homines mollibus vestiti, sunt homines medulla virtutum vacui & seculariū deliciarū mollitie resoluti. Arūdo vento agitata est religio simulata. Foris pulchra per ostentationem operis intus vacua exinanitione virtutis. Sed quomodo non cederent gladio q non possunt resistere verbo? Quomodo persequutionum flumina sustinebunt quos comminationum flamina prima deiiciunt? Fieri solet vt arundines impulsę vento non solum agitētur, sed etiam strideant: sic pusillanimes quiꝗ & infirmi primo comminationis vento concussi dum nutant in se, murmurant inter se: & mira peruersitas ꝙ aduersus homines fragiles, aduersus deum sese exhibent contumaces. Mollities vestium ē corporearum illecebra voluptatum. Per diminutos dies Ioannis, p̄sentis temporis consolatiōes intellige, quæ nisi minuantur & deficiāt dies consolationis æternæ impediunt & retardāt. Et quia dies p̄sentis consolationis non sine violentia quadam vincimus recte dicitur ꝙ ab eisdem diebus regnum cęlorum vim patitur.

Qꝫ baptistę sanctitas tam Christi q̄ euangelistarum ꝑconiis commendatur.

M ¶Inter natos mulierū non surrexit maior &c. Salomon ait. Laudent te labia proximi tui. Sed q̄ feliciꝰ & gloriosiꝰ cū laudēt quēpiā labia dei sui? Deꝰ quippe nec falli potest nec adulari. Qꝫ sit ergo sublimis meriti & gratię excellētis beatus Ioannes Baptista, hinc aduertere liquet ꝙ hunc dominꝰ ita sanctis præferendum om̄ibꝰ iudicauit. Vnde nec semel quidem aut perfunctorie aut breuiter laudē eius attigit sed quotienscūꝗ se offerebat occasio sermonis, laudibꝰ eius delectabatur immorari. qđ satis probat historia euāgelii. Propterea Marcꝰ, Lucas, & Ioānes initia librorum eius præconiis dedicarunt vt videlicet auctoritas tanti nominis pria frō

te prelati totũ deinceps commendabilius red deret euangelium, & lucerna in ipso ingressu ac vestibulo ardens & lucens perduceret ad lucẽ q̃ lucebat in tenebris: sed neqbat a tenebris comprehẽdi. Mattheus em̃ cũ eũ natiuitas dñi tenuit initiis occupatum mox vt puerum nutriẽdum Nazareth cõmẽdauit, ad præcursorẽ & Baptistam eius stylum cõuertit: arbitratus imperfectum fore quicquid de sponso diceret si de dimidio amico sponsi reticeret.

Bernardus.

Q; regnum dei sola quatuor hominum genera possidebunt.

N ¶Regnum cælorũ vim patitur. Quatuor sũt genera hominũ regnũ cęlorum possidẽtiũ: alii violẽter rapiunt, alii mercant̃, alii furãtur, alii compelluntur ad illud. Rapiũt qui reliquerũt omnia & sequuntur ipsum. Sũt alii inferioris gradus a quibus metunt̃ carnalia dum spũalia seminãtur. Tales dicũtur mercatores quia dant in præsenti pauperibus temporalia: vt in futuro ab eis recipiãt ęterna: quæ non nisi per eos habere merẽtur. Necesse est enim omnes q in futuro iudicio examinãdi sunt vel esse iudicis amicos, vel apđ iudicẽ amicos habere intercessores. Habẽt ergo primũ beatitudinis locum qui intercedũt: habẽt hi pro quib⁹ intercedũt secundũ. Et iã alii qui nõnulla bona occulte faciunt pro quibus merentur regnum cęlorum: sed tamẽ furari illud dicuntur quia laudẽ hũanã vitãtes, solo diuino testimonio sunt cõtenti. Alii sunt qui compellũtur vt pauperes necessarii: quos hic ignis paupertatis deo dispensante probat, ne in futuro ignis iudicii damnabiliter puniat: de quibus dicitur. Compelle intrare &c. Compelluntur enim variis necessitatib⁹ & oppressionibus afflicti.

Galfridus.

Q; Ioannes victu & habitu vitam monasticã designauit.

O ¶A diebus Ioannis Baptistę r.c.n.pa. In beato Ioanne fuerunt sobrietas victus, asperitas habitus, fuga seculi & contẽptus. Daturus autẽ generalem pœnitentiæ formam, ordinem specialiter istituit monachorum. Ita vt cum habeãt multi in natiuitate eius gaudere: monachos oporteat specialiter gaudere: cum in eius natiuitate suum celebrat vnusquisq; natale. Induebat̃ pilis cameli: vt in vestimento pœnitentiæ circũferret exemplũ. De gibbo autẽ cameli nil habuit: quia nullius dignitatis terrenę fastigia cõcupiuit. Est alius periculosior gibbus quẽ supra dorsum fabricant peccatores dũ pctã pctis accumulant: & crimina criminibus coacetuãt.

¶Decẽter habes vnde facias tria tabernacula. K Spõso tuo vnũ:Moysi vnũ:& Helię vnũ.Quis est iste sponsus tuus nisi amor æternus?Hic pascat & cubet & tabernaculũ habeat in meridie, hoc est in feruore tuę charitatis. Moyses lator & zelator diuinę legis significat sciẽtiã vel zelũ regularis disciplinę:cuius tabernaculum est in fiscella scirpea,hoc est in tractabili & sine dolo iniquitatis cõsciẽtia humilis cordis.Per Heliã q &carne ĩteger dicit̃ fuisse,& ab helios hoc est a sole nomẽ trahit, significat̃ veritas & euidentia operum lucis q̃ quasi tabernaculũ habẽt in candelabro excellentię virginalis . Splendoris intuitus in facie sponsi est pręmium & remuneratio charitatis interim de dilati desiderii suspensione languentis . Splendor & charitas niueæ vestis est humilitatis gloria interim

vilitate & extremitate gaudentis. Obūbratio lucidę nubis & est hic ꝑ tectio & postmodū oīmoda liberatio beatæ virginitatis. Itra nubem istā receptæ virgines non nubēt neqꝫ nubent.

Ailredus. de tribus exactoribus.

L ¶Reges gentium a.qui.ac.t.a filiis an ab a! Et Pet. Ab alien. Cui do. Ergo in li. sunt fi. Tres sunt exactores tributa exigētes: Cęsar, diabolus & deus: & vnusqsqꝫ suā reqrit imaginē. Cæsar imaginē suā īpressam nūmo quē hoī in signū suæ dn̄ationis imposuit. Extorquet diabolus similitudinē suā, quā cōsentiēti animæ affectu vitiorum stylo consuetudinis vitiosæ inseruit. Durus ac crudelis exactor quotidianę turpitudinis solutionē requirit. Deus imaginem suam quā naturæ animæ rationalis impressit: a sua rationabiliter exigit natura.

Bernardus.

Qꝫ non oīa scādala æqua sint lance pēsanda.

18. M QVi scādalizauerit vnū de pusillis istis Non oīm scandala æqua sunt lance pensanda. Aliter nāqꝫ accipienda sunt scandala pusillorū & aliter pharisęorū. Illorū: quippe scandalū de ignorātia: istorū de malitia est: illi scādalizant quia veritatē nesciūt: isti qa oderūt. Vnde & pusillos illos arbitror appellari, ꝙ voluntatis quidē bonæ, sed non magnæ scientiæ existentes zelū dei habeant, etsi nō secundū scientiā. Taliū scādala curā nō irā prouocare solent spūaliū dūtaxat virorū. Indignū nāqꝫ est humanam mereri indignationem qui diuinam miserationem tam facile cōsequant.

Petrus Rauen. de triplici gn̄e scādalorū.

N ¶In procinctu belli semper sunt vigiliæ militū distributæ, vt insidiis nil liceat, nil pateat dolis. Perniciosissimus nimis repentinus est hostis Aut inscios præuenit, aut incautos occupat, aut opprimit dormiētes. Hinc ē ꝙ Christ⁹ rex noster ante secula, per totā seculi noctē milites suos ꝑmādatis vigiliarū vicibus cōmonuit cōtra veteris hostis subtilissimos dolos, cōtra latētes impetus vitiorū, cōtra scandala quæ nobis variis oriunt ex causis. Impossible est inquit vt nō veniāt scādala. hoc est dicere: impossible est vt nō veniant hostes. Scandalorū autē genera sunt diuersa: & prima sunt illa q̄ diaboli fraus parturit: secūda q̄ generat calliditas humana: tertia q̄ parit ī nobis suspicax & īcauta natura.

Bernardus.

De diuersis generibus scandalorum.

O ¶Vę homini illi p quē scādalū venit. Bonum erat ei si natus nō fuisset hō. il. Natus sane denuo: nat⁹ ad vitā: nat⁹ de spū: q carne postmodū cōsummat: expedit ei q scandala suscitat in sancta fratrum cōgregatione: vt suspendat in collo eius mola asinaria, & ꝑ suaui iugo & leui onere Saluatoris graui moli terrenę cupiditatis humeris eius imposita demergatur in profundū maris: hui⁹ qđ est seculū nequā. Minus em̄ dānabile erat ei in seculo perire: q̄ ī monasterio Perire autē necesse est hoīem qui charitatē nō habet. Si oculus tuus scandalizet te &c. Postq̄ ab exteriorib⁹ scādalis deterruit nos sermo dn̄i cus aspere satis cōsilium dat quid de nobis agēdum sit: scandalo quod interius patimur contrariam inuenientes legē in mēbris nostris. Porro tripliciter fit scandalū istud. Interdū enim est in nobis spiritalis intētionis oculus simplex & q gratiæ magis q̄ noster esse sit dicēdus. Sed scandalizat nos oculus noster dū voluntas nostra aliā minus castam importune ingerit intētionem. Sed erue inquit eum & proiice abs te. Hoc autē fiet si non cōsentias: sed abiicias: si resistas. Simili modo de manu ac pede est intelligendū. Cum em̄ bonis operibus intētos ad alia opera trahere volūtas propria conatur, manus nostra scādalizat nos: sed abscindi debet & ꝓiici a nobis vt nō cōsentiamus. Sic etiā proficere in sancta cōuersatione & ascendere de virtute in virtutē desiderātes sępius scādalū patimur a pede quodā pusillanimitatis & negligētię nostræ, qui descēdere magis ac remissius ire conatur: sed abscindi eū necesse ē vt pes gratiæ currere possit sine impedimento. Qꝫ autē dicit bonum nobis esse ad vitam intrare cū vno oculo aut manu: aut pede: eos notat qui voluntatem suā seu bona seu mala sit æque sequunt, & ingrediuntur duabus viis nūc bona nūc mala sectantes, secundū ꝙ variantur desideria sua.

Balduinus.

Qꝫ oculus fidei lumen eripiat rationi.

¶Si oculus tuus scandalizet te &c. In sacramē P
to altaris fides & humana ratio compugnat: & hoc agit inter eas vt altera alteri oculū eruat nec est finis huius pugnæ citra alterius excęcationem. Habet em̄ humana ratio oculū suū: habet fides & suū. Oculus rationis quasi lippus est & sæpe visibilia & ꝑpe posita videre nō pōt Oculus autē fidei acut⁹ est: quo inuisibilia dei intellecta cōspiciunt. Circa virtutē sacramenti mens hebet: oculus rationis caligat: oīs sensus corporis obtundit: manus in cōtrectatione sedula, experientia gustus, oculorū intenta cōtēplatio nulla sua diligētia explorare possunt: nisi ea q̄ hmōi panis esse solēt. Ratio consulta hoc respōdet qđ carnalibus cogitationibus persuasum habet, & corporeis sensibus exploratū. Oculus em̄ humanæ rōnis inuisibilia dei comꝑhendere nō potest: nisi collyrio gratię inūgat

verocꝫ lumine illustreť: de quo scriptū est. Præ
ceptū dñi lucidū illuminās oculos. Si oculus t.
iqt do. scādalizet te erue &c. Hoc de oculo hūa
næ rōnis nō incōuenienter accipiť, qui pietati
fidei scandalū est. vnde & merito eruendus est.
Melius est eñ vnū oculū sanæ fidei habentem
ingredi ad vitā q̄ duos oculos habentē, alterū
humanæ rōnis, alterū fidei, mitti in gehēnā ig.
Quasi duos nēpe oculos habet q humana sapiē
tia duciť, & fidē tātū ex ea parte recipit vbi hu
manis rōnibus cōsentanea esse videť. Fides aūt
nostra maius testimoniū habet q̄ ab humana
rōne. Subnixa est eñ diuina auctoritate: q̄ qui-
dem summa ratio est omnē humanā rōnem in
cōparabiliter superans vtpote veritas & in ve-
ritate statuens vniuersa.

Gillebertus. de vnitate.

Q ℭSi duo ex vobis cō. de q̄. re pe. su. ter. fi. e. a pa.
me. Si cōsensus duorū vel triū p̄ces īpetrabiles
faciūt, q̄to magis totiꝰ ecclesiæ ī Christo cōsen
sus? Quō nō impetrat vnitas q̄ ipsum cor dñi
penetrat? Vulnerasti inqt cor meū in vno ocu-
lorum tuorum & in vno crine colli tui.

Galfridus. Qꝫ amator medii medius non fit nisi in suo nomine congregatis.

R ℭVbi duo vel tres cōgregati fuerit ī noīe meo
ibi ego sū ī medio eorū. Amat mediū mediator
dei & hoīm: q in medio doctoꝝ inuētus est: me
dius stetit ad baptismū: medius pepēdit in cru
ce. Resurgēs quocꝫ stetit in medio discipulorū.
Mediꝰ etiā ad iudiciū veniēs segregabit agnos
ab hœdis. Interim aūt mediꝰ discernēs bonos a
malis. Magis aūt mediꝰ vtrincꝫ vocās, pc̄tōres
ad pœnitētiā: iustos ad perseuerātiā & ꝑfectū.
Sūt duo vel tres: sed nō cōgregati: q in se īuicē
inuehunť: īuicē mordēt vt ab īuicē cōsumanť.
Sūt cōgregati: sed nō ī noīe dñi: quoꝝ cōsensus
in fraudulētia: ī malitia: ī vanitate: ī augēdis di
uitiis: in cubilibus & īpudicitiis: ī iniuriis pro-
priis vlciscēdis. In noīe dñi cōgreganť q ipsius
gloriā ęmulāť: ipsiꝰ spū feruēt: ip̄m ī oībꝰ & p
oīa fidei oculis & mūdo corde nō desinūt ītueri
ibi prorsus ipse in medio est oībus sese offerēs,
oēs attrahēs, & seipsum impartiēs vniuersis.

Petrus Rauennas. Qꝫ facile congregationis oratio semper obtineat apud deū.

S ℭVbi duo vel tres &c. Vbi sunt q ecclię cōuē
tū p̄sumūt cōtēnere, & venerādę cōgregationi
p̄ces solitarias anteferre? Si duobus vel tribus
simul positis mediū se futurum & oīa ꝓmittit
q̄ postulatus fuerit p̄staturū, qd nō dabit plu-
rimis? qd in cōciliis & cōgregatiōe sanctoꝝ po
scentibus denegabit? Impossibile est camelū per
foramen acus trāsire. i. cor arrogātia tumidum
sponte angustū obedientiæ penetrare.

Bernardus. de colloqo Simonis & Iesu.

Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos 19.
reliqmus oīa & secuti sumus te. Libet T.
sacratissimo huic interesse colloqo: &
intēta cordis aure ꝑcipere q̄ dicunť. Hæc nēpe
sunt verba q̄ cōtēptū mūdi in vniuerso mūdo
& volūtariā ꝑsuasere hoībus paupratē. Ecce in
quit, nos reliqmus oīa. Bene: optime. Nā & mū
dus trāsit & cōcupiscētia eius. Et relinqre ma-
gis expedit q̄ relinqui. Quid mirū si reliqt Pe-
trus oīa vt seqreť Christū? Exultauit ille vt Gi
gas ad currēdā viā. Nec eū sequi Petrus pote-
rat oneratus. Sed nec inutilis cōmutatio, ꝓ eo
q super oīa est, oīa reliquisse. Nā simul cū eo do
nanť oīa. Et vbi apphenderis eū, erit vnus ipse
oīa ī oībus q pro eo oīa reliqrūt. Oīa inquā: nō
tātū possessiōes: sed etiā cupiditates. Et eas ma
xime. Plus eñ mūdi cōcupiscētia q̄ subā nocet
& hæc fugiēdarū causa diuitiarū p̄cipua est, qꝫ
aut vix aut nūq̄ sine amore valeāt possideri. Li
mosa siqdē & glutinosa nimis nō mō exterior
verū etiā interior subā nr̄a videť. Et facile cor
hūanū oībus q̄ frequētat adhæret. Felices inte-
rim liquet esse q exonerati sūt & sequunť dñm
expediti. Arctissimū enim foramē nos expectat
si quē seqmur cōsequi volumꝰ: & ꝑ angustam
īgredi portā necesse est. Quid camele gibbū, qd
tu pecuniose ꝓditoris loculos tollis? Nō sic im-
pie nō sic ingredieris. Foramen acus huius sar
cinas non admittit.

Contra eos qui exemplo patrum veterum volunt diuitias obtinere.

ℭSed excusant aliq dicētes. Abrahā Isaac & Ia- V.
cob cęteriqꝫ sancti, nūqd non terrenas diuitias
habuisse leguntť? Sufficit nobis esse sicut illi fue
rūt. Si culpabilis eēt possessio diuitiarū: nunq̄
illi in diuitiis tātā a dño gratiā obtinerent: aut
tātā cōsecuti diuitias possiderēt. Quid respon
debimus nouis imitatoribꝰ sanctoꝝ veterū? Im
ponāt certe vitulos sup altare dñi, mactēt arie
tes, hircos īmolent: qa hæc Abrahā fecit, & hic
ritꝰ p̄rm: qbꝰ nos meliores nō sumꝰ. Sed hęc in
qūt vbi reuelata ē veritas trāsiere. Quid si ipas
q̄cꝫ tpales sāctoꝝ diuitias vmbrā fuisse dixeri-
mꝰ futuroꝝ? In figura siqdē eis oīa legimꝰ cōti
gisse. Deniqꝫ qdni terrenas diuitias palā possi-
derēt cū sola adhuc terrena palā ꝓmitterenť a
dño? Qui vero ducti sūt spū, vitæ p̄sentis bona
oīa respuūt, & eligūt mala oīa: vt merito dicāt
cū Petro. Ecce nos reliqmꝰ oīa & s. s. te. Sed q̄so
quēadmodū Petrus cū nihil fere ex oībus ha
buisse sciať tā fiducialiter gloriať sese oīa reli
qsse? Vñ sanctorū vnꝰ. A sequētibꝰ tāta relicta
sunt, q̄ta nō a sequētibus desiderari potuerūt.
Fidelis sermo: sed forsitan clausus & ipse est.

Nūqd em̄ voluntas habēdi tā multa cōplectit
vt reliquisse illā sit oīa deseruisse! Quis hoīm o
mnia affectare posset nedum piscator ille! Sed
quid cuiq; sufficere possit diligētius vestigato
& facile est inuenire oīa desiderantē. Nūdū em̄
ponere est cōcupiscentiæ modū donec videat
impleta: donec adepta sit qbus valeat esse cōtē
ta. Cæterū nec amator pecuniæ dicet aliquan-
do sufficit: nec libidinosus satiabitur voluptate
& crudelis sanguinē sitit & ambitiosus aut cu
pidus laudis humanæ adeptis dignitatū titu-
lis seu fauoribus nullum exinde oīno capit re-
medium: sed desiderio æstuat ampliori. Minus
aūt inuenit requiē qui sibi placere cupit & suis
.i. fatui eiusdā testimoniis gloriat. Quid igitur
poterit homini sufficere! Audite.

Qz sola iustitia possit animam satiare.

X ¶ Panis animę iustitia est. Et soli beati qui esu-
riunt illā: qm̄ ipsi saturabunt. Nimirū ad ima-
ginē dei facta est anima rōnalis; cæteris oībus
occupari potest: repleri oīno nō potest. Capa-
cē dei quicqd deo minus est nō implebit. Inde
est ꝙ naturali desiderio summū quiuis probat
appetere bonū: nullā nisi eo adepto requiē habi
turus. Vis puenire ad illud: incipe cætera trāsi
lire. Innumera em̄ sunt hęc & a cęteris pariter
requirunt. Qđ valet quisq; trahit in partē: nec
aliquādo poterit hic circuitus peragrari. Igit a
summo bono eo lōgius īueniris quo te ampli9
dederis caducis rebus & transitoriis appetēdis
Infructuosa ei via ē & inābulabilis: faciliusq; p-
uenies spretis oīb9 q̄ adeptis. Sic Petr9 fecerat q
dicebat. Ecce n. re. o. &c. Quid ergo erit nobis!
Dignū plane aplica fide & deuotiōe verbū. Iam
reliqsti oīa: iā dn̄m petere secutus es, & nūc de
mū qd sis adepturus interrogas. Vere Simon
vere obediens in auditione auris sine pacti con
uentione. Qtos hodie mūdi sapiētia maledicta
supplātat! Noli inqt pcipitāter agere, diu cōsi-
dera: diligēter intuere. Magnū est qđ pponis &
opus egēs multa deliberatione. Experire quid
possis: amicos cōsulē ne post factū pœnitere cō
tingat. Hęc sapiētia mūdi, terrena, diabolica, ini
mica salutis, suffocatrix vitæ, mater tepiditatis
eius quę deo solet vomitū puocare. Cū enim a
deo verbū esse nō dubites: qd opus est delibera
tione! Vocat magni cōsilii angelus. Quid alie-
na cōsilia pstolaris! Quis em̄ fidelior aut sapien
tior illo! Ab ore putei gehēnę eripior, & indu-
cias petā, & cūctabor exire. Amicos cōsulat qui
nō legit inimici hoīs domestici ei9. Sequit. Ait
illi Iesus. Amē dico vobis ꝙ vos qui secuti estis
me. Verbū cōfirmatiōis pmittit vt magnū no
ueris esse qđ sequit. Sed qd est ꝙ dicit in regña
tione! Aut q̄ est hęc noua regñtio! Neq; em̄ est
illa q̄ oportet hoīem nasci denuo: cū ad illā nō
valeat psens promissio pertinere. Ita est; nō solū
denuo: sed tertio hoīem nasci necesse ē. Interim
autem dignū est vt ea q̄ videt potior hoīs pri-
orq; portio, in homine prior reparet. At ipsam
aīam esse nemo ignorat. Prior ergo reficiat quę
prior corruit. Præsertim ꝙ ab eius culpa alte-
rius pœna prodierit, & ipsius corruptio corpo
ri quoq; fuit causa corruptionis. Hinc est ꝙ p
animabus primū saluator aduenit tollere vtiq;
pctā mūdi nō molestias carnis: qđ manifestius
docuit in seipso pœnis oībus corpus exponēs.
Animā autē immunē prorsus custodiēs a pctō
Nō sic hodie filii hoīm: sed aīæ curā negligunt
curā autē carnis pficiūt in om̄i desiderio. Neq;
em̄ peccare metuūt: sed puniri. Fili hoīm vsque
quo graui corde. Tēpus hoc aībus nō corpori-
bus est assignatū, dies salutis nō vtiq; volupta
tis. Cū em̄ iudiciū carnis ex aīa pendeat, nihil
carni pōt vtilius q̄ salus aīæ puideri: vt ī tēpo
re sit respectus illius & socia passionis: felicita-
tis quoq; cōsortiū mereat ī regñatione. Cū se.
f. h. i. s. &c. Consequimini aūt quē sequimini vt
cū ipse sederit & vos pariter sedeatis: insipiens
homo: qñ eū remorādo, respiciēdo, pēsando, pau
sando consequi speras! Exultauit vt Gigas &c.
& hilarē sine dubio diligit secutorē. Sedebitis
inquit & vos. O sessio. Quis mihi tribuat vt di
gnis exprimā verbis q̄ de sessione hac, cordis af
fectione cōcipio! Immo qs mihi tribuat sessiōis
hui9 imperturbata frui requie! Ecce em̄ nil ī me
sedet: sed cūcta ī motu sūt. Oīa nutāt: oīa flu-
ctuāt. Porro vbi cōcupiscit caro aduers9 spiri-
tū, spūs aduersus carnē: qd nā hoīs sedere vide
tur! nec sola iā cōcupiscētia pacē turbat, īpedit
sessionē. Sed duplex quoq; secūdū corpus mise-
rū hoīem cōtritio vexat psentis: videlicet sensu
doloris, & mortis metu futurę: cum & passibile
sit & mortale. duplex nihilominus agitare ani-
mā sollicitudo videt. Inter hęc nēpe fluctuat iu
giter donec pcti corpus īhabitat. Erit aūt cū lu
teū hoc egrediēs domiciliū a timore qdem pe-
nitus liberabit: Sed necdū ab expectatione. In re
gñatione vero sedebit corpus imortalitatis &
passibilitat gemīa q̄dā felicitate donatū, liberū
ob om̄i necessitate, ab om̄i corruptione securū
alienū & īmune ab om̄i cōcupiscētia, plenū glo
ria. Sedebit & aīa nil metuēs vltra, plena beati-
tudine & secura plenitudie feruēs. Sed qñ & q
bus erūt hęc! Vos inqt q secuti estis me &c. Iā
qdem sedet filius hoīs in sede maiestatis. Siqui-
dē ascēdēs ī cœlū sedet a dexteris dei. Sed cū se
derit dictū ē cū apparuerit sedēs. An magis au
debim9 dicere & ipm adhuc stare quodāmō vt
pote cuius necdū sedes consummata videtur.

non ꝙ illi plenitudini quispiam desit: sed ꝙ membra caput expectent. Audeat hoc testari quę meruit intueri. Ecce ait Stephanus. Video cœlos apertos & filiū hominis stantē a dextris virtutis dei. Cæterū in regnatione corporū se=debit in sede maiestatis: q pro aiarū regnatione sedebit in ignominioso supplicio crucis. Sedebitis ait sup sedē &c. Quid gloriosi⁹? iudicēt nūc & piudicēt supbi filii: & cū rege suo sedeāt: q sibi latera aglonis elegit. Caueāt q primas cathedras amāt, ne contingat carere secūdis. Et qui primos nunc cubitus eligūt incipiant cū rubo=re locum tenere nouissimū. Cæterū. Quid sibi vult ꝙ. xii. tribus Israel iudicaturos fore pmit=tit: in quibus & ipe mundus cognoscitur iudicandus? An quia tantum adhuc notus in Iu=dæa deus, vniuersitatem fidelium appellatione xii. tribuum voluit designari: & quasi solas meminit iudicādas ppter illud. Qui nō credit iā iudicatus est. Hęc est eñ pfectorū gloria singularis: inter ipsos etiā eminere fideles & cæteris quoq saluandis peminere auctoritate iudicatoriæ potestatis. Quid miseriæ est: ꝙ ad verbum tantæ promissionis negligentia humana dor=mitat? Sed dicūt homines. Magna quidē diuina promissio: sed longa nimium dilatio & molesta expectatio est. Terrenam deserere sortē & nec dum obtinere cœlestem, afflictio est intolerabi=lis, inconsolabilis dolor. Quid accelerare necesse est vt miseria prolonget? Misera prorsus & seductoria cogitatio est. Sed esto. Tibi multa annorū curricula restant: adolescēs es vsq in senectutē victurus & seniū. Quid necesse habes amitte=re tēpora, tāta pdere lucra? Nihil pciosius tēpore. Sed heu nihil hodie vilius æstimat. Trāseūt dies salutis & nemo recogitat: nemo sibi non reditura momēta perisse causat. An putas ho=mo biennii tantū aut triennii opus ab omnipotenti posse recompēsari? Sic abbreuiata est ma=nus dñi: vt cētū annorū non possit remunerare laborē? Sede: cōputa quid diebus singulis ac=quirere valeas certus equidē apud deū nullum bonum irremuneratū fore, & sicut nec capillū de corpore, sic nec momentū de tēpore peritu=rum. Sequit. Et omnis qui reliquerit patrē aut matrē &c. centuplū accipiet. Quid vltra dice=tis filii hoim? qñ & in hoc mūdo tāta nobis p=missa sunt vt exeuntes a sorte terrena amplior statim nos excipiat cōsolatio: qua nō mō patiē=ter sed & gratulāter expectes sortē sanctorū in regeneratione pmissā. Siquidē & ipsa expecta=tio iustorū lętitia est. Et attendite ꝙ Petro dñs tātū de futuro respōdit. Neq eñ sup his q ex=periebatur præsentialiter hæsitare poterat, aut opus habebat interrogare. An vero dubitat qs psentis esse tēporis centupli promissionē? Ma=nifeste id quidē verborū ipsa cōsequentia pro=bat: vbi centuplum accepturi, & possessuri dicimur vitam æternā. Cæterum ne quis omnino impudenti remaneat obstinationi locus: mitto vos ad euangeliū secundū Marcū: vbi pmissio eadē descripta manifestius inuenitur. Ait eñ Nemo est q reliquerit aut patrē aut matrē &c. propter me & ppter euāgeliū, qui nō accipiat cēties tantū nunc in hoc tēpore. Et addit signāter cum persecutionibus. Forte eñ cū audisset carnalis anima in tempore hoc centuplum promitti: coniectabatur etiā de temporalibus exhiberi. Sed pripit hunc intellectum nomen addi=tum persecutionis. Quid enim terrenæ est consolationis qđ non facile persecutio terrena tol=lat? Interim tamē vndecūq centuplū sint acce=pturi dummodo sit centuplū: cētupliciter pla=ceat, cōsoletur, ametur. Quid insanię est ꝙ cunctantur homines relinquere simpla pro centu=plis? Quid ad fidele negotium & nundinas quęstuosissimas auaritia intepuit, & obdormiuit humana? Poteram multa exēpla pponere: multos huius rei producere testes: Qui sicut au=dierunt sic experiuntur. Sed quando huma=nis credat experimentis qui veritati non cre=dit promittenti. Illud vehementius arbitrer admirandum ꝙ fideles magis in maximo q̄ in modico homines videantur. Non enim diffici=le est ei dare centuplum in psenti qui est daturus vitam æternam in futuro. Sed dicet ali=quis: delicatus sum homo peccator: nec subsistere in tanto labore sine gratia multa: nec ipsam valeo gratiam promereri. Quasi vero gratia non sit gratia: sed operum merces. Aestimas o homo quia personarum acceptio sit apud deū & non omnes omnia relinquentes tam copio=se consoletur. Omnis inquit qui reliquerit pa=trem aut matrem &c. Neminem excipit. Quid dicunt præter me qui excipiunt semetipsos a beneficio generali? Nimirum indignos se iudi=cant multo magis vitæ æternę, qui nec ipsum centuplum sperant.

De his qui centuplum sibi causan=tur deesse.

¶Sed dicit homo qui perditionis suæ occasio=nē quęrit & festucam: vnde sibi oculum eruat. y
Audiui inquit, de illo & illo qui reliquerant omnia: & ad vomitum sunt reuersi. Quomodo illi centuplū acceperant? Quid ad hoc dicemus An ex collegio discipulorū reprobari quis po=test nisi loculos habens? Sunt enim loculi non modo pecuniæ: sed propriæ voluntatis. Scrutetur pinde vias suas & studia sua qui pmissam

centupli gratiam sibi deesse causat: nec dubiũ quin inueniat angulum & diuersorium: non q̃dem filii hominis, sed aut foueã vulpis aut volucris nidum. Nihil sibi retineat, nihil suis: ne modicũ fermentũ totam massam corrumpat. Sunt em̃ qui sibi retinent aliquid, dñicæ vocis obliti qui nõ suã venit facere voluntatẽ &c. sed ĩ ipsis vigiliis sanctorũ ꝓprio aut desiderio aut te consilio adherentes sciolos sese faciunt, de se sibi aliquid retinentes. Sunt qui ꝓpinquis retinent & amicis quod abiiciunt a seipsis. Crudeles plane qui nequaq̃ proximos diligant tanq̃ se. Crudeles inquã, vel in se vel in suos: imo qđ verius est in vtrosq;. Nemo ergo cum se videt non omnia reliquisse, centuplum non accepisse miretur. Preciosa siquidẽ diuina consolatio est nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Indignus em̃ benedictione cœlesti conuincitur qui duplici quęrit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugiũ parans: si forte eam nõ obtinere contingat. Centuplũ inquit, accipiet: & vitam æternam possidebit. Illud consolatio p̃sentis laboris: hæc futuræ felicitatis consummatio est. Sic em̃ operariis huius seculi solet cibus in opere, merces in operis finem dari: sic & militãtib⁹ & stipẽdia ministrant̃ ꝑ necessitate tp̃is. Nouissime vero donatiuũ erogat̃ ꝑ quãtitate laboris: sic a filiis Israel donec terram promissionis intrarẽt manna in deserto nõ defuit. Et ab ecclesia post quęsitũ regni cœlestis aduẽtum quotidian⁹ panis quotidie petitur in oratione quã ipse saluator ĩstituit. At forte adhuc secularis quispiã dicat. Ostende mihi centuplũ quod promittis, & libens vniuersa relinquo. vt quid ostendã? Fides non habet meritũ: cui humana ratio prębet experimẽtũ. An homini magis ostendenti q̃ veritati credere promittenti? deficis scrutans scrutinio, nisi credideris nõ intelliges. Datum optimum est centuplũ: hoc descendens a patre luminũ. deniq;: An nõ oĩa possidet cui omnia cooperantur?

Quid sit centuplum repromissum.

Z ¶ An non centuplũ habet omniũ qui repletur spiritu sancto: qui Christũ habet in pectore. nisi qđ longe ꝑsusq̃ centuplũ adoptio filiorũ est libertas & primitię spiritus, delitię charitatis, gloria cõscientię. Regnũ dei quod intra nos est non vtiq; esca & potus: sed iustitia pax & gloria in se. s. Gaudium sane, non modo in spe glorię, sed etiã in tribulationibus. Hic est ignis quẽ voluit Christus vehementer accendi. Hic virtus ex alto quę Andreã fecit amplecti crucem, Laurentiũ ridere carnificem, Stephanũ in morte pro lapidantibus genua flectere ad orationẽ. Verum si in pręsentis commendatione centupli sermo deficit, & ex abundantia cordis angustia oris obstruit: Quid ni ad promissionẽ vitæ æternę defectum propriũ, ipsa etiam cogitatio fateat? Sed id quod ex parte est non valet eloqui, nec expertus de perfectione balbutire conetur. Oculus non vidit deus absq; te, quæ pręparasti diligentibus te. Pax em̃ est quæ exuperat omnẽ sensum. Pax super pacem, indeficiẽs exultatio, torrens voluptatis diuinę, flumem lętitię, gaudiũ plenũ. Cogita quicquid vis, quicq̃d potes exopta: excedit cogitatum omnẽ: desideriũ omne exuperat felicitas illa.

Isaac. Homilia prima.

Ecce ascẽdimus hierosolymã. Prosperũ iter faciat nobis deus salutariũ nostrorum. Et nos quoq; ascendimus hierosolymã. Ideo ei in monasterium descẽdimus vt Hierusalem ascẽdamus. Sic nempe: sic alites vt in aera se suspendant profundius omni corpore solo vbi resident, se imprimunt. Hominum quoq; & ferarũ eadem est ars naturę siue naturã artis, aut potius ars naturalis vt in sublime salire cupientes, humilibus terrę, quasi toto corpore insidẽtes incuruent. Arduũ est quo ascendere molimur: arctũ quo attentamus penetrare. Ideo expeditos nos esse cõuenit & subtiles. In altum em̃ repere onustum & per angusta inflatum intoire difficile. Non inflare hominem diuitias, nec onerare curas, nec crapulam grauare diuini est miraculi, non hũanę virtutis: ergo sequitur. Et filius hominis tradetur ad crucifigendum. 20 A

Quid sit filium hominis crucifigi.

¶ Oportet dilectissimi vt in singulis nobis dum nobis adhuc feria. vi. peragitur fili⁹ hoĩs crucifigatur. Quis est iste filius hominis? Vetus scilicet homo, veteris hominis filius. Ego em̃ cum sim personaliter homo vn⁹, ex anima rationali & humana carne subsistens: tñ duos & duorũ filios in me video: Veterem & nouũ: terrenum & cœlestem hominis filiũ, & dei filium. Nã qđ natum est ex carne caro est: quod natũ est ex spiritu, spiritus est. Itaq; ad pacis visionem properãtibus (hoc em̃ est Hierusalẽ) tradẽdus ẽ filius hominis: homo exterior ab interiore, & non sine aliqua seductione gentibus alienis. i. disciplinis & districtionibus regularibus abstinentię & vigiliis: cineri & cilicio: paupertati & silentio: laboribus & alieno imperio: vt ab his affligatur & cruci affigatur, donec fundit⁹ a proprio sensu & veteris vitę cõsuetudine moriatur. Quid quęrimus delitias & quietẽ? In cruce sumus: immo in mundo fuimus, & in inferno sumus: sed B

misericordiæ non iræ:in cœlo erimus in mun do peccauimus,hic punimur,ibi pausabimus: illic in delitiis,hic in pœnis:ibi in gloria: hic in sudore:hic in pugna,ibi in requie. Quid quęri mus suauem infernum? Quare ergo suauem & delectabilem requirimus mundũ? Abbas no ster,pastor sit animarum:tortor corporum. Pa ter,sit filii dei in nobis:nutritor & pędagogus, & tutor,quãto tempore paruulus est qui hęres futurus est. Filii autem hominis sit flagellator exprobrator,proditor, & seductor, expoliator, crucifixor, & sepultor. Quid si ipse negligens extiterit? nos ipsi simus nobis abbates.

Bernardus.de mysterio saluatoris.

C ¶Non veni ministrari, sed ministrare & dare animã meam in re.pro multis. Quod quidẽ cę terorũ nemo fecisse inuentus est. Bonus mini ster qui carnem suam in cibum,sanguinem in potum,animã ministrauit in precium. Bonus plane qui spiritu alacer,charitate feruens, pie tate deuot⁹ oẽs superat & vincit alacritate mi nistrandi:factus tanq̃ vnus ex illis,dissimulans niuriam & accumulans gratiam.

Galfridus. Quomodo a nobis Chri sti promissio mystice compleatur.

21 D Cum appropiquasset Iesus Hierosoly mis, & venisset Betphage, quod do mus buccæ interpretatur: cum.s.per fi dum annunciatur: Iam tunc vero per montem Olueti Hierusalẽ appropinquat. Nam in fide cumulus gratiarum: in Hierusalẽ glorię pleni tudo mittit duos discipulos spem & metum. Ite inquit,in castellum qđ contra vos,est in do mum fortis armati,diripere vasa ei⁹: & statim inuenietis asinam.in prędam mittit. Asina ca ro est lasciua,pigra,bestialis onerifera,sic sterg linium,vt frumentũ (si imposueris) portans adhuc ligata est caro tua cõsuetudine, concu piscẽtia & funib⁹ peccatorũ,ne dicas q̄ recepe ris discipulos Iesu.nam soluentibus illis si quis affectus,si sensus in malum pronus, si mũdus, si malignus obsistere vellet in nomine dñi q̃ ve lociter reprimerent. Pullus asinę:opera quę per corpus fiunt. Soluite,vt desistat a malo. Addu cite,vt faciat bonum. Imposuerunt vestimenta sua,habitum timentis & sperantis foris prætẽ dere. Alioquin si vt negligens & desperans in cedis non tibi saluator p̄sidet quem desuper ve stes suas sedere & p̄sidere faciunt spes & timor Et secundũ literã qdẽ viderit lector vtrũ ãbob⁹ asinæ.s. & pullo insederit dominus. Nam my stice quidẽ vtriq̄ insidet. Nec interest vtrum carni an operibus eius p̄sidere dicat̃. Cæterum sic gradienti turba plurima sua proponunt ex tra,& exterioris cõuersationis habitũ exhibẽt in hac via. Quid est dño & in iumẽto eius sua sternere vestimenta? Alii de arborib⁹ ramos cę dunt dum reuelant condẽsa aliqua de scriptu ris. Pręcedentis & sequẽtis turbę multiplices sunt cogitationes & multa cõsilia in nostra aĩa orationis & gratiarũ actionis. Non ei possunt interim nõ turbari vel priores dũ adhuc neq unt inuenire quid retribuant dño,pro omnib⁹ q̃ retribuit eis. Clamẽt ergo vtrę̄q̄ pariter, nõ aliud q̃ osanna Benedictus qui venit in nomi ne dñi. Neq̃ forte vel desideria nostra q̃rant mẽdaciũ:vel gratulatio nostra diligat vanitatẽ.

Richardus. Q̄ cœlestis Hierusalẽ nisi vectum asino non admittat.

¶Cum appropinquaret Iesus Hierosolymã & ve. Beth.ad montem olìueti &c. Profectus no stri promotio vel processio per montem olìueti fiat:& pietas nostra in immensum excrescat vt magnitudinis iure iuste mons appellari valeat vt discamus infirmorum non tantum minima sed etiã maxima,tã mentis q̃ corporis cum ani mi transquilitate tolerate. Profecto si hæc agi mus iam Hierusalem appropinquamus & pa cis plenitudinẽ eo vicimus, & attigimus quo obedientiæ ac misericordiæ altius apprehendi mus summitatem. Puto,quia iam erit opus asi num quærere,& inter eiusmodi virtutum in signia humilitatis sibi pręsidium vendicare,sic & Christus cum appropiquaret Hierosolymis asinum sibi adduci fecit, & super ipsum sedit. Scimus autem oẽs asinum animal esse sordidũ & vile,mansuetum sane, sed pene præ cæteris contemptibile:humilitatis itaq̄ vt arbitror for mã gerit:p quã anim⁹ sibi ipse vilescit & in cõ temptum venit. Et quidẽ sine eiusmodi anima li poterit forte processio nostra fore spectabilis non tamen absq̄ dubio sine eo erit vel esse po terit vsq̄ adeo admirabilis. Quis obsecro nõ di gne miret̃ choris p̄cedentiũ & sequentium, & hinc inde psallentiũ asinũ ĩteresse,& ĩter tã glo riosos solẽnesq̄ apparatus aĩal tam sordidũ ap parere. Nam nec nouũ nec mirũ de virtutibus gloriari. Sed illud magnũ atq̄ mirandum ĩter summa q̄q̄ ornamenta virtutũ,asinum nõ de dignari hũilitatis bono firmiter ĩhęrere. Vnũ eundẽ hominẽ oĩbus aliis mirabilem,sibi soli cõ temptibilem apparere. Vides certe quia in hoc negocio opus habemus qđ pene nobis excidit, & asina & eius pullo.i.humilitate & humilia tione. Pullus ex asina nascit̃,& ex humiliatione vera humilitas generat̃. Adducam⁹ itaq̄ asinã & pullũ cũ ea vt veraciter hũiles simus in mẽ te,& verã humiliationẽ exhibeam⁹ in actione.

Bernardus.

Quibus vinculis iumentum dñi sit soluendũ.

F ¶Si quis vobis al.dixerit dicite qa dñs his opus habet.Magnũ opus opus salutis. nẽpe hoĩes & iumenta saluare venerat multiplicãs misericordiam suam deus.Initiũ nostrę cõuersationis fouet ista dignatio,vt primũ ex ancilla filium generemus.Solutus est ad mandatũ dñi qui ligatus antea tenebat:aut non valens,aut non volens facere bene: aut vtroq; fortius vinculo alligatus,nec volens scilicet nec valens.Non nouit interim puriꝰ in dño gratulari, persuasum tenet placere illi qđ agit:& consolat in eo ꝙ sibi eum quodãmodo sese facere reputet debitorem.Nam processu tp̃is in eo magis afficiet vt suo sollicitet debito,& timeat ne forte tãtis beneficiis inueniat ingratus.Ad hoc quidẽ verax affectio & fidelis:hic filius liberæ,cum quo ancillę filius hæres esse non possit.

Galfridus. Qꝫ deuotionem præire debeat pœnitentię digni fructus.

G ¶Nũq̃ ex te nascat fructꝰ &c.Maledicta arescit ficus in qua deus fructum non inuenit.Sic illis euenit,qui non p̃mittentes dignos fructus pœnitentię ad sterilẽ ante tẽpus festinant deuotionẽ.Nec immerito etiã siccitas sequit vbi sterilitas inuenitur:vt amittat etiam præsentis iocũditatis affectũ q salutis nõ reseruat fructũ.

Bernardus.

Qꝫ profectus nostros dñs reputet fructꝰ suos.

H ¶Dabitur regnũ dei genti facienti fructus eiꝰ. Hi sunt quos enumerat Apl's dicens. Fructus autẽ est spiritꝰ,charitas,gaudium,pax,patientia &c.Fructus isti profectus nostri: hi accepti deo,quia ipsi cura est de nobis. Non de virgultis cura est deo:hoĩes non arbores amat deus, & nostros profectus suos fructus reputat.Tempus horũ diligenter obseruat,arridet apparentibus,& sollicitus satagit, ne pereant nobis cũ apparuerint:immo vero ne pereant sibi, se em̃ reputat tanq̃ nos.

Galfridus.Expositio parabolæ de rege & nuptiis quas filio suo fecit.

22 I Simile est regnũ cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo &c.In his oĩbus quę hic scriptura loquit humana q̃dã narrari vident opera:sed diuina sunt cõsiderãda mysteria.Nec incõgrue regnum cœlorũ simile dicit regi suo.Nam & terrenum humile et caducum non dissimilem sortit principẽ fragilẽ & infernũ. Misit rex seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.Vt ego arbitror, naturalis q̃dã iuitatio humanę est rationis impressio.Vnde em̃ naturaliter oĩs homo summũ appetit bonũ: inuitat quodãmodo ad illarũ gaudia nuptiarũ. Mittit tñ benignus rex etiam seruos suos, quia nec fides sine auditu,nec auditꝰ sine p̃dicatione, nec sine missione p̃dicatio est. Verũtñ de q̃bus simpliciter & præcise dicit,ꝙ venire noluerũt, nec ipam fidem recepisse vident. Qui vero secũdo vocant,non similiter noluisse,sed neglexisse dicuntur.Tertio vocans:Tauri mei,inq̃t,& altilia occisa sunt &c.Nec mirũ ꝙ carnalibꝰadhuc populis promissiones suas carniũ appellatione contexit.Quãdoquidẽ & seipsum p̃ eorũ salute carnis veritate vestiuit.Itaq; nemo nostrũ scandalizet & dicat.Nunquid manducabo carnes Taurorũ aut sanguinẽ hircorum potabo? Meminisse ei debemus, & voces dñi parabolas esse,& sp̃uales eũ nobis non carnales delitias p̃misisse.Et in carne quidẽ Taurorum cibus fortior,altilium esus delectabilior est.Vtraq; ergo videtur in suis dñs nuptiis: & parata suis enumerare cõuiuiis q̃cũq; vł ad necessitatẽ expetẽda sunt,vel appetenda ad voluptatẽ.Qꝫ miseri q ad illas nuptias venire negligũt, vbi solꝰ cibꝰ ad ęternaliter viuẽdũ,vbi delitię incõparabiles ad ineffabiliter delectandũ.In multis tñ nostrũ implet qđ p̃tinus subinfert.Illi aũt neglexerũt & abierũt.s.aliꝰ in villã,aliꝰ in negociationẽ.sed Villa ista caro nostra ẽ,villa porcaria, villa libidinis,plena spurcitiis.In hãc villã suã inuitatꝰ & negligens veri regis fieri cõuiua se recepit,q p̃missa cœlestia p̃niciose dissimulãs quasi licite corporeis voluptatibꝰ indulgere disponit.Seqt Aliꝰin negociationẽ suã.Multas causas sequũt somnia,& terrenę sollicitudinis ingẽtudinẽ cœlestiũ comitat incuria nuptiarũ.Nostra ni fallor negociatio pessima occupatio ẽ: qa ꝙ ex ea ociũ nobis negat eo ip̃o negociũ appellat. Seqtur.Reliq vero tenuerũt seruos eiꝰ & cõ.af.oc. Infelix q huiꝰ vocationis fidẽ nõ exhibet, sed lõge infelicior q retribuit mala p̃ bonis. Nec imerito illis potissimũ irascit rex.Siquidẽ peius est seruos eiꝰ p̃seq q̃ nõ seq.Tũc ait rex seruis suis Nuptiæ quidẽ paratæ sunt &c. Ite ergo ad exitus viarũ &c. Si via est vita nostra, viæ exitus terminꝰ vitę nõ incõuenĩeter accipit. Illo ergo piscatores suos sapiẽtia mittit quo vberior & facilior solet esse captura cũ ad memoriã nouissima reducunt. Vel aliter ad exitũ vię nõ ad mediũ vel ad initiũ mittit:qa vbi nos inuenerit iudicabit.Nesciũt quos ad exitꝰ mittit q ĩ medio perniciosa securitate torpescũt. Deniq; congregauerũt oẽs(ait)quos inuenerunt malos & bonos.Si quasi p̃ indifferẽti dictũ esset, congruũ magis erat vt boni preponerentur:& ita potiꝰ diceretur.Cõgregauerunt bo.& ma. Nunc vero signanter arbitror dictum ꝙ ad viarum exitus missi malos non respuant,vt tamen boni

fiant. Melius ergo inuenire melius est inueniri malos & bonos vt post peccata ad pœnitentiam conuertantur: q̄ bonos & malos: vt cum spiritu cœperimus carne postmodū cōsummemur. Intrauit autem rex vt videret discumbētes: & vidit ibi hoīem non vestitum veste nuptiali. Rex ille neq; vel de ipsis q̄ in facie sunt secundum faciem iudicat: nec acceptat in quib⁹ reprobat cordis affectum. Siquidem vestis exterior est conuersatio diligibilis & imitabilis coram hominibus: interior cōuersatio digna cœlorum regnis & angelicis apta consortiis. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti nō habēs veste nuptialē? Quisquis superna gaudia sperat cū indigne viuat, quasi sine veste nuptialiītrat ad nuptias. Sed consideranda est diligēti⁹ hui⁹ regis & maiestas etiā incōprehēsibilis, & dignatio amabilis, & īdignatio valde terribilis. Maiestas qua penetrat omnia: vniuersa discernit. Dignatio qua ante iudicium ad pœnitētiam prouocat, dum misericorditer conuenit quē reum inuenit. Indignatio qua eundē tacentem tenebris addicit, & suppliciis. Et nūc charissimi multos hodie conuenit rex ingrediens, aut per hominum linguas, aut p sacras scripturas, aut p suggestiones internas. Quotiens em̄ hoī peccata sua indicat, qui ipsi⁹ promissa sperat: idē est acsi dicat. Amice quō huc intrasti nō ha. ve. n. Sane propter sacramenta amicum vocat: cuius propter peccata habitum culpat. Tunc ait rex ministris. Ligatis manibus e. & pedib⁹ &c. Tūc videlicet nō vbi ille sine nuptiali veste introiit sed postq̄ admonitus siluit, interrogat⁹ obmutuit & noluit cōfiteri. Sed q̄ sunt vincula quib⁹ ligant̄ manus & pedes? Sane funiculis peccatorum suorū vnusquisq; constringit̄. Et funicul⁹ triplex etiā nūc difficile soluit̄ cū peccatū deliberationis & operationis cōsuetudine roborat̄ Ligant̄ man⁹ vt cesset actio: ligant̄ pedes vt obfirmatus in malo nunq̄ deinceps mutet̄. vnde ait quidā. Mens īposta manet. Proiicite eū in tenebras exteriores. Nimirū intus est lux: qa de⁹ lux est intus videt̄ veritas, intus lucet sapiētia Sed vę hoī q foras ꝓiicief in tenebras. Ibi inqt, erit fletus & stridor dentiū. hoc erit totū conuiuiū reprobę multitudinis, calix inebrians plenus fellis, nec tn̄ potus ille lachrymaꝝ ardentē in flāmis linguā refrigerabit quā stridor dentium lacerabit. Quid em̄ stridor dentiū nisi irę furoris nequitię & malignitatis indiciū? Siquidē vt ego arbitror, nullū erit tormentū graui⁹ malis q̄ malitia cordis & iniqtas ipsa puersissimę volūtatis. Nimirū sicut passiones oēs patiētia subleuat, sic impatiētia q̄libet leues aggrauat. Ibi ergo erit fletus ex dolore, stridor dētiū ex rancore. Alioquin si ęquanimiter ferre, si humiliter flere, si dicere posset, nos quidē iuste: nā digna factis recipimus: audeo dicere ignis ille inextinguibilis tn̄ extingueret̄, nisi ipa eorū indignatione & stridore dentiū accēderet̄. Sequitur. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Q꜠ si timuimus oēs cū vnus eiiceret̄ consequens est vt timeam⁹ multū in reprobatione multorū. Quid em̄ terribili⁹ nobis potest dici: q̄ ꝙ multi sūt vocati p. v. e? Fr̄es, cū dixisset dn̄s discipulis suis, Vnus ex vobis me tradet: oēs dicebāt. Nūqd ego sum? nūqd ego? Ita ergo si vn⁹ ex toto hūano gn̄e periturus crederet̄: ne vn⁹ tn̄ ex oī b⁹ esse debuerat qs nō vehemēter expauesceret & cōtristaret̄? multo magis tn̄ cū dixerit q oīa nouit, Multi sunt vocati, p. v. e. timere debēt & tremere vniuersi. Nemo aūt miret̄ nemo scādalizet̄ ꝙ ī multis vocatis inueniēda sit paucitas electorū. In terrena eī messe ad quātitatē stipulę, paleę, furfuris, parua est quantitas similę purioris. Et si diligenter homo merita humana discutiat, nō habebit qđ aduersus electorem de electorū paucitate causet̄. Sed nisi multū desipiat ipse studebit vt inter paucos annumeret̄.

Bernardus. De duabus pœnis inferni.

Ibi erit fletus & stridor dentiū. Flet⁹ qdē ob ignē q non extinguit: stridor ob vermem q nō moritur. Plane fletus ex dolore, stridor dentiū ex furore. Fletum nempe tormētorū immanitas, stridorē dentiū vehementia ipsa tabescētis inuidię & obstinata malignitas extorquebit. K

Hugo de sancto Victore.

Qualiter de⁹ in se, qualiter ī ꝓximo sit amād⁹.

Diliges dn̄m deum tuum ex toto corde tuo &c. & proximum tuum sicut teipsum. Suffecerat si dixisset. Dilige dn̄m deū tuum. In hoc eī totum est. Si aūt vere diligit̄, diligit̄ vbicūq; inuenitur: in seipo, in ꝓximo, intus, & foris, sursū & deorsum, lōge & ꝓpe. Si mel dulce est, dulcis est fauus. Si mel diligis, & fauū receptaculum mellis. Sed mel ꝓpter seipsum diligitur. Fauus vero ꝓpter mel. Et si forte videris fauum melle carentē doleas vacua esse receptacula: & cupis ibi mel esse quod diligis. Ita & deum dilige quia dulcedo est ipse & bonitas & veritas. Proximum autem dilige, quia receptaculū est dulcedinis bonitatis & veritatis, & hoc in ipso dilige & ꝓpter hoc ipsum. Q꜠ si istis vacuum inueneris dole: & opta vt ista mereatur accipere. Propter hoc aūt & proximus amari ꝑcipit̄, vt per charitatē dei ipsum bonū diligas: per charitatem proximi bonum quod diligis proximo non inuideas. Hoc est em̄ diligere sicut se, cupere illi bonum quod sibi cupit. Primum quidem L

sibi: deinde illi. Nõ enim amat illũ sicut se, nisi prius amet se.

Bernardus.

De tribus generib⁹ hoim sequentiũ saluatorẽ.

23 M Omnis q se exaltat humiliabitur. O peruersitas, o abusio filiorũ Adã: quia cũ ascẽdere difficillimũ sit, descẽdere aũt facillimũ, ipsi & leuiter ascẽdũt & difficili⁹ descendũt, parati ad honores ad celsitudines gradũ ecclíasticorũ ipis ẽt angelicis hũeris formidandos. Ad seqndũ aũt te dñe Iesu vix iueniũt q vel trahi patiant, q velint duci per viã mandatorũ tuorũ. Alii ẽm trahunt q possunt dicere. Trahe me post te. Alii ducunt: q possũt dicere, Introduxit me in cellã vinariã. Alii rapiunt sicut Apl's raptus est ad tertiũ coelũ. Et primi quidẽ felices qui in patiẽtia sua possident aias suas. Secũdi feliciores: q ex voluntate sua cõfitẽtur ei. Tertii felicissimi: qui in ꝓfundissima dei misericordia quasi quodãmodo sepulta iã arbitrii potestate in diuitias gloriæ in spũ ardoris rapiunt nescientes siue in corpore siue extra corpus, hoc solũ sciẽtes, quia rapti sunt.

Qꝫ virt⁹ sit nõ humiliatio sed hũilitas.

N ¶Omnis q se exaltat humiliabit. Humilitas iustificat nos nõ humiliatio. Quãti humiliant q humiles nõ sunt. Alii cũ rãcore humiliant, alii patiẽter, alii libẽter. Primi rei sunt. Scdi innoxii Vltimi iusti. Qq̃ & innocentia portio iustitię est, sed cõsummatio ei⁹ apud humilẽ. Qui autẽ dicere põt: Bonũ mihi, qa humiliasti me: Is vere humilis. Nõ põt hoc dicere q inuit⁹ tolerat minus q murmurat, neutri horũ promittimus gratiã ꝙ humiliat. Et si longe hi duo a se differãt, & alter qdẽ in patientia sua possideat aiam suã alter i suo murmure pereat: neuter inquã gratiã promeret: qm̃ nõ humiliatis, sed humilibus de⁹ dat gratiã. Est aũt humilis q hũiliationẽ cõuertit in humilitatẽ. Nemini prorsus qd ipatiẽter fert bonũ est. Hilarẽ eñi datorẽ diligit de⁹. Vñ cũ ieiunam⁹ iubemur caput nostrũ vngere & faciẽ lauare, vt nostrũ. s. op⁹ bonũ spũali gaudio cõdiat. Etei sola gratiã quã pfert meretur lęta & absoluta humilitas. Quę ẽm coacta fuerit vel extorta: qualis est in viro patiente illo q possidet aiam suã: hęc iquã humilitas etsi vitã obtinet ꝓpter patientiã, propter tristitiã tñ gratiã nõ habebit. Generalẽ vero hinc audi regulã. Ois qui se humiliat exaltabit. significat ꝑfecto non oẽm exaltandã esse humilitatẽ, sed eã tm̃ quę de volũtate venit nõ ex tristitia aut ex necessitate. Nec ẽm ꝑ contrariũ ois qui exaltatur humiliandus erit: sed tm̃ qui se exaltat humiliabit, ob voluntariã vanitatẽ. Ita ergo non q humiliatur, sed q se sponte humiliat exaltabit ob meritum volũtatis. Esto ẽm ꝙ humilitatis materia per aliũ ministret: verbi gratia, probra damna supplicia: non tñ idcirco recte ab alio q̃ a semetipso hũiliatus ille dicit, q illa oia tacite & lęta cõsciẽtia causa dei subeũda decreuerit.

Gillebertus.

Qꝫ non ois vacatio contemplatio sit dicenda.

Runt duo in lecto vno, vnus assumet 24 O
& alius relinquet. Quasi lectus quidã est ociosa & quieta vita in ecclíæ gremio degentium, eorum qui nullo sunt ecclesiastici muneris onere occupati, nec prouidentiæ & dispẽsationis sollicitudine distẽti: sed libero sub alieno tegmine vtunt ocio. Nõ tñ oẽs rite & iure debito hoc ocio perfruũt: sed libertatẽ quã obtinent tẽporis, dant in occasionẽ corpis. Bonus ẽm lectus si quis eo legitime vtatur: & opportunitatẽ exterioris quietis in voluptatẽ cõuertat visionis internę. Hi sunt q assument ab hoc ecclesię cubiculo in illud cœleste: vt vbi Christus est & ipsi sint cũ Christo. Deniqꝫ vbi fuerit corpus, illic cõgregent & aquilę. Esto tu quasi aquila: & acutis vtere luminib⁹: spũali assuesce contẽplationi, cõmane in petris & in prę ruptis cõmorare silicib⁹, immo etiã singularis illius petrę q̃ Christus est, cauernas ingredere.

Bernardus. Qꝫ prælati imprudentia, redũdat in periculum subditorum.

¶Quisputas est fidelis seruus & prudens quẽ P
&c. Quęris fortasse quã escam: Meus inquit, cibus est vt faciã voluntatem patris mei. Et vita in vobis erit. Qua quidẽ nec pasci ipe, nec alios quis pascere poterit nisi sit fidelis & prudens, vt eã & intelligat & diligat. Diligat aũt fortiter & feruẽter. Qñ ẽm excusare ignorãtia possit hoiem q se magistrũ infãtiũ doctorẽ insipiẽtiũ profitet: Ignorãs ignorabit, & multos ignorare faciet ignorari. Quid enim periculi sit vbi non inuenit pastor pascua: ignorat dux viam itineris: vicarius nescit voluntatem dñi: Ecclesia quotidie multipliciter & miserabiliter experit. Est ei vt sacratissima sic & secretissima res voluntas dei, & occultum omnino consilium. Vtilis proinde lectio, vtilis eruditio ẽ. Sed multo magis vnctio necessaria est. Vnde autẽ scire videbitur q̃ sit voluntas dei bona & bene placens, & perfecta, qui nec pulsare, nec q̃rere, nec petere cõsueuit: qui donec alienarũ curam susciperet animarũ, nunq̃ suæ gessit curam:

Petrus Rauẽ.

Contra vitium ebrietatis.

¶Si dixerit seruus ille, morã facit dñs me⁹, & Q
cœpit ꝑcutere pueros & ãcillas, edere bibere &

inebriari.Proprie dixit,Edere bibere & iebriari & p.Ebrietas cędis mater,parēs litiū, petulātię deformiter est magistra:hanc qui habet, se non habet:hanc qui habet,homo non est: hanc qui habet,non facit peccatum,sed est ipse peccatum.Ebrietas est dęmon blandus, venenum dulce,voluntaria rabies,illecebra honestatis,& pudoris iniuria.

Galfridus.Qꝫ per terrenarū simili-
25 tudinē nuptiarū ad ęternas delitias iuitamur.

R Simile est regnū cœlorū decē virginibꝰ,quę accipiētes lāpades&c. Spōsus est Christus:ecclesia sponsa. Aeterna autē illa felicitas nō immerito nuptiis cōparat:ꝗ in humanis gaudiis nō mediocrem tenere videatur locum celebratio nuptiarum. Multa deniqꝫ solet in nuptiis frequētia esse hominū:opulentia rerū:exultatio animorū. Atqꝫ vtinā nō negligerent hoīes ad illius venire nuptias inuitati,qui vocatus ad humanas nō modo venire non renuit,sed suorum illas signorū primitiis illustrauit.

Cantica fine ti.Qꝫ veniēs spōsus & reprobos ī tenebris & electos iueniat qescētes.

S ¶Media nocte clamor factus est.Media inquit, nocte, dum & malos summę tenebræ circundederit,& bonos quies tenuerit,subito & insperato clamore diceṫ.Ecce spōsus venit. Nō solū tūc,sed & modo sanctis ī tranqllitate cordis qescentibꝰ,& ad se Iesum dulciter inuitātibꝰ sæpe diuina vox per internā gratiam quodā ineffabili iubilo resonat.Ecce sponsus venit.

Petrus Rauenn̄.

Qꝫ deus vendit amore pauperis regnum suū.

T ¶Esuriui & dedistis mihi māducare &c. Manducat deꝰ panē in cœlo,quē pcipit paup in terra.Qui dederit esurienti panē,dabit sibi regnū Negabit sibi fontēvitę,sitienti aquę calicē q negarit.Amore paupis deus regnū suum vendit vt illud emere valeat oīs homo.Fragmentū panis ponit in pcium,quia vult habere oēs, q tantū petit pcii q̄tum hoīes scit habere. Quid iā excusare poterit non ementem,quē tanta vilitas venditionis accusat?

Qꝫ ignis æterni nomine pœnarū infernalium vniuersitas designetur.

V ¶Ite maledicti in ignē ęternū &c. Sicut in hac vita nō solū ab igne,sed ab aliis quoqꝫ elemētis pœnę ac cruciatus pueniūt,ita etiā illic in aliis elementis,sicut et in igne pœnę damnatorum cōsistunt. Scriptū est em̄. Transeunt a frigore niuis ad calorem ignis.

Bernardus.

De dominici corporis sacramento.

Accepit Iesus panem,benedixit ac fre- 26
X git.Naturę nostrę susceptio quasi quędā panis est acceptio. Accepit Christꝰ vnde nos pasceret,cū p incarnationis mysteriū hoīem sibi vniret,nostrę carnis fœnū vertēs in frumentū,vt nos cibaret adipe frumenti, & satiaret de medulla tritici.Factū est nobis granū frumēti in corde bono semniādū & vberiꝰ multiplicādū.Factus est nobis q cor hoīs cōfirmat panis in verbo doctrinę,in exēplo vitę,in omni dono spūalis gratię,in oī cōsolatiōe nr̄ę miserię

Y ¶Benedixit qn̄ ppter hoīem seipm̄ sanctificauit,vt & ipse benedicere possit.Fregit. Si Iesus non fregisset quomodo vel mica ad nos peruenire!Fregit,distribuit,dispersit,dedit pauperibus.Fregit per gratiā vt suā & patris frāgeret iram.Dixit em̄ deus vt disperderet nos: si non vnicus electus eiꝰ stetisset in confractione ī cōsp. eiꝰ vt auerteret irā eius. Stetit qdē & placauit Per insuperabilē constantiā in cōfractione stetit infractus. Verūtn̄ ipse fregit dū spōtaneus carnem suam passionibus quasi frangendā hoc est atterendā exposuit.Ibi cōfregit potentias arcuum:ibi cōfregit capita draconis:ibi cōfregit oēs inimicos nostros in ira sua.Ibi cōfregit secūdum quēdā modū tabulas prioris testamēti ne simus sub lege.Ibi confregit iugū captiuitatis nostrę.Deniqꝫ totū fregit in quo nos frangebamur,vt totū qđ in nobis fractum erat solidaret & admitteret eos qui cōfracti sunt liberos.

Z ¶Dedit discipulis suis. Non opus est quęrere quid dederit.Ipse em̄ manifestat dicēs. Hoc est corpus meum.Corpus ergo suū dedit nec fine se.ad hoc em̄ corpus assumpsit vt se nobis daret.O datum optimum & donū perfectum descendens a patre luminū.Christus datus est nobis ad induendū,ad edendū, & offerendum, sicut indumentū,sicut alimētū,sicut pcium.Ad induendū quidē, sicut scriptū est. Quicūqꝫ in Christo baptizati estis Christū iduistis.Ad edēdū sicut nūc ipe dicit.Accipite & comedite ad offerēdū p nobis,& a nobis. Pro nobis p amaritudinē passionis & mortis:a nobis offerendū p cōemorationē eiusdē passiōis& mortꝭ,sicut ipe īstituit dicēs.Hoc facite in meā cōemorationē.

& ¶Dedit discipulis suis.In hoc p̄mōstrauit huius sacramenti gratiā ad eos pertinere q in numero fuerint discipulorū eius. Qui ergo extra disciplinā sunt,q magisterio Christi subiecti nō sunt,q secūdū suā sententiā nō secūdū Christi doctrinā vitam instituūt: isti ab hac gratia ita sunt alieni sicut noīe discipulorū sunt indigni.

¶Accipite.Illi rite dicunṫ accipere quibꝰ Iesus ait,accipite:quibus ipse dat:quibꝰ accipiendi licentiam pstat auctoritas tribuentis nō pręsum

ptio proprię voluntatis. Nā qui impudēter & irreuerēter se ingerunt: magis rapiūt & capiūt q̄ accipiunt: vt cōtra eorꝫ p̄sumptionē dictū videatur accipite, cū pmissum sit eū dedisse. Nūc huius sacramenti attende virtutem. Decreuit deus mortale hoc imortalitate vestire & mortalē vitā i vitā ęternā trāsferre. Propterea cibū in cibum mutauit panē vitę in panem vitę, sed panē vitę transitorię in panē vitę ęternę vt ex mutatione cibi in cibū credat & intelligat: speretur & expectet mutatio vitę mortalis in vitam immortalē. Vt dum mutabilitate temporum ad mortem trahimur ipsa morte, in melius mutandi mortem non timeamus.

Qꝫ homo in articulis fidei deo credere debet & non sibi.

A ¶Hoc est corpus meū. Credat homo firmiter, credat indubitāter, confiteat fideliter. Si videt impossibile iuxta humanā rationē si incredibile iuxta humanā sapientiā: verū semp & certū maneat in cōsciētia fidei ꝑpter diuini sermōis reuerentiā. Credat homo deo magis q̄ sibi, credat se deo, ne deus nō se credat illi. Credat spiritū suū deo vt sit credit⁹ cū deo spiritus eius. Credat rationem suam deo, & abneget semetipsum, & sicut audit a deo sic iudicet.

Qꝫ calicis acceptio voluntariam significet domini passionem.

B ¶Et accipiēs calicē. Acceptio calicis ꝑ mysticā significationē rei mox futurę intelligi pōt: mortis perferendę prōpta deuotio voluntariaq; susceptio. de quo calice dicit. Potestis bibere calicem quē ego bibitur⁹ sum. Calicē ergo accepit qa mortē sponte suscepit. Gratias egit. Gratiarū actio benedictio dici potest. Nā & deū benedicimus cū de collatis beneficiis gratias ei referim⁹. Oīs gratiarū actio causā respicit beneficii Sciēs Christus quāta sit hmōi gratia ineffabilis sacramēti, bona quāta hic ab ipso nobis sunt cōferenda, q̄ta mala mox ab ipso sint pferenda: pro vtraq; causa gratias patri agit videlicet ꝑ bonis p̄standis & pro malis tolerandis.

Qꝫ in diuersis diuersa efficiat calix xp̄i.

C ¶Et dedit illis dicens. Bibite ex hoc oēs. Calix dū digne bibet non oībus oīa cōfert: sed singulis singula: aliis tētationes leuigans: aliis augēs virtutes: modisq; aliis, largiēs singulis ꝑ vt vtiq; opus est. Et vt nemo expers relinquat: Additur oēs. Ad hunc ergo calicē oēs fideles cōmuniter vocant. Cōmunio ei fideliū est: mors illi ē quicūq; non bibit: Sed & q bibit indigne, iudiciū sibi bibit. Quid ergo faciet mortali peccato implicatus? Vtrobiq; periculū mortis est q̄ ipse mortuus est. Quid ergo faciet? consiliū in prō-ptu est. Conuertatur & viuat.

Qꝫ morte dignus sit qui de vitæ calice mortem bibit.

¶Tota igit dispensatio gratia dei & mię, zelus quoq; indignatiōis ei⁹ & irę, de hoc calice quodāmō deriuari vel ꝑpinari videt. Hęc est ei vita mundi in his qui salui fiūt: hic est iudicium mundi in his q pereunt: hic effundit deus profundissimę charitatis suę plenitudinē, hinc effundet totā incōprehensibilis irę suę indignationem. Arguet em̄ mundus de peccato in his qui perefit. nec apparet vnde magis pereant q perituri sunt q̄ q̄ tantū gratię ingrati existūt. Vę homini illi cui salus mūdi iudiciū, cui vita mors est, cui absolutio dānatio ē, cui gratia ira est: cui calix ꝑpiciationis calix idignationis est, cui vinū merū, fex est. Christ⁹ ꝑ nobis mortu⁹ est, nunqd gratis? Quid referemus in hoc seculo? quid respondebimus in futuro? Dicet ꝑto martyr Stephan⁹. Pro te lapidata est caro mea de⁹. Dicet Laurēti⁹: Pro te cremata ē caro mea de⁹ me⁹. Dicat: qcūq; plagā suā quā in corpore suo pro Christo accepit. hęc facta est mihi, quia iustificationes tuas exq̄siui. Dicat qcūq; carnē suā cōuitiis & cōcupiscentiis crucifixit. Pro te mortificata est caro mea deus meus. Impius autē & pctōr qd dicēt? q mortē Christi nō reputāt q sanguinē vuę meracissimę odibili irreuerētia tanq̄ fęcē existimant, & filiū dei cōculcāt. D

Qꝫ nouū vinum, nouū obedientiæ genus signat.

¶Non bibā amodo de hoc genimine vitis &c. E Non bibā amodo de hoc genimine vitis, quasi dicat. Non delectabor amodo obedientia qualis vsq; nunc sub lege fuit. Instat dies ille. i. tp̄s gratię vt vmbra euacuet, & ꝑpter noua ꝑmissa sub nouis p̄ceptis, nouisq; sacramētis religio augeat: & exēplo hūilitatis meę obediētia pficiatur in qua magis vobiscū delecter regno patris mei, hoc est in ecclesia. Qꝫ dicit donec bibā illd nouū. Per nouū significat ex aliqua parte eādē ecclesię obedientiam legis & euangelii, & ex aliqua parte innouatā. i. mutatā & auctā. Quid est ergo illud nouū vinū bibere nisi amore obedientię pati? Quid est vobiscū bibā illud nisi & vos ex amore obediētię cōpatiemini? Nouū erat vt ꝑ genimine vitis, calix biberet passionis: nouum erat vt pro agno immolaretur homo.

Bernardus.

Qꝫ Christ⁹ passur⁹ affectū suscepit īfirmorū.

¶Pater si fieri potest &c. Super asellum Christus ascēderat: vt ne hic quidē hostibus relinq̄retur. Agnosco plane in duce belli pusillanimā trepidationem. Agnosco egroti vocem: in me- F

dico charitatem: stupeo miserationem, expauesco dignationem. Misericors dñs non beati Andreę robustum sibi suscepit affectum: quia nõ est sanis opus medicus, sed male habentibus. Quid eñ magnum fuerat dñe Iesu si ascendẽte hora, propter quã veneras intrepidus stares tanq̃ qui potestatem habebas ponendi animam tuam: & nemo tollebat eam a te? Aut non longe gloriosius fuit quandoquidẽ propter nos totum agebatur, vt nõ modo passio corporis, sed etiam cordis affectio pro nobis faceret: & quos viuificabat mors tua: tua nihilominus et trepidatio robostos, & mœstitia lętos, & tędiũ alacres, & turbatio quietos faceret: & desolatio cõsolatos. Lego in Lazari resurrectiõe, quia infremuit spiritu & turbauit: nõ conditionis necessitate, sed suę beneplacito voluntatis. Nunc autem aliud iam amplius audio: vsq; adeo si quidẽ præualuit ea quę fortis est vt mors dilectio, vt Christum angelus dei confortauerit. Apparuit, inquit, euangelista angelus confortans eum. Quid dicam? Quem eũ? Minus mirarer si non penitus esset indicibilis. Confortãs ergo eum: cuius ne ipse confortator suus capere poterat maiestatẽ. Rogo te angele quẽ consolaris? an ignorabas quis esset: ad quem confortandum veniebas? Certe consolator est, paracletus est: alioquin non diceret ipse aliũ paracletum a patre mittendum apostolis: si non esset et ipse paracletus. Deniq; agnosco, & in hoc ipso paracletum maximũ: qui prope sit his q tribulato sunt corde. Nõ despero iam si molesta mihi videatur tribulatio quã patior: etiam si pusillanimus sum, etiam si desidero vt transferatur calix a me. Non despero inquã dũmodo addã & ipse: verũtñ non sicut ego volo: sed sicut tu. Didici etiã ex hoc ipo, non ad carnalẽ siue caducam recurrere consolationẽ: sed ad angelicã sed ad spũalẽ, sed ad cœlestẽ. Ita plane dũmodo nõ murmurem. Id eñ penit⁹ separet a me si nõ citius resipiscerẽ, non renuo etiã, si opus habeo consolari. Quid ni? Agnosco vitã meam in saluatore & de salute desperem?

De quatuor vigiliis & earum horis.

G ¶ Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Vigilare & auscultare vereri omnia, & omnia obscurare timentis est. Negligentia semper pigra dormitat. Quatuor sunt vigilię noctis quibus singulis ternas horas antiquitas taliũ curiosa distribuit. Nobis etiam quędã parta materies & occasio iusti timoris. Sed & partium singulariũ subdiuisio tripartita, singulas toti⁹ noctis horas si diligẽter attendim⁹ vendicabit Timendus est eñ nobis iustus iudex quem in multis offendim⁹: committẽdo quę prohibet: quæ pręcepit omittendo: Sed & si quid interdum euenit fieri nõ quomodo cõuenit faciendo, sed minus prouide, min⁹ auide, minus strẽnue, minus deuote. Hæc igit̃ prima vigilia & hæ etiam horæ eius: vt propter hæc tria iudex terribilis timeatur. Verũtñ minus nobis fuerat formidandus q̃libet reis, q̃libet iustus iudex, nisi nuda forent nostra omnia illius oculis & aperta. Illi enim totum palam est & in manifesto quicquid sine teste cogitas vel committis. Tertium adhuc dico videt in te quod non vides ne ipse quidem: adhuc cum licet iustissimus et sciens omnia, si tamẽ minus posset minus esset terribilis peccatori. Nnuc vero de⁹ est cui⁹ irę nemo resistit. Vlciscitur sicut vult etiã in hac vita: & quẽadmodum nihil habet quis nisi quod acceperit: ita etiam ad manum est dño tollere, vl' recipere quicq̃d dedit. Punit quoq; post mortem ad loca purgatoria animas transferens: non nullorum etiã electorum vt ligna fœnum stipula non sine detrimẽto eorum quorum opus arserit, consumantur. Propterea felix quem repleuerit timor dñi: vt bene ei sit in ambobus extremis vitę. s. tẽporalis & tẽporis vniuersi. Iã de vindicta tertia q̃d loq̃mur? Flere magis libet q̃ aliq̃d dicere cogitantẽ. Cur exceptus genibus, cur lactatus vberibus qui in illis gehẽnalibus flammis arsurus est in ęternum? Minus est quicquid dicitur, quicquid legicur, quicquid creditur, quicquid timetur super igne deuorante & ardoribus sempiternis. Iustus est iudex sapiẽs potẽs, vt nec causam nostram tueri nec qualibet tergiuersatione excusare culpam nec sententiam declinare possim⁹. Vnum restat consilium, vnum remedium: vt in spe misericordiæ respiremus: nec eñ minor est in misericordia q̃ in potẽtia: in iustitia, in sapientia deus.

Petrus Rauen̄.

Q; frustra de aduersis quęritur qui sibi prospera non precatur.

¶ Vigilate & orate ne intretis in tentationem. H
In tentationem vadit qui ad orationem nõ vadit. Et quid est q̃ matutina prece toti⁹ diei custodiam volumus postulare? Quid est q̃ homini toto tempore astare libet & deo assistere nec puncto libet? Inimici certe est ista suggestio: decipere parat quos non patitur orationibus cõueniri. Quid igitur de aduersis quęritur qui sibi prospera non pręcatur?

Bernardus.

Q; etiam militis gladius debeat ecclesiæ militare.

¶Conuerte gladium tuum in vaginā. Vterq; gladius, & spiritualis scilicet & materialis ecclesiæ est. Sed is qdē pro ecclesia, ille vero & ab ecclesia exerēdus: ille sacerdotis, is militis manu. Sed sane ad nutum sacerdotis & iussum iperatoris.

Qz Christus ductor dici debuerit nō seductor.

27. K Seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgā. Vere seductor: sed pi⁹ nō malitiosus. Quid tu nup Iudęe signabas lapidē monumenti? Deniq; Seduxisti me dñe, ait ppheta tuus in psona tua. Fortior fuisti & in. Seduxi vos o Iudæi i passiōe. nā i resurrectiōe iualuit & pualuit vincēs leo de tribu Iuda. Etem̄ si cognouissēt, nūq̄ dñm glorię crucifixissent. Quid ergo factur⁹ es? Etiā pdixit & iā reuixit. Diligēter explora signaculum sepulturę. Apertum est enim: datur tibi signū Ionę prophetę: quia & hoc ipse pdixit. Propter ea viri Niniuitę. cō. cōtra vos in iud. qui pphetę obtemperauerūt. Vos nec dño pphetarum. Vbi est qd dicebatis: Descendat de cruce & credimus ei? Crucis signaculū dirumpere voluistis pmittentes ad fidem vos intraturos. Ecce apertū est nō diruptum: introite. Aliogn si nō creditis resurgēti, nec descendenti vtiq; credidissetis. Quid tñ insistim⁹? Non sustinuet adire symphoniā & chorū senior frater. Occisum nobis saginatū vitulum indignatur. Foris stat omnino non acquiescit intrare: ingrediamur nos: & in hac tā pclara solemnitate: quid commendetur nobis, sedula cogitatione pēsemus.

Quid nobis insinuet resurrectio saluatoris.

28. L Empe resurrectio transitus vel transmigratio dicit. Christ⁹ em̄ non recessit sed resurrexit: nō rediit sed trāsiit transmigrauit non remeauit. Si post cōsummationem crucis in nostram hanc mortalitatem & vitæ præsentis ęrumnas Christus dñs reuixisset, ego eum non transisse dicerē sed redisse Nunc autem qui transiit in nouitatē vitę, nos quoq; inuitat ad transitum: vocat in Galileā. Quid nos dicim⁹ qui sacrā dñi resurrectionē paschę priuam⁹ noīe, vt sit nobis i reditū magis q̄ in trāsitū? Luxim⁹ his dieb⁹ cōpūctiōi & orōni grauitati & abstinētię dediti, ceterorum negligētias temporū sacro hoc quadragenario redimere & diluere cupientes. Communicauimus passionibus Christi: complantati ei sumus denuo per baptismum quēdā lachrymarū pœnitentię confessionis. Si ergo negligentias planximus quid causę est vt recidam⁹ nūc in easdē? Inueniemur nūc iterū curiosi vt ante, verbosi vt āte, pigri & negligētes vt añ, vani, suspitiosi, detractores, iracūdi ceterisq; impliciti vitiis q̄ tam anxie deplorauimus his dieb⁹. Sic amatores huius seculi inimici crucis Christi cui⁹ inuanum accepto nomine dicunt christiani, toto tpe quadragesimali ad instantes inhiāt dies resurrectionis, heu vt liberius indulgeāt voluptati. Prodolor peccandi tempus, terminus recidendi facta est resurrectio saluatoris. Ex hoc nempe comessationes & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitię repetunt, & laxantur cōcupiscentiis fręna. Quasi vero ad hæc surrexerit Christus & non magis propter iustificationē nostram. Sic honoratis miseri Christum? Venturo parastis hospitium confitentes peccata cū gemitu, castigantes corpora, eleemosynas ipēdentes: & ecce susceptum proditis inimicis: immo exire compellitis priores nequitias admittendo. Quid em̄? Minus psenti debet q̄ vēturo? Minus reuerentiæ resurrectionis tempus exigit q̄ passionis? Sed vos vt manifestum est neutrum honoratis. Nam si compateremini & cōregnaretis: si cōmoreremini & cōresurgeretis. Nunc autem ex sola cōsuetudine temporis & simulatione quadam, humiliatio ista processit quā non sequitur exaltatio spiritualis.

Homilia super Vespere sabbati.

¶Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati. Magnifice sanctis mulierib⁹ istis vespera hęc illuxit, quarum tristitia versa est in gaudium singulare. Ad vesperum enim flet⁹ & ad matutinum lętitia, dum merentur cognoscere suscitatum cuius venerant videre sepulchrū. Et ab ipsa sepultura eius locum considerasse dicuntur, sed propter sabbatum quieuisse. Erubescat nimiū temeraria nostra præsumptio leui quacūq; de causa plurimum etiam sine causa obseruantias sacras progredi pretergredi & audacter nō dispēsare sz dissipare ea quorum nulla ē nob credita dispēsatio. qñqdē mulierib⁹ sic amantibus nec in tali articulo obseruandi sabbati subintrauit obliuio. Vt em̄ trāsiit sabbatū cum adhuc tenebrę essent festinauit pmpta deuotio: nec nocturnas horruit tenebras quæ timuit de puaricatione reatum. Imitaberis vtrū qd si sapias, nec satisfacere negligēs proprię deuotioni, prius tamen obtemperās legi. Potest tamen forsitan dubitari an de industria diem tertium expectarint. Non enim sanctis potuit mulieribus excidisse qd infideles meminere Iudæi, videlicet dixisse dñm Post tres dies resurgam. Hoc si credit, nō incongrue dictum videtur quia venerunt videre sepulchrum videli- M

tet non sepultum. Quis expsse dicat ali⁹ euangelista: ꝙ emissent aromata vt vngerēt Iesum. Sed fieri potuit vt vtraqꝫ cogitatio in earū pectore versaret: & optarēt qdē resurrectionem: sed opus hactenus inauditū spate certius non auderēt: tanq̄ in initio quodā lucis, vel magis fluctuantes iter tenebras & lucē inter vespam sabbati & diei illucescentis auroram. Sed quid est ꝙ oēs euāgelistę licet eis & q̄dā ppria & q̄dam nō oībus sint cōia, passionē dn̄i & resurrectionem diligentius persequuntur: vt quemadmodū ait qdā sanctoꝝ, non sit aliud legisse q̄ scripta sunt q̄ q̄ facta vidisse! Ni fallor hoc iō fit quia hęc erant q̄ min⁹ oportuit ignorari, ꝙ sine passione dn̄i nemo habeat vnde speret, sine resurrectione quē speret. Omnibus em̄ in præmium ista pmittit. Sed & Mariā Magdalenā p̄ ceteris oīb⁹ ad monumētū stetisse, fleuisse, vidisse angelos, vidisse dn̄m angelorum euangelia sacra cōmēdāt. Qꝫ videlicet oīb⁹ pœnitētib⁹ hoc nō mediocrit vtile videat, vt vbi pctm̄ abūdauerat grā supabūdās & materiā ingerat psumendi, & exemplū pbeat ampli⁹ diligēdi.

Sequitur.

N ¶ Et ecce terrēmot⁹ factus est magnus. Iā em̄ desinebat qd̄ de terra erat in terrā redire & tēdebat i cęlū. Angelus em̄ dn̄i descēdit de cælo. & ac. re. la. & sede. sup e. Erat aūt aspectus ei⁹ sicut fulgur. Vestimēta ei⁹ sicut nix. Descēdūt vtraqꝫ de cęlo. Sed i niue mlta frigiditas: i fulgure ardor imēsus. Sed quō sibi facies ignea & niuea sociāt! Quō niuē illā fulgur nō liqfacit: aut ipsa fulgur si pualuit nō extinguit! Immo vero si ab initio de⁹ hominē vestis indigū nō creauit, sed indigētiā hāc reat⁹ puaricationis inuexit, ad qd ēt angelo vestis fuit! Sed angel⁹ ille talis apparuit qualē hominib⁹ expedire nouerat ille qui misit. Siquidē & aspectus ille fulgureus feruorē sacrę intētionis, & niuea vestis frigiditatem pariter & nitorē cōmēdat corporeę castitatis. Nam & dn̄s calidos nos inuenire optat aut frigidos. Calidos intus velut in intuitu cordis nostri. Frigidos foris in habitu corporis incorrupti. Illud etiā qd̄ alibi dr̄, Oī tempore sint vestimenta tua cādida, & oleū de capite tuo nō deficiat: ad idē ptinet, vbi forte videē incōgruū idē p oleū qd̄ igni fomenta præbet, qd̄ p igneū fulgur intelligi. Sane & liquoribus cæteris oleum superfert, & natura ignis in sublime cōtendit: & incorruptio facit proximū deo. Respondens autē angelus dixit mulierib⁹. Cui respōdens! Nihil eas legimus vel loquēti angelo respondisse, nedū pręmisisse cui respōderet. Sed respōdit earū trepidatiōi quā euidētius agnoscebat: respondit affectib⁹ qui supernū impleuerāt sublimi quadā vociferatione palatium. Nolite timere vos. Signāter dicit vos. nā nec custodes timerēt si similiter eis diceret aut si Iesus silr ab eis q̄reret. Cito, ingt, euntes dicite discipulis eius qa surrexit. Nō em̄ opus est mora. Iam dispgunt: & forsitan nisi ferię sabbati interuenissent, oēs iā dispersi fuissent. Et ne dubitēt, illud etiā dicite: ꝙ pcedet vos in Galilęā. Ibi eū videbitis sicut pdixit. Vt ipsa etiā recordatio pmissiōis fidē astruat resurrectiōis.

Galfridus. Item aliter vnde supra.

¶ Vespe, aūt sabbati q̄ lucescit in pria sabbati. O
v. M. m. & al. M. v. s. Hęc illa erat mulier quōdā i ciuitate peccatrix de q̄ septē dęmonia Christ⁹ legit eiecisse: & mirabit qs ꝙ altera iā dicat. Etiam q̄uis pœnitens anima non mediocriter alterat. Sicut olim cū cuidā monacho misera q̄dam mulier in flagitiis ante cognita pcaciter se ingerēs diceret, Ego sum, sed ait ille, Nō sum ego. Ita ergo nō qd̄ vereat pœnitēs & altera iā aīa sepulchrū iuisere saluatoris. Nō em̄ audet adhuc si non desipit cubiculū regis petere vel scrutari gloriam maiestatis. Venit igit Maria Magdalena & altera Maria. Prima fuit illa nō sola: altera quoqꝫ si volueris ipse eris. Tantū caue ne āte vesperam sabbati ad sepulchrum venias saluatoris. Sabbatū em̄ requiē sonat. Sed si nescis, laborantes & oneratos non sabbatizātes ad se dn̄s vocat. Ne q̄eris dilectū i lecto pprię volūtatis aut corporeę voluptat[. Veniat vespere sabbati: & sic deinde prima sabbati illucescat. Prælibatio est quietis æternæ & licentia q̄dam beatę expectationis. In hac vespera venit Maria Magdalena videre sepulchrum. Et tu si volueris altera esse potes & venire cum ea. Cōsidera ergo & imitare: adora & venerare dn̄icā passionem. Sequitur. Et ecce terræmotus fact⁹ est magnus. Caro em̄ aduersus spiritum cōcupiscens mutatione dexterę excelsi licet inuita cogit seruire iustitię. Vnde vero mota ē terra nisi qa cęli destillauerūt! Angelus ei dn̄i descēdit de cęlo. Diuię grę visitatio desursum. Et accedēs re. lapidē a mo. Quis hic lapis nisi grauis cōsciētia! Ea nobis pcludit aditū tumuli saluatoris: & sepat inter nos & deū. Hūc ergo lapidē diuinę grę indulgētia remouēs & reuoluēs sedet etiā sup eū. Sedet iquā vt opiat: sicut olim Rachel idola pris sui. Felix in quo grā supabūdat: et charitas operit mltitudinē pctoꝝ. Erat aūt aspect⁹ ei⁹ sicut fulgur. & v. e. s. n. Rex q sedet i solio iudicii ituitu suo dissipat oē malū. Fulgura dn̄e coruscatiōes: & in circuitu tuo cōcute & excute vitia & cōsume. Opus em̄ est vt des nobis niuē: vt quos fulgurat diuinitat[aspect⁹ foueat & refrigeret humanitatis & be

nignitatis. Terreat fulgur illud custodes noxios, qui militātes aduersus animā iter nostrum obsident & obseruant. Cōsolat̄ apparens benignitas & humanitas saluatoris nostri tanq̄ niuea vestis aīas poenitētes. Et respōdēs mulieribus dicat. Nolite timere vos. Scio q̄ Iesū q cru. est q̄rit[. Nescio iā q̄ fuerit hęc mulier ī ciuitate peccatrix, opui idola, sedeo sup la. p̄terita delicta nō reputo. Pręsētia tm̄ vota cognosco. Scio em̄ q̄ Iesum q crucifixus est q̄ritis. Nemo iter delitias videt̄ q̄rere crucifixum aut in gl'ia seculari aut in libertate p̄prię volūtatis Arctissima disciplina crucis vagari p̄hibet. Immo vero nō manū nō pedē nō lat⁹ aut hūeros patit̄ vel moueri. Acerbū & ignominiosum gen⁹ est mortis vt q voluerit q̄rere crucifixū nec voluptuosus de cætero nec gloriosus appeat. Surrexit nō est hic. Quid igit̄ nos hic agim⁹? qd hic sumus? Fratres non nobis hinc fugiēdū est, sed hac nobis eūdū. Nā & fuit hic q nō ē hic: sed hinc surrexit. Hæc via, ambulemus in ea, nō remaneamus aut fugiamus eā. Qui em̄ vult in Christo manere debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Sequit̄. Venite & videte locum vbi positus erat dominus. Alii quidem veniūt sed nō vident. Alii tanq̄ alōge intuent̄, dū memores dn̄icę passionis eā imitant̄. Neutrū suadet angelus: sed venite ait & videte locum. Venite profectu sacrę cōuersatiōis. Videte pię deuotionis affectu. Et cito eūtes dicite discipulis ei⁹ &c. Et ego fratres efficaci⁹ hoc vobis dicerē cito eundo q̄ multa loquēdo. Quis em̄ credat aut nō indignetur dicenti q̄a surrexit deus, cū in nouitate vitę ambulare & ipse dissimulet? Cęterū quid est q̄ discipulos suos Christus in Galilęę trāsmigratione p̄cedit? Sed quis illum audiat hęc dicentem quē non videat transmigrantē? Cito, inquit, eūtes. Q̄d est dicere transite currite vt oībus q viderint opera vestra clament, studia p̄loquant̄: q̄a surrexit dn̄s & suos p̄cedit in trāsmigratiōe discipulos. Nō ei sunt eius discipuli q cum eo pascha nō faciunt. i. nō trāseūt sicut ille benefaciēdo p̄trāsiit. Nō sunt eius discipuli quos curiositas vitę p̄sentis occupat, capit illecebra, spinę detinēt scandalorum.

Petrus Rauennas.

De mysterio resurrectionis Christi.

p ¶ Vespe aūt sabbati q̄ luc. ī pri. sa. Vespe diē finit nō ichoat: tenebrescit iuxta vsū seculi nō lucescit. Sed iam vesper nr̄ noctis p̄currit diē, mutat ordinē, dū cognoscit auctorē: radiat de nouitate mysteriū. Anhelat creatori seruire nō tēpori. Venit Maria Magdalena &c. Sero mulier currit ad veniā q̄ mature cucurrit ad culpam. Vespere q̄rit Christū, q̄ ī matutinis Adam se nouerat perdidisse. Venit Maria Magdalena & altera Maria videre sepulchrū. Quę de paradiso p̄fidiā sumpserat, festinat fidē sumere de sepulchro. Cōtendit rape de morte vitā q̄ de vita rapuerat mortē. Sequit̄. Et ecce terręmot⁹ f. est ma. Modo terręmot⁹ magn⁹. O si tūc vel leuis turbo arborē mortiferā deiecisset. O si nebulę fum⁹ illi⁹ mulieris tenebrasset aspectū. O si tetra nubes letalis pomi speciē caligasset. O si manus tangens incōcessa tremuisset. O si p̄cā diem tenebrasset obscura nox: & lamēta mundi & incremēta mortis & creatoris iīuriā tūc tulisset. Sed vitiis semp seruiūt blandimēta: lenocināt̄ dulcia dilectis: virtutib⁹ vero austera & fortia sūt amica. Deniq̄ si sic terra tremuit, cū suorū dn̄s resurrexit ad veniā, quēadmodū contremiscet cū noxior̄ resurget ad poenam? Dicēte p̄pheta. Terra tremuit & quieuit &c. Sequit̄. Et reuoluit lapidē. Reuoluit ad fidem qui p̄fidia fuerat aduolutus. Reuoluit lapidē vt idē esset vitę titulus q cœperat mortis tenere custodiā. Orate fratres vt nūc descēdat angelus & totā duritiā nr̄i cordis euoluat. Apeariat sensuū clausa nostror̄: resurrexisse Christū nostris etiā testet̄ mētibus: q̄a sicut illud cor cęlum est in quo viuit & regnat Christ⁹: ita illd̄ pectus est sepulchrum in quo Christus habet̄ adhuc mortuus & sepultus. Verūtamen hic rerum ordo mutatur, cum mortē nō mortuū deuorat hoc sepulchrum. Dom⁹ mortis māsio sit vitalis: vteri noua forma mortuum cōcipit parit viuū. Seq̄t̄. Et sedebat sup eū. Vt doctor fidei, vt resurrectionis magister. Sedebat super petrā vt soliditas sedis daret credentibus firmitatem. Supra petrā. Supra quā Christ⁹ erat ædificaturus ecclesiā. Ecce ego vobiscū sum vsq̄ ad cōsummationem seculi. Ergo nobiscū est noster Iesus. Cur nostrum non dixerim q dat⁹ est nobis? Filius em̄ dat⁹ est nobis hic noster Iesus, cū quo deus oīa nobis donauit. Nō sustinet a nobis abesse: intātū nos amat: sicut ipse q est sapientia patris ait. Delitię meę esse cū filiis hominū. Nobis est, fuit ante mortem, & ī morte, & post mortē nobiscū est & nunc & vsq̄ ad cōsummationē seculi donec simus nos cū illo q semp cum dn̄o erimus. Ecce quantū amat Iesus. Neq̄ mors neq̄ vita pōt eū separe a nobis in charitate q̄ nos dilexit. Propterea neq̄ mors neq̄ vita debet nos separare a charitate ipsius. Quis enim diligendus est si iste non est? Immo quis ita nobis diligendus est vt ille? Nam vt cętera taceam, si non sumus ingrati & maligni hoc sufficere debet q̄ ip̄e nos diligit. Nihil em̄ magis debetur amāti q̄ vicissitudo amoris. Et qui amat vult amari. Et hoc iustissime quidē.

At q̄ amari vult & amare non vult,mirũ ſi vl' iudicio ſuo abſoluit ne iiquus ſit. Vero aũt iu dicio q̄ amãtẽ nõ amat,& ipſe ĩdign⁹ ẽ amari.

Finitur Euangelium Matthęi.

Sequitur Euangelium Marci.

Galfridus.

Q; tam vanitatem cordis q̄ corporis volupta tem perſequi debeamus.

ca. 1. Q IOãnes Baptiſta lo cuſtas & mel ſyl- ueſtre edeb. Locu- ſta vanã gloriã ſi- gnificat:q̄ nõ ẽ nu triẽda ſed deuorã- da poti⁹ & crebri⁹ ruminando teren- da. An ꝑgitis etiã quęrere mel ſylue ſtre? Sylua q̄dã opa ca & horrẽda caro nr̃a eſt,incultis & ĩfructuo- ſis ſyluescens arborib⁹ videlicet & prauis operi bus. Q; ſi caro ſylua eſt, voluptas carnis mel ſylueſtre. Vtraq; igit̃ nobis ẽ deuorãda:& cre- bris reꝑhẽſionib⁹ tanq̄ duris morſibus cõterẽ da tã cordis vanitas q̄ corporis voluptas. Ego aũt nõ tã in ſeipõ q̄ i aliis beatũ Ioãnẽ arbitror eiuſmodi vitiis conſumẽdis intẽdiſſe:quẽ nimi tum et in vtero matris conſtat plenitudinem ſpũs accepiſſe. In ipſius etiã typũ cuius ꝓnun- ciabat aduẽtũ,locuſtas edebat & mel ſylueſtre: ſignificãs eũ vtrũq; genus hoĩm & corporali- bus delitiis deditos & animi vanitatib⁹ inſipiẽ ter intentos in ſua membra conuertere.

Ricardus.

Q; ad veram pœnitentiam quatuor requirãt.

R ¶ Vade & oſ̃de te ſacerdo.& o.m.q.ꝓ.M. Vnũ dñs fecit,tria ꝓcepit:leproſũ mũdauit,fil' & ire ꝓcepit,oſtẽdere, offerre. Quid eſt leproſũ mun dari niſi pc̃õrẽ quẽlibet pc̃õrum ſuoꝝ ſordes abominari? Quid eſt mundatũ leproſum ire ni ſi prioris vitę ſtatũ relinquere? Sacerdoti aũt ſe oſtẽdere eſt q̄lis pri⁹ fuerit,cui⁹ ꝓpoſiti mõ ſit ꝑ cõfeſſionẽ apire. Offert mun⁹ & q̄le Moyſes inſtituit,q̄ ad oẽm canonicę inſtitutiõis ſatiſfa ctionẽ iuxta ſacerdotis arbitriũ ſeipm̃ exponit. In primo conſideraĩ odiũ pc̃i. In ſc̃do votũ cõ tinẽdi. In tertio ꝓpoſitũ cõfitẽdi. In quarto ſtu- dium ſatiſfaciendi. Pro certo in vera pnĩa hæc quatuor ſunt reqrẽda. Vera nãq; pnĩa eſt abo- minatio pc̃i cũ voto cõtinẽdi,cõfitẽdi, ſatiſfa- ciẽdi. Notãdũ aũt in curãdis leproſis ꝙ q̄dam ſtatim curãt,& ſic ad ſacerdotẽ mittunt̃. Qui dã vero mittunt̃ & in eundo curant̃. Sunt qui ad primã pnĩę ſuę cõpũctionẽ habẽt animũ pa ratum & ꝓmptũ ad oẽ verę pnĩę debitum per ſoluẽdũ. Et in his nulla eſt mora emẽdationis. Quidã vero ad pœnitentiã cõpũcti ꝓpoſitũ q̄ dẽ hñt cõtinẽdi & cõfitẽdi, ſʒ ad cõdignã ſatiſ factionẽ ſũt tepidi. Sũt aũt plures quoꝝ differt̃ emẽdatio q̄ q̄ ſtatim mundant̃:q̄a magis abun dant pigri ad ſatiſfactionẽ q̄ prompti.

Q; non niſi mundę cõſcientiæ vinũ lę tificans infundatur.

2. S NEmo mittit vinũ nouũ in vtres vete- res.i.deus gr̃am peccatoribus non tri buit niſi prius a vetuſtate ꝑ pœniten tiã renouent̃. Alioq̄n vinũ rũpit vtres & ipm̃ effunditur.i.ſi ipſi ſacramẽta in quibus gratia continetur & confertur,accipere præſumpſe- rint,& ipſi priores de ꝓſũptiõe efficiũt,& gr̃a in eis minime manere ꝑmittit̃. Sed vinũ nouũ in vtres nouos mittendum eſt:& vtraq; cõſer. q̄a bono hoĩ gr̃a tribuit̃:& ipſe gr̃am acceptã cõſeruat: et gr̃a cõſeruata eũ iuſtificat. Et ne- mo bibẽs vet⁹ ſtatim vult nouũ.dicit eñ:Ve- t⁹ meli⁹ eſt. Nemini nãq; q̄diu delectat̃ in cul pa placet gr̃a. Sed poſtq̄ nouũ.i.iucũditatẽ gr̃ę bñ guſtauerit,ſtatim veteri nouũ.i.culpę gr̃am anteponit,quã largit̃ pius miſericors deus.

Q; qui Chriſtũ vere ſequit̃ in agro ſa crę paginę ſententias colligit meliores.

T ¶ Factũ eſt cũ ambularet Ieſus ꝑ ſata,diſcipu- li eius cœperunt ꝓgredi & vellere ſpicas. Per ſata ambulant qui ſacra eloquia inueſtigãt. In quibus eſuriũt diſcipuli dũ in eis ſentẽtias me liores diſcere concupiſcunt. Spicas colligũt dũ in eis quæ ſibi vtiliora videntur excerpũt. Col lectas fricant dum ſub palea literę grana requi runt ſpũalis intelligẽtię. Grana quoq; mandu- cant dũ ꝑ ſpiritualem intelligentiã virtutes & opera roborant & confirmant.

Petrus Rauennas.

Q; non correctioni ſed calũnię ſtudeant crimi num amatores.

3. V OBſeruabãt Chriſtũ Phariſęi ſi ſabba to curaret v.a.e. Sẽp offẽdũt bõa ma los,pia ĩpios,ſãcta ꝓphanos. Aut q̄ñ laſciuus diſciplinã, virtutẽ vitioſus, criminoſus innocentiã nõ accuſat? Obſeruabãt ſollicite ſacerdotes ſabbatis nõ ſi peccaret ſed ſi curaret. Amatores criminum calumnię inuigi lãt:inſidiant̃ in accuſatiõe virtutũ:quaſi cõtra ſalutẽ nõ pro ſalute ſabbatũ ſit ꝓuiſum.

Bernardus. Q; exemplo Chriſti pa- rentes nõ ſint carnaliter diligendi.

X ¶ Quę eſt mater mea &c. Optime docuit nos dñs hoc verbo ne ſolliciti ſim⁹ ſup ꝓpĩgs car- nis nr̃ę pluſq̄ religio poſtulet:q̄ñ de ipa mr̃e & tali mr̃e taliter reſpondit. Vbi mõ ſunt q̄ tam carnaliter & inaniter ſup carnalibus ꝓpinquis

solēt eē sollíciti acsi adhuc viuerēt & ipsi cū eis?

Petrus Rauēnas. Qꝫ Iesum quē diabolus nō potuit mouere muneribus, tentat adulatione pulsare.

5. Y V Idens Iesum a longe cucurrit & adorauit eū. Quid est diabole? Quem trina tētatione ꝑuocabas ad lapsum, quē ꝓmissiōe regni vt te adoraret subdolus ambiebas, hūc tremēs fateris & adoras? Ecce q honores oēs regni ꝓmittebat & glorię, habitare fœtidis corruptiōe cadauerū repit̄ i tumulis. Sic sic iste decipit cū ꝓmittit, vt ad inferna secū ꝓ trahat quos de supnis se consulētes fallax promissor illudit. Quid mihi et tibi fili dei sūmi? Nā & modo vt adulator nō vt deuot⁹ & obsequens hic adorat, euadere cupiēs pœnā, ꝑdam ꝑdere ptimescēs. Credit infelix vt eū quē tentatione vicere, quē muneribus nequit inflectere possit adulatione pulsare. Quid mihi & tibi? Quod puniendo & iudici: quod inuasori & domino. Quid mihi & tibi fili dei sūmi? Si agnoscis filiū, vtiq; non nescis hęredem. Si hęredem nosti: hereditatem capere cur ꝓsumis?

Qꝫ diem Christum apostoli.xii. quasi
6. horæ totidem comitantur.

Z E T vocauit Iesus duodecim discipulos suos. Post diuturna tpa tetrę noct̄ aurorę suę desiderato splēdore ęternus dies Christus noster eluxit in lucē: qui.xii. horas suas in aplīs suis.xii. signanter aptaret. Hūc beat⁹ Psal. ꝓphetali vidit spū cū canebat. Hęc ē dies quā fecit dn̄s ex. & l. i e. Vn̄ & apl̄s lucis ac diei filios appellat credētes. Vos inqt filii lucis estis & diei. Et cōuocauit.xii. discipulos suos. Duodenarius numerus iste ꝑ quaternariū numerū tripartitā nobis mōstrat & format quadrigā: ꝑ quā trinitas tota toto orbe vehit̄ & fert̄ excursib⁹, vt diabolū mitis bellator expugnet: vt mūdi supbiā māsuetus victor inclinet: vt discordias gētiū pacificus auferat ꝓ[illegible]liator: & destructo īferno hoc est peccati fouea diuturno nostrarū carcere aīarū hūani gn̄is captiuitatē liberā triūphi sui ꝑducat ad gloriā.

Qꝫ facile deuiat a iustitia qui deū nō habet in causa.

A ¶Dicebat Ioānes. Non licet tibi habere vxorē Phi. fratris tui. Ecce vn̄ Ioānes īcurrit odiū qa arguit criminosum. Dicebat Ioānes qđ erat legis, qđ iustitię, qđ salutis: certe qđ erat nō odii sed amoris. Ecce qualē consequut⁹ est ab ipo ꝓ pietate mercedē. Volēs inqt occidere eum timuit populū. Facile deuiat a iustitia q in causis non deum sed homines ptimescit.

Qꝫ diabolus Christi passionē in Ioannis sanguine prælibauit.

¶Pete a me qđ vis. Quid peteret luxuria nisi B castitatis īteritū, pudicitię necē, mortē sibi semper cōtrarię sanctitatis? Da mihi caput Ioānis. Si caput viri Christ⁹ iuxta apl̄m, iā nouello ore antiqssim⁹ serpēs Christi dn̄i tendebat ad mortē: iā tūc auidus draco in serui capite dn̄i passionē ꝑgustabat. Da mihi in disco. Cur i disco? Cur ꝑciose gestas qđ viliter occidit: nisi qa preciosa i cōspectu dn̄i mors sanctoꝝ ei⁹? Hoc ipm quod vis non agis quomodo vis. quia superna te vincit vis. Veruntamen nimis deciperis q vocē interfici posse credis. Ego sum, inqt, vox clamātis. Vox occidi nō pōt, sed magis clamat angustiis corpis absoluta. Sicut vox Abel i suo iā effuso sanguie magis sonat magis penetrat cęlū: Sic nunc Ioānes toto orbe clamat: totis seculis facinus tuū cūctis refert & ostētat in gētibus. Vnde & scire nos cōuenit, qa Ioānes de morte sua nat⁹ est: et de natali suo mortu⁹ est Herodes. Nat⁹ inquā Ioānes de terra in cęlum de labore ad requiē, de tētationib⁹ ad quietē, de cruciatib⁹ ad lętitiā, de īfirmis ad fortia, de caducis ad ęterna, de mundanis finib⁹ ad gloriā & coronam sempiternam.

Bernard⁹. Qꝫ triduo dn̄m sustinem⁹.

M Isereor sup turbā, qa ecce iā triduum 8. sustinēt me, nec hn̄t qd māducēt. Viā C triū dierū eas necesse est, in deserto si gratū deo tuo offerre voluer̄ sacrificiū: & triduo sustineas saluatorē si miraculi panib⁹ desideras satiari. Prima est dies timoris. Dies īquā declarās & illuminās tenebras tuas: īteriores. s. & horrēdū gehēnę suppliciū demōstrās, in quo sūt tenebrę exteriores. Hmōi siquidē cogitatio nr̄ę solet exercere ꝑmordia cōuersatiōis. Scđa ē pietatis: q̄ respiram⁹ in luce miseratione Dei. Tertia dies ē rōnis: in q̄ veritas īnotescit: vt tā q̄ ex debito quodā naturę fine alia cōsideratione creatori, subiecta est creatura seru⁹ seruiat redēptori. Miseri q non exiere: nec in deserto se quuti sunt saluatorē: sed miserabiliores oībus hoībus q ꝑfecti cū aliis, nō cū aliis sunt refecti. Porro siq fuere qui discūbentibus aliis post dumeta siue diuersoria queq̄s abscōdita latuere, hoīes hmōi ieiunos vacuosq; remāsisse qs nesciat? Sic eos q leuitate & curiositate ducti circūquaq; vagātes minime resederūt: aut q sederūt qdē sed nō i ordine nec in numero cęterorum.

Quib⁹ vitiis refectio spūalis impedit̄.

¶Pro hmōi rogo vos fugite simulationē oēm D & angulos ꝓprię volūtatis. Fugite īgratitudinē & spūm leuitatis. fugite obstinationē & neqssimū vitiū singularitatis: nisi forte, qđ absit, fraudare vultis aīas vr̄as panis edulio benedicti. Iā vero septē panes qb⁹ reficiamini, isti sunt.

De septem panibus.

E ¶Primus panis verbi dei: in quo vita hoīs est sicut ipse testat̄. Scd̄s panis obedientia est:qm̄ cibus meus est inquit vt faciā voluntatē ei⁹ q misit me. Tertius panis meditatio sancta:de q̄ scriptum est. Cogitatio sancta cōseruabit te.& alio loco noīari videt̄ panis vitę & intellectus Quart⁹ panis orātiū lachrymę, iuxta illud. Cibabis nos pane lachrymarū. Quintus est labor pœnitētię, vnde scriptū est. Labores manuum tuarū qa mādu cabis &c. Sext⁹ est iocūda vnanimitas socialis. Panis inquā ex diuersis granis cōfectus fermētatus sapiētia dei. Septimus eucharistia:qm̄ panis īqt quē ego dabo caro mea est p mū. vi. Hic panis duo opat̄ ī nobis:vt.s.ī leuiorib⁹ peccatis sensum minuat:in grauioribus vero tollat oīno cōsensum. Si qs vestrū nō tā sępe modo nec tā acerbos sentit mot⁹ iracūdię, inuidię, luxurię aut cęterorū hmōi, gratias agat corpori & sanguini dn̄i:qm̄ virt⁹ sacramēti operatur in eo.

Galfridus. Quomodo spiritualiter reficitur triduo sustinens Saluatorem.

F ¶Misereor sup turbā qa ec.tri.su.m.&c. Veritatē naturę ꝓbat hūanitatꝭ affect⁹. Et tu tibi ñ miserturū imo ñ miserātē putas cū triēnio forsitā sustinuerꝭ eū! Horas cōputat & momēta:si sustinētiā nō ꝑdideris, apd̄ ipm̄ nō ꝑibit ī finē. Prima dies sensui primo.s.visui tribuat̄. Visus aīę visus est rōnis p ea q̄ facta sunt inuisibilia dei cōspiciēs. Sic audit⁹ ad fidē, ad spē ptinet odorat⁹. Sustinet triduo qd mādu cet adhuc ñ hn̄s, qui in his exercet̄. Gustus in charitate est: sine cuius pane inops est oīs mēsa. Tactus in manib⁹ magis viget:cū vniuerso corpori sit cōmunis. Propter qd̄ ad illā magis apphēsionē felicitatis ęternę & beatę ꝓmissionis referat obtētū:vbi in virū pfectū oēs pariter occurremus. Iterum septem panes totidē sunt experiētiæ diuinę erga nos charitatis, & dignissimę qdā occasiōes nostrę nihilomin⁹ erga ipsum. Quarū prima ꝑuentio originariā nobis inseruit pietatē. Expectatio resipiscēdi cōtulit facltatē. Reuocatio vel cōuersio prauā mutauit in meli⁹ volūtatē. Remissio pręteritā diluit iiquitatē. Eruditio inducit in veritatem. Coopatio adiuuat īfirmitatē. Cōsolatio lętificat aīam n. Pisces ad tolerantiā patiētię referūtur. Nobis de paruitate pisciculorum & paucoꝝ numero nec gloriādum est nec curandum. Pauca sunt, parua sūt vniuersa q̄ ferim⁹:attā si pie sapimus sic viuit̄ & in talibus vita spūs nostri dū gratulamur i eis & gratias agimus domino super eis.

Petrus Rauennas. Qꝫ is quem deus illuminat cuncta temporalia paruipendit.

¶Video hoīes vt arbores ambulantes. Impfectis oculis grādescūt formæ, turbāt̄ species, res fallunt ipsę, qa nō iā visionem capiunt sed adhuc vmbrā sustinēt visionis. Et q̄re tū velut arbores non vt colūnę vel alid̄ qd, neqꝫ stātes sed ambulantes! Quia post curam Christi viderat ꝙ hoīes velut arbores transirent in hoc seculo nō manerēt. Tēporalem plātationē germē hūanū eē, in hac mox vita videt quē curauit Christus. Iterāda est ergo cura Christi vt pfecti oculi futura certa manētia videāt & ęterna. Iterū īquit īposuit illi man⁹ & cœpit clare videre oīa. G

Bernardus. Qꝫ carnis motus per gratiam dei reprimi valeāt non sanari. 9.

ET collidēs et multum discerpens eū H dęmon ex.a.illo. Ita dico nobis genus illud peccati qd̄ totiēs cōturbat nos (cōcupiscētias loquor & desideria mala) reprimi qdē debet & pōt p grām dei vt non regnet in nobis. Et sic nulla damnatio est his qui sunt in Christo Iesu. Sed non eiicitur nisi in morte qn̄ sic decerpimur vt aīa separetur a corpore.

Galfridus. Qꝫ nobis rigidi proximis esse propitii debeamus.

¶Habete sal i vobis &c. Hic seculariū sapiētiū I vnus ait. Ignoscas aliis multa, nil tibi. Qd̄ non bn̄ aliq puertēdo, amātes vt legit̄ semetipos & sibi ꝓpitii ꝓximis aūt graues & rigidi, habent sal īter se, & pacē in semetipsis.

Adam de Persen. ꝙ Christus dum quatuor modis viuificat peccatores, horis quasi quatuor insperatus aduenit. 9.

NEscitꝭ qn̄ dn̄s veniet sero an mane an K me. an me. no. an galli cantu. Sero venit qn̄ in extremis agētē & nō merentem inopinato grīę suę ꝑuētu a peruersitate corrigit & cōpūgit. Hoc tpe latrōi affuit:cui extrema agēti tā subito & fidei meritū dedit & paradisum apuit. Media nocte venit cū ī tenebris ignorātię vl' ī mediis tribulatiōib⁹ cōstitutū p indebitā grām educit ad refrigerii portū. In galli cātu, qn̄ ad ꝑdicatiōis vel sacrę lectiōis vocē audiētiū cōuertit corda. Mane venit qn̄ nocte elapsa & peccati voluntate deposita lucē pniæ matutinā splēdor pietatis infundit. An non sero ad Adā venit, cū ad aurā post meridiē die vergente in vesperam, innocentia declināte in culpā, abscōdēte se a facie solis, & charitatis ardor refriguit & īmortalitatꝭ splēdor occubuit! An nō media nocte in ęgyptū venit qn̄ ereptur⁹ ppl'm suū ī tribulatiōe maxima positū priogenita ęgypti pcussit! Sic ēt ī galli cātu venit qn̄ iuxta ꝓmissa legaliū sacramētoꝝ & voces prophetarū ad liberandū hominem p virginē

venit. Galli quippe cãtus secuturę lucis nũci⁹ etiã sermonẽ designat ꝓpheticũ quo verę lucis ꝓnũciat aduẽt⁹. Et ecce mane iterũ veniet, cũ post noctem huius seculi iudicii dies illucescet extremi.

Bernardus.

Q; Christus non cessit opprobriis Iudęorum.

15. L SI tu es rex Israel descẽde de cruce. O venenata lingua: verbũ malitiæ: sermo nequã. Nõ est Caipha qđ paulo ante dicebas. Expedit vt vn⁹ moriatᵗ hõ ꝑ populo & nõ tota gẽs pereat. At illđ qa mẽdaciũ non erat non loq̃baris de ꝓprio: nõ a temetipso dicebas. Si rex Israel est descẽdat de cruce. Hoc plane tuũ est: magis aũt eius q̃ mẽdax est ab initio. Quid em̃ consequẽtiæ videtᵗ habere vt descẽdat si rex est: & nõ magis ascendat? Sic non meministi serpens antique q̃ cõfusus abscesseris olim cum dicere præsumpsisses Mitte te deorsum: et hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me? Sic tibi Iudęe excidit quod audisti quia dominus regnauit a ligno? Sed forsitan non audisti, quia nõ Iudęis sed nationibus hęc annunciatio debeatᵗ. Descẽdat inquiũt si rex est Israel. Immo vero quia rex Israel est titulũ regni nõ deserat: virgã imperii nõ deponat: cui⁹ imperiũ sup humerũ ei⁹. Noli inquiunt Iudęi ad Pilatũ, scribere rex Iudęorum sed q̃a ipse dixit rex sum Iudæoꝝ. Et Pilatus. Qđ scripsi scripsi. Si Pilat⁹ qđ scripsit scripsit Christus nõ ꝑficiet qđ icepit? Ipse em̃ cœpit & saluabit nos. S; dicũt? Alios saluos fecit: seipm non potest saluum facere. Immo vero si descenderit neminẽ saluũ faciet. Cũ eĩ salu⁹ eẽ nõ possit nisi qui ꝑseuerauerit vsq; in finẽ, q̃to minus poterit eẽ saluator. Alios saluos fecit. Nã saluatione cũ sit salus ipse non indiget. Operatᵗ salutem nostram: nec caudã patitᵗ deesse sacrificio vespertino hostię salutaris. Nouit iique qd cogites. Nõ tibi dabit occasionẽ subripiendę nobis ꝑseuerãtię: quæ sola coronatur. Sine causa maligne parasti sagittas tuas in pharetra, & discipuloꝝ suspiria cumulas opprobriis Iudæorũ. Illi quippe desperãt: isti improperant: sed Christum neutra tela nocebũt. Aliud tp̃s elegit cõfortandis discipulis & aduersariis confutãdis.

Quibus virtutum gemmis quatuor crucis cornua decorentur.

M ℂInterim patientiam magis exhibet: humilitatem cõmendat: obediẽtiam implet: ꝑficit charitatẽ. His nempe virtutũ gẽmis quatuor cornua crucis ornantᵗ. Et ẽ supeminẽtior charitas a dextris obedientia, patientia a sinistris, radix virtutũ humilitas in ꝓfundo. His ditauit trophęũ crucis cõsummatio dñicę passiõis: Cũ ad Iudęoꝝ blasphemias hũilis, ad vulnera patiẽs intus liguis, clauis exteri⁹ pũgeretᵗ. Nã & charitas in eo ꝑfecta est q̃ ꝑ amicis aĩam posuit: & obediẽtia cõsũmata cũ iclinato capite tradidit spũm. His priuare dotib⁹ ac spoliare gl'ia Christi satagebat ecclesiã qui dicebat. Si rex Israel ẽ descẽdat de cruce. Hoc enim est qđ dolet venenati serpẽtis astutia, exaltatũ in deserto serpẽtẽ ęneum cuius intuitu sanentᵗ vulnera q̃ inflixit. Alioqn quonam alio instigãte credim⁹ misisse vxorẽ Pilati ad ipm dicẽtẽ: Nihil tibi & iusto illi. Multa em̃ passa sum ho. ꝑ visum propter eũ. Timebat ergo iã tũc. Sed nũc maxime virtute crucis eneruari se sentiẽs inimicus. Sera ducitᵗ pnĩa: & quos instigauit ad crucifigendũ instigat ad suadẽdũ vt de cruce descendat. Audierat impi⁹ saluatoris vocẽ dicẽtis. Nõ sum missus nisi ad oues quæ pierũt dom⁹ Israel. Et nouerat quãtũ ꝑ salute illi⁹ ppl'i zelũ gerere videbatᵗ. Propterea malitiose nimis liguas erudiens blasphemoꝝ suggerebat vt dicerẽt: Descẽdat ĩ gens & credim⁹, q̃si nihil posset iã obstare qn descenderet qui eoꝝ credulitatẽ tantope desideraret. Sed cui parat isidias versipellis? Nempe ei in quo nihil perficiet inimicus. Non mouetᵗ pollicitatione, qui nouit oĩm corda: sicut nec exprobratione blasphema mitissimus oĩm mouebatᵗ. Eo q̃ppe tẽdebat malitiosa suasio nõ vt ipsi crederẽt sed vt nostra quoq; siqua erat fides in eũ oĩmodis depiret. Legẽtes em̃, Dei ꝑfecta sunt opa, q̃n fateremur deũ qui salutẽ opus reliquisset impfectũ? Sed audiamus qd ad hoc Christus respõdeat ꝑ ꝓphetam. Quęris signa Iudęe. Expecta me in die resurrectionis meę. Signum nõ dabitᵗ tibi nisi signũ Ionę ꝓphetę: nõ signũ descẽsionis sed signũ resurrectionis. Qđ si Iudęus nõ credit amplectatᵗ & gaudeat christianus. Clauso em̃ ꝓdiit tumulo q̃ de patibulo nõ descẽdit. An vero id maius sit iimici nr̃i sint iudices, q̃ tã curiose munierãt monumẽtũ signãtes lapidẽ cũ custodib⁹. Clauso inquã ꝓdiit tumulo rediuiuum corpus, qđ clauso virginis vtero natũ ꝓcessit ĩ vitã, & ad discipulos clausis ĩtrauit ianuis ĩ cõclaui. S; ẽ loc⁹ vñ clausis ꝓcedere ianuis noluit, carcer vtiq; gehẽnalis Cõfregit siqdẽ ferreos vectes: repagula vniuersa cõtriuit vt libere suos educeret: & plenis egrederẽtᵗ portis agmia dealbatoꝝ. Hui⁹ igitᵗ resurrectiõis miraculũ cui poterit cõparari? Legim⁹ qdẽ nõnulloꝝ ꝓcessisse resurrectiones aut magis suscitationes. Sed isti⁹ ꝑambulas: qb⁹ & duplici ꝑuilegio noscitᵗ ꝑminere: nã cęteri resurrexerãt iterũ morituri. Christ⁹ resurgẽs ex mortuis iã nõ moritᵗ. Illi mortui op⁹ hñt denuo susci

tari:Christus qđ mortuus est peccato mortuꝰ
est semel:qđ aũt viuit viuit deo:viuit ĩ ęterni=
tate.Est & aliud in quo resurrectionis huiꝰ in
notescat gloria singularis.Quis em̃ ex oĩbꝰ cæ
teris suscitauit aliq̃ñ semetip̃m? Ineffabile ẽ vt
a morte se suscitet ip̃e q dormit. Heliseus pro
pheta mortuũ suscitauit:sed alterũ nõ seip̃m.
Ecce em̃ quot annis iacet ĩ monumẽto qđ a se
nõ põt sperãs ab alio suscitari.Inde est ꝙ cæte=
ros dicimus suscitatos,Christũ resurrexisse: q
solus virtute ꝓpria victor ꝓdiit de sepulchro.

Qꝫ in pręsenti auris hauriat qđ non dum meretur oculus intueri.

N ¶Vidẽs.Cẽturio q ex aduerso stabat ꝙ cla.ex=
pi.ait.Vere hic hõ filꝰ dei erat.Ad vocẽ credi
dit,ex voce agnouit filiũ dei nõ ex facie.Erat ei
fortassis ex ouibꝰ eiꝰ de qbꝰ ait.Oues m.vo.m.
au.Auditus ĩuenit qđ nõ visus.Oculũ species
fefellit,auri veritas se infudit. Oculus ꝓnun=
ciabat infirmũ,oculus fœdũ,oculus miserum
oculus morte turpissima cõdemnatũ.Auri fi=
lius,auri formosus innotuit:sed nõ Iudęoꝝ qa
erãt ĩcircũcisi auribꝰ.Merito Petrꝰ abscidit au
riculam serui vt viam faceret veritati & veri=
tas liberaret eũ.i.liberũ faceret.Erat ille Cẽtu=
rio incircũcisus, sed non aure:qui ad vnã expi
rãtis vocem sub tot infirmitatis indiciis dñm
maiestatꝭ agnouit.Ideoq; nõ despexit qđ vidit
qa credidit qđ nõ vidit:non aũt ex eo qđ vidit
sed ex eo qđ audiuit,qa fides ex auditu.Dignũ
qdem fuerat ꝑ supiores oculoꝝ fenestras intra
re veritatem ad animam: Sed hoc nobis serua
tur in posterum.

Qꝫ per aures intret vita per quas mors primitus introiuit.

O ¶Nunc aũt vnde irrepsit morbus inde reme=
diũ itret:& ꝑ eadẽ sequaẽ vestigia vita mortẽ,
tenebras lux,tenebras serpẽtis antidotũ verita
tis.Et sanet oculum qui turbatus est:vt serenꝰ
videat quẽ turbatꝰ nõ potest. Auris pria mor
tis ianua,prima aperiatur:& vitę auditus qui
tulit reparet visum.Q̃m nisi crediderimꝰ non
intelligemus.Ergo auditus ad meritum, visus
ad pręmium est.

Qꝫ fides mortua in homine, Christus sit mortuus in sepulchro.

16. P MAria Magd.& Maria Iacobi & Salo=
me emerunt aroma.&c. Ab ap̃lo ac=
cepimus Christum ꝑ fidẽ habitare in
cordibus nostris.Vnde intelligiẽ tãdiu Chri=
stũ in nobis viuere,q̃diu viuit fides. At postq̃
fides nr̃a mortua ẽ, quodãmõ Christꝰ mortuꝰ
est ĩ nobis.Porro fidei vita charitas ẽ,q̃ ꝑ dile=
ctionẽ operaẽ. Tu ergo si viderꝭ hoĩem ĩ nobis
operibus strenuũ & feruore consolationis hila
rẽ,viuere in eo fidẽ ne dubites. Sed nõnulli cũ
spiritu cœperint heu carne postea cõsummã=
tur.Scimus autem quia iam tunc non perma=
net in eis spiritus vitæ.Et necesse est receden=
te spiritu fidem mori:quia spiritus est qui vi=
uificat.Quis enim magis mortuꝰ eo qui fouet
ignem in sinu suo,peccatum in cõscientia:nec
sentit nec excutit nec expauescit? Ecce igitur
Christus est in sepulchro fides mortua in aĩo.
Faciamus ei qđ sanctę fecere mulieres.Emerũt
aromata vt venientes vngerent Iesum.Et scia=
mus quia suscitare nostrum non est,sed vnge=
re nobis incumbit, ne scilicet fœteat qui huius
modi est, ne sit cæteris odor mortis,ne perflu=
at & penitus dissoluatur.Emant proinde aro=
mata sua tres mulieres,Mẽs,lingua,manꝰ. De
his em̃ Petrus mandatũ accepit tertio pascere
gregem domini.Pasce,inquit,mente,pasce ore,
pasce opere.Pasce animi oratione.Verbi exhor
tatione.Exempli exhibitione.

De aromatibus mentis.

¶Quęrat igiẽ mens aromata sua. Añ oĩa com Q
passionis affectũ,dehinc rectitudinis zelum.Et
inter hæc discretionis spũm nõ omittat. Quo
tiẽs em̃ peccãtẽ videris fratrẽ cõtinuo ꝓcedere
debet cõpassiõis affectꝰ tanq̃ cognatꝰ hũanita
ti.Quippe quẽ cõcipis ex teipso.Hic cõpassiõis
affectꝰ mitis qdẽ ꝓdest,qa aius liberalis quẽ ꝑ
se viderit anxiũ cõtristare erubescit.Sꝫ qd agi=
mus ꝙ nonnulli dura ceruice & attrita sũt frõ
te:vt quo magis eis cõpatimur tãto magis no
stra & cõpassiõe & patiẽtia abutãẽ? Nõne sicut
cõpatiebamur fratri,ita ipsi iustitię cõpatiẽdũ
est,quã videmꝰ tã ĩpudẽter abiici,tã ĩprudẽter
ꝓuocari? Scio ꝙ siqua in nobis est charitas,cõ=
tẽptũ hũc dei ferre ęquanimiter nõ possumus
Hic est zelus iustitię quo aduersus deliquẽtes
accẽdimur tanq̃ pietate ducti erga eã quã con
temni videmꝰ iustitiã dei. Verũtamẽ oportet
vt priora sibi vẽdicet cõpassiõis affectꝰ.Alioqn
ĩ spũ vehemẽti cõterimꝰ naues Tharsis,cõteri
mus calamũ quassatũ,extinguimꝰ lignũ fumi
gãs.Sed cũ vterq; aderit videlicet & cõpassiõis
affectꝰ & iustitię zelus, necesse est vt assit spũs
discretiõis,ne forte cũ oporteat hũc exhiberi il
le ꝓcedat & idiscretio cõfũdat vniuersa.Hẽat
itaq; mẽs nr̃a tertium spũm discretiõis,vt mi=
scẽs tpibꝰ tpa opportũe ęmulari & nihilominꝰ
ignoscere sciat.Sed vnde hęc nobis? neq; em̃ ta
lia profert virtutum germina terra cordis no
stri,sed magis spinas & tribulos germinat no
bis.Emere ergo oportet ab eo qui ait. Venite
emite absq; argento & absq; vlla commutatio
ne. Quã enim cõmutationẽ dabit hõ deo pro

gratia sua qui nullius eget,& cuius sunt vniuersa.Gratia gratis datur,etiã cũ emitur gratis emitur: quia qđ datur pro ea,nobis melius retinetur.Tria ergo aromata mẽtis nummo ꝓprię volũtatis emẽda sunt: quã qdẽ dimittẽtes nihil amittim⁹,et & lucramur plurimũ,cõmutantes illam in melius,vt cõmunis fiat quę ꝓpria fuit.Porro cõis voluntas charitas est.Emimus igiť absq; cõmutatiõe recipiẽtes qđ nõ habuim⁹,meli⁹ retinẽtes.Qñ vero cõpatieť fratri q ĩ ꝓpria volũtate nescit cõpati:nisi sibi? Simulare siquidẽ põt ante oculos homo etiã & seducere seipsum:vt cũ priuato amore vel odio ducitur,cõpassionis affectũ vel zelum putet esse iustitię.Verũ facile ẽ aduertere ꝙ̃ sint aliena a propria voluntate,quę ꝓpria sunt charitatis: cui illa recta fronte contrariam se constituit.

De aromatibus linguę.

K ¶Illucescat igitur dies temperantię, vt quęrat quomodo temperari & refrēnari possint incontinentes motus voluptatis: bestiales motus curiositatis: ceruicosi motus elationis. Eligat abiectus in domo dei, & subiectus esse magistro sub quo frangatur eius voluntas, & obedientię freno concupiscentia reprimatur. Sed iam in ipsa obedientię via, aliqua fortassis dura & aspera occurrere possunt, vt accipiat interdum p̄cepta nonnulla: quæ licet salubria sint, min⁹ tñ suauia videantur. Hæc si moleste cœperit sustinere, si diiudicare prælatum, si murmurare in corde, etiam si exterius impleat quod iubetur non est virtus patientiæ, sed velamen malitiæ.

De die deuotionis.

L ¶Iam vero cum in his diutius exercitatus fueris roga dari tibi lumen deuotionis, diem serenissimam, & sabbatum mentis, in quo tāq̄ emeritus miles in laboribus vniuersis viuas absq; labore, dilatato corde currens viam mandatorum dei. vt qđ prius cum amaritudine & coactione tui spiritus faciebas, de cætero iam cū summa dulcedine peragas & delectatione. Verum ad hanc perfectionem pauci ni fallor perueniunt in hac vita. Neq; eñ si quis aliquādo videt̃ hanc habere, continuo credat sibi necesse est. Maxime si nouitius est, nec per p̄fatos ascēderit gradus. Pius eñ dñs pusillos corde blanditiis talibus allicere solet. sed nouerint q eiusmodi sunt gratiam hanc p̄stitam sibi non datā Lōge aliter q exercitatos habēt sensus deuotionis hui⁹ felici iucūditate fruūt̃. Sed multi tota vita sua ad hoc tendunt, & nūq̄ pertingunt: q bus tñ si pie & p̄seuerāter conati sunt, statim vt de corpore exeunt, redditur qđ in vita dispēsatorie est negatū: illuc producēte eos sola gratia, quo prius tendebant ipsi cū gratia, vt consummati in breui expleant tēpora multa. Illis vero qui ad hanc deuotionis gratiā perueniūt vnum videt̃ restare periculū, & omnino timendum est eis a dęmonio meridiano. Ipse eī sathanas transfigurat se in angelū lucis. Hoc ergo timendum ei, qui tanta delectatione oīa facit, ne dum sequit̃ affectionē, corpus destruat per immoderatā exercitationē: ac deinde necesse habeat non sine magno sp̄ualis exercitii detrimēto circa debilitati corporis curā occupari.

De die patientiæ.

¶Necesse est ergo vt illucescat dies patientię: ꝑ quā omnia dura & asp̄a, tacita amplectaris cōscientia: te magis diiudicans & durius arguēs cui nimirum displicet, q̄ ad salutem sunt: & in cogitatione tua semp partem magistri, quo ad potes, aduersus teip̄m iuuans: & te in omnib⁹ accusare, illū magis excusare laborans. Porro iā in hoc loco cauendū est tibi vt arbitror a superbia. Magnū est eñ oīno sic vincere semetip̄m Melior est ait Salo. patiens viro forti &c. Considera q̄ manifeste propheta doceat necessariam esse humilitatē post patientiā, dicens. Verūtñ deo subiecta esto anima mea: quia ab ipso patiētia mea. Nonne videtur hic occasione patientiæ tentationem sensisse superbię? M

De die humilitatis.

¶Necesse est ergo vt illuminet cor tuum radius humilitatis, & declaret quid a te sis, quid a deo: vt altum non sapias: qm̄ Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. N

De die discretionis.

¶Ergo ne hoc incurrat qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis quæ mater virtutum est, & consummatio perfectionis. Atq; hæc est octaua dies circuncisionis, in qua circunciditur puer: quia discretio vere circuncidit, vt non plus nec minus fiat. Nam & qui nimius est, fructum boni operis abscidit, sicut qui tepidus est & minus facit. In hac ergo die O

nomen imponitur, & nomen salutis. Nec de eo qui sic conuersatur, dubitem dicere ꝙ suam ipsius salutem operatur. Vsq; ad hunc enim diem possunt dicere angeli qui nouerunt secreta cœlestia: Sed ego nunc primum ei fiducialiter salutis nomen impono. At vero quia omnino rara ista auis in terris est, huius discretionis locum in nobis suppleat virtus obedientię, vt nihil plus, nihil minus, nihil aliter q̃ imperatum sit faciamus.

Vverricus.

Q; præsens tempus nobis ad pœnitentiam sit concessum.

P ¶Postq̃ impleti sunt dies purgationis Mariæ tulerunt Iesum in Hierusalem. O q̃ felix est de quo dici potest, impleti sunt dies purgationis eius: vt iam nihil ei aliud supersit nisi vt ferant eum in Hierusalem supernam, & sistant eum domino. Talis nimirum erat Simeon ille senex tam desiderabilis, q̃ plenus desideriis. Cũ iam olim vt arbitror, essent impleti dies purgationis, in susceptione domini Iesu impleti sunt dies expectationis. Verum nos fratres dies qui ad purgandum nobis dati sunt velimus nolimus, implemus. Sed væ si dies implentur, & purgatio minime impletur, vt postea necesse sit illo nos igne purgari, quo nihil pœnalius potest in hac vita vel acrius cogitari. Fratres breues dies hominis sunt: sed tam valde preciosi sunt: immo quo breuiores, eo ꝑciosiores quia dies sunt purgationis: cum statim postmodũ futuri sint dies retributionis.

De mysterio turturis & columbæ.

Q ¶Par turturum aut duos pullos columbarũ. Turturem commendat castitas. Huius enim merito digna fuit hostia pro virgineo partu dari. Licet vero alias per columbam spiritus sanctus soleat designari: quia tamẽ libidinosa auis est, non decuit offerri in sacrificium domini, nisi ea ętate quę nesciret libidinem. Turturis aũt nõ designatur ætas: qm̃ agnoscitur castitas in quacunq; ætate. Deniq; compari vno contenta est: quo amisso, alterum non admittit, numerositatem in hominibus nuptiarum cõdemnans. Nam etsi forsitan culpa propter incontinentiam venialis est: ipsa tamen tanta incontinentia turpis est. Pudet ad negocium honestatis rationem non posse in homine, quod natura possit in volucre. Cernere est turturem tempore suæ viduitatis, sanctæ viduitatis opus strenue atq; infatigabiliter exequentẽ. Videas vbiq; singularem, vbiq; gementem audias, nec vnq̃ in viridi ramo residentem prospicies, vt tu ab eo discas voluptatum virentia virulenta vitare. Adde ꝙ in iugis montium & summitatibus arborum frequentior illi conuersatio est, vt qđ maxime propositũ pudicitiæ decet, doceat nos terrena despicere, & amare cœlestia. Ex quibus colligitur ꝙ vox turturis sit etiam prædicatio castitatis.

Galfridus. De saluatoris oblationibus, & qualiter sint a nobis offerendę.

¶Obtulerũt ꝓ eo dño par turturũ, aut. d. p. c. R
Excitat nos in amore Christi, & matris eius tãta dignatio pro nobis exhibita, & ad custodiam disciplinę, eorum nos cohortantur exempla, nemo sua opera, nemo suos dissimulet domino filios exhibere: nemo speret nisi a suis sese parẽtibus offerendum, nec vacuus apparere præsumat in conspectu domini: Sed turtures & columbę pullos studeat exhibere, geminã scilicet pudicitiam cordis & operis, & duplicem fructum fraternę dilectionis, in corporalibus & spiritalibus commodis. Sic nos sibi oblatos recipit deus, si & nobis & proximis impendim⁹ qđ debemus. Aliter etiam turtures exterioris & interioris hominis indicant puritatem, vt non modo caueatur adulterium quod concupiscendo admittitur, sed illud etiam de quo dicitur. Immundus est omnis arrogans ante deum. Columbæ duę simplicitas, & benignitas, & earũ pulli, innocẽtię & bñficentię fructus, vt qđ sibi qs nõ vult fieri, nec ipse faciat alteri: faciat autẽ ei qđ sibi vult fieri. Qualiter autem offerri debeãt aues istę, legislator Moyses ait. Retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco decurrere faciat sanguinem super crepidinẽ altaris. Caput hoc, ꝓpositum est vtriusq; exercitii supradicti: qđ in omni opere sicut caput in corpore principatur. Quia tñ in multis offendim⁹ oẽs: nec tollatur omnino hoc caput, sed vt fluat sanguis qui pro piaculo animę est, inclinẽt & reflectatur ad collũ confessionis per quã expietur & acceptetur vtriusq; propositũ sanctitatis. Sed multi palpant, multi dissimulant, nec rumpũt vulneris locum: sed pro illis alia in confessione loquunẽ. Altare dei religiosa q̃cũq; ꝓfessio est, cuius crepido vel basis sacrę cõuersationis initium. Effundit sanguinẽ qui reatum propriũ cõfiteẽ. Sed nõ ad altaris crepidinẽ: si nõ etiã ꝓfiteẽ emẽdatius sibi deiceps esse viuẽdũ. Aliter etiã crepido altaris huius et basis, est ꝑlatus sacrę cõgregationis, cui totũ onus incũbit: sicut in gręca ligua rex Basileos nomen accepit. Fundit itaq; sanguinem, sed non ad crepidinem altaris, q cõpungiẽ quidem, sed nõ cui conuenit confiteẽ. Inde est ꝙ legali sanctione cognoscit esse decretũ: quaten⁹ sacerdos q offert victimã

holocausti habeat pellē eius, vt videlicet veterē quem exuit hoīem ei quisq̧ exhibeat, qui eum induit nouum.

Adam de Persenia.

De quatuor oblationibus Christi.

S ℭObtulerunt pro eo domino par turturū & duos p.c. Mira res, pcio auium redimit preciū nostrū, & redēptor noster redimit anteq̄ nos redimamur ab ipso. Habemus autē quatuor de Iesu oblationes distinctas, quarum prima facta est de ipso a parentib9. Secunda p ipso de auibus. Tertiā fecit de seipso. Quartā faciet ipe de suis In his oībus īstruimur qd credere, qd imitari, qd sperare debeamus. Prima oblatio de humilitate nos instruit, cū humiliter legi subiicit legislator & iudex. Secunda ad paupertatē voluntariā nos inuitat, cū vniuersitatis auctor & dn̄s hostiā pauperū p se elegit offerri. Tertia ad pietatis viscera nos emollit: cū pius dn̄s mori pro impiis p man9 nocentiū & crucis suppliciū nō refugit. Iā in quarta oblatione est pmiū nostrū cum. s. in fine mundi offeret & tradet regnum deo & patri: si tn̄ quintā de nobis exhibeamus ad meritū. Quintā de nobis facimus, si nosmetipos, & in legis obseruātia hūiles, & in cōtēptu mundi voluntarios pauperes, & in cōpassione proximi misericordes exhibeamus.

Galfrid9. Q̄ʒ qui Christū suscipere voluerit: ei deesse non debet spes & timor.

T ℭHomo erat in Hierusalem cui nomē Simeon & h.i.i. & ti. Vę securo peccatori: subitaneus ei veniet interitus, nec effugiet. Felix qui iustus in actione & in cogitatione fuerit timoratus. Timuit Simeon in quo Spiritus sanctus erat: Timuit qui responsum acceperat ab eo. Tibi peccator vnde securitas? Nec solum timoratus erat, sed expectās redemptionē Israel. Beneplacitū est dn̄o sup timētes eum & in e.q.s. s.m.e. Vtraq̧ res necessaria ad salutē. Timor sollicitat, spes consolat. Infundit vulneribus aīæ spes oleum, timor vinū. Q̄ʒ lætus Simeon venit in templum dn̄i, vbi tēpli dn̄m inueniret. Q̄ʒ lætus suscepit quē desiderauerat: q̄ lętus gestando sustinuit, quē sustinuerat expectando. Confortent igit corda nostra, & sustineāt dn̄m. Suscipiamus leue onus in vlnas. Exeramus & exerceam9 vtrosq̧ lacertos non summis tāgam9 digitis: aut etiā imitemur eos q nec digito suo qd imponunt aliis, volunt mouere. Duo sunt brachia, obediētię & patientię, sine qbus iterim verbum dei firmiter non tenet: bona faciens, & mala patiens. Si fueris in vtroq̧ nō segnis, si nō trepide, non tepide, sed viriliter agas, sed confortetur cor tuū & delectet, salutare dei in vlnis habes, in sinū foues, & ipse pariter confoueris. Est q gestat illud in hūero: cui onerosa ē ęqtas: cui molesta sobrietas: cui grauis est disciplina. Est qui videtur illud super caput positum circunferre: nec fraternę seruiens ædificationi sed suę ostentationi. Parū est ille timoratus & parum amans. Quia em̄ minus diligit, minus & metuit ne amittat.

Odo Tusculanus.

Q̄ʒ Iesum in vlnis accipere sit geminę bonę operationi operam dare.

ℭAccepit eum in vlnas suas. Per vlnas, id est per brachia opera designantur. Accipit igitur Iesus in vlnis: quia per bona opera perseuerat in nobis. vnde. Super quē requiescet spirit9 me9 nisi sup humilē, & qui. & tremen. verb. m. i. exequentem cum tremore mandatorum opera. In brachiis autem accepit, non in brachio: quia necessaria nobis est duplex operatio. Est em̄ opus quod delet culpam, & est opus quod gloriam promeretur. V

Galfridus.

Qui vbi & quomodo Christum debeant inuenire.

ℭNunc dimittis dn̄e seruum tuum in pace. X
Hoc nobis carmen cecinit canus senex: quēadmodum dulcius ante obitum concinit albus olor. Nato dn̄o angeli cecinerunt: oblato eo, iustus canit: qd̄ ad eorum gaudium iam iāq̧ trāsibat. nēpe Rectos decet laudatio. Adorato dn̄o non cecinere Magi, ne sapientiæ ascriberet humanę: immo vero munera ei obtulerunt, & mysticis donis dn̄m glorificauere nō verbis. Sic efficacior apud ecclesiam gentiū præfigurata deuotio q̄ apud populum Iudęorum: qui dn̄m labiis honorabat. Venerant prius pastores ad dominū: venerant & siderum contemplatores: Simeon forsitan venire non poterat: ipse ad eum venire dignatus est, & pręuenire eum in benedictione dulcedinis. Studeant necesse est pastores hominū sacrę deuotioni, vt dū custodiēdis gregibus solerter inuigilant, ex cœlesti admonitione festinent ad pręsepium scripturę sacrę: vnde sibi pariter & aliis vitalia referant alimēta. Nihilomin9 etiā perfecti quiq̧ claustrales q̄rendo & sapiendo quæ sursum sunt: non quæ super terram tanq̄ sidera contēplando, per ducatū fidei ad intelligentiam veritatis accelerēt. Tu vero fili qui studiis spiritualibus vacare nō sufficis, sed in exauditione & obauditione pręceptoris tui quem tibi commendat interpretatio nominis Simeonis, non pro tuoipsius arbitrio, non pro questu proprio terrenis laboribus occuperis. Expecta dominum viriliter age con-

fortetur cor tuum. Sustine eum qui pauperis in finem non obliuiscitur. Occurret tibi et gratiam gratis infundet. Nūc dimittis ait Simeon seruum tuum domine. Quis illi iam innotuerat quod longe postmodū dicturus erat dominus: Iam nō dicā vos seruos, sed amicos meos? Dimittis ait seruum, & admittis amicum: non spiritum seruitutis iterum in timore, sed tuā potius charitatē infundens. Dimittis clausum de ergastulo duplici seculi videlicet hui⁹ & corporis. Dimittis eū q vinct⁹ est liberū: & funiculo triplici carnalis videlicet, necessitatis, voluptatis, cōsuetudinis miserat⁹ absoluis. Væ miseris q̄tos hodie vincula pniciosa delectāt. Teneri volumus, mitti & timem⁹ omnino diuitem.

Adam de Persenia.

Q₂ triplicē lętitiā contineat canticū Simeonis.

Y ¶Nunc dimittis seruum tuum dn̄e. Notum est in hoc cantico quatuor esse versus: quia quatuor sunt lætitiæ cœlestis pgressus. Prim⁹ est in expectatiōe & desiderio pii cordis: vn̄ in primo versu se in pace dimitti proclamat. Secundus est in fructu & prouētu pię expectationis. vnde in secundo versu corporeis etiam oculis se videre salutare dei, hoc est Saluatorem exultat. Tertius est in charitate de profectibus alienis. vnde in tertio versu hoc salutare dei omnibus populis cōmunicari denunciat dicēs. Qđ parasti ante faciē omnium populorum. Quartus & vltimus progressus est sempiterni luminis reuelatio & gloriæ manifestatio: qđ in quarto versu cōmemoratur cum dicitur. Lumē ad reuelationem &c.

Bernardus.

Q₂ dilectio gladius appelletur.

Z ¶Et tuam ipsius animā ptransibit gladius. Est gladi⁹ amor dei: q Marię aiam nō modo cōfixit sed etiam pertrāsiuit, vt nullam in pectore virginali particulā vacuam amore relinq̄ret: sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret: & esset gratia plena. Aut certe ptransiuit eam vt acciperemus & fieret mater charitatis, cui⁹ pater est charitas deus parturiēs, & in sole ponēs tabernaculū eius. Et illa qdē vulnus suscepit amoris et suaue: Ego vero me felicem putauerim si summo quasi cuspide hui⁹ gladii pūgi interdū me sensero, vt vel modico accepto amoris vulnere dicat aīa mea. Vulnerata charitate ego sum.

Galfridus. Quomodo nobis inuicem Christum offerre & suscipere debeamus.

A ¶Erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Asser. Magna siquidē fuit illa Anna, in qua sterilitatē naturæ gratiæ superauit vbertas, vt tantū prophetā pareret quæ tanto tēpore fuerat desperata de partu. Lōge vero maior Anna ista, quę per tot annos non discedebat de tēplo, ieiuniis & orationibus seruiens die ac nocte. Felix q̄ enixa est Samuelem, sed quę saluatorē felicior. Nec immerito de tribu Asser fuisse & filia Phanuel perhibet. Asser beatitudinem sonat: Phanuel faciē dei. Erat ei certissime Anna ista tanto tempore vidua, & talis vidua erat de genere bonorū & dicentiū deo: Exq̄siuit te facies mea: fa. t. d. re. Tales oblatio dn̄i legit habuisse psonas paucas nūero, sed pciosas merito & virtute. Imitemur et nos offerentes dn̄m, & eos q tāto gaudio suscepere salutē. Offeramus nobis inuicē Christū, & abinuicē suscipere eū studeamus. Maria illuminatrix, Ioseph augmentum, Simeon exauditio, Anna gr̄a interptat. Illuminatio ad doctrinā pdicationis: ad formā cōuersatiōis referat augmētū. Vtilis plane superogatio & salubre prorsus augmentum si ad verba doctrinæ exēpla vitæ superadiiciat qui pximis studet offerre salutem. Et notandum q̄ vterq̄ sexus pariter fuerit in vtrisq̄. In verbo em̄ doctrinę captanda fœcunditas, virilitas potius in exēplo. Alioqn praue admodū & puerse forti⁹ pdicat qs q̄ victitat ope q̄ sermōe fragilior. Nihilominus em̄ obseruanda suscipientibus in exhibitione obedientię fortitudo virilis: in gratiarum actione deuotionis pietas, & affectus quodammodo muliebris. Vnde etiā Simeon accepit eum in vlnas suas. Anna autem confitebatur domino, & omnibus loquebatur expectantibus redemptionem.

Item vnde supra.

¶Aliter etiam illuminatio nostra in conuersio B
ne cum a tenebris reuocamur ad lucē, augmentum nostrū est cū de virtute proficimus in virtutē. Dicitur quidē vterq̄ parens, iuxta illud. Cum inducerent puerum Iesum parentes ei⁹. Verius tn̄ Maria parens est, Ioseph nutricius saluatoris. Si quis a tenebris nostris, ad lucem iustitiæ nos adducit, Iesum parit in nobis donec formetur. Si quis ad meliora nos pmouet, Iesum fouet quasi iam natum. Ab vtroq̄ tamē Iesus suscipiendus est tanq̄ Iesus expansis vlnis & gratiarū actione deuota. Marię ianuam claudit qui tenebras diligit magis q̄ lucē. Excludit sanctum Ioseph qui eiusdem lucis nō admittit augmentū. Simeon Iesum recipit quotiēs exauditus a dn̄o q̄libet gratiā quis obtinuerit pcib⁹ impetratā. Anna etiā superueniens confitet, si quis nec postulatū aliqn̄ nec speratum diuinæ clemētię tam gratum q̄ gratuitū munus acci piat. Adest Simeō dū oratio supplicū exaudit.

Anna superuenit quotiés abundantia pietatis merita supplicum excedit & vota.

Hugo de sancto Victore.

Quid significet illud, ꝙ Iesus annorũ.xii.ascẽdit in templum.

C ¶Cũ esset Iesus ãnorũ.xii.&c.Duodeci annorũ in Hierusalẽ Iesus ascẽdit,qa post pfectionẽ operis & duplicatã charitatis virtutẽ ad pacẽ contẽplationis ꝑuenit. Parentes Iesu ab Hierusalẽ iter vnius diei redeunt,qa sensus carnis q p exercitiũ boni operis internã veritatẽ nutriũt,p exteriorũ delectationẽ retracti diu in ẽterna pace persistere nõ possunt.Christ⁹ in Iudea nascit̃ de virgine,& veritas in cõfessione nascit̃ de puritate.Vn⁹ dies,vna claritas,vnũ gaudiũ, vna bñdictio,quã Esau accipit:qa duplicẽ stolã nõ potuit pmereri. Hoc vni⁹ diei iter elongãtib⁹ ab Hierusalẽ:qa delectatio pſentiũ elõgare facit aĩos a cõtẽplatione ẽternorũ.Post triduũ Iesus in tẽplo inuenit̃,qa post correctionẽ cogitationis,loquutionis & operis, veritas in corde mũdo percipit̃.Inuenit̃ autem inter doctores & sapiẽtes,quia in sacra scriptura & sacri verbi doctoribus veritas cognoscetur.

Bernardus.

Qꝫ humanã superbiã dei subiectio cõdẽnarit.

D ¶Et erat subdit⁹ illis.Quis,quib⁹? Deus hoĩb⁹ de⁹ inquã cui angeli subditi sunt,cui prĩcipat⁹ & potestates obediũt.Subditus erat Mariẽ,nec tm̃ Mariẽ,sed etiã Ioseph ꝑpter Mariã.Mirare ergo vtrũlibet & elige qd ampli⁹ mireris : siue filii benignissimã dignationẽ,siue matris excellentissimã dignitatẽ,vtrinqꝫ stupor,vtrinqꝫ miraculũ:& ꝙ foeminæ de⁹ obtẽperet humilitas absqꝫ exẽplo:& ꝙ deo foemina principet̃ sublimitas sine socio.In laudibus virginũ singulariter canit̃ ꝙ sequunt̃ agnũ quocũqꝫ ierit.Quib⁹ ergo laudib⁹ iudicas dignã q̃ etiã pit? Disce hõ obedire.Disce terra subdi,disce puluis obtemperare.Erubesce superbe cinis.Deus se hũiliat, & tu te exaltas? Deus se hominib⁹ subdit,& tu dñari gestiẽs hoĩbus tuo te præponis auctori? Quotiens eñi hoĩbus pesse desidero,totiẽs deũ meum pire cõtendo. De ipso nãqꝫ dictum est. Et erat subditus illis.Si hoĩs homo imitari dedignaris exemplũ,certe nõ erit tibi indignũ seq auctorẽ tuũ.Sed nõ potes forsitã seq eũ quocũ ꝙ ierit.Dignare vel seq q̃ tibi cõdescẽdit. Hoc est si non potes sublimẽ cõscendere semitã virginitatis, sequere vel deũ per tutissimã viam humilitatis:a cuius rectitudine siqui etiam de virginib⁹ deuiauerint,vt verũ fatear, nec ipm sequũt̃ agnũ quocũqꝫ ierit.Sequit̃ siqdẽ coinqnat⁹ & hũilis:sequit̃ & virgo supb⁹.sed neuter quocũqꝫ ierit:qa nec ille ascẽdere põt ad mũditiã agni q sine macula est:nec vt ad ei⁹ mansuetudinẽ descẽdere dedignat̃:q non corã tondente,sed corã occidente se obmutuit.Attamen salubriorẽ elegit partem sequendi in humilitate peccator, q̃ in virginitate superbus. Cum et illius immũditiã sua humilis satisfactio purget & huius pudicitiã superbia inquinet. Sed felix Maria cui nec hũilitas defuit,nec virginitas.

Qꝫ semꝑ ẽque sapiens ẽque fuerit gratiosus.

¶Iesus autẽ pficiebat sapientia & ẽtate & gra. E apud deũ & hoĩes.Qđ de sapiẽtia & gr̃a hic dictum ẽ,nõ secundũ ꝙ erat, sed scd̃m ꝙ apparebat intelligendũ:non qa aliqđ ei nomen accederet,quia volebat ipe vt videret̃.Tu hõ cũ proficis,nec qñ nec q̃tum vis proficis:sed te nesciẽte tuus pfectus moderat̃,tua vita disponit̃.At vero puer Iesus q disponit tuã,ipse disponebat & suã.Et qñ volebat,& qbus volebat sapiens apparebat:qñ & quibus volebat sapientior: qñ & quib⁹ volebat sapientissim⁹. Similiter et cum semp oĩ gratia plen⁹ fuisset,siue quã apud deũ siue apud hoĩes habere deberet,pro suo tñ arbitrio eam nunc plus,nunc minus ostẽtabat: put cernentiũ vel meritis congruere vel saluti expedire sciebat.

Qꝫ cõsulti⁹ sit virgã q̃ malleũ sustinere

F Enimina viperarũ quid ostẽ. vo. fu.a v.ira? Facite dignos fruct⁹ poenitẽtiẽ. acsi diceret.Apprehẽdite disciplinam neqñ irascat̃ dñs.Sustinete virgã corripiẽtẽ,ne sentiatis malleum conterentem.

Vverricus.Qꝫ Ioãnis cõdemnẽtur exẽplo qui cẽteris detrahũt vt appareãt gl'iosi.

G ¶Existimante aũt populo & cogitante in cordib⁹ suis,ne forte ipse Ioannes.s.esset Christus: respondit. Quem vos me arbitramini nõ sum ego.Fidelis amicus spõsi magis amator dñi sui q̃ sui,se minui vt ille cresceret optabat:et de minoratione sui gloriã illi⁹ augere satagebat: ante apostolũ opere & virtute dicens illud apostolicum.Non nosmetipsos pdicamus,sed dñm Iesum Christum. Ideo nimirũ magna est gloria eius in salutari tuo,in Iesu tuo dñe,cuius iustitiẽ & bonitatis est diligentes se diligere,& glorificãtes se multo amplius glorificare. Maluit itaqꝫ Ioannes in dño sane q̃ in seipso vane gloriari:quia & maluit a dño veraciter q̃ a seipso fallaciter cõmendari.O filii hoĩs vsqꝫquo graui corde vt q.d.v.&.q.m. Vt quid vanã & mendacẽ gloriã diligitis,& gloriam abinuicem accipitis vel quæritis,& gloriam quæ a s.d. est nõ vultis? Sed quomodo quæritis? Vtinam agẽdo

fortia non loquendo sublimia. Vtinā saltem vera loquendo licet vane, & nō mentiendo plane Vtinā deniq; mētiēdo de nobis, nō ēt detrahēdo de aliis. Hoc iam nō est gloriā accipere, sed q̄rere, sed magis furari & rapere. Certe si gloriā ab hoīe nō q̄reres sed oblatam acciperes, iā ex hoc secundū veritatē non ambulares. Nunc autē quid? cū non solū accipis si offertur: sed et q̄ris cū nō offertur. Quid deniq; cū aliū velut trucidas venenosa & insidiosa līgua, vt gloriā eius tibi rapias, vt de malo ei⁹ tu melior, de cōtēptu ei⁹ tu gloriosior appareas? Sit ergo illud gloriam scilicet accipere vel quęrere ab hoīe, insipientiū vanitas: Quid istud nisi sęuientiū crudelitas? Sit certe illud vt min⁹ loquar, tentatio hūana: Quid istud nisi imitatio diabolica? Imitantur eum qui sunt ex parte eius.

Galfridus. Cur ad ostensionem sui spiritus sanctus columbam elegerit.

H ¶Descēdit spiritus sctūs corpali specie sicut columba in ip. Merito in specie auis p̄sentiā suā spiritus innotuit, qui desursum veniens vbi vult spirat, & nescit vnde veniat, aut quo vadat. Verūtū non edacis corui ingluuiē, aut violentiā rapacis accipitris, nō turpitudinem merulę, nō monedulę auaritiā, nō struthionis pēnas inutiles, nō pauonis vanā ostētationē, nō iracundiā cygnorū, non multarū garrit⁹ auiū, sed colūbę simplicitatē mansuetudinem & expertem fellis innocentiā spiritus sanctus elegit, quę muscarum vermium cadauerū fugitans, puro vescitur grano, illud nobis commendans q̄d in terra cadens & moriens multū attulit fructū. Prima auis huius cōmendatio legit̄ in scripturis cum secūdis parētib⁹ annuo clausis ergastulo signum dedit diuinę misericordię & suę liberationis. Siquidē per oliuę ramū vltoris humanę luxurię & p̄uaricationis diluuii finē columba rediens nunciauit. Baptismus Christi formam noscitur diluuii tenere, peccatores non emersuros ipse quoq; submergens: nisi q̄ illud personas p̄didit peccatorū, hic felicius hoīes saluans in profundum sola peccata deponit.

Guilielmus de calce.

De triplici processione spiritus sancti ad hoīes.

I ¶Factum est baptizato dn̄o, & orante descēdit spiritus sanctus corpali specie sicut columba in ip̄m. Tribus modis spiritus sctūs visibiliter inuenitur ad hoīes processisse, in colūba, in nube, in igne. Sunt vero tres status hominū, q̄bus istę processiones cōgruenter aptant̄, incipientium proficientium, perfectorum. Incipiētibus illabitur spiritus in columba: proficientes exaltat in nube: perfectos in igne probatos examinat & p̄ficit clariores. Cum videris hominem afflictū moestum, sollicitum, timoratum, meditantē vt columba, poenitētię penitus cruciatibus & columbinis gemitibus consecratum, spiritū in columba non dubites accepisse. Si vero toto conamine mentis & corporis ad virtutū perfectionem se rapiat, & studio sanctę cōtēplationis incumbens coeli ciuibus cogitatione & auiditate se ingerat, spiritum in nube suscepisse se monstrat. Si autem de virtute in virtutem semper ascendens in amore dei magis ac magis accenditur, & ignito vehementer sanctę prędicationis eloquio aliis accedat, in igneis linguis hunc spiritum accepisse patenter elucet.

Galfridus. Explanatio de lectione euangelica. Cum turbę irruerent.

Dvm turbę irruerēt ad Iesum vt audirēt verbū dei, & ipse staret sec⁹ stagnū Genezareth. Magni meriti est ap̄d deū desideriū verbi dei: q̄d ipsam quoq; irreuerētiā turbę irruētis excusat. Nō eñ ab eis cōsideratur maiestas dn̄ desiderat̄ vtilitas. Sed ne ab ip̄o q̄dē attēdit̄ ad quē irruāt, sed ad q̄d. Illud quoq; aduertendū: q̄ ad salutē ardenter irruit q̄ verbum dei medullit⁹ cōcupiscit. Nec saluator irruentib⁹ indignat̄: sed desiderātib⁹ fauet. Ruam⁹ igit̄ & nos, irruam⁹ ī retia verbi dei, vt eruamur de stagno Genezareth, & inter bonos pisces reponamur in vasis, exhibendi feliciter cōuiuio saluatoris, imo nō sicut turbę incōposite irruamus: sed disciplinate reuerēter & hūiliter accedamus. Accedētibus eñ nobis & desiderātibus verbū eius dignātissim⁹ & benignissim⁹ adest, stans vtiq; secus stagnū Genezareth, iuxta illud. Prope est dn̄s his qui tribulato sunt corde. Q̄d eñ aliud stagnū sic fluit, sic turbat̄, sic aurā generat sibi ipsi? Hoc nempe est q̄d Genezareth sonat. Aut certe stagnū hoc p̄ńs seculum signat: & interim stat nobis dn̄s secus illū vt ex eo nos eruat, non in eo ipse. Et q̄dē stagnū hoc alias mare Tiberiadis dicit̄. Sed cum plura habeat noīa hoc loco ei q̄d visum est mysterio cōuenire tribuit̄. Mare eñ videt̄ mundus magnitudinē eius mirantib⁹. Sed rectius dicit̄ breue stagnū latitudinē expectātibus ampliorem. Cęterū sicut in noīe maris seculi huius amaritudo, sic in stagno Genezareth ingenita q̄dam & repētina est designata cōmotio. Cum eñ aq̄ sint p̄pl̄i, in hoc stagno nō amnis statio, sed turbatio est: q̄ ipse sibi iugiter auram generat qua turbat̄. Vnde ei in hoc Genezareth aura nō gignitur? a dextris & sinistris, ab ante & retro, deorsum orit̄ & desursum. Nā & p̄speritas stultorum perdit illos, & occidit aduersio paruulorum. Aliter quoq; a dextris imminent turbationes quę ad augmentū fuerint meritorum:

a sinistris,in quibus magis expiatio peccatorũ Vel a dextris quę ad vtilitatē:quę vero ad perniciem,a sinistris.Est enim tribulatio quæ patientiam operatur.Et est alia per quam magis animus induratur.Videtur etiā a dextris aura procedere,cũ in nos aliqui pia intentione cõsurgunt:cum ex malitia,a sinistris.Qđ autem diximus ab ante & retro,ad apertas & occultas referimus persecutiones:ꝙ alius euidenter immineat:alius insidiet̃ a tergo.Sed nihilominus aura desursum oritur & deorsum,dum & superiores & inferiores impugnant nos aliquotiens & affligunt.

Sequitur.

L ¶Et vidit duas naues.Ego his nauibus obediētiam & patientiam intelligo:quarum altera in labore exercet:altera sustinet in dolore.Q̃ male mergitur qui sine his duabus nauibus stagnum istud ingredit̃.Descendunt aũt piscatores ab his nauibus,cum humiliter se fatentur his carere virtutibus.Lauãt retia quibus nihil viuũ:vtile nihil ceperunt:sed sordes potius cõtraxerunt:cum desideria sua & studia purgãt confitendo.Ea quippe sunt retia quibus nil boni adepti sunt:sed inania quædã & indigna sectati.Quæ vero de duab⁹ nauis sit Simonis,ipso obedientis nomine declaratur.Hanc Saluator ascendens rogauit eam reduci a terra pusillum vt videlicet in laboribus obedientiæ etsi terrena sit actio:sed intentio sit cœlestis.Pusillũ eñ a terra reducimur cum eadem opera q̃ vel ipsi prius egimus vel ab aliis secularibus cernim⁹ actitari,dissimili tamen intentione sectamur. Dignum vero est vt præcedat obedientia patientiam.Quatenus benefaciēs quis & colaphizatus sustineat,nõ tãq̃ adulter aut sacrilegus patiatur.Et sedens docebat de naui turbas.Est eñ nauis cathedra Saluatoris.Cęterũ doctrinę vacãtes tanq̃ in littore nauigamus:manũ mittentes ad fortia,iam in altum ducimur. Iuxta illud.Faciētes operationē in aquis mul,ipsi viderũt opera do.& mi.e.in p.Cessat aũt locutio vt actio iã accedat.Vt eñ cessauit loqui ait ad Simonem:duc in altum: & laxate retia vestra in capturam.Qđ est dicere:mediis licet in fluctibus ad hoc studium mentis & desideriũ applicate,vt opus aliquod bonum efficere tãq̃ vitale aliquid obtinere possitis. Sequitur.

¶Pręceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus.In verbo autem tuo laxabo rete.Nox erat pristina conuersatio vitiorum tenebris obuoluta mortis operta caligine.In qua plurimũ laborantes si diligenter aduertimus nihil nos cepisse fatebimur.Felix qui retia laxat:qui studia applicat in verbo dei non ad arbitriũ propriæ voluntatis. Sed quid agimus ꝙ tantam piscium multitudinem rete concludit,q̃tã nauicula nostra non capit?Maiora siquidem cupimus & conamur plerunq; q̃ possumus.Et rete rumpitur dum desiderium præpeditur.Quod quidem sic piscantibus sæpe contingit,non modo ex infirmitate propria: sed ex malignitate etiã aliena. Annue igitur sociis qui sunt in naui altera,quisquis hęc pateris,vt patientia suppleat qđ se videt & dolet obediētia minus posse.Et bene eidē naui ipsoꝝ quoq; cõueniunt nomina singulorum.Erant enim in ea Iacobus & Ioannes:quorum prior luctator,sequens Dei gratia interpretat̃. Sic nimirũ duplex inuenit̃ patientiæ gradus:dum prius qui luctatur viriliter ne succumbat in tētatione,postmodum gratulatur feliciter & gloriatur in tribulatione. Et q̃ beati qui meruerunt obtinere quod sequitur. Venerunt & impleuerunt ambas naues.Altera eñ sine altera pręsertim in hoc stagno Genezareth nunq̃ impletur.Mergunt̃ aũt sed minime submerguntur dum tãq̃ seculi fluctibus illa quidem terrenis actibus hæc transitoriis aduersitatibus occupantur:sed minime suffocantur.Nec immerito Simon procidit ad genua Iesu,videns hoc non suæ virtutis esse. Stupor enim apprehēderat eum & eos qui cũ ipso erant.Nõ est sola obedientia.Comites habet non dissimiles sibi:mansuetudinem scilicet & humilitatem.i.Iacobum & Ioannem. Erant autē vt legitur isti duo filii Zebedei qui interpretatus dicit̃ fluens iste. In quo noĩe nõ inconuenienter,vt arbitror,spũs sanctus intelligi potest:de quo Dominus ait. Qui biberit aquam quam ego do &c.Hoc autem dicebat de spiritu,sicut Euangelista subiungit.Ab eo autem vtraq; hęc patientia gignitur,& quæ luctat̃ in Iacob,& q̃ in Ioãne gratias agit Deo.Quinetiã ab eodem obedientia est.Vnde etiam nihilominus ipse Simon Bariona.i.filius columbæ appellatur.In cuius specie spiritus sanctus ostenditur.Et ait ad Simonem Iesus:Noli timere. Ex hoc enim eris homines capiens.Iuxta literam in his verbis piscationis huius mysterium declaratur.Cæterum vt prosequamur qđ cœpimus,ne super hac gemina piscatione nimiũ timeat,vel miretur amplior ei quædam hominum captura promittitur.Pulchra promissio: sed timenda. Periculose ad hmõi mysterium piscationis assumit̃. Ne timeas inquit,maiora videbis.Periculosior tibi debetur & longe amplius meticulosa piscatio:homines eris capiens Sed quomodo homo capitur?Miro siquidē modo tergiuersari & subterfugere norunt hoĩes

nec humana vnq̃ industria homo capitur ad salutem. Hic ergo maxime necessarium est verbum Dei: necessaria virtus verbi. Sed q̃ iocundus finis & læta conclusio! Subductis ad terrã nauibus secuti sunt eũ. Quãdo nobis hoc erit? quando naues in hoc pelago fluctuantes immo periclitantes subducentur ad terram? Ipsa est enim terra viuentium: non quia in imo: sed qa in solido posita est: quæ quidem nec terit nec teritur: sed stabilis est & æterna possessio.

Guilielmus de Cal.

De triplici processione spũs sancti inuisibiliter.

M ¶ Tribus etiam modis spiritus sanctus inuisibiliter apparet. Aliis datur ĩ munus & nõ vsum muneris: aliis in vsum muneris & non in munus: aliis simul in munus & ĩ vsum muneris. Primi sunt boni: sed imperfecti: secundi mali: tertii boni & perfecti. Et primi quidem columbina simplicitate gemunt sibi. Secundi vero nubium more compluunt multos: in se autem rapiuntur in arida: in magnis & mirabilibus supra se: & dissipantur a ventis. Tertii pariter incendunt & ardent sanctorum desideriorum stimulis, in se nutrientes amoris incendia, & eloquiis dominicis alios inflammantes.

Petrus Damia.

Q: Deus dum quæ nostra sunt a malis auferri permittit, quasi per peccatum alterius nostrum tollit.

6. N Si quis abs. tua ne re. Multum nobis Deus pręstat cum nocitura petentibus negat: sed multo amplius cũ quę nocẽt habẽtib[9] aufert. Enuero seru[9] dei tũc debet timere cũ tẽporale quid percipit: tunc gaudere cum perdit: quia cui propositũ est cœlestia scandere, expeditius proculdubio vacuus q̃ onustus gradieẽ. Medicus sane sanguisugas tumẽtibus mẽbris apponit: virusq; simul ab intimis visceribus sorbere permittit. Diuersæ tamen intentionis est medicus & hirudo. Illa siquidẽ nil aliud gestit nisi vt sanguinem bibat: iste adhoc tendit vt languidus conualescat. Illa satiatur & moritur: ægrotus aũt dum perdit sanguinẽ recuperat sanitatem. Sic pius & misericors deus dũ quę nostra sunt a malis nobis auferri pmittit, quasi p peccatũ alterius nostra pctã tollit. Deniq; si hõ venenũ veneno nouit expellere, quid mirũ si omipotẽs deus ex alienis vulneribus nouit salutis nobis antidotum procurare?

Bernardus.

Quõ Deus in futuro replebit aĩas beatorum.

O ¶ Mẽsurã bonã & cõ. & co. & supefluẽ. &c. Tripliciter in illa æterna & pfecta beatitudine fruemur deo. Videntes eũ in oĩbus creaturis: habẽtes eũ in nobis ipsis: & qđ his oĩbus iocundius est, ipsam cognoscẽtes in semetipsa trinitatẽ: & gloriã illã sine vllo ęnigmate mũdo cordis oculo cõtemplãtes. In hoc em̃ erit vita æterna & perfecta vt cognoscam[9] patrẽ & filiũ cũ sancto spũ: & videamus Deũ sicuti est. i. non mõ sicut est in nobis aut ĩ cęteris creaturis: sed sicut est in seipso. Hęc cognitio summa beatitudinis, tritici medulla, adeps frumẽti quo ciuitas sancta Hierusalẽ satiaẽ. Nam cætere duę quasi cortex sunt. Mensurã ait dñs bonã & cõ. & co. & sup. dabũt in sinu vestro. Plenã in vniuersitate creaturarũ: cõfertam in interiore hoĩe nostro: coagitatam in exteriori: supereffluentẽ in deo ipso. Quẽadmodũ vero ĩ creaturis vidẽdus sit, possumus aliquo mõ intelligere: cũ & phi apostolõ teste p ea q̃ facta sunt Dei inuisibilia cõspexere Iam quõ in nobis habẽdus sit & hoc vel ex parte possumus cogitare. Constat enim triplicem esse vim animarum: rationabilem, irascibilẽ, cõcupiscibilẽ. Porro quõ circa rationale nostrũ & sciẽtia & ignorantia cõstat tanq̃ habitus & priuatio: sic & circa concupiscibile desiderium & cõtemptus: & circa irascibile lætitia pariter & ira versatur. Implebit ergo Deus rationale nostrũ luce sapiẽtiæ ita vt penitus nihil nobis desit in om̃i sciẽtia. Implebit cõcupiscibile nostrũ fonte iustitiæ vt oĩno desideremus eam & ea penitus repleamur. Sola est enim iustitia q̃ potest animã implere & beatificare eã. Cum ergo repleuerit Deus cõcupiscibile nostrũ iustitia, qcqd respuere debet anima respuet: quicqd cõcupiscere concupiscet: & ex omibus id magis appetet qđ magis fuerit appetendũ. Nec immerito concupiscibili nostro iustitiã attribuimus, ex qua aut iusti: aut iniusti reputamur. Cum vero irascibile nostrũ lætitia repleuerit deus: pfecta erit in nobis tranquillitas & in summam iocũditatẽ & lętitiã replebiẽ pace diuina. Et ĩ his q̃tum ad animã spectat perfecta beatitudo consistit: quãdo sciẽntia iam nõ inflat propter iustitiam: ira nõ cõtristat propter lętitiam: vt cesset puerbiũ illud Qui app. sa. appo. do. qñ iustitia nec indiscreta erit propter sciẽtiam: nec onerosa propter lętitiã: quãdo lætitia nec inepta erit propter sciẽtiam: nec impura propter iustitiã.

Galfridus.

Q: qualẽ mensurã obtulimus in meritis talem sumus in præmiis accepturi.

¶ Mẽsurã bonã & cõ. & co. & su. d. in s. v. Desiderãda promissio & cõsiderãda cõditio. In qua mẽsura mẽsi fueritĩ remetieẽ vobis. Sed qd offerimus? Offeramus vel auenam sterilẽ triticum recepturi. Offeramus vel furfur aridũ, adipem P

similæ prestolantes. Non est bona mensura nostra nisi conferta, & coagitata, & superefflueus fuerit, quia talis nobis promittitur, & similiter conuenit nos metiri. Nō est conferta mensura eius: sed vana religio, qui nō frenat linguā: sed seducit cor suum. Inueniatur obsecro solidum munus nostrum, & conferta mensura. Premat fortiter: vt nihil tumidū, nihil simulatoriū, nihil inueniatur in nobis perfunctoriū vel inane. Mensuram bonam vt plus capiat coagitent pariter & frequenter: a parte anteriori metus, & desiderium: a posteriori tristitia pœnitentiæ & gratulabunda actio gratiarum: a dextris quo ꝙ prudentia & temperantia: a sinistris iustitia & fortitudo: vt prudenter nos temperemus inter prospera huius vitæ: & pro iustitia fortiter toleremus aduersa. Aliter, coagitēt ab anteriori & retro priorū nostrorū memoria & ꝓuidētia posteriorum: ita vt illorū nos imitatores, inistis imitabiles præbeamus. Ita inquā, vt ex æmulatione priorum animemur ad tolerantiam: sed & nostra nihilominus magnanimitas temperetur, ne supra vires aliquid p̄sumam⁹. Similiter prouideamus & posteris: nec per nostrā iniustitiam vel imprudentiam nostris turbetur aqua vestigiis, quæ ad nos vsq; tam limpida decurrit. A dextris nobis sunt proximi qui proficiūt in virtute: qui vero deficiūt, a sinistris. Sic mēs nostra tanq̄ mensura nostra suis affectibus coagitata vtrinq;, vt tanq̄ vas electionis gratiam capiat ampliorem: dum proficientibus congaudet & accenditur simili desiderio, deficientibus condolet, & sibi metuēs dicit: Ille hodie & ego cras. Nec superfluum cuiq̄ videatur etiam de superfluētia cōmoneri. Nūqd non serui sumus inutiles si id solum qđ regula præcipit, qđ exigit ordo, qđ extorquet obedientia facimus? Addendum aliquid propria voluntate velut ad cumulum: sed hoc ipsum permissione prioris. Immo vero optandum supra qđ possumus: vt semper nobis sint in voluntate, & desiderio, & concupiscentia sp̄uali quæcūq; sunt sancta. Ea etiam quibus apphēdēdis exiguitas nostra nō sufficit. Sic mensura nobis vel immēsitas poti⁹ gloriæ supra modum in sublime reddetur in nobis ip̄is conferta, coagitata in om̄ibus, supereffluens circūquaq;.

Petrus Rauennas.

Qꝫ qui motus est ad preces viduæ, multo magis exaudiet Ecclesiā ꝓ resurrectiōe supplicātē.

Q ¶ Adolescēs tibi dico surge. Hortor charissimi vt vnius resurgentis exēplo ad fidem resurrectionis omniū nostrū cōcitemur, & credamus ꝙ crux Christi nostri corporis sit aratrū, fides semē, sulcus sepulchrū, resolutio germē, expectatio tēpus: vt cū ver dn̄ici aduētus arriserit, corporū nostrorū matura tūc viriditas vitalē resurgat in messem, nescituā iā caniciē, nescituā vel finē, nō passurā falcē, nō flagella sensurā: qa depositis in mortē vetustatis paleis nouum gloriosi corporis cōsurgit ī fructū. Si ad vnius viduæ lachrymas tēporales sic motus est Christus vt occurreret in via, vt ex oculis stillantia dolorū fluēta restringeret, vt pcuteret mortem & homini redderet vitā: exequias lugubres in festiuitatē natalitiā cōmutaret: qd faciet, quō inardescet viribus totis ad Ecclesiæ suę lachrymas iuges p martyres sacrū sanguinē sudantis donec vnicū suū hoc est populū Christianū occurrēs Christ⁹ de mortali feretro ppetuæ vitæ reddat in supernæ matris gaudiū sempiternū.

Qꝫ solennem Magdalena Christi mensam effecerit officiis pietatis.

Rogabat dn̄m qdā pharisæus vt manducaret cū illo: & ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix. Pharisęi domū Christus intrauit non accepturus Iudaicos cibos: sed diuinam misericordiam largiturus. Neq; accubuit pocula saporata melle, floribus odorata sumpturus: sed pœnitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus. Deus delinquentium gemitus esurit, sitit lachrymas peccatorū. Et ecce inqt mulier &c. Venit pietatis illa non voluptatis exhibitura cōuiuium. Deniq; & pœnitentiæ ponit mensam: ferculū cōpunctionis apponit. Panem doloris infert. Potū lachrymis temperat in mensuram. Et ad delitias deitatis totas totā pulsat cordis sui & corporis symphoniam. Organi planctibus dat clamorē. Citharā per suspiria lōga modulat: gemitus aptat in fistulā. Et dū pectus ipsam consciētiā arguēs sæpe pcutit, facit placitura cimbala psonare. Dūq; taliter apportat diuinis oculis cibos, totas misericordiæ copias sic reportat.

Qꝫ peccatorum lachrymæ cœlum rigent.

¶ In ciuitate peccatrix. Ciuitati peccatrix: quia fama sua famam totius tetigerat ciuitatis. Sicq; iam non peccatrix sibi: sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum. Et cum accumberet dominus in domo pharisæi. Non ad stantē: non ad sedentem audet venire peccatrix. Deus cum stat corripit: cum sedet iudicat: prostratis coniacet: cum accumbentibus decumbit. Cognouit ꝙ accumberet in domo pharisæi. Inclinē ad miserandū supernā didicit maiestatem: & ideo credidit ꝙ esset sibi promptus ad veniam, qui pharisæi venerat tam promptus ad mensam.

Sequitur.

T ¶Attulit alabastrum vnguenti. Portauit oleũ: quia medicinam in tali vulnere a superno medico perquirebat. Stans retro secus pedes eius. Ad pedes tendit semper, citam veniã qui requirit. Et bene stans: quia iam cadere non potest q ad pedes Christi meruit peruenire. Stans retro secus pedes eius: vt Christi vestigiis innixa per curreret per viam vitę, quæ per viam cucurrerat mortis. Lachrymis rigat pedes eius. En rerũ ordo mutat̃. Pluuiam terræ cœlũ dat semp ecce nunc rigat terra cœlũ. Immo super cœlos & vsq; ad ipsum dominum imber humanarũ prosilit lachrymarum, vt iuxta psalmistam & de aquis fletuum illud cantetur. Et aquæ quæ super cœlos sunt laudẽt nomen domini. O quãta vis in lachrymis peccatorum, quæ omnem abluũt culpam, gehennam extinguũt, latã diuina promulgatione flectunt sententiam.

V ¶Et capillis capitis sui tergebat. Vacat ab excusatione paupertas: inhumanitas veniam non habebit: quia in totum sibi natura sufficit ad obsequium creatoris. Et osculabatur pedes ei⁹. Præcesserant interuenientes lachrymæ vt deuota oscula sequerentur: quia lachrymæ satisfactionis, oscula reconciliationis indicia portant.

Qꝛ nequaq̃ dei mundítia nostris sordibus inquinatur.

X ¶Hic si esset propheta sciret vtiq; quæ & qualis est mulier quæ tangit eum. Phariſæe erras stercora cõtingunt: sed non inquinant solem. Medicũ cũ tãgit vulnera putredo non polluit. Iudicem q̃uis tangat reus, maculare nõ potest. Sic peccator cum supplicat, cum tãgit Deum non ipsum sordidat: sed ipse & peccato caret omni, & rapit subito sanctitatem.

Qꝛ amore solo de cunctis criminibus triumphemus.

Y ¶Dimittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Inter omnia dei præcepta amor obtinet principatum. Diliges inquit deum ex toto corde &c. Ama ergo homo deum: & ama totus, vt possis omnia sine labore vincere & delere peccata. Teneræ militiæ & delicati conflictus est amore solo de cunctis criminibus victoriam reportare.

Bernardus.

Qꝛ periculosum sit alterum pedem domini sine altero morosius osculari.

Z ¶Remittũtur tibi pctã tua. Vade in pace. Magnam prorsus miseriam magna misericordia diluit, & abstergit. Et hoc quidẽ festinanter: qa sine vllo interuallo cõiunguntur lachrymę peccatricis & misericordia Saluatoris. Remittunt̃ peccata, & in pace dimittitur: vt nec de ꝑterito sit sollicita, & secura de futuro. Pedes isti quos Maria lauat, osculat̃, & vngit, sunt misericordia & iudicium: quorum alterũ sine altero osculari vel temeraria securitas est vel desperatio fugienda. Quis enim Dei misericordiam indesignanter attendens: non statim tepidioris vitæ quietẽ exoptet? Cũ eñ recogitat vniuersitatis dñm formã serui ꝓ seruis suscipere, triginta & trib⁹ annis operari salutẽ nostrã in medio terræ hui⁹, capi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum pati pro filiis hominum, statim deceptoria spe sibi blanditur & alludit: gaudet ob seruari in misericordia & miserationibus: iudiciũ nescit: ignorat iustitiã: & punienda æstimat non puniri. Fallitur qui sic osculatur misericordiæ pedẽ vt pedem iudicii non attendat. Rursus cum abducit os, & iudicii pedem crebrioribus osculis intertangit, siccatur carnis animęq; substantia, & vtrunq; hominis statum vehemẽtior aura percellit. Horrendum est incidere in manus dei viuentis, offendere creatorem, nescire dominum, recalcitrare dominantis imperio qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam. Terribilis certe sicut ait apostolus, expectatio iudicii, quando ignis in conspectu eius exardescet & virtutes cœlorũ mouebuntur, & vacillantibus conscientiis latitudinem mundi validissimus ignis aduret. Nihil terribili⁹ q̃ videre latronis officinam plenã sanguine, cumulatam opprobriis, tormẽtis vndãtem. Quis hoc diutius cogitãs nõ statim cõtremiscat: & in desperationis rotet̃ abyssum? Non ergo est huic pedi morosius incumbẽdũ, ne pietatis intuitũ ferocia iudicantis intercludat. Vtrunq; igit̃ inungat pedem animæ pœnitentis affectus: & nunc misericordiã amplectens: nunc iudiciũ osculans contribulati spiritus offerat holocaustũ. Vide Mariam iudicii pedẽ fortiter attendentem, dum nobilis & lasciua mulier conuiuantium faciem nõ attendit: sed extenso corpore prouoluitur pedibus maiestatis doloris plena, timoris impatiens, compũctiõis iaculo vulnerata. Sed & misericordiæ pedem labiis impressioribus osculat̃: in cuius spe firmiter inhæret vestigiis redemptoris: donec audiat, Remittuntur tibi peccata tua.

De contritionis vnguento.

¶Sane ꝓciosum vnguentũ quo nõ solũ terrena domus: sed etiã cœlestis aspergit̃. Vilissimę aũt sunt species q̃bus conficit̃, & magna eorũ copia intra nostros hortulos poterit inueniri. Peccata igitur nostra plãtata in cõscientiis nostris: quorum numerositas præ multitudine numerari A

non potest, species eius sunt. Ipsa igitur in mortariolo pœnitentiæ macerationis pistillo cōtusa & respersa discretionis oleo, doloris igne supposito, & in aheno disciplinæ cocta, vnguētum exhibent preciosum & acceptum pedibus Saluatoris. Compendiose autem illud conficimus sapiēti rerum occasionem penitus relinquentes. Et licet materia videat̄ indignior tamē bonum est vnguentum istud quod domum replet; penetrat cœlos, angelos lætificat, & beatæ ciuitati lætitiam refundit, & gaudium, hoc est sacrificium iustitiæ: quia Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

De vnguento deuotionis.

B ¶Secundum vnguentum est deuotionis. De recordatione beneficiorū Dei prorsus dignissima huius vnguenti compositio: & in istius cōparatione prioris consperſio vilipēdenda. Eius enim species de cœlesti paradiso allatæ sunt, & in terra filiorum hominum nequeunt inueniri Virtutes enim diuinitus collatæ, & in mortariolo cogitationis pistillo diligentissimę meditationis tritæ, & oleo exultationis superfusæ, suffuso igne iustitię, & humilitatis aheno decoctæ, faciunt vnguētum, & odore, & virtute mirabile: quod solum super caput domini recūbentis possit effundi, & exhiberi reuerētiæ maiestatis. Primum est sacrificium deo spiritus cōtribulatus. Secundum sacrificium laudis: quod honorificat deum. Pedes igitur vngimus Saluatoris cum de peccatis cōpungimur. Vngimus caput cum de collatis virtutibus virtutū largitori gratias cumulamus. Interstitii tamē morositas inter pedes esse debet & caput: quia difficillimus & ꝑsumptuosissimus saltus est a vestigiis ad verticem domini transuolare. Neq; enim eadem quæ vnxit pedes vnxit & caput: cum illa meretrix nihil horum fecisse legatur iuxta illud. Verte impios & nō erunt. Porro si duo præmissa vnguenta tantæ dignitatis sunt vt alterum pedibus: alterum complaceat capiti dominantis: tertium quod optimum est & superexcellens vbinam inuenire poterimus?

De pietate vnguento.

C ¶Est ergo tertium pietatis vnguentum: quod est super omnia aromata, morbis omībus & periculis salutare: quod nulli vnq̄ pesti inueniatur inefficax. De ipo nāq; sic legitur. Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salomæ emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Vides ne in ipsa fronte capituli propositū ꝙ non vna vel duæ: sed tres vix sufficiūt ad emendū tantę cōpositionis vnguētū? Nec solū pedes aut caput: sed totū crucifixi corpus sibi vendicat ista confectio. Confectio sine dubio preciosa, quæ toti sufficiat corpori creatotis. Et attēde qa vnguētum pedibus infusum adeo dignantissima lenitate suscepit; vt pharissæum murmurantem parabolica prolixitate cōuinceret: & retorto sugillaret exemplo. Sed & de refuso super caput vnguento discipulos indignantes coarguit: bonum mulieris opus esse contestans, & tumidam eorum animositatem verbis compescuit moderatis. Hoc vero tam salubre, tam mirificū in mortuo suo corpore voluit expēdi qđ viuo vtiq; reseruabat. Duo em̄ corpora habet Christus: vnum quod suscepit in virgine: alterum Ecclesiæ: qđ charius habet benignitas redimētis. Deniq; illud pro isto morti exposuit & tormentis. Poterimus ne tam salubrem conficere confectionem? Vniuersæ miseriæ tam animarū q̄ corporum oculo pietatis inspectæ, species eius sunt. Istę ergo in mortariolo largitatis, dulcedinis pistillo cōfractæ; & delinitæ charitatis oleo succenso cōpassionis igne, & in aheno perseuerātiæ despumatę, vnguentū faciunt ipsis etiā angelis admirandum.

Gulielmus.

Q. Iesus tact⁹ ē dulcis: sed dulcior attrectād⁹.

Accessit retro, & tetigit fimbriam. Dulce satis est te Iesu bone quęrere: dulci⁹ tenere. In vno pius labor: in altero perfecta lætitia. Dulcis itaq; est attrectatio tui. Nā & ipse tactus fructu non caret. Mulier illa euāgelica felici furto attigit fimbriam Iesu: & statim stetit in illa fluxus sanguinis, fluxus carnalis illecebrę, carnalis delectationis: & iræ: & restincta sūt & desiccata sūt q̄ prius in illa fluida erāt, & totū hoc cōtigit ex cōtactu fimbriæ, qđ si caput ipm amplexari cōtigisset? nō mō staret & exsiccaretur sanguinis fluxus: sed emanaret impetus fluminis illius q lætificat ciuitatē dei. In turba in publico vix tangit̄ Iesus. Ideo sponsa in cāticis q̄ nō tātū tāgere: sed amplexari & attrectare verbū vitę desiderat: deuitās publicū, secretū elegit, secretum & lectuli & noctis. D

Bernardus.

Q. vir iustus & humilis vestimenti Christi fimbria nominatur.

¶Quis me tetigit? Mulier ꝓfluuiū sanguinis habēs dū timet Christū accedere, fecit ab eo exire virtutem. Vnde & indignātis quodāmodo verbū videt̄ qđ de ea dn̄s ait. Quis me tetigit? Non credo ꝙ sit inter vos quispiam: sed fortassis nonnulli in seculari conuersatione poterunt aliquando experiri quod loquor: vt inuiti fluuiū sanguinis paterent. Eius inquā sanguinis qui regnū dei nō possidebit. Etem̄ qui facit pctm̄ seruus est peccati: nec sua se poterit continere virtute & cum volet. Huic igit̄ minime E

per se ipsum ad Christum accedere:sed tangere siquam inuenerit eius fimbriam. Hoc est eñ considerare hominem,quem humiliorē viderit in Ecclesia:quæ est vestis Christi. Eum in quam qui elegit abiectus esse in domo dei oportet considerare:quoniam is vere est fimbria posita in ora vestimenti:ad quã spiritualis vnguēti descendens a capite copia tota decurrit.Hũc si beneficiis aliquibus vel prece humili aut confessione pura tetigerit,vt affectum eius erga se moueat ad compatiendũ sibi,habeat fidem sine dubitatione sanabitur.Illud tamen nouerit fimbria,non a se exisse virtutem:sed a Christo:qui & se tangi protestatur in fimbria.

Galfridus.

Q; vt Christum sequamur nos nobis oporteat abnegare.

9. F SI qs vult venire post me &c.Sicut in textu euangeliorum legētibus liquet de passione suadens loquebat̃:ad cui⁹ imitationem discipulos,turbas,& vt Lucas meminit omnes vocabat.O q̃ta benignitas:regis nostri gloria nolentē sequi non despicit,regis nostri militia iuitũ oĩno nõ recipit.Tãtum igitur cautus esto o homo, vt nõ affectioni ramusculos:sed radicē propositi nomine voluntatis intelligas.Itaq; si quis vult venire post Christũ abneget semetipsum.Sed quãdoquidē in arbitrio ponit̃ voluntatis:qd vobis necesse est vt migretis? Vulgo dicit̃.Qui bene est,vel potius cui bene est nõ moueat̃.Quæ nos vrget necessitas?quæ molestia cogit abire?Et quidem necessitas grandis:molestia multiplex.Sed non om̃is vir videt paupertatem,& plurimi hodie suis complacent in erumnis. Quid necesse est super hmõi prolongare sermonem?Sera est deliberatio an migrare expediat cum iam omnino oporteat & omnino necesse sit mori. Ipsa pro nobis vita gustauit mortem,& morituram se dissimulat irretractabiliter damnata mortalitas.Siquidē necesse erat illi dicere:Si quis vult post me venire:q̃si nullus hoc velit aut rarus. Omnes ad beatitudinem cupimus peruenire quã inuenire nunq̃ possumus sine ipõ.Ergo ad eum om̃es venire volumus. Bene.sed vtinam post eũ.Sic oẽs venire volumus.Nõ autē miremur ꝙ Si qs vult venire dixit:qa in ipsius articulo tẽporis nullũ penitus q vellet iuenit.Nullus eñ vel ex eis qui dicebãt Eamus & nos & moriamur cum eo,quo ipse ibat venire potuit. Expauit Petrus.Expauit discipulus quē amabat.Quomodo ergo Christum sequi poterim⁹? Non omnes possunt martyres fieri.Non om̃es virgines inueniri.Omnibus tamē pudicitia:omnibus patientia necessaria est ad salutē.Hoc eñ est qđ ait Abneget semetipm̃.In abnegatione sui repudiatio voluptatum,in tollẽda cruce tribulationum tolerantia commendatur. Q; pie,q̃ prouide,q̃ salubriter consulit & hortat̃. Abneget semetipsum.Onus enim graue & periculosum propriæ voluntatis: ex quo deinceps leuissimum importabile est:sine quo nihil est tolerabile.Abneget:si ne sit suus seruus vel dominus.Arundineum abiicit baculum qui abnegat semetipsum. alioquin si propriis viribus nititur deficit:si consiliis errat.A malo declinat qui sese abnegat. Veruntamen minus est declinare a malo,nisi bonum fecerimus:& nos abnegare, nisi ipsum sequamur.At baiulans sibi crucē ait.Si quis vult post me venire &c.Quia eñ hoc gen⁹ mortis erat acerbitatis & ignominię plenũ, post Christũ crucē tollere est ꝓpter molestias pariter & iniurias, molestias & iniurias sustinere. Adhuc etiam supplicium crucis habet hoc proprium, vt indifferenter corpus distrahens cruciet vniuersum.Nec modo membra: sed & viscera neruorum distentione torquentur.Solum videbatur in supplicio crucis caput liberũ a tormẽtis,vt afflictis vndiq; membris oĩbus corporis solus animus super emineat,solus inueniat̃ immunis.Sed quomodo poterat distentis vndiq; neruis neruorum omnium originaria quædam in cerebro radix non torqueri, dum eosdem neruos & violentia mortis contraheret,& fixura clauorum contrahi prohiberet?Solum videbat̃ caput liberũ. Sed illud in Christo etsi non clauis foratum, spinis tamen est coronatum.In nobis etiã cordis auctoritas præsidens mẽbris et si nullis tribulationũ vel tentationum penetratur aculeis tamen ipsis angitur suggestioribus,pungitur curis. Igitur si quis patienter exsoluerit etiam quæ non rapuit,& q̃ non meruit luerit,is potissimum & seipsum abnegat,& crucem suam baiulat,& occisum agnũ sine macula sequitur cuius per innocentiã pariter & patientiã imitator existit.Q; si mala q̃ meruit recipit patienter, humiliter recognoscit,q̃tum potest diuinę clementię supplicat,& de eius misericordia nõ diffidit,etiam is seipsum abnegans crucem suã tollit,& cum latrone saluato per fidem & dilectionem vestigia sui sequitur Saluatoris.Alioquin si pœnitentiam agere vel simulat vel dissimulat:si in suis affectionibus impatiens vel impœnitens perseuerat: palam est ꝙ seipsum non abnegat:crucem suam non portat:Christum omnino non sequitur:sed ab eius vestigiis per itinera suæ prauitatis elongat.

Gillebertus.

Q; q nõ dormit i sclarib⁹,nõ vigilat i diuinis.

G ¶Euigilantes viderunt maiestatem Iesu. De tribus discipulis qui IESum in monte transfiguratum viderunt hoc dicitur. Erant inquit grauati somno: in quibus reprimebatur sensus. Grauabatur & reprimebatur in ipsis quod erat ex ipsis, vt ad ea quæ mundi sunt cæci & hebetes, tantum ad cognoscenda quæ Dei sunt spiritu euigilarent excitati domino. Bene euigilat qui Dei cõsiderat maiestatem: qui audit arcana verba: quæ non licet homini loqui. Non licet ei dici in quo nondum Dei filius resurrexit. Nemini inquit dixeritis visionem donec a mortuis resurgat filius hoīs. Nõ potest ei dici visio in quo nondum Christus resurrexit. Nõ licet ei dici qui non est raptus in paradisum: in locum delitiarum: in locum de quo Petrus dixit. Bonũ est nos hic esse. Bene exuscitatur quẽ non homo tangit vt euigilare faciat: sed Christus.

Bernardus, de triplici genere salutationum.

H N Eminem in via salutaueritis. Euangelica sanctione præceptum est vt in via mortalitatis huius terrenis affectib⁹ inhærentem neminem salutemus. Quos autẽ ab hac vita suspensos viderimus, illis securæ salutationis gaudium offeramus. Vnde in Euangelio tria salutationũ gña inuenim⁹. Virgo siquidem Maria salutauit Elizabet. Angelus vero Mariam. Dominus autem Iesus salutauit discipulos post resurrectionem. Cum ergo viderimus eos qui in sterilitate vitæ huius seruierant montana confessionis ascendentes feruorem pœnitentiæ quasi filium quendam corde concipere, illis in verbo domini remissionis & gratiæ & veniæ largitatem debemus offerre. Quos vero in castitate & sanctimonia domino seruire conspicimus, inuitãdo ad meliora benedictionis & gratiæ fœcunditatem necessario promittamus. Quos sane in conclaui remotioris vitæ positos ad imitationis apostolicę fastigium tendere videbimus, illis quietis & pacis geminam soliditatem, cuius etiam in suo corpore præludia sentiunt vitæ, vocis ministerio spondeamus.

Galfridus.

Q꞉ periculum sit sine labore præmium percipere laborantis.

I ¶Dignus est operarius mercede sua. Verum est si tamen & mercenarius fuerit mercede cõtentus. De mercede operis est necessitatis perceptio non cõgregatio superfluitatis. Alioquin væ qui recipiunt, immo qui rapiunt mercedẽ nõ suam, sed operatorum, minus videntes ipsi quid operentur; quid faciant. Væ etiam eis qui hic totam recipiunt mercedem suam: vt siqua bona interim operentur, vix comparentur temporalibus stipendiis quę exinde consequuntur. Sed multo magis vę eis qui supra suã vel alienam magis operatorum mercedem & recipiũt & extorquent, congregantes non sua, & cui ea congregent ignorantes. Attendant quo fructu quo fine genimina sibi studeant propagare spinarum: quas debuerant & in aliis extirpare potius q̃ plãtare tanq̃ suffocatrices germinis verbi Dei, & materiam ignis æterni.

Bernardus.

Q꞉ Christus in mundum veniens castrum dicitur introiisse.

¶Intrauit Iesus in qdđã castellũ &c. Opportune satis hoc mihi loco ꝓphetica exclamatio assumẽda videtur. O Israel q̃ magna domus domini & ingens, cuius cõparatione castellum dicitur terrę huius spatiosissima latitudo. An nõ ingens patria & regio inæstimabilis, quando ab hac Saluator adueniens cum ingrederetur orbem terræ dicitur introire castellũ? Nisi forte castellum quis aliud intelligendum putet q̃ atrium fortis armati principis mundi huius cui⁹ vasa diripere fortior superuenit. Sed quid introisse eum dicimus in castellum? Etiam in angustissimum virginalis vteri diuersorium introiuit. Deniq꞉ & mulier quædam excepit eum in domũ suã. Felix mulier cuius domus Saluatore suscepto inuenta est munda quidem sed plane nõ vacans. Nisi forte quis vacuam dixerit quam salutat angelus gratia plenam. Neq꞉ hoc solum: sed adhuc in eam superuenturũ asserit spiritũ sanctũ. Ad qd putas nisi vt etiã superimpleat eam? Ad quid, nisi vt adueniente iam spiritu plena sibi, eodẽ superueniente nobis quoq꞉ superplena & superessluẽs fiat? Ipsa nempe mediatrix nostra: ipsa est per quam suscepimus misericordiam tuam deus: ipsa est p quã & nos dominũ Iesum in domos nostras suscepimus. Etenim nobis singulis castra sunt singula & singulæ domus. Si quis autem aperuerit introibit cœnabitq꞉ cum eo. K

Quomodo castrum corporis sit seruandum.

¶Est vulgare prouerbium, quod multorum in ore magis autẽ in corde versatur. Bonũ inquiunt seruat castellũ qui custodierit corpus suũ. Sapiẽs tamẽ nõ sic. Sed magis inquit, Omni custodia serua cor tuum, quoniam ab ipso vita procedit. Esto tamen, cedendum sit multitudini: bonum castrum custodiat qui custodiat cor suum. Illud sane quærendum: quænã

huic sit adhibenda custodia castro. Recte ne cu stodisse tibi videtur anima illa corporis sui castrum: cuius membra velut coniuratione facta inimico eius dominium tradidere? Sunt enim qui cum morte fœdus inierunt: pactum pepigerunt in inferno. Incrassatus est inquit dilectus &c. Hęc plane custodia q̄ laudatur a peccatoribus in desideriis carnis suæ. Nū in hac parte cedendum est multitudini? Absit. Paulū magis interrogemus vtpote ducem strenuum militię spiritualis. Castigo inquit corpus meū &c. Et alibi. Non regnet inquit peccatum in vestro mortali corpore. Vtilis profecto custodia: & felix anima quæ sic custodierit corpus suum ne vnq̄ sibi illud vendicet inimicus.

Quomodo peccatoris domus in carcerem commutetur.

M ¶Fuit enim aliquando cū meum hoc castrum tyrannidi suæ impius ille subiecerat potestatiue membris imperans vniuersis. Quantum eo nocuerit tempore præsens, adhuc indicat desolatio & egestas. Heu nec continentiæ murum in eo nec patientiæ antemurale reliquit. Exterminauit vineas, messuit segetes, arbores extirpauit: quippe etiam oculus meus iste depdabatur animam meam. Cæterum etiam tunc nec illi deerat carcer nec infernus. Ab ipso nāq; coniurationis & proditionis pessimę deprehensa principio non alibi q̄ in domo propria carcerali est mācipata custodię: nec aliis q̄ suę ipsius familiæ data tortoribus. Erat enim conscientia carcer. Erant tortores ratio & memoria. Atq; hi crudeles quidem, austeri, & immisericordes. Sed longe minus a rugientibus illis pręparatis ad escā qbus erat iamiamq; tradenda. Sed benedictus deus qui non me dedit in captionē dentibus eorum. Cum enim inferiori eam carceri tradere malignus acceleraret, sed & castrum ipsum ignibus cremare perpetuis vt digna per iuris fieret retributio mēbris, fortior supuenit.

Quomodo carcer per pœnitentiam in domum reformetur.

N ¶Intrauit in castellum Iesus. Qui fortē alligās eius vasa diriperet: vt quæ prius erant in contumeliam faceret in honorem. Cōtriuit portas æreas & cōfregit ferreos vectes, vinctū de domo carceris & vmbra mortis educens. Porro egressus est in confessione: ipsa est scopa qua mundatus carcer, & ornatus deinceps regularium institutionum iuncis quidem pulchre virentibus de carcere redit in domum. Habet ergo iā mulier domū suā. Habet vbi suscipiat eū cui super tantis beneficiis extitit obnoxia. Alioquin væ ei si eum recipere renuit: si nō detinet: si non cogit manere secum. Rediens enim qui eiectus est mundatam & ornatam domum inuenit: sed vacantē. Relinquit siquidem mulieri domus sua deserta quā Saluatoris hospitio dignam exhibere neglexit. Quomodo inquis? Poterit ne domus mundata confessione priore delictorum & obseruatione regularium institutionum ornatà indigna adhuc iudicari habitaculo gratię Saluatoris ingressu? Poterit sine dubio si superficie tenus mundata & iuncis virentibus strata interius plena sit luto. Quis enim suscipiendum dominum arbitretur in dealbatis mortuorum sepulchris: quæ videntur aforis speciosa: intrinsecus autem spurcitia & sanies vniuersa repleuit? Esto vt aliquando tanq̄ ipsa superficie delectatus incipiat primū apponere pedem, ei qui eiusmodi est, primam aliquā visitationis suæ gratiam indulgendo, nunquid non resiliet illico cum indignatione? nunquid non aufugiet clamitans? Infixus sum in limo pfundi: & non est substantia. Virtutis enim species & non veritas quasi qualitas est & nō substantia. Neq; enim ingressum eius exterioris potest conuersationis tenuis superficies sustinere: quando omnia penetrat: & in intimis cordibus habitatio eius. Q2 si spiritus disciplinæ corpus manifeste subditū nō peccatis inhabitat, fictū vtiq; nō mō declinat: sed etiā effugit atq; elongatur ab eo. An vero aliud est q̄ fictio excrāda si peccatum superficie tenus radas, non intrinsecus eradices? Certus esto quoniam pullulabit vberius: & mundatam sed vacātem domum cum nequioribus septem qui eiectus fuerat hostis malignus intrabit.

Quæ sit domus munda, sed vacans.

¶Vis videre mundatam ornatam vacantē domum? Hominem intuere qui cōfessus est & deseruit manifesta peccata præcedentia ad iudicium: & nunc solas mouet manus ad opera mādatorum corde penitus arido, ductus cōsuetudine quadā exteriorum quę ad modicū valent. O
Ne vnum iota præteriit. Sed camelum glutit dum culicē liquat. In corde em̄ seruus est propriæ volūtatis, glorię cupidus, ambitionis amator, aut hæc omnia & singula quæq; intus vitia fouens: & mentitur iniquitas sibi. Sed deus nō irridetur. Videas enim interdum sic palliatum hominem vt seducat etiam seipsum penitus, non attendens vermem qui interiora depascit. Manet enim superficies: & salua sibi omnia arbitratur. Inuenta autē occasione ebullire saniem quæ latebat in hulcere & excisam non extirpatam arborem in syluam pullulare videas densiorem. Qđ periculum si volumus

declinare, securim ad radices ponamus arborũ non ad ramos.

Quæ sint quę domino domum parant.

P ¶Mulier quędam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria. Sorores sunt & debent esse contubernales. Occupatur hęc circa frequens ministerium. Illa dominicis est intenta sermonibus. Ad Martham spectat ornatus: sed impletio ad Mariam. Vacat enim domino: vt nõ sit domus vacans. Sed emundationem cui possumus attribuere? Erit enim si hoc inuenerimus domus in qua saluator suscipitur: & munda & ornata, & non vacans. Demus eam Lazaro, ei siquidem fraternitatis iure cum sororibus est domus ista communis. Dico autem Lazarum, quem quatriduanũ iamiamq; foetentem a mortuis excitat vox virtutis, vt videatur satis congrue formam gerere poenitentis. Intret ergo domũ saluator: & frequenter visitet eam: quam poenitens Lazarus mundat, ornat Martha circa actiones extrinsecus occupata Maria replet internę dedita occupationi. Sed forte curiosus quisq̃ requirat cur in pręsenti euangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fit. Arbitror sane ne id quidem a proposita similitudine dissidere. Virginalem etenim domum intelligi volens spiritus siluit nõ inconsgrue poenitentiam: quę malum factum vtiq; comitatur. Absit enim vt proprii quicq̃ inquinamenti domus hæc aliquando habuisse dicatur: vt in ea proinde scopa Lazari quęreret. Q; si originalem a parentibus maculam traxit, non minus Hieremia sanctificatam in vtero: aut non magis Ioanne spiritu sancto repletam credere ꝓhibet pietas Christiana. Nec enim festiuis laudibus nascens honoraretur si non sancta nasceretur. Sit ergo Lazarus apud eos, quorum necesse est ab operibus mortis cõscientias emundari. Secedat inter vulneratos dormientes in sepulchris: vt Martha tm̃: & Maria inueniantur in thalamo virginali. Neminem tamẽ moueat: ꝙ suscipiens mulier dominũ non Maria: sed Martha vocatur: quando in hac vna, & summa Maria, & Marthæ negocium, & Marię non ociosum ocium reperitur.

Quare Martha Christum suscepit non Maria.

Q ¶Intrauit Iesus in quoddam castellum &c. Quid est ꝙ ex duabus sororib⁹ altera tm̃ legitur suscepisse: & ea ipsa quę videtur inferior? Optimam partem elegit Maria: teste ipso quẽ Martha suscepit. Sed prior nata Martha videtur: et salutis initium sibi magis actio q̃ contemplatio vendicat. Laudat Christus Mariam, sed a Martha suscipitur. Amat Rachelem Iacob: sed Lia supponitur ignoranti. Si de fraude queritur, audiat non esse consuetudinis: vt iuniores prius tradantur ad nuptias. Q; si luteam hanc cogites domum, facile erit nosse quẽadmodum in ea Martha magis Christum excipiat q̃ Maria. Quod enim ait Apostolus, Glorificate & portate deum in corpore vestro: Marthę dicitur nõ Marię. Hęc enim corporis vtitur instrumento: cum illi magis sit impedimento. Forte tamen & Maria dominũ suscepit: sed in spiritu. Domin⁹ enim spũs est. Huic inquit erat soror noĩe Maria. Quę etiã sedens secus pedes illius, audiebat verbum illius. Vides ꝙ vtraq; suscepit. Hęc in corde: illa in voce, Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quę stetit & ait. Domine non est tibi curę ꝙ soror mea reliquit me solã ministrare? Putas in domo in qua Christus suscipitur, vox murmurationis audietur? Felix domus & beata congregatio: in qua de Maria Martha conqueritur. Nam Marię Martham ęmulari prorsus illicitum est. Alioquin vbi legis Mariam causantem: quia soror mea reliquit me solam vacare? Absit, vt qui deo vacat, aspiret ad tumultosam fratrum officialium vitam respondit autem ei Iesus Martha Martha sollicita es: & turbaris erga plurima.

Quanta sit contemplationis dignitas quę habet vbiq; dominũ defensorem.

¶Vide pręrogatiuam Marię quę in omni causa habeat aduocatum. Indignatur Pharisęus: queritur soror: ẽt murmurant discipuli. Vbiq; Maria tacet: & pro ea loquitur Christus. R
Optimam inquit, partem elegit sibi Maria: quæ non auferetur ab ea. Hoc illud vnum quod necessarium est. Hęc quã tam sedule propheta requirebat. Vnam petii a domino: hanc requiram &c. Quid tamen est ꝙ optimam partem dicitur elegisse. Quę enim cõsolatio laboranti, quasi in eius sugillatione partem vacantis attollere? Vnum ego arbitror est e duobus: vt aut de electione Maria laudetur, ꝙ pars illa quãtum in nobis est, sit omnibus eligenda: aut certe, vt neutrum dicatur nec in partem quãlibet pręcipitasse sententiam: sed ad obedientiam præceptoris in vtrũlibet sit parata. Vnum dicam: si tamen id de Martha

liceat suspicari. Nonne enim quasi ociosam reputasse videtur quā dari sibi petiit adiutricem? Sed carnalis est: & omnino non percipit, quę sunt spiritus dei. Si quis forte deo vacantem animam sua de vacatione redarguit, audiat optimam hanc esse partem quæ maneat in ęternum. Nūquid enim non rudis omnino videret si diuinę contemplationis penitus expers illam intraret regionem, vbi hoc vnum omniū opus, vnum studium, eadem vita? Habet autē quęcunq; perfecta est anima, simul & Marthę administrationem, & Marię et Lazari pœnitentiam. Magis tamen videntur ad singulos singula pertinere, vt in vna congregatione alii dediti sint fraternæ administrationi: alii vacent sanctæ contemplationi: alii in amaritudine animæ suæ recogitent annos suos: sicut vulnerati dormientes in sepulchris.

In quibus Maria Martha Lazarus debeant occupari.

S ¶Maria ergo pie & sublimiter cogitet de deo suo: Martha benigne, & misericorditer de pximo: Lazarus misere, & humiliter de seipso. Gradū suū quisq; cōsideret: nemini nos blādimur. Vtinam ne vestrum quispiam se seducat. Cui enim necessitas nō incumbit, vt turbetur erga plurima: vnum est necessarium: aut non turbari penitus: aut delectari magis in domino: aut si id necdum potes, non turbari erga plurima: sed vt de se propheta loquitur ad teipsum. Si inuenti fuerint (ait ppheta) in ciuitate hac Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabuntur. Verūtamen filium: aut filiam non liberabūt, ait dominus. Oportet igitur te frater ad quem de fabricanda siue regenda arca nil spectat: aut virum esse desideriorum, vt Daniel, aut cum beato Iob virum dolorum, & scientem infirmitatem.

A quibus cauere debeant Martha Lazarus & Maria.

T ¶Sed & ipsam Marthā admonitā esse volo, id iam quæri inter discipulos vt fidelis qs inueniatur. Erit autem fidelis si neq; quæ sua sunt quęrit: sed q̄ Iesu Christi: vt sit intētio pura: nec suam faciat: sed domini voluntatem: vt sit actio ordinata. Sunt enim quorum nō simplex oculus: et recipiunt mercedem suam. Sunt qui propriis feruntur motibus animorum: & contaminata sunt omnia quę offerūt: cum scilicet voluntates eorū inueniantur in eis. Gaude & gratias age Maria: quæ partem optimam elegisti. Beata quę venas diuini susurri percipis in silentio: in quo bonum est homini dominum præstolari. Simplex esto nō tm̄ sine simulatione: sed absq; multiplicitate occupationum, vt tecum sit sermocinatio eius. Vnde caue ne abundare incipias in sensu tuo, & velis plus sapere q̄ oportet, vt dum lucem sectaris, impingas in tenebras illudente tibi dęmonio. Sed nunc ad Lazarum redeamus. Vbi (inquit domin⁹) posuisti eum? Age igit̄ domine quęre quē amas: vt & amātem facias: & quęrentem. Quęre vbi posuerūt eum. iacet enim clausus, ligatus, oneratus. Iacet in ergastulo conscientiæ: tenetur vinculis disciplinæ: & tanq̄ lapide superposito premitur & opprimitur onere pœnitentiæ: maximę q̄ desit fortis vt mors dilectio & charitas omnia sustinens. Et in his omnib⁹ iam fœtet domine: quatriduanus enim est. Eum aūt dico Lazarū qui nuper mortuus peccato fodit sibi parietem vt videat abominationes multas & malas praui & inscrutabilis cordis sui. Sed quid est domine? iam fœtet: quatriduanus eīt est. Forte enim fœtorē istum, & quatuor dies istos, nō continuos quiuis intelligat.

De quatuor diebus quibus iacet Lazarus in sepulchro.

V ¶Ego primam arbitror timoris diem: qua nimirū irradiante cordibus nostris peccato morimur & quodāmodo sepelimur in conscientiis nostris. Secunda ni fallor agitur in labore certaminis. Solet nempe inter primordia conuersionis nostrę acrius insurgere tentatio prauę consuetudinis, & vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus doloris esse videtur, dum recogitat quis annos suos in amaritudine animæ suę: nec tam laborat declinando futura q̄ pręterita plangendo deplorat. Miraris q̄ hos dixerim dies? sed tales sepulturę debentur: dies nebulæ & caliginis: dies luctus, & amaritudinis. Sequitur dies pudoris nō dissimilis tribus: quando iam horribili confusione operitur anima miseranda: dum nimis considerat: quæ & quanta dereliquerit: & in oculis cordis tetras versat caligines peccatorum. Animus huiusmodi nihil dissimulat: sed exaggerat vniuersa. Vtilis quidem exacerbatio: & digna miseratione crudelitas, facile sibi diuinam concilians gratiam: dum pro eo mens ęmulatur: etiam contra semetipsam. Verūtamen Lazare veni foras, ne in tanto fœtore diutius immoreris. Caro pu-

trida putredini proxima est: & qui confunditur vehementer & tabescit, prope est vt desperet. Veni inquit foras. Ac si dicat. Quousq; conscientię tuę caligo te detinet? Veni foras: procede: respira in luce miserationum mearum. Iam vero quid sibi vult qđ ait, Tollite lapidem: Et post pauca Soluite eum? Nũ quid post visitationem gratiæ consolantis cessabit agere poenitentiam, quẽ appropinquauit regnum cęlorum? aut abiiciet disciplinam si forte irascatur dominus & pereat de via iusta? Absit. Tollatur lapis: sed poenitentia maneat: non iam premens & onerans viuidam, & robustam mentem roborans atq; confirmans: nimirum cuius cibus sit quẽ antea nesciebat, domini facere voluntatem. Sic et disciplina non iam contingit liberum. Secundum illud. Iustis non est lex posita: sed voluntarium regit, & dirigit in viam pacis.

De castro cordis humani: & qualiter muniatur.

X ¶ Intrauit Iesus in quoddam castellum &c. Quod dominus ac Saluator noster semel et in vno loco visibiliter tunc temporis dignatus est operari: hoc etiam nunc vbiq; terrarum operatur quotidie inuisibiliter. Ecce enim, euangelio loquente, audiuimus q in quoddam castellum intrauit Iesus, & mulier quædam Martha nomine excepit eum &c. Quod est autem hoc castellum nisi cor humanum: qđ priusq̃ dominus ad illud veniat cupiditatis fossa vallatur: muroq; obstinationis clauditur, atq; in interiori latitudine sua Babylonica turre erigitur? Trina certe in omni oppido maxime sunt necessaria: quibus sustentetur, munitio qua protegatur, arma quib⁹ hostib⁹ resistat. Sic ergo & huius castelli incolę victum habẽt, voluptatẽ corporis, & seculi vanitatem: quibus pascuntur. Habent & qua reguntur proprii cordis duritiam, vt verbi dei sagittis potentibus vix aut nunq̃ valeant penetrari. Accincti sunt armis: carnalis scilicet sapientię argumentis: quibus cõtra hostes repugnant. Vnde scriptum est. Filii huius seculi prudentiores sunt &c. At vero Christo visitante & intrante castellum hoc euertitur: & pro eo nouum aliud pulchrũq; ac spirituale construitur. Impleturq; quod dicitur. Siqua in Christo noua creatura, vetera transierunt. Et ecce facta sunt omnia noua. Sublata quippe cupiditate expanditur ingens sinus desiderii: vt ad eius aduentum multo magis ambulet mens ad cælestia q̃ prius terrenis incubuerat. Iam ponitur murus continentiæ, antemurale patientię. Surgit autem hoc opus a fundamento fidei: & crescit per dilectionem proximi vsq; ad charitatem Dei: quæ est in superiori tabulatu: & in propugnaculis eiusdem muri. Qđ nimirum tunc perfecta est virtus continentię: qñ in vnitate fidei cũ proximis viuentes cõiter nõ supplicii metu, vel humanę laudis appetitu: sed solo diuini amoris obtentu a peccatis nos continemus. Vel certe ideo charitas Dei qua scilicet nos diligit super murum eius videtur: vt pro continenti suo pugnare significetur. Et quia continentia crebris validisq; tentatoris ictibus nõ possit stare: nisi eius gratia protegatur: idcirco antemurale patientiæ proponitur: ne ad impugnandam continentiam facilis diabolo pateat accessus. Qui ergo protegente patientia continenter viuunt, bene cũ Apostolo dicunt. Quis nos separabit a charitate Christi &c. Vides q̃ sol idus sit continnetium murus? Sed iam pulsemus ad portas eius: portas scilicet iustitię: vt aperiantur nobis: ingressiq; per eas videamus intus magna opera domini: ibi enim operante ipso construitur tanq̃ in monte Sion euangelica illa turris per quam humiliato corde ascendunt in cælum sancti de conualle plorationis, hoc est de humilitate vitę præsentis. Hic itaq;.i. in hoc culmine cum ad altum perueniunt qui bene proficiunt: fiunt iam locus sedes domino. Dum enim adhuc erant in muro continẽtiæ: & in acie stabant: impugnari poterant. Et primo tanq̃ adiutor notus erat in Iudæa deus. Cũ vero iam in ista statione consistunt: vbi dominum speculantur: in Israel magnum nomen eius. Et factus est locus eius, & habitatio eius in Sion: ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladiũ, & bellum. Quia ibi nullus motus carnis resistit, & omnimodis subiecta est spiritui. Iam vero si quæratur de castelli huius habitatoribus: quis cibus ad sustentandum: qđ munimem ad protegendum: queve arma suppetant ad repugnandum: possumus satis rationabiliter respondere: q quẽadmodum carnalibus carnis opera fuerunt victus: ita his multo melior cibus sit fructus spiritus. Cibus etiam eorum vt faciant voluntatem patris. Cibus eorum verbum dei: quo pascuntur omnes sancti tam homines q̃ angeli. Munimentum est sicut dictum est: murus continentiæ: & antemurale patientiæ. Habent contra hostes ar-

ma,quæ deſcribit Apoſtolus: Loricam iuſtitiæ, ſcutum fidei, galeam ſalutis : & gladiũ ſpiritus qđ eſt verbum dei. Nec quenq̃ moueat ꝙ idem verbum dixerim eſſe cibum & gladium:quaſi impoſſibile ſit vel abſurdum. Nam idem Chriſtus dictus eſt panis, & lapis. Panis ſcilicet viuus:& lapis quem reprobauerunt ædificantes. Vtrunqꝫ quidem eſt per ſignificationem : ſed neutrum per proprietatem. Sed iam reuertamur ad propoſitum.

Quid Chriſtus intellectui,quid conferat actioni.

Y ¶Intrante Ieſu in hoc caſtellum. Duę ſorores Martha,& Maria,id eſt opatio & intellectus excipiunt illum. Excipiunt dixerim an excipiuntur? Sed vtrum dixeris illis prodeſt: non Ieſu. Et Ieſus quidem ad illas veniens duo confert congrua ſingulis,virtutem & ſapientiam. Virtutem operationi: ſapientiam intellectui. Ipſe enim eſt dei virtus & dei ſapientia. Sed qd eſt ꝙ intrantem Martha ſuſcipit: diſcurrit: miniſtrat: Maria autem ſedet:& in eius verba cor ſuſpendit:niſi ꝙ prior eſt actio: q̃ contemplatio? Quiſquis enim ad intelligentiam peruenire deſiderat neceſſe eſt vt prius per bona opera exerceatur. Sicut ſcriptum eſt. Fili concupiſcens ſapientiam &c.Et fide mundans cor eorum. Qua fide? Per dilectionem operante. Duobus autem modis Martha excepit dominum : & duplex ei conuiuium parat: quia duobus modis excluſerat eum, per flagitia ſcilicet & facinora. Flagitia quæ in nobis:facinora,quæ in proximis peccando committimus. Excepit ergo eum continentia : & beniuolentia: vt ſcilicet contraria contrariis curentur.Dum ergo Martha,id eſt actio,talibus parandis epulis occupatur multum ſatagens pro parte ſua, vult & Mariam intellectum,& omnia interiora ſua actioni inſiſtere:operationiqꝫ ſuę perficiendę operam dare. Itaqꝫ cõqueritur de ſorore ꝙ ab ea non adiuuetur . Vbi ſane aduertenda eſt delatio quędam & honoris obſequium erga dominum: ꝙ ſcilicet ipſo præſente non auſa ſit euocare Mariam : quinimmo & apud ipſum querelam depoſuerit,ipſumqꝫ dominũ vocauerit, in cuius poteſtate ſit imperare ſorori quicquid voluerit.

Qꝫ non vniformiter gratia conferatur.

¶Maria autem ſedit ſecus pedes Ieſu. Non Z omnibus vno loco frui datur grata præſentia ſponſi : ſed vt cuiqꝫ paratum eſt a patre ipſius. Non enim eũ nos elegimus:ſed ipſe elegit nos, & poſuit nos. Et vbi quiſqꝫ ab eo poſitus fuerit ibi eſt.Deniqꝫ mulier vna compuncta ſecus pedes domini ſortita eſt locum fidei : cum altera deuotionis ſuæ fructum ad caput inuenerit. Porro Thomas in latere Ioannes in pectore:Petrus in ſinu patris:Paulus in tertio cælo ſecretũ ſunt hmõi aſſecuti.Prior mulier ſtrauit ſibi in tuto hũilitatis. Poſterior etiã in ſolio ſpei. Thomas in ſolido fidei: Ioannes in lato charitatis: Petrus in intimo ſapientię:Paulus in luce veritatis.

Hugo de Foilleto.

Qꝫ tria in vere pœnitentibus debeant inueniri.

¶Martha Martha ſollicita es.Tria poſſumus A aſſignare in Martha: ſcilicet ſollicitudinem, turbationẽ, & queſtum. Sollicita eſt ne qđ agit fiat pigre:turbatur ne fiat tepide:cõqueritur,vt adiuuetur ne fiat tarde. Tales autẽ debent eſſe affectus pœnitentiã agentiũ:vt ſi quid eis pręcipiatur ſollicite perficiatur.Turbantur etiam ſi eis aliqua occurrerint: in quibus aliquando caſu vel infirmitate peccantes offenderint.Conquerũtur vt adiuuẽtur: quia religioſorũ preces & ſuffragia ſibi propitiari obnixius deprecantur.

Galfridus.

Qꝫ pręedicationi nec contemplatio nec actio valeat comparari.

¶Maria optimam partẽ elegit &c. Etiam ſi B melior eſt Marię vacatio,q̃ occupatio Marthę:tamen in illa domo tres fuiſſe memento. Ibi enim laborabat Martha: vacabat Maria dominus pręedicabat.Abſit autem vt vacatio illa Marię ſicut labori Marthę ita prædicationi dominicę pręferatur. Magnus eſt enim qui intra ſeculi huius tumultum irreprehẽſibiliter,vel ſaltem venialiter viuit:maior qui extra:maximus vero qui ſupra.

Bernardus.

Qui ſint tres panes qui petendi ſunt ab amico.

QVis veſtrum habebit amicum. C Vnum perhibet aduenisſe:nec tamen contentus eſt quęrere panẽ vnum. Puta ergo cum vxore &

mãcipio aduenisse: vt suum cuiq; panem apponere velit amicus. Ego amicum venientem ad me non alium intelligo q̃ meipsum, nemo quippe me mihi charior. Ad me ergo de via venit amicus: cum transitoria deserens ad cor redeo, nam tunc sibi quisq; vere amicus est: quoniam qui diligit ini.o.a.s. A die ergo conuersionis meę de via redit ad me amicus. Venit de regione longinqua: venit fame laborans: confectus inedia. Venit necesse habens inuenire amicũ. Sed heu me, pauperem elegit hospitem: & vacuum ingreditur habitaculũ. Sed ibo mihi ad magnũ illũ amicum: & dicam ei. Amice commoda mihi tres panes. Qui sunt isti tres panes? Credo nobis petendos esse tres panes, veritatis, charitatis, fortitudinis. His tribus egere me fateor veniente ad me amico de via: vt dixi, cum vxore: & mancipio. Deficit qppe ratio mea: ipsa est enim vir, prę ignorantia veritatis. Languet voluntas: ipsa est vxor, prę inopia affectionis. Infirmatur caro: ipsa est mancipium prę inopia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit quę agenda sunt: & voluntas minus diligit intellecta. Et adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animã, vt non quæcunq; volumus illa faciamus. Cõmoda ergo mihi amice tres panes: vt intelligam, vt diligam, vt faciam voluntatem tuam.

Petrus Rauennas.

Q̃ sit dandi cupidus qui quomodo obtineatur ostendit.

D ¶ Quis vestrum habebit amicum & ibit ad illum media nocte & dicet illi, amice cõmoda mihi tres panes &c. O q̃ dare vult q se inquietari taliter, talit patit suscitari. O q̃ pulsanti iste gestiuit occurrere, q secreti sui cubile ipsam collocauit ad ianuã. O q̃ negare noluit qui etiã deneganti qualiter extorqueret ostendit. O q̃ non ad ianuam dominus tm̃ sed ipsa ianua dominus fuit: qui dormientibus seruis pulsantis necessitatem solus & primus audiuit. O q̃ pius q̃ misericors, qui qđ mãdatis docet, probat & informat exemplis. Cum facis inquit eleemosynam, noli tuba canere. Et ibit ad illum noctu. Parum est ꝙ facientis misericordiam nox velabat: ꝙ largitatem dantis, pœnitentis obtegebat improbitas: nisi ad cumulum pietatis velandę ascriberetur et somnus. Verum non potuit nõ impetrare qđ voluit: qui vt reciperet hospitem & reficeret, totam sibi requiem denegauit. Aut quomodo sic petenti sic pulsanti non responderit ille qui in hospite suscipi cõfitetur, dicens: Hospes fui & collegistis me? Existimo hoc dixisse pulsantem, aut forte taliter conuenisse: feci qđ iussisti: redde qđ promisisti. Tibi credidi dicẽti Nolite solliciti esse de crastino. Vnde hesterno hospiti quod apponerem nõ reliqui. Sed dicis. Esto ꝙ petere possim, pulsare quẽadmodum potero cęleste secretum? Quẽadmodum? Iterando preces & expectando patiẽter iudiciũ Saluatoris. Quia qui indignatur cum mox auditus nõ fuerit, iste petitor supplex non est: sed imperiosus exactor.

Q̃ a patris muneribus omnis suspicio sit tollenda.

¶ Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Charitas dolum nescit. Si pater est non potest non amare: si amat, nisi quod bonum est dare nescit. Negat patrem qui de patris suspectus est largitate. Patris discutere non licet: patris monita retractare non conuenit. Sit paterni licet mandati species tristior: res tamen ipsa salutifera est & vitalis. Sic Abraham vbi patrem deum credit, mandatorum formas non attendit asperas & acerbas: circuncisionis recipit verecundiam: & quę cęlestis pater iubet non discutit: sed iudicat gloriosa. Parricidium considerat perscelestum: sed quia deus imperat totũ pietati cõmittit. Hinc Isaac patris super se gladium cum videret, cum dolere poterat, est gauisus. Hinc Iepte filia patris vota sua morte tota gratulatione persoluit. Verũtamen Iudæis hic panis in lapidem versus est, non dantis vicio: sed nequitia capientis. E

Galfridus.

De malitia hominis tripertita.

¶ Si vos cum sitis mali, bona data nostis dare filiis vestris: quãto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? F
Fideliter & efficaciter sermone breui magister bonos discipulos ad scientiam erudit: & ad pietatem accendit: si fuerit qui sic capiat intellectum vt sentiat vim verborum Indicat enim nobis quales simus: quid agimus: qualem habemus patrem, quid sit ab eo sperandum, & qualiter obtinendum.

Eo siquidem tota huius sermonis intentio dirigitur: vt mens nostra paternæ pietatis intuitu ad fiduciam animetur. Sed nec illud est negligenter audiendum: ꝙ malos nos veritas dicit: & hoc veraciter. Et vos inquit cū sitis mali &c. Quid eñ in nobis nisi malū: & malum valde? Scio (inquit Apostolus) ꝙ nō habitet in me: hoc est in meo corpore bonū. Quid in ore? Iacobū audiamus. Lingua (inquit) modicū mēbrū est &c. Multo magis prauum est cor hominis: & inscrutabile: hoc est tam prauum, vt ad finem suæ prauitatis scrutando nequeat peruenire.

De malitia carnis.

G ¶ Et carnis quidem malitia maxime tripertita videtur: ꝙ videlicet inueniatur illecebrosa, ꝙ infirma, ꝙ fallax. Primo quidem concupiscit aduersus spiritum per legem peccati quā habet: per fomitem iniquitatis quam possidet. Secundo etiam si castigatur, & in seruitutem redigitur, corrūpitur: deficit: infirmatur: multiplicibus suis necessitatibꝰ exigens violenter seruire animam cui debuerat ipsa seruire. Et peior quidem carnis stimulus q̄ eius infirmitas. Cęterum si simpliciter suę nobis impossibilitatis causam, suum innotesceret infirma defectum, esset vtiq; minus malum: nunc autem contra stimulum calcitrans bis pungitur exaggerando quod patitur: murmurat & conqueritur: sed et id modicum qđ potest dissimulat: & mentitur. Et tertium hoc est malum eius per qđ multi, dum quid boni possint facere nesciūt amplius mali fiunt.

De malitia oris.

H ¶ Iam de oris malignitate quid loquar? Quātus ignis q̄tam syluam incēdit. Pessime nonnulli diuinum miraculum æmulantur: vt dispertitas linguas: vt ignem accepisse videantur. Diuinus siquidem ignis nō scandalo vrit: sed amore magis accendit. Inflammatio autem gehennæ vrit linguas male dispertiēs vt quisq; nostrum sua cuiq; lingua: & quasi nunc græce, nunc hebraice, nunc latine loquatur: vt si eum audias hic, non illum putes: quem paulo ante audieras. Male igitur omniū linguis loquit̄ vir linguosus.

Qꝫ desideret a se postulari bonum spiritum bonus pater.

I ¶ Sequitur. Quanto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se. Quid ad hoc dicimus? ergo mali sunt, quibus est pater cęlestis? O cōfusionem, o cōsolationem: o degeneres filios tanti patris, & patrem magnum degeneres filios denuo generantem. Quid eñ pater noster est primę creationis origine? nō modo prodest: sed obest degenerantibus nobis: nisi susceptus Christus a nobis dederit potestatem per bonum spiritum bonos fieri filios boni patris. Nihil enim nasci profuit, nisi redimi profuisset. O terrigenę filii hominum, si vobis est pater cęlestis: quid exultatis in terris? Dabit inquit spiritū bonum petentibus se. hoc eñ donum patris qđ solis prębet filiis, qui terrena pręstat etiā inimicis. Nec mirū. Tales enim q̄rit qui adorent eum in spiritu, & veritate. Super vultus accessere boni, ait poeta de eo qui inter cętera hospitalitatis officia non omisit quod sapiens ait. In omni dato hilarē fac vultum tuum. Inter homines enim vultus bonus super omnia reputatur: apud deum nō nisi bonus spiritꝰ acceptatur. Etsi plurimū interest inter hominē mortuū, & viuentem, longe tñ amplius inter non habentem hunc spiritū & habentē. Mortuus eñ homo nō iam nec audire: nec loqui: nec aliquid operari. Cadere tñ potest: fœtere: dissolui: & putrescere. Nec dissimilis est mors animæ: vbi deest spiritus vitę. Nō enim bona loqui aut meditari, agere vel diligere poterit qui bonum spiritum nō habuit. Peccare autem poterit: perire: perdere alios: cui spiritus iste defuerit. Studeamus igitur vt habeamus hunc spiritum: nihilominus caueamus ne extinguamus acceptū. Ait enim Apostolus. Spiritum nolite extinguere. Si eñ animales spm̄ nō habentes merito multū miseri iudicant̄: multo amplꝰ infelices qui spiritu cœperint si carne postea consummētur. Hunc igitur spiritum tam bonū tam necessarium: quibus potero meritis obtinere? quibus studiis retinere? Vt de compendio ad vtrunq; tibi respondeam: petentibus datur: & fictum effugit. Omnis inquit qui petit accipit. & hoc loco. Dabit spiritum bonum petētibus se. Tu ne illum emere cogitabis? Fecit & hoc Simon magus: & nequissimę cuiusdam hęreseos caput extitit: quæ succisa sæpius deterius reuiuiscit. Hic enim qui spiritum bonum non petiit merito nō accepit. Dabit enim pater bonus spiritum bonum petentibus se. O benignissimum patrem, qui id exigit quod nemo non possit. Si solis fortibus, ieiunantibus, laborantibus promitteret: forte non immerito pauper, delitiosus,

vel impotens desperaret: nunc vero petentibus donat,& petētibus se. Petere enim patrē potest etiam qui petitionis vocē proferre non potest. Nō enim patrem petit, qui corde nō petit. Petamus ergo eum qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Qui non improperat quæ perperam egimus: non improperat nec arguit indignum esse qui postulat: neq̧ humano more in excusationem muneris accusationē solet prętendere postulantis.

Isaac. Homilia.

Q᷑ vnusquisq̧ familiariter ab vno aliquo dęmone tētationibus fatigatur.

K ℭErat Iesus eiiciens dęmoniū: & illud erat mutum. Roget vnusquisq̧ charissimi benignum Iesum: et hoc assidue: vt suum a se penitus eiiciat dæmonium, aut interim reprimat. Nam cum omnia nobis infesta sint dæmonia: & de damno nostro lætentur: vnumquemq̧ tamen familiatem habere Dæmonem qui eum in omnibus, & vbiq̧ obseruet, quem ignorare monachum non oportet, scriptura non tacet. Ego meū optime scio: nihil mihi notius: quia nihil nociuius. Quæ & cuiusmodi tentatio me sæpius & acrius vrget: & in qua parte facilius labor, scio. Vnde quotienscūq̧ in cōmune psallo versus illos qui imprecatorii videntur: & liberationem, & auxilium quęrere: cōtra illū dirigo. Et illud inquit, erat mutū. Meū mihi loquacissimū est, & de mūdi huius gloria, & decore, & delitiis longissimas & mendosissimas fabulas texit: de illis mille suspitiones susurrat: mira promittit: minatur nunc de sciētia, nunc de religione, nunc de genere, nunc de gratia, nunc de eloquentia mecum multa cōcionatur: ita sibi sępe aures meas auellit & occupat, vt nec legere vel legentem audire vacuum sit. Vnde & mihi loquens me penitus mutum efficit, stupidum reddit, & surdum. Et hinc mutus dicitur spiritus malignus: quia quos inuadit mutos facit a laude dei, & propriis officiis linguę rationalis.

Quibus sermonibus lingua debeat occupari.

L ℭSi quis loquitur, ait apostolus Petrus, quasi sermones Dei. Hoc igitur officium linguę rationalis agnosco. Nam loqui vana verba, & mendacii, contentionis, proditionis, detractionis, iactantiæ, cupiditatis, luxuriæ, aut etiam de qualibet scurrilitate: quę ad rem nō pertinet: in quibus omnibus lingua foris clamans, & garrula in auribus hominum, aut intus dæmonis sui familiari colloquio: mutum est deo. Vnde. Quoniā tacui inueterauerūt ossa mea: dum clamarem tota die.

Q᷑ tribus modis loquitur lingua verba dei.

ℭTribus igitur modis loquitur lingua sermones dei, dum deum laudat, dum se coram eo accusat, dum proximū ædificat. Qui ab his tacet, mutus est quātūlibet clamet. M

Hugo de sancto Victo.

Quomodo malitiam sapientia vincat.

ℭCum fortis armatus custodit atrium suum &c. Atriū est cor. Fortis armatus malitia. Fortior superueniens, sapientia. Arma, mēbra. Sapientia primum malitiam capit, per cognitionem eam deprehendens: postea ligat ab opere cohibens: deinde flagellat: quia primus affectus quasi quibusdam duris flagellis cęditur: quando per studium disciplinę ab eo quod appetit refręnatur: nouissime quasi mēbris in crucem extensis & a se diuisis clauis configitur: quando diuisis a se vitiis timore Dei animus penetratur. N

Bernardus.

Q᷑ multiplex sit efficacia verbi Dei.

ℭBeati qui audiūt verbū Dei &c. Vultis nosse q̄ beati? Primū quidem sonās in auribus anime vox diuina cōturbat, terret, diiudicat. Sed continuo si non auertis aurem viuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mundat: deniq̧ & cibus noster est & gladius & medicina: & confirmatio, & requies, & resurrectio, & consummatio nostra. Nec mireris q̄ verbum dei iam nunc inuenias omnia esse in omnibus: quantum ad iustificationem. Siquidem & futurum est omnia in omnibus ad glorificationem. Audiat illud peccator, & conturbabitur venter eius: a voce illa carnalis anima contremiscet. Omnia nanq̧ cordis secreta rimatur sermo viuus & efficax. Vnde licet mortuus in peccato si audieris vocem filii dei viues. Si cor tuum induratum est, emittet verbum suum & liquefaciet illud. Si tepid⁹ es, & euomi iam formidas nō discedas ab eloquio dñi: & inflammabit te: quia ignitum eloquium eius vehementer. Q᷑ si tenebras ignorantiæ plangis: diligenter audi quid loquatur in te dominus deus tuus. Et erit lucerna pedibus tuis verbum dei: & lumen semitis tuis. At forte tanto amplius doles q̄to clarius etiam peccata minuta illuminatus agnoscis. Sed sanctificabit te pater in veritate: quæ est vtiq̧ sermo eius: vt inter Apostolos merearis audire: Iam vos mundi estis propter sermones meos. Iam vero cum lag O

ueris manus tuas: Ecce parauit in conspectu tuo mensam: vt non de solo pane viuas: sed de omni verbo quod procedit de ore dei. Vbi si consistunt aduersum te castra: & prelium tentationis insurgit: arripe gladium spiritus quod est verbum dei: & in eo facile triumphabis. Q si, vt est certaminis, contingit in eo aliquando vulnerari, mittet verbum suum: & sanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis, vt in te impleatur qd ait ille centurio. Domine dic tm verbo, & sanabitur puer meus. Sed et si titubas, confitere, & clama: Mei autem pene moti sunt pedes: & in verbis suis confirmabit te, vt experimento dicas. Verbo domini celi firmati sunt. In his itaq & eiusmodi perseuera, donec dicat spus, Vt requiescat a laborib9 suis. In hoc verbo requiesces dulciter: & suauiter soporaberis donec veniat: & omes qui in monumetis sunt audient vocem eius: & procedent. Quo! alii quidem in iudicium: alii in vitam. Et quis scit si est dignus amore vel odio! Tuc maxime Memor esto verbi tui seruo tuo domine: vt ab auditioe malorū nō timeam: sed beata magis auditio ad visionem: cum dices. Venite benedicti patris mei &c.

Petrus Rauennas.

Q nō sit deus dissensionis: sed pacis.

12. P Dic fratri meo, vt di. me. hęre. Non pōt fratri dicere Diuide: qui per prophetā ait. Ecce q̄ bonum & q̄ iocūdum habitare fratres in vnum. Nam quę maior hęreditas q̄ vinculum charitatis! Nam terrena hęreditas successores suos desecat & mittit in partes. Vnde nec hæreditas, sed pugna, sed nouerca filiorum, nō facultas. Ille vere ditat filios qui relinquit filiis plenissimā charitatem. Vnde & domin9 ait, Cauete ab omni auaritia: hoc est, abiiciatur auaritia, & nō erit in hęreditate contentio. Auaritia fratres nescit, parentes negat, germanos diuidit, amicitiam soluit, excludit affectum. hanc qui habuit, erit nullius suus non erit.

Bernardus.

Q deus debet esse causa: vt proximus diligatur.

Q ¶Primū quęrite regnum dei &c. Sponte pollicetur se daturum necessaria, superflua restringenti: & proximū diligenti. Hoc quippe quærere est regnū dei. Porro iustitię: est cum quo tibi est natura cōmunis, naturę quoq munus cum eo nō habere diuisum. Vt tamē perfecta iustitia sit diligere proximum, deum in causa esse necesse est. Neq enim pure eum diligit: qui in deo non diligit. Sed nec in deo diligere potest qui deum non diligit. Oportet ergo, vt prius diligatur deus, vt in eo diligatur proximus.

Petrus Rauennas.

Q quibus dura proponuntur certamina, magna pręmia statuuntur.

¶Nolite timere pusillus grex: quia com. p. v. da. vo. re. O bonitas effusa. O pietas inaudita. O ineffabilis affectio. In societatem census pastor oues assumit, atq ad consortium dominationis seruos dominus asciscit: ad principatum regni, rex gregem totius populi admittit. Sic sic dat, cuius deficere census: regnum minui: vacuari potestas non potest largiendo. Prouidenter autem pręmisit Nolite timere. Promissionē regni sine timore seruilis status audire non sufficit. Quia qui libertate vix dignus est, capere non valet infulas principatus. Regnum enim velle crimen est, audere periculum, temeritas nō timere. Q dicit cōplacuit, mun9 edocet trinitatis: quia qd erga nos filio placuit: hoc & placuit trinitati. Nolite timere &c. Pręmia statuunt his semp quib9 dura certamina proponuntur: ac pro magnitudine certaminis, pręmii proponitur magnitudo. Hinc est q Christus discipulis suis regnū ponit in pręmio, vt in certamine non cedant periculis, nō timori. Pericula despicit qui tendit ad regnum. Victorię cupidus nescit timere. Nolite timere pusillus grex. Pusillus mūdo sed deo magnus. R

Q deiectę mentis sit eum qui vocatur ad regnum vilis supellectilis meminisse.

¶Vendite quæ possidetis & date eleemosynam. Post largitatem regni & gratiam copiosius collatam, abiecta, & vilia peculia seruitutis iubet abiicere regnaturum. Plebeium cultum regia nō admittit potestas. Augustus honor non nisi diademate confertur & purpura Abiicere ergo debet habitū seruitutis qui se regem credit diuinitus consecratum. Hinc est q rex supernus, illum qui cum indigna veste maiestatis suę ausus est intrare conuiuium: ligari, pręcipitari, detrudi in tenebras iussit exteriores. Quia deformitas inuitati ad inuitantis redundat iniuriam. Denique non potest dominari oibus: nisi qui propriis nō tenetur. Deiectę mētis est q familiaris rei meminit cū vocatur ad regnum. Iacēs animus plebeiū nūmulum thesauris regalibus anteponit. Est autem S

cõsuetudinis,est animi felicis,vt ascitus ad regnum qđ fuit proprium,qđ priuatum,mox parentibus prærogare liberaliter:ne sit mendic⁹ animo qui cẽsu funct⁹ est & honore.

Q; sacculus qui per manus pauperis cælo inuehitur anulo fidei sit signandus.

T ¶Verum videtur duriter dici,Vẽdite q̃ possidetis.mox adiecit.Facite vobis sacculos qui nõ veterascũt:the.non deficien. in cęlis.Iterũ contristatus es,quia qđ habes,in cælis cogeris collocare.Rogo:crede deo tuo qui seruo credis:& magis deo q̃ hoĩ cõmoda. Sed si times ne qd inde præsumat,ne quid dispergat pietas latoris,signa fidei anulo sacculos tuos:vt tali custode dormias tu securus. Quia vbi ille est ibi locus null⁹ ẽ furi.Nõ poterit tibi tuã pecuniã denegare qui tibi omnia sua contulit:qui te regni sui honore ditauit & gloria.

V ¶Facite vobis sacculos qui non veterascẽt. Ecce docet auaritiam,qui cœperat suadere contemptum.Et qui temporaliter thesaurizantes arguebat,ad totum cupiditat[fomitem iubet sacculos sine fine perquiri.Christe quo te pertrahit amor tuorum?vt auarũ tibi lucrifacias facis eum qđ desiderat non qđ oportet audire.Sacculos imperas æternos:thesauros qui nõ deficiant vis parari : vt auarus dum consueta percurrit ad lucra:aut virtutem capiat:aut a virtute capiatur. Vere pater es:qui cum tuis quibuscũq; paruulis sic agis.Nam & nos interdum nostris paruulis petentibus noxia, ingerimus salutaria sub specie noxiorum,fallentes insipiẽtiã non decipientes affectum.

Gulielmus de Caill. De lumbis diaboli & filia eius.

X ¶Sint lumbi vestri pręcĩcti.Habet diabolus lũbos:et virtus eius in lumbis eius: habet lumbos et illusionibus plenos. In veritate quidem non stetit,sed abalienat⁹ ab vtero iacet in mẽdacio & mendacium gignit.Nam mendax est & pater eius.De tali patre talis filius. Sępe solet similis fili⁹esse patri.Qualis pater talis fili⁹ talis spiritus eius.Mendax pater,mendax fili⁹, mendax spiritus eius.Suggerit quidem hominibus vt beatitudinem non quærant in vitiis & voluptatibus variis, in quibus et maculantur a culpa & cruciantuř a pœna. Quid hac queso suggestione mẽdacius? Multos igitur filios fecit diabolus.Et primus quidem videtur cogitatio peruersa:quæ per eius suggestionem vitiato de corde procedit.Secundus delectatio quę sepe absq; deliberatione cogitationem amplectitur.sicut quandoq; fieri solet vt delectatio rationis pręueniat intuitum, priusq̃ aduertat,priusq̃ partes suas interponat.Et hi duo filii non adeo nocent:nã huiusmodi,peccatis venialibus annumerantur.Si vero filius terti⁹ procedeat post deliberationem,consensus dico ad delectationem: vel quartus filius , consensus ad actum:iam de talibus irascitur dominus & dicit. Visitabo peccata pa.in filiis vsq; in tertiã & quartam generationem.Nullo igitur angulo cohibentur lumbi diaboli.Magis autem animas quæ cingulum castitatis acceperunt,& lũbare dominicum ardentius persequuntur: & sępe cum multiplicauerint filios bonos,spuriũ accipiunt ex his lumbis:qui filios.lxx.sicut de Abimelech refert historia, interficit super lapidem vnum.Hoc totiẽs quotiẽs superbia de virtutum fœcunditate procedens virtutes funditus enecat & extĩguit.Qđ bene sup la.vnũ fieri memoratur. Superbos eñ duritia cordis & singularitas a via veritatis auertit,consequenter & a vita.Itaq; consideratione lumborũ diaboli videtur Dominus discipulis suis dixisse. Sint lumbi vestri præcincti.Ac si dicat:Dæmonum lumbos semper constat esse discinctos:hominum oportet esse cinctos : vestros decet esse præcinctos.Sint lumbi vestri præcincti. Videatur his verbis solam dominus damnasse luxuriam:sed non minus superbiam sugillat.Quid enim lumen ardens extinguit vt ventus? Et procul dubio superbię flatus flores bonoꝝ operum expirare compellit:arborem charitatis exsiccat Vtiliter ergo lumbos præcingit qui statuit ĩ corde suo non altum sapere sed timere:qui cogitationes in seminario cordis cohibet & restringit.

Q; tripliciter lumbos præcingere debeamus.

¶Tripliciter autem intelligi potest q; lumbos iubemur præcingere:q̃uis ad cõsilium magis spectet præcinctio q̃ preceptum. Lumbos bene præcingit qui tentationũ incentiua pręueniẽs sensus suos sollicite cõprimit & a voluptatib⁹ auertit.Lũbos ꝑcĩgit q gulã tenet,& a saturitate se tẽperat ne lũbi lubrice dissoluanť.Lũbos ꝑcingit qui om̃es sensus suos exteriores ne mortem anima per fenestras accipiat diligenter obseruat. Tenemur etiam lumbos præcingere.i. præ aliis cingere,qui virgineo partui spirituales quodãmodo cubicularii credimur deputati:spũali lumborum et cordiũ ꝑcellere castitate. Triplex nobis cingulum sacra scriptura cõmendat:Pudoris amoris honoris. Pudoris cingulum lumborum est:amoris cĩgulum pectoris:honoris cingulum capitis. Y

Bernardus.

Qui terrenis contenti sunt, cęlestia non expectant.

Z ℂEt vos si.ser.ex.do.s.Expectatio iustoꝝ lętitia. Nam peccator nil expectat.Ille inquã peccator qui bonis præsentibus non modo detentus sed et contentus nil in futurum expectat : surdus ad vocem illam.Expecta me in die resurrectionis meę in futurum.

Quis sit ignis diaboli quis ve dei.

A ℂIgnẽ veni mittere in terrã &c.Hic plane sacer ignis & benedictus quem pater sanctificauit, et misit in mundum, & cui benedicitur in ecclesiis. Sicut scriptum est In ecclesiis benedicite deo domino.Habet enim aduersari⁹ noster vt peruersus diuinorum operum ęmulator:habet inquam ignem suum et ipse,ignem concupiscentiæ carnalis,ignem inuidię & ambitionis:quẽ saluator in nobis nõ accẽdere sed extinguere venit. Deniꝗ si quis hũc alienum ignem in diuino offerre præsumpserit sacrificio:etiam si patrem habeat Aaron,morietur in iniquitate sua.

Galfridus.

Qꝫ merito arguẽdus sit qui ad Christi memoriam nec timore afficitur.

B ℂDicebat Iesus ad turbas.Cum videritis nubem orientem ab occasu statim dicitis,Nimb⁹ venit:& ita fit.Nubes oritur ab occasu quotiẽs prædicatio siue etiam meditatio nostra a defectu nostro sumit initium:& de nouissimis nostris nos admonet. Cui merito statim nimbus succedit:& deducunt oculi diuisiones lachrymarum. Australis flatus ab illo venit meridie vbi sponsus cubat & pascit:& ex eo æstus accenditur.de quo in Emaus euntes duo discipuli loquebantur: Quia cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu.Propter qđ merito arguũtur qui faciem cæli & terræ probant exterius coniectãtes: & nec tempus Christi probãt vt ipsius accendantur amore: nec in seipsis iudicant quod iustum est,vt timore pariter & pœnitudine compungantur.

Bernardus.

Qꝫ male suę radici respondeat populus Iudæorum.

C ARborẽ fici habebat quidam plantatã in vi.sua.Per ficum Iudæorum populus exprimitur.Et bene fic⁹:quę licet bona patriarcharum radice prodierit : nunꝗ tamen in altum proficere,nunꝗ se humo attollere voluit:nunꝗ respondere radici proceritate ramorum,generositate florum,fœcunditate fructuum.Male prorsus cũ tua radice tibi conuenit arbor pusilla,tortuosa,nodosa.Radix eñ sancta. Quid ea dignum tuis apparet in ramis?Ficus ait scriptura protulit grossos suos. Nõ hos a nobili radice traxisti semen nequam Quod in ea ẽ,de Spiritu sancto est:ac per hoc subtile totũ & suaue.Tibi vñ hi grossi?Et vere quidni grossum in gente illa?Nec actus nec affectus nec intellectus sed nec ritus quem in colendo deum habuit.Nã actus imbellis, affect⁹ in lucris totus erat,intellectus in crassitudine literæ,cultus in sanguine pecudum & armentorum.

Galfridus.

Qꝫ male curua sit anima quã nec pręcepta nec promissa sursum erigunt.

ℂEcce mulier q̃ habebat spiritum infir.annis xviii. & erat in.nec poterat sursum respicere.&c. Prorsus mulier mollis & fragilis, quæ sursum respicere non potest:sed deorsum iugiter inclinatur. Nam & tempus ipsum non sine causa commemoratum est Saluatore dicente,ꝙ eam annis.xviii.sathanas alligasset.Denarius ad mandata:Octonarius ad resurrectionẽ noscitur pertinere.Et male malignus hostis in curuat animam quã vt sursum respiciat nec mandata diuina erigunt nec promissa. Peius tamen ligata per omnem modum, quæ vocata a Saluatore renuit,& manum imponentis repulit. Non enim vult dimitti ab infirmitate sua : quandoquidem nec vocata venit ad medicum nec manũ eius suscipere acquiescit. Quid est autem vocare ad se, nisi ipsam in opere suæ salutis animam præueniendo ad cooperandum studiosius inuitare? Quid est manum imponere nisi ꝙ operetur iniungere? Scimus autem ꝙ Saluator facere venit & docere,non sicut quidam imponentes non suas manus et sua opera sed onera grauia, quæ digito nolunt mouere. Et magna quidem præcipientis auctoritas: magna veritas promittẽtis:sed dulcior interim collaborantis societas, charitas præuenientis,familiaritas inuitantis. Alioquin curata est sed non est sanata,quęcunꝙ anima est quam nec præcepta nec promissa erigunt nec exempla. D

Petrus Rauennas.

Qꝫ Christus grano sinapis mystice comparetur.

ℂCui simile est regnum Dei? & cui simile ęstimabo illud? Cũ dicit Cui simile est, quasi quęrentis indicat & producit affectum:Et ille solus verbum,scientię fons, dicendi flumen, qui omnium corda rigat, sensus aperit,ingenium dilatat,in inuenienda similitudine nunc labo E

rat. Sed quid inuenerit audiamus. Simile est inquit regnum cęlorum grano sinapis. In quo potentiam totam supernę dominationis inclu dit: et illud regnum singularitate potens, ęter nitate felix, diuinitate fulgens, cælo terraqꝫ dif fusum in grani sinapis coarctat angustias. Igi tur si cęlestis regni maiestas oĩs ad grani sina pis similitudinem venit: quid quæritur ꝙ deꝰ ad hominem, dominus serui descendit in for mam? Christus factꝰ est regnum: qui velut gra num sinapis in hortum virginei corporis mis sus toto orbe crucis in arborem creuit. Atta men dedit fructus sui saporem, cum terit̃ pas sione: vt quicquid erat letale tunc suo sapora ret & cõdiret attactu. Deniqꝫ cum adhuc gra num integrum est, virtus eius habetur occul ta. Apparet vero vehementissime si teratur. Ita Christus corpore teri voluit qui noluit la tere virtute. Christus granum sinapis. Vnde magnitudo tota dei, tota hominis exiguitate minoratur.

Bernardus.

Qꝫ quiuis electus debeat se omnium nouissi mum reputare.

14. F CVm inuitatus fueris ad nuptias &c. Si in quo statu vnumqueqꝫ nostrum habet deus liquido cognosceremus: nec supra nec infra secedere debere mus, veritati vtiqꝫ acquiescentes. Nũc quia cõ silium hoc posuit tenebras latibulum suum: & sermo domini absconditus est a nobis: et ne mo scit vtrum dignꝰ sit amore an odio: iustius tutiusqꝫ iuxta veritatis cõsilium nouissimum locum nobis eligimus: de quo postmodum cũ honore superius educamur: q̃ præsumimus altiorem de quo cedere mox oporteat cum ru bore. Non est periculum quantũcunqꝫ te hu milies, quantumcunqꝫ reputes minorem q̃ sis hoc est q̃ te veritas habeat. Est autem grande malum horrendumqꝫ periculum si vel modi ce plusve extollas, si vel vni in cogitatione tua te præferas, quem forte parem veritas indicat, aut etiam superiorem. Velut si per ostiũ trans eas, cuius superliminare nimium bassum sit, non nocet quãtũcũqꝫ te inclinaueris: nocet au tem plurimum si vel transuersi digiti spatio plus q̃ ostii patitur mensura erexeris: Ita ĩ ani ma non est timenda quantalibet humiliatio. Horrenda autem nimiumqꝫ pauenda vel mi nima temere præsumpta erectio. Ideo noli te homo comparare maioribus: noli minoribꝰ: no li, alicui: noli vni. Qui scis o homo si vnus il le cuius vitam sceleratissimam ac singulariter fœdissimam horres, & propterea illum putas spernendum non solum præ cæteris sed etiam præ omnibus sceleratis: Quid scis inquam si melior et te & illis in se quidem futurus sit, in deo vero iam sit? Et non mediocrem, non vel penultimum, non ipsum inter nouissimos eli gere nos locum voluit, sed recumbe, inquit, in nouissimo loco: vt solus scilicet omnium nouis simus sedeas: teqꝫ nemini non dico ꝓponas sed nec comparare præsumas.

Galfridus.

Qꝫ in dilectiõe magnum maius maximum & nimium iudicatur.

¶Cum facis cõuiuiũ voca pauperes & de ac c. G
Magnum est si diligimus non merentes: maius si inutiles: maximum si ingratos: nimium si inimicos. Cum enim parum videatur esse, non tamen prauum retribuere gratiam pro gra tia & diligere eos qui nos diligunt: magnum erit immeritos beneficiis præuenire. Amplius tamen & acceptius coram deo illis etiã benefa cere qui nec retribuere posse videntur. Maxi mum vero est ĩgratos diligere nec ꝑterita qua si perdita beneficia plãgere: sed ea etiam amplio ribus cumulare. Quid illud iam nisi nimium erit, diligere etiã inimicos, amplecti renitentes, beneficiis prosequi etiam persequentes?

Bernardus.

Qꝫ iuga boum emerint qui sub corporeis sen sibus incuruantur.

¶Iuga boũ emi quinqꝫ &c. Non est mirum si H
non potest venire ad nuptias, si non potest se qui agnum tot iugorum paribus oneratus. Po ne miser, pone grauissimam sarcinam terrenã molem: pone illa quinqꝫ non hominum plane sed boum iuga quæ tibi insipienter emisti. Nã si veneris ad nuptias & pulsaueris non aperie tur tibi: sed respondebitur tibi deintus ꝙ non sit de bobus & asinis cæterisqꝫ iumentis insi pientibus cura deo. An non comparatum iu mentis hominem quis dubitet qui iuga eme rit iumentorum: nisi ꝙ ipsis iumentis stolidi or & bestialior bestiis comprobatur: ꝙ iuga ne cessitatis eorum propria ipse subeat volunta te? Quod em̃ illis natura est, huic culpa: dum tanq̃ vnum ex his quę ratione carent sine ratio ne degens & ipse sub corporeis similiter sensi bus inclinatur. Sed quid eum iuga boum subiisse causamur? Arguamus magis emisse. Illud enim stoliditatis miserandę: istud extre mæ dęmentiæ est. Dignus est operarius merce de sua. Nam vt mercedem quis pro opere tri

buat inauditum. Quid iuga emit & iuga boũ cui suaue iugum gratis offertur? Nam iugum Christi iugum hominis est. Siquidem et Christus homo. Nec modo gratis tribuitur, sed & copiosa his qui tulerint remuneratio est. Quid ergo pro iugo boum distrahis animam tuam: qui iugum Christi suscipiens emere poteras regnum Dei: mercari vitam: lucrifacere Christum? Nam sine iugo esse non potest homo: nimirum natus ad laborem. Denique vt cætera sileam, cum sine iugo esse non possim: quale hoc, eligere quinque potius q̃ vnum? Quis enim potest seruire quinque dominis, nedum quinque tyrannis, quinque prædonibus? Siquidem oculus meus deprædatur animam meam. An non sæpe aliud gula exigit: & ad aliud pruritus aurium vocat? Sic odoratus & tactus in diuersa trahunt hominem: forsitan & ad diuersa: dum vterque communem gestit præripere seruũ. Et trahit sua quęque voluptas. Est autem inuenire nonnullos, qui non modo quinque sed plusq̃. lv. emerit iuga nõ iam boum sed dæmonum. Contendunt ambitio & elatio. Altera nidum, altera foueam parat: volare altera iubet, repere monet altera: cum neutrum profecto sit hominis. Quis enim es tu ait hæc: quis vero ille vel ille: aut quæ domus patris eorum: vt eis in aliquo cedas: vt reuerearis eos: vt eis aliquatenus blandiaris? At bonus sermo bonum inuenit locum, ait ambitio: et interdum qui prodesse non potest, potest obesse. Dissimula primum: vinum bonum primum pone donec veniat hora. Auaritia quoque et appetitus laudis sibi inuicem aduersantur: & qđ congregat hæc, hic dispergit.

Gillebertus.

Quantæ dementiæ sit iuga boum emere qui sub vno deficit & succumbit.

I ¶Iuga boum emi quinque. Graue iugum super filios Adam a iuuentute eorum. Vere graue, qđ mulierem illam euangelicã annis. xviii. incuruauerat, ne sciret respicere sursum. Graue quippe iugum, qđ totum humanum genus in hac inclinata muliere excutere non poterat. Non poterat deponere & non desinebat apponere iniquitatem super iniquitatem, & infirmitatem super infirmitatem, & vtranque super alteram fœcunda satis sed infelici nimis fructificatione. Vis audire apponentem iugum super iugum? Audi quali se excusatione vnus de inuitatis ab euangelica subduxerat cœna. Iuga boum emi quinque. O stolida anima, tam inualida ceruice & attrito collo vnum illud portas quod tibi corrupta imposuit natiuitas, & plura comparas? Non indigeres emere quod gratis innascitur. Alia adiicis emere: et ab hoc quo premeris nec collum eximere potes. Iuga, inquis, boum emi quinque: & vnũ hoc tam graue, tã generale gratis excutere nõ potes. Nec tibi tñ p̃ciũ suppetit vnde te redimas. Nescis q̃ graui iugo teneris, nisi sanguĩe Christi auferri nõ valet. Abũdas vt plura emas: non abundas vt ab isto te redimas. O miserę diuitiæ tuæ: satis es locuples, non vt mitiges, sed vt multiplices vĩcula colli tui, & compedes aggraues. Sufficiat illud iugum graue quo opprimeris: Iugum hoc si nescis quædam est delinquendi necessitas & impossibilitas resurgendi. Iugum hoc difficultas est ad bonum & ad malum auiditas. Iugum hoc et iniquitas est qua reus teneris ad supplicium, & infirmitas qua pronus traheris ad vitium. Originalia sunt tibi ista & de propaginis vitio: & tu adhuc voluntaria accumulas onera. Curiositate quinque sensuum dum te exteriores extendis in species, interiorem concupiscentiæ flammam prouocas quę nisi Christi sanguine extingui non potest. Concupiscentia cum sola est satis inardescit: exterior vero materia si accedit insanit. Geminum incommodum: naturæ corruptio, & curiositas q̃dã exterius ei⁹ irritamẽta explorãs. Duplex icõmodũ, p̃prius ĩpet⁹, & hostilis ipulsus. Duplicatũ incõmodũ, flãma cõcupiscẽtiæ, & flatus incentoris. Iuga boũ emi quinque. Bene vtique boum: quia brutas mentes curiositatis atterat labor. Iugum si optas non habes necesse comparare. Tolle super te iugum Christi, iugum gratuitum non graue, iugum leue & suaue, iugum non quod laborem infligat sed requiem comparet.

Galfridus.

Quantæ dementiæ sit cum humanus anim⁹ recalcitrat contra deum.

¶Quis rex iturus committere bellum ad- K
uersus alium regem & cætera. Temerarium bellum quod sibi humanus animus proposuerit vt diuinæ voluntati & saluti propriæ reluctetur. Sed o regem aduersus regem alterum: hominem contra Deum. O regulum aduersus regem penitus alterum: aduersus omnipotentem, inopem & infirmum. Esto tamen habet iste vel potius habere sibi

videtur decem milia, subsidia scilicet et corporis vniuersa: vt quomodocunq; vel aeris temperies vel quarumlibet status rerum & qualitas temporum varietur, non illi desit vnde ad insipientiam recalcitrans reluctetur: Quid tamen hæc decem milia facient aduersus eum qui cum viginti milibus veniet? Habet enim potestatem quasi geminam, scilicet corpus & animam perdere in gehennam. Cogitemus igitur quia non possumus cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus veniet ad nos: nec resistere q̄libet fulti corporalibus subsidiis, qui potestatem habet vitæ mortis & animæ simul & corporis. Mittamus proinde legationem humilis supplicationis: & rogemus quæ ad pacem sunt diuinæ reconciliationis. Eamus ei obuiam non bellum deinceps commissuri: sed de regno ei⁹ interrogaturi.

Q̄ prona sit humana malignitas alium iudicare.

L
15. ACcesserunt ad Iesum publicani & peccatores vt audirent illum. Oportuerat rationalium animalium facilem esse custodiam: & sic esset si suos vellent vt oportuerat iuuare custodes. Nunc vero dum colligitur grex inquietus dispergitur. Hincinde diffugiunt alia dum alia reuocantur. Offenditur ille, dum iste placatur: dum sanatur alter, alter grauius vulneratur. Sapientes sunt homines vt faciant mala, & collata sibi intelligentiæ munera non ad fructum salutis applicant: sed ad perniciem proprię voluntatis inflectunt. Ostendit hoc nobis lectio euangelica: dum accedentibus ad dominū publicanis Pharisæi aduersus eum murmurare narrantur: & redeuntibus peccatoribus ad salutem, procul abscedere iustiores. Hæc humani peruersitas cordis: accusant dominum Pharisæi q̄ recipiat peccatores: & eo vsq; ppria peccata dissimulant, vt non modo exaggerēt aliena, sed et Christum de eis insimulent, quem de suis nemo arguere præsumit. Quid autem dicerent ipsi si repelleret peccatores? Nunquid non superbum dicerent & crudelem? Sed inter hęc consideremus attentius q̄ sit prona ad iudicandum alios prauitas cordis humani: & hæc nobis consideratio geminum quendam fructum pariat salutarem: vt et vitium caueamus quodammodo geminum, & alienis iudiciis non plurimum moueamur. Vanus est labor, humanam quærere gratiam q̄ nec multum conferat: nec facile valeat obtineri. Q̄ salubrius et facilius placere deo q̄ hominibus. Ille enim non fallitur coniecturis: de suspitione non iudicat: occasiones improbas non exquirit: accusandi materiam non scrutatur.

Quantæ malitiæ sit erroneum acquiescere reuocanti.

¶Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideram. In his verbis domini euidens eruditio nostra, vt lætemur de conuersione & pœnitentia peccatorum. Et si minus forsitan eis congaudemus, vel ei qui recipit & recuperat q̄d amisit toto congratulemur affectu. De cętero si quis diligentius aduertat quę nā ista sit ouis & drachma: multipliciter satis dolere & tabescere poterit: et diuinam mirari dignationem, et suam concupiscere restitutionem. Angelicis enim connumerati spiritibus, et in illo tantæ gloriæ cœtu sicut euidēs est ab initio sumus cōputati cum pastor ille centum oues, drachmas decem mulier illa dicitur habuisse. Et quis tam stupidus vt nō medullitus doleat ab illo sese numero decidisse? Quod si casu aut necessitate factum fuisset dolendum quidem omnimodis quomodolibet deesse cœtui tam beato. Sed minus forsitan tabescendum tam graue damnum absq; reatu proprio sustinere. Nunc autem cum ipsa sponte errauerit ouis, ipsa sese drachma perdiderit, turpior est iactura quæ per negligentiam fit. Cæterum vbi vox pastoris quærentis & reuocantis auditur, fouere latebras, diuerticula quærere, insaniæ magis est q̄ erroris. Quærebat qui dicebat. Adam vbi es? Non eñ inuenerat vbi posuerat: nō in grege in quo annumerauerat. Quid absconderis? Quid declinas? Abundant in his pascuis noxia gramina, lutum, vepres, & ferę pessimę. Erranti tibi nil periculi deest, & non habes gratiam reuocantem. Quid illum pateris dum inclamat laborare, & raucas fieri fauces eius dum vtiq; quæritat, infigi in limo profundi, affligi carceribus, sentibus lacerari? Quid matronam nobilem exigua drachma fœdari puluere patit̄ dum euertit domū & vniuersa perlustrat? Deniq; quid tardamus angelicis illis spiritib⁹ noua inferre gaudia petentibus? Exiliamus ad illos pii pastoris humeros, & illis nos diuinæ clementiæ manibus offeramus, qui se nobis pastorem sollicitudine, affectione exhibet mulierem: vt reuocemur ad numerum tātū vnde ex

cidamus.

Gulielmus de Call.

Qꝫ gementes pro peccatis spiritum accipiant in columba.

N ¶Gaudium est in cælis super vno peccatore pœnitentiam agente. Felix anima quæ lauans per singulas noctes.i.per singula peccata, lectũ suum lachrymis suis cum ꝓpheta, vel cũ Anna flens largiter, baptismum pœnitentiæ salutaris in oratione frequenter inueniet, in columba spiritũ accipiens: qa cũ simplicib9 sermones ei9 vocẽ illam dominicæ cõmendationis suam faciẽs, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Credite mihi fratres. Gaudium est in cælis super vno peccatore pœnitentiam agente. Et huiusmodi filio qui filio virginis vagienti vagitu puerili, pueriliter & simpliciter alludit, gaudent angeli & collaudant filium Dei.

Bernardus.

Qꝫ quatuor status conuersionem nostram soleant præuenire.

O ¶Erat hõ qui habebat duos filios &c. Quatuor sunt status qui præueniunt cõuersionem nostram. Vnus sub nobis ipsis. Tres sub principe mundi huius. Est enim anima sub seipsa cum propriam sequitur voluntatem libertate gaudens perniciosa. Hic est filius ille prodigus qui portionem paternæ substantiæ quę se contingebat accepit, ingenium scilicet et memoriam, vires corporis, cæteraqꝫ similia bona naturæ: quibus non ad dei sed ad suam vteretur voluntatem: essetqꝫ tanq̃ sine deo in hoc seculo. Est autem iterum homo sub se, cum proprię satisfaciens voluntati nondum tamen possidetur a vitiis & peccatis: quia qui facit peccatum iam non suiipsius est seruus sed peccati. Iã tunc ergo proficiscitur in regionem longinquam, qui prius quidem separat9 erat, sed nec dum elongatus a patre. Accepta qdẽ portione substantiæ factus est sui iuris. Et q̃uis recesserit ab actore, proximus tamen fuit q̃diu ab opere nõ recessit. Et hoc fit dum licita quidem sed nõ expedientia ꝓ sua sequit̃ voluntate. At postq̃ recesserit et a seipo, solus & declinans in peccatum, tunc iam in longissimam vere proficiscit̃ regionem. Quoniã ab eo qui summe & singulariter est, nihil longius eo qđ nullo modo est: nihilqꝫ remotum magis ab eo & ꝑ quem & in quo sunt omnia, q̃ peccatum qđ nihil est inter om̃ia. Porro iustum est vt fugitiuum patris filium alter sibi vsurpet in seruum. Vnde et profectus in regionem longinquam vni ciuium legitur adhæsisse, vni scilicet ex malignis spiritibus: qui pro eo ꝙ obstinatione irremissibili peccauerũt, & in affectũ malitiæ trãsierũt: iã non sunt hospites & aduenę: sed ciues & domestici peccati. Quid est autem ꝙ ei dicitur adhęsisse: nisi ꝙ factus est subditus illi? Deniqꝫ quemadmodũ adhęserit, sequentia manifestant. Sic enim habes. Adhęsit vni ciuium regionis illius: & misit eum in villam pascere porcos. Et nota ꝙ famis necessitate compulsus ciui maligno dicitur adhæsisse: sicut et Israel tempore famis descendisse legitur in Aegyptum. Periculosa plane & perniciosa fames quæ liberos miserę addicat seruituti, subiiciat operibus luti & lateris, porcis associet, immo seruos faciat esse porcorum. Porro vnde huic egestas tanta, nisi ex eo ꝙ legitur dissipasse eũ bona sua cum meretricibus viuendo luxuriose? Meretrices istæ carnis sunt concupiscentiæ cum quibus luxuriose viuẽdo dissipat bona naturæ, qui eis abutitur ad volũtatem. Huic egestas perniciosa succedit: eo ꝙ non satietur oculus visu, nec auris auditu impleatur. Mittitur ergo pascere porcos, id est corporeos sensus qui volutabro luti et spurcitiis oblectatur. Hi sunt porci quos eiecti ab homine maligni spiritus intrant. Eiectum enim a rationali nostro peccatũ, hoc est a mẽte, sensib9 corporis hęret: Apostolo teste, ꝙ mente consentiat legi Dei, carne vero legi peccati quæ est in membris nostris. Et alibi. Scio ꝙ non est in me, id est in corpore meo, bonum. Sed quid agendum est cum sic eiecti ab hominibus porcos inhabitant spurci spũs, nisi quęrenda remedia lachrymarum & currendum ad aquas, quarum abundantia male viuida radix peccati suffocetur. Quis hæc omnimoda extinctio peccati in fine poti9 sit expectanda & expetenda.

Qꝫ tripliciter seruimus principi tenebrarum.

¶Tripliciter autem mihi videntur homines ꝑ esse sub principe tenebrarum. Primum nec nolentes nec volentes. Sicut hi qui necdum habent voluntatis vsum, sunt tamen vasa iræ propter originale peccatum, donec per sacramentum baptismatis liberentur. Secundo modo volentes: cum iam voluntarie peccant. Tertio mõ nolentes: cum iam resipiscere vellent nisi ꝙ peccati cõsuetudie miserabilit̃ obligati iusto dei iudicio q ĩ sordib9 sũt sordescãt adhuc.

In quo tertio gradu laborare videtur prodig⁹ ille filius,& vere prodigus nimis,qui non modo dissipauerat sua , sed et semetipsum sub iecerat miseræ seruituti . Infelix venundatus sub peccato cum ad se reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant &c.Si quis autem expertus in semetipso facile credo i his verbis animum miserabilem recognoscet.Quis enim peccati consuetudine obligatus non se felicem reputaret si datum esset tanq̃ vnum ex his quos videt in seculo tepidos,viuentes tamen sine crimine,minime licet quęrentes quæ sursum sunt,sed quæ super terram? Quanti, inquit, mercenarii in domo patris mei abundant panibus.i.consolantur innocentia sua,& fruunt̃ ppriæ cõsciẽtię suę bono. Ego aũt hic fame pereo.i.insatiabilib⁹ crucior desideriis peccatorũ. Põt tamen intelligi φ nõ fame nec siti aquæ,sed diuini verbi sese perhibeat laborasse.Et hoc dixerim non φ ita sit,sed φ ita sentiat miser humiliat⁹ sub peccato. Neq; enim gloriantur testimonio conscientię quorum mercenaria intentio est. Sed peccator sanctissimum reputat quacunq; de causa alterum videat innocentem.Fac me inquit tanq̃ vnum de mercenariis tuis.Et hic est status quo sub deo incipiunt esse homines,qui tanq̃ mercenarii sub patrefamilias viuunt. Hi sunt quos in seculo videmus aut nullo aut exiguo desiderio æternorum velut sub mercede seruire deo & ab eo sola terrena quęrere quę desiderant.

Gulielmus de Call.

Quantum nobis contulit deus noster.

Q ¶Da mihi portionẽ substãtię &c.Quis vnic⁹ ꝓdigus inuenitur sicut ille vnigenitus patris qui portionem corporis scilicet & animæ quæ contingebat eum,& patrimonium(si dici debeat) quod a matre cõtraxit dissipauit atq; cõsumpsit cum meretricibus,id est cum peccatoribus & publicanis non luxuriose sed laboriose viuendo? Filius ille iunior euangelicus accepta famis iniuria defecit impatiens laboris , & in miseriis non subsistens: hic in fame cucurrit & siti euiscerans semetipsum & omnem ꝑciosam margaritam porcis spargens: qui precium eius repellere cogitabant . Effudit enim de spiritu suo super omnem carnem postq̃ remeauit ad patrem,nescio an carne, an spiritu magis prodigus,vt quos caro saturauerat, spiritus inebriaret.

Galfridus.

Quibus diebus a domino recedatur.

R ¶Adolescens filius abiit in regionem longinquam.Non est localis elongatio ista:siquidem non est locus vbi non sit deus:sed per noxiam dissimulationem in longinquam deuenimus regionem.Cum enim nullus vnq̃ vel tenuissimus motus a ratione quantulumcunq; extraneus diuinam possit attingere mẽtem,qđ omĩno nefas est suspicari: factus homo ad eius similitudinẽ ei tñ in eadẽ impturbabilitate non potuit adæquari. Pax enim dei non modo humanum omnem vsum superat , sed etiam sensum : vt sicut est a nemine prorsus intelligi nedum valeat obtineri . Cæterum hoc in homine decuit & adhuc decet ex priuilegio diuinæ similitudinis inueniri vt motus omnis et irrationabilis appetitus ad arbitrium rationis comprimi debeat & compesci.Cum enim diuina voluntas sit ratio humana,debet dirigi rationis arbitrio:alioquin si post concupiscẽtias suas homo ierit:& more pecudum gulam irã,rixam,luxuriam sequut⁹ fuerit:iam a Deo peccãdo recessit. Hinc iam longe abiit si remedium pœnitentiæ fugerit.Longius quoq; si in obliuionem & ignorantiam venerit veritatis. Amplius autem si eãdem veritatem & iustitiam ne agnitam quidem dilexerit. Q; vero pessime adhuc fugiens elongatur si æternam deserit concupiscere vitã si cœperit nõ expauescere nec gehennam:si propriam postremo diligere culpam? Hoc enim est ꝓfundum malorum quo deueniens impius iam contemnit.Grauis quidem septenarius & nimis longe factus est a Deo qui talibus iam dietis septem per contagia morũ & abrupta corruit vitiorum. Quid tamen credimus? Poterit ne eiusmodi anima de profundis clamare & leuare vltra ceruicẽ vt aspiciens alonge videat dei potentiam venientem? Veniet enim & subueniet diuina potentia faciens quod non valet humana:si quidem tam longe positus ad deum respexerit & ierit obuiam ei.

Petrus Rauennas.

De filio Prodigo.

S ¶Iunior filius in se reuersus dixit.Quãti mercenarii i domo patris mei ab.pa.Ego aũt hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrẽ meũ &c. In se reuersus ẽ.In se ante redit vt redeat ad patrem:qui a se ante recesserat cum recessit a patre.A se migrat & ab homine totus transit in bestiam,paternæ pietatis immemor,gratiæ genitoris oblitus . Quanti mercenarii in domo pr̃is mei &c.Ego a.h.f.p.Fames reuocat quẽ saturitas expulerat . Fames illi patrem dedit sapere,cui copia tulerat genitorem sentire. Et si

tantum præstitit vel inuita fames, probate qd voluntarium possit conferre ieiunium. Oneratus venter ad vitia cor deponit: premit mentē ne supernam valeat pietatem sentire. Corpus inquit qđ cor. &c. Surgam & ibo ad patrem meum. Iacebat qui dicit: Surgam. Intellexit lapsum: sensit ruinam: iacere se turpis luxuriæ respexit in lubrico. Et ideo exclamat. Surgam & ibo ad patrem meum. Qua spe? qua fiducia? qua cōscientia? Qua spe? illa qua pater est. Ego perdidi qđ erat filii: ille qđ patris est non amisit. Apud patrem non intercedit extraneus: intus est in patris pectore ipse qui interuenit & exorat affectus. Vrgentur patris viscera iterū filium per veniam genitura. Surgens venit ad pa.s. Cum alonge esset. Quomodo lōge est iste qui venit? Quia nondum peruenit iste qui venit. Venit ad pœnitentiam: sed nondum peruenit ad gratiam pristini. Venit ad domū patris: sed nondum peruenit ad gloriam vel habitus vel honoris.

T ¶Cum alonge esset videt eum pater suus. Pater vidit illum, vt ille patrem posset attendere. Patris visus, filii venientis illustrauit aspectum: vt tota fugaretur obscuritas quæ circūfusa fuerat de reatu. Non sunt tales tenebræ noctis quales illæ sunt quæ de confusione veniunt peccatorum. Vidit illum alonge, & misericordia motus est. Mouetur misericordia q loco demoueri non pōt. Accurrit non progressu corporis sed pietatis affectu. Cecidit super collū eius, vt erigeret sic iacentem. Cecidit super col. ei⁹: vt amoris onere on⁹ tolleret peccatorum. Cecidit sup c. eius: & osculatus ē eū. Sic pater iudicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula non flagella. Delicta vis amoris non videt. Et ideo pater peccata filii redemit osculo, clausit amplexu, ne nudaret pater filii crimina, pr̄ filiū ne fœdaret. Pater sic curat filii vulnera ne cicatricē filio nequiue relinquat. Et accurrit & cecidit sup col. e. & osculatus est eū. Rogo qs hic desperatiōis loc⁹? q̄ hic excusatiōis occasio? hic simulatio quæ timoris? Nisi forte timet̄ occursus: terret osculum: turbat amplexus: & cape ad vindictā nō ad recipe veniā pater creditur cum filium trahit manibus, claudit gremio, ligat lacertis. Sed hanc cogitationem debellatricem vitæ, salutis inimicam, auferunt q̄ sequuntur. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito profer. &c. vsq; Perierat & inuentus est His auditis adhuc moramur? adhuc non currimus ad patrem? Cito profer. stolam primam & anulum. Sustinuit filii crimina q non sustinuit nuditatem. Hic est ꝙ a seruis ante voluit vestiri filiū q̄ videri: vt soli pr̄i nota eēt nuditas: quia pater solus nuditatem filii videre nō potest. Cito profer. stolam primam. Non dixit: Vnde venis? Vbi fuisti? Vbi sunt quæ tulisti? Quare tantam gloriam tanta turpitudine cōmutasti? Sed cito profer. stolam primam &c. Videtis quia delicta nō videt vis amoris. Tantam misericordiam pater nescit. Delicta q discutit prodit. Et date anulum in manu eius. Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solam nisi pristinum restituat & honorem. Et calceamenta in pedibus eius. Q꞉ pauper rediit q diues abscesserat. de tota pr̄is substātia calceamēta in pedib⁹ nō reportat. Date calceamēta in pedib⁹. ne vel ī pede remaneret enormitas nuditatis: vt calceat⁹ anterioris vitæ rediret ad cursum. Et adducite vitulum saginatum. Cōmunis vitulus nō sufficit nisi primus. Vitulus pinguis testat̄ paternę pinguedinem charitatis. Erat filius eius senior in agro. ¶Erat in agro terrā percolēs, se desertans. duritiam soluit cespitis, cordis prædurat affectū sentes eradicat & gramina, stimulos inuidiæ non euellit. Sic in segete cupiditatis fructū zeli colligit & liuoris. Audiuit inquit, symphoniam & choros. Inuidum fugat symphonia pietatis. O zeli timor. Duos non capit dom⁹ ampla germanos. Et quid mirum est? fecit hæc inuidia. Fecit vt mundi tota duobus esset angusta fratribus latitudo.

Gillebertus.

Q꞉ multis indulgeat dominus quibus tamen delectationis suę copiam non indulget.

¶Surgam & vadam ad patrem meum. Surgendum est ei qui in montana vult cum Maria conscendere. Prudenter ait Surgam: iturus ad eum qui in cælis est patrem: sed nimis exilem & macilentam spem reposuerat in sinu suo, mercenariam conditionem patrem rogaturus. Modeste quidem pro meritis: sed de paternę miserationis copia humiliter nimis & iniuriose sentiēs: vere famelici dans in hoc animi indicium & inedia confecti. Dicam inquit ei. Pr̄ fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Nō enim poterat ieiunam & macram spem ad maiora porrigere. Surgam, inquit, & vadā ad patrem meum. Iste de quęrendo nil mouetur patre, tm̄ de flectēdo sollicitus: quæ autem sponsa est certa de gratia, postulat præsentiam tm̄. Surgā, inquit, & cir. ciui. p v. & pl. q. q. d. a. m. inuentionē sufficere reputās. Vide si non in p̄senti hæc possit obseruari distinctio qm̄ patris exposita est & parata cunctis indulgentia: deliciæ vero fugaces & reconditę & gaudentes latibulis. Ideo ille dicit, Vadā. Illa vero, Quærā.

Deniq; & pater occurrit pœnitenti. Sponsus se subducit diligēti. Misericordia eñ sui profusior est: delectatio parcior.

Vverricus. de prodigo filio.

X ¶Cū adhuc lōge esset vidit illū pater & mi.m. est: & ac.ce.su.col.e.& osc.est e. Quantum hæc verba sonare videntur, tardius videbatur patri filio veniā dedisse, q̄ illi accepisse. Sic festinabat absoluere reum a tormento cōsciētiæ suæ qua si plus cruciaret misericordem cōpassio miseri q̄ ipm miserū passio sui. Neq; hoc dicim⁹ q; in natura incōmutabili humanos ponamus affectus: sed vt i amorē illius summę bonitatis noster affect⁹ dulcescat: dū ipam plus nos amare q̄ ipi nos amemus ex filitudine discim⁹ hūana. Vide aūt quō vbi abūdauit delictū supabūdauit gr̄a. Reus vix sperare poterat veniā: Iudex immo nō iā iudex: sed aduocat⁹ cumulat gr̄am Cito inqt pferte stolā primā &c. Verū vt hæc oia ptercam. s. stolā primā. i. sanctificationē sp̄us q̄ baptizatus induit, & pœnitēs reinduit: Anulū fidei quo subarrat: Calceamēta qbus ad calcāda serpētū venena munit, vel ad euāgelizādū pparat: Vitulū saginatū q ei in altari immolat Festiua illa gaudia q̄ p recepto indicta filio toto celebrant cœlo: Vt hęc iquā oīa taceam⁹ & doctoribus tractanda seruemus: amplexus ille & osculū pietatis paternæ qd nō habet gratiæ & dulcedinis? qd nō felicissimi gaudii? qd non sanctissimę voluptatis? Cecidit inqt super col.e. & osculatus est eū. Cū sic sup eū affectabat qd agebat amplectēs & osculans nisi illū sibi vel se ipm illi īsinuabat se illi īspirabat: vt adhærēdo sibi vnus secū fieret sp̄us: sicut adhærēdo meretricibus vnū cū eis corpus fuerat effect⁹? Pater erat illi: summæ mīæ viscera suæ miserationis nō claudere miseris, in ipa sua viscera eos trahit suisq; inserit mēbris. Q̄ si tāta est gr̄a pœnitētiū q̄ erit gl̄ia regnātiū? Si ista sunt solatia miserorū q̄ erūt gaudia beatorū? Et q hoc pro gat in via qd seruat in patria? Vtiq; qd in cor hoīs nō ascēdit: vt ei similes simus & sit de⁹ oīa in oībus. Iā vero tu beate peccator: licet nō ideo beatus: qa peccator: sed qa pœnitēs de pctō: qd tibi rogo animi erat inter amplexus patris & oscula cū ppe desperatū refouebat? cū cor mūdū tibi innouās salutaris sui lętitiā refundebat Et quō inqt sermo explicabit qd mēs nō capit? Inenarrabiles gemit⁹ & īexplicabiles sūt affect⁹ quos de īcōphēsibili velut īpregnat⁹ pturit animus. Angustū est eis cor hūanū: vñ & scissum effundit seipm: & ardorē quē cōcipit: sed non capit, quibus potest modis lachrymis gemitus suspiriis euaporat ac digerit. Nūc quoq; ad te reuersus, cū hinc abūdātiā delicti tui illinc sup abundātiā gratiæ pensas: quid tibi parit cogitatio tua? Quid inquit? Intolerabilis in meditatione mea exardescit ignis, illinc dolore & pudore, hinc gaudio & amore. Nō me hoīem putarē: sed lapidē: si ita cordis duri existerē: vt me ipm non dolerē vel erubescerē: vel ita nequam & ingrati: vt nō totus in gaudium vel amorē illius patris liquefierē. Custodi igit o felix peccator, custodi sollicite ac vigilanter hūc spiritum tuū, hūc iustissimū humilitatis ac pietatis affectum: quo semp ita de te sentias in humilitate: de dño in bonitate: illud semp memoriter retinens. Pater iam nō sum dignus &c. Nihil eñ ita patrem promeretur sicut huiusmodi vocis affectus. Nec melius te filiū facies dignum, q̄ si semper confitearis indignum.

De laude humilitatis.

¶O felix humilitas pœnitētiū, O beata spes cōfitētiū: q̄ potēs es apud oīpotētē, q̄ facile vincis inuincibilē, q̄ cito tremēdū iudicē conuertis in piissimū patrē. Deniq; humilitas nō solū peccatores iustificat: sed etiā iustos consummat. Ipsa Y siquidē est oīm virtutū maxima: cū tñ virtutē esse se nesciat. Ipsa fere oīm radix, & seminariū fomes & incētiuū. Ipsa cumulus & fastigium, & custodia, & disciplina. Ab ipa incipiūt: p ipsam proficiunt: in ipsa cōsummant: per ipsam cōseruantur. Cūq; oibus vt virtutes sint tribuat, si qua earū defuerit, ipsa alterius defectum perficiens dispendium illius de se compensat.

Gillebertus. Cum q̄ta pietatis familia pater occurrat filio reuertenti.

¶Cū adhuc lōge eēt vidit illū pater s.&c. Mēs Z sapiētis, vt ait beatus Ambrosius, hospitalis debet esse. Mens eñ hospitalitatis officio fungit cum delinquentiū fratrū culpis compatit. Habet hæc domus ministros suos qui hospitibus seruiant. Pulsanti eñ ianuam peregrino charitas aperit: intrantem hilaritas recipit: receptū affabilitas detinet: esurientem collatio pascit fesso hūilitas seruit. Hęc hospiti debent: hæc reuertenti filio pater exsoluit. A longe eñ veniētem videt: occurrit: amplectit: occidit vitulū saginatū: ordinat chorū: symphoniā tangit. Sic & sp̄ualiū patrū pietas delinquentē discipulū cum per pœnitentiam redierit, longe venientē videt cōpatiendo: occurrit indulgendo: amplectitur sibi familiarem faciēdo: occidit vitulum saginatū mortificationē pdicando: Symphoniā tangit morū concordiā & vnitatē edocendo. Inuitat igit pietas desperantē: īuitū charitas trahit: iratū mīa pacificat: hilaritas securū reddit affabilitas familiarē: familiaritas secretū aperit Apertio secretorū amicitiā seruat. Morū concordia facit amicum proximo: humilitas Deo.

Sed dum hæc fiunt timeo ne frater ille qui foris erat superueniat & dicat. Pater tot annis seruio tibi &c. Reuera ille dicit esse extra domum cōpassionis q nescit beneficiū cōsolationis: q tā tū nouit increpare nō obsecrare. Sic tñ tēperanda est mīa regentis, ne īpunita remaneat culpa delinquētis. Sic qñq; spūales patres quosdā recipiunt quos fratres despiciūt: domū cōpassionis intrare dedignant: & q fratribus compati debuerūt crudeliores plātis fiūt. Ouē pditā Christus ad caulas violēta manu nō reduxit: sed humeris ppriis impositam reportauit. Sed & angeli super vno pctōre poenitentiā agente gaudent. Quid igit? Cōcordāt angelus & creator dū cōuertit peccator: & frater fratri dedignat cōpati cū pater spiritualis misericorditer ignoscit filio delinquenti.

Galfridus.

Explanatio lectionis de villico.

16. A HOmo quidā erat diues q habebat villicum &c. Diues erat q dixit & facta sunt oīa. Diues: qa meū est inquit aurum & argentū. Immo vilissimū eius marsupiū creā tātū monetā hñs psens seculū est: qđ expositū ē etiā seruis & inimicis. Oīno aūt incōparabiles eiusmōi opibus diuitiæ spūales & indeficiētes thesauri. Villa est vita nostra: & dū terrenis actibus occupamur, in rure degimus nō in ciuitate. Nec te dñm æstimes huius villæ: sed villicū: nō possessorē: sed custodē. Cōmissa est rationi tuę, fidei tuę, ex quo puenisti ad ānos discretionis & dimissus es in manu cōsilii tui. Noli igit esse securus. Veniet aliqñ dñs villæ & a suo exiget villico rōnē. Caue igit ne diuersis interim seruias vitiis: ne vel cogitationes habeas dissipatas. Alioqn dicet tibi deus. Quid hoc audio de te? Redde rōnē villicationis tuę. Misericors dñs futurū nobis iudiciū nō occultat. Bona dñi dissipās villic⁹ rōnē reddet: pdet villicationē. Sed quā rōnē reddet hō vl' de verbo ocioso qđ sine rōne platū ē? Felix quē sua ī eiusmōi articulo cōsciētia cōsolat: q non dissimulauerit interim de cōmissis suis purā facere cōfessionē suscipere paternā correptionē: dignā exhibere satisfactionē. Et ait seruus intra se. Quid faciā? qa dñs meus aufert a me villicationē. Nūc primū dñm recognoscit. Dñs est: licet ei qđ vult facere: resistēdi nulla facultas. Amissa aūt villicatione nihil post mortē aget deinceps hō p arbitrio suo: nec pmerēdi tēpus erit: nec īpetrandi nec operādi facultas: nec vtilitas supplicādi. Fodere ait nō valeo: vt in agro actionis thesaurū salutis inueniā. Mēdicare erubesco: ne audiā. Ite potius ad vendentes. Igit ne erubescas interim dū adhuc vtilis est mēdicatio: ne pigriteris dū fodere vales. Scio inquit qđ faciam: vt cū amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Vtinā saperes & intelligeres ac nouissima prouideres. Ad hoc eñ misericors iudex irā minat vt ignoscat: ad hoc arcū tetēdit vt parcat. Multos īuenire est ī villa nostra debitores ipsi⁹ sed duo sūt pcipui: p quos ego obediētiā & poenitentiam arbitror designari. Debet obedientia mādatorū executionē: debet poenitētia pro cōmissis satisfactionē. Cęterū obediētia nostra qcqd agat si charitatē nō habet nihil ē, de ea nāq; dicit, q cētū cados olei debeat: perfectā, s. iocunditatē, q̄ sola trāsit ad dexterā, ex hac vita, s. ad futurā: qñ fides cessabit & sciētia destruet. Scribe inqt quinqginta. Hic nūerus ad septies septē solā adiicit vnitatē. Qui aūt sunt septies septē nisi vniuersaliter oēs? Hæc sunt vasa nō pauca in q̄ pcipit Heliseus oleum mitti sine vlla exceptione: cū oībus hoībus qđ ex nobis est pacē haberi: qbuscūq; poterim⁹ beniuolētiā grām & misericordiā exhiberi. Sit etiā vnitas cū septenario: vt ad vnū oīa colligat: vnā requirat. Scribe inqt quinquaginta. q̄si dicat, habe hanc charitatē & fac qcqd vis. Sufficit hoc obediētię: qa hoc ē mādatū maximū. Poenitētia triticū deb3, i. cōtritionē: & cētū choros, i. pfectionē. Quid autē est Scribe octoginta? Firmiter tene: qcqd in hac vita minus feceris, exigēdū grauiter in futura. Hæc est octogesima qua purificat mulier q̄ foeminā parit. Et octoginta cōcubinę q̄ post filias Sion, i. virtutes angelicas, & sexagita reginas, i. pfectas aīas masculū pariētes, Reginā vnicā laudāt feliciter ascēdētem. Nā adolescētulę q̄ oino nō pariūt, a nūero & laudibus excludunt. Q̄z vtiliter sese instituit ad obediētiā q scribere admonet quinqginta. Sed & vehemēter accendit ad poenitētiā si īcessanter ei rō suggerit, Scribe octoginta: vt studeat magis magna redimere paruo pcio: qa nō erit huic similis illa purgatio. Sic laudat villicus iniqtatis: & prudētiores iueniunt filii hui⁹ seculi ī gñatiōe, i. cōuersiōe sua filiis lucis: videlicet pctōres q poenitētia īdigēt.

De Lazaro & diuite.

¶Homo qdā erat diues & induebat purpura B & bysso &c. Nolite ait dñs iudicare scđm faciē: sed iustū iudiciū iudicate. Quis eñ nrm hodie si videret hic diuitē purpuratū & illinc Lazarū hulcerosum, nō magis alterū beatificaret, nō alteri poti⁹ inuideret? Interroget qsq; cōsciētiā suā & post euāgelici testimonii certissimā oībus veritatē: si illū sic procedentē, istū videat sic iacentē, cui malit similis fieri: cui⁹ sortē sibi potius cupiat e duob⁹. Oēs in sinu Abrahę foueri cū Lazaro mag optam⁹ q̄ in illis gehēnalib⁹ flāmis cū diuite sepeliri. Et væ miseris: nolumus

ire quo volum⁹ puenire. Sed & vix aliqs quē nō libeat ire quo puenire nemo quē libeat. Sciētes & prudētes in illā quā edimus & timemus flā mā mittimus manus, mittimus linguas, mittimus corpora simul & aīas in gehennā: dum pręsentia magis attēdimus q̄ futura. Lazarus iste mēdicus plenus hulceribus iacēs ad diuitis ianuā & terrenę facultat[& corporeę inops sanitatis: nec vilis saltē tugurii habitaculo tegebatꝫ Ad hęc aūt & escę desiderio & eiusdē affligebatur inopia: & hūano destitutus solatio sic iacebat vt nō esset q eius non dico tergeret hulcera vel curaret: sed q saltē canes abigeret. Felix tū quicqd sensus renūciet, q̄libet visus horreat & carnalis reluctetꝫ affectus. Vero qdē iudicio vere felix. Contigit em̄ vt moreretꝫ & portaretꝫ ab angelis in sinū Abrahæ. Mortuus est aūt diues & sepultus est in inferno. Videbatꝫ ad dexterā dn̄i stare dū viueret: sed moriēs statim inuētus est ad sinistrā. Videbatꝫ & paup posit⁹ ad sinistrā dū multipliciter affligeretꝫ. Sed ad dexterā factus est dū in sinū Abrahę portaretꝫ. Sic cācellauit manus patriarcha Iacob dū filios Ioseph bn̄diceret. Itaq; illi ponunꝫ ad dexteram q inter cęteros iterim obtinēt pricipatū, q in hac vita ꝑualēt & ꝓsperanꝫ. Ad sinistrā vero qui in loco recūbūt nouissimo. Erit autē cū manibus cācellatis incipiēt & qui bona recipiūt cruciari & cōsolari similiter qui mala.

Petrus Rauennas. de diuite & Lazaro.

C ¶Homo qdā erat diues & induebatꝫ &c. Vsq; Sepultus est in inferno. En fratres q̄ rerū lamētāda mutatio. Pauperē portāt angeli: diuitē deglutit īfernus. Quare ergo sic exequiarū pōpa mentitꝫ? In obsequiū diuitis migrat tota ciuitas cū fun⁹ effertꝫ. Pauper vadit solus. Pauperē portat duorū miseratio baiulorū: nec quatuor vt mortuo: sed duo sub vno vecte quasi proiiciēdo oneri portitores addicunꝫ īuiti. Merito mox ei officia deputanꝫ angelica: cui tā crudeliter negata sunt ipsa extrema humanitatis. Funus diuitis antecedit lugubris turba seruorum. Feretrū pauperis ꝓcedit angelorū psallētiū multitudo. Sequitꝫ. Et portaretꝫ ab angelis ī sinu Abrahe. Sed cur Abrahā sic ambit pauperē, diuitē sic refugit, & refutat? Nōne & ipe diues fuit? Reuera diues fuit, ſ3 pauperi nō sibi: & opes nō habere, sed perogare gestiuit: magisq; in sinu pauperis, q̄ in horreis recōdere suas studuit facultates. Sicut toto vitæ eius ordine perdocetꝫ. Extorris patria, domus nescius, ipse & dom⁹ oīm fuit & patria: sciens se nō incubatorē: sed dispēsatorē diuinę positū largitatis. Et de eius hospitalitate qd dicā: cū ipm deū ei⁹ humanitas ad se inuitauit & cōpulit hospitari? Vnde & nūc parū se beatū credidit si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio: & solus donis frueretꝫ diuinis: q hic humana bona crudelem se credidit si vnq̄ cuiq̄ negaret. At iste diues immo diuitiarū captiuus & ipsis cēsibus cōpedit⁹, in quo pietatis totus vtiq; & visus defecerat & auditus, nō iā personam nō pauperē sed ipsam mīam despicit. Ad ianuā suā Lazaro sic iacente purpura bysso epulis blandis ferrea viscera crudelis aīo nutriebat. q deus humanæ salutis auidus inquisitor emollire cupiēs nō tā Lazarū q̄ ipm pietatis cōflatoriū eius ꝓiecit ad ianuā. Conflatoriū dixi propter ferrea viscera. Census aūt magis ac magis diuiti adaugetꝫ: sed ipse adamāte durior. qcqd deus pauperis propter alimoniam cumulabat in cēsum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat Itē vt nō taceret, vt clamaret, fames pauperi adaugetꝫ. Cupiēs ingt saturari de micis &c. At diues variis crapulatus ferculis īdigeriā suā ructabat ad cœlū, ne vocē pauperis æstuātis audiret. Itē deus qa obturatis aurib⁹ vnius oris nil erat vox clamātis, ad aperiēdū cor diuitis totū corpus pauperis vulnerib⁹ aperit: vt ī admonēdū diuitē tot essent paupis ora quot vulnera. Soluunꝫ viscera, hulcera ꝓducunꝫ, sanies effunditur, & tota pauperis caro componitꝫ in scena pietat[: vt quē vox esuriētis nō mouerat, vel suspiria, dolores, gemitus, tota ærūnarū cōgeries cōmoueret. Sed diues superbo oculo & insatiabili corde hęc oīa & audire, & videre, & sentire contēnit. Sed & canes veniebāt & lingebāt hulcera eius. Nouo mō humanitatis ordo mutatꝫ diues pauperē nec cadētibus de mēsa micis pascit: & Lazarus pauper qa alias nō habebat etiā de carnibus suis canibus humanus extitit. Verū illi nō ad morsum dētes: sed ad obsequium linguas sic ꝓducūt vt ī modū spōgię nō vexēt vulnera: sed detergant. Diues in canibus tuis famē pietas vicit: in te impietatē saturitas non euicit. Pater Abrahā miserere mei. Bene diceres si Lazarus in sinu residēs ipm pectus iudicis nō teneret. Gratis rogat iudicē quē sic innocēs cōfessor accusat. Mitte Lazarū. Quo? Ad infernū de gremio patris, de solio sublimi ad profundissimū chaos, ad tormētorum stridorē de sancta quiete, & de tāto silētio beatorū. Et mitte Lazarū. Vt video qd agit diues nō ē nouelli doloris: sed liuoris antiqui, & zelo magis incenditur q̄ gehēna. Est graue malis, est illis incēdiū nō ferēdū, quos aliquādo habuere cōtēptui videre felices. Quia crucior in hac flāma. Quid ē diues? Ab ęstu byssus nō defendit? Purpura nō resistit inferno? Vt itingat extremū digiti sui ī aquā. Puto diues ꝙ & aquam pauperi tu negasti. Vt intingat extremitatē digiti sui in aquā. Ergo iuxta te est aqua. Et si iuxta est, quare de

proximo nõ p̃sumis? Quare? Quia vinctæ sunt manus meę. Merito diues, q̃a solutis in debilitatẽ Lazari manibus subuenire tẽpsisti. Debet hõ debilibꝰ sua mẽbra ptiri: q̃ Iob nõ dare: sed reddere se dicebat. Ego inquit oculus fui cęcis &c.

Bernardus. Q̃ eos qui in p̃senti bona sua receperint, æternus maneat cruciatꝰ.

D ¶Memẽto fili quia recepisti bona &c. Inuenire est multos qui dicãt. Quid peccamus? Bona est oĩs creatura dei. Nostra licite possidemus: nostris vtimur facultatibus, & rapinis, & latrociniis abstinentes. Non pascetis in cruce coruos. Ego sane diuitẽ illũ cuius Saluator meminit in euãgelio, in nullo horũ audio accusari. Induebatur purpura & bysso: quotidie splẽdide epulabatur. Si crudelitatis arguit̃ q̃ substãtiam mũdi habẽs, & vidẽs fratrẽ egere, clauserit viscera sua ab eo: Quid Lazaros esuriẽtes, nudos, ægrotos: & plus de iumẽtis: plus de equorũ phaleris q̃ de istorũ miseriis cogitãtes? Sed ad tremẽdũ iudiciũ Abrahæ veniamꝰ. Nõ eñ Abrahæ: sed dei Abrahę sñia est. Memẽto fili &c. Verũ vtrũ q̃ est: nõ potest oĩno negari: ser sentẽtiã: q̃a paucis exp̃ssa totiꝰ negocii est: ille bona & iste mala recepit. Quid mõ? Nunc aũt ĩq̃t hic cõsolat̃: tu vero cruciaris. Expergiscimini ebrii & flete. Terribilis in iudiciis est deus super filios hoĩm Hæccine cruciatuũ causa tota q̃ in hoc seculo bona recepit? Ipsa plane. Neq̃ eñ nos ad hoc de paradiso voluptatis aĩaduersio diuina eiecit, vt hic alterũ sibi paradisum adinuẽtio humana p̃pararet. Homo ad laborem natus si nõ facit ad q̃d natus est, si. s. laborẽ refugit, ad q̃d venit in mũdũ, q̃d respõdebit ei q̃ misit eũ: q̃ vt laboraret instituit? Memẽto ait q̃ recepisti bona in vita tua. Si talis est finis, si tale est iudiciũ, vt extrema gaudii luctus occupet: nunq̃d nõ p̃ferenda sunt in hoc seculo mala bonis? Cæterũ si sic cruciãdi sunt qui ĩ vita sua bona recepęrũt, & habẽtibus cõsolationẽ p̃sentẽ væ intentat̃ æternum: cũ sint aliqui iuxta sapiẽtiã carnis scientes reprobare malũ & eligere bonũ: quis eorum poterit esse finis si secũdũ multitudinẽ cõsolationũ suarũ dolores obtinuerũt aĩas miserorũ? Cõsequens eñ videt̃ vt bona oĩa & oẽm seculi huiꝰ recipiẽtes cõsolationẽ nihilominꝰ vniuersum vę, & vniuersi maneãt cruciatus. Illi vero q̃ cõtrario ducti spũ vitæ p̃sentis oĩa bona respuũt, & eligũt mala oĩa, oĩa quoq̃ bona domini sui & omnem habituri sunt consolationem.

Petrus Rauennas. Q̃ oculus nisi cum virtuti paruerit, nunq̃ debeat auolare.

17. E Attẽdite vobis. Quo ista tendit admonitio p̃ter vsum? Attendite vobis. Vagus oculus, passiuus intuitus, ĩprobꝰ aspectꝰ suas nõ respicit ad ruinas: alienos currit, & decurrit ad lapsus: sua cæcus ad crimina ad aliena errata plucet: malorũ suorũ nescius, alienorũ est accusator & testis: suiq̃ tepidus ad reatũ, ad alterius & innocentis flãmat̃ & excãdescit examẽ. Vobis igit̃ attẽdite vt oculus aĩę sit fenestra, mẽtis speculũ, mẽbrorũ dux, nõ introitus vitiorũ. Nã ideo in orbẽ fit aspectus: arctat̃ angustissimus in pupillã: q̃tinus moderante visu videat nõ inuideat, p̃uideat, nõ p̃ripiat.

Q̃ fratris improbitas phrenesi mentis ascribenda sit non personæ.

¶Si peccauerit in te frater tuus increpa illum. F
Increpa illũ iudex, vt frater remitte q̃a libertati charitas & terrorẽ cõprimit, & suscitat fratrẽ. Furit frater, ascribe ægritudini, tu illum iuua vt frater. Nec furẽti ĩputa cõmissum: sed febri vt illiꝰ sanitas ad tuã gloriã recurrat: illius venia tuũ redũdet ad p̃miũ. Siquidẽ bona semper est venia: sed tũc dulcissima cũ debetur.

Bernardus. Q̃ quædam sunt quæ facta habent meritum non facta reatum.

¶Cũ feceritis oĩa quæ p̃cepta sunt vobis, dicite G
serui inutiles sumꝰ. Sũt q̃dã q̃ cõstat nõ fieri sine gloria: posse tñ nõ fieri sine culpa. Ideoq̃ digna esse p̃miis si fiãt: nec tñ suppliciis si nõ fiãt. Nã nõ tãgere mulierẽ, meriti est nõ mediocris & nullius tñ delicti p̃priã amplecti coniugem. Istiusmõi sunt q̃cũq̃ illi ca. euãgelico cõgruere p̃nt. Qui põt capere capiat. Et rursum q̃dam p̃ cõtrariũ: neglecta q̃dẽ offensam cõtrahũt, ĩpleta gloriã nõ merent̃: & damnãt cõtemptorem & actorẽ nõ glorificãt. Talia sunt q̃cũq̃ diuinitus lege pub. ĩponunt̃ hoĩbus: sine q̃bus nec saluari q̃ũt. Hinc illud apd̃ gẽtilẽ. Nõ feci furtum nõ pasces ĩ cruce coruos. Et in euãg. Si diligitis eos q̃ vos diligunt: quã mercedẽ habebitis? Nõne & Ethnici faciũt hoc? Et vniuersaliter. Cum feceritis oĩa q̃ p̃cepta sũt vobis. & Acsi dicat. Si solis cõtẽti estis p̃ceptis & traditionibꝰ ĩpositæ legis, & nõ spõte etiã vos p̃fectionis consiliis & suasionibꝰ mãcipatis, liberi q̃dẽ estis a debito: sʒ nõ p̃ merito gl'iosi: euasistis pœnã: sed nõ acquisistis coronã. Eapropter in talibꝰ gñalis hæc regula teneat̃: vt ĩ difficiliorībꝰ q̃dem agẽdis obeditio gratior q̃ grauior p̃uaricatio iudicet̃. Et in facilioribus minusq̃ onerosis contemptus p̃niciosior q̃ actus gloriosior iudicetur.

Quãtum malum sit ingratitudo.

¶Nõne. x. mũdati sunt &. ix. vbi sunt? Nõ est inuẽtꝰ q̃ daret gl'iam deo nisi hic alienigena. Multos videmꝰ vsq̃ hodie satis ĩportune petentes q̃d sibi deesse cognouerũt: sʒ paucos nouimꝰ q̃ dignas sup acceptis bñficiis g̃ras agere videantur. Nec est rep̃hensibile q̃ instãter petimꝰ: sed petioni negat effectũ q̃ ingrati inuenimur. Et forte etiã clementiæ esse videtur ingratis negare quod postulant: ne contingat nobis vt tanto H

grauius de ĩgratitudine iudicemur,q̃to magis
accumulatis beneficiis ingrati probabimur exti
tisse.Ergo mĩæ res est in hac parte subtrahere
mĩam:quẽadmodũ iræ & indignationis,mĩam
exhibere.Eã sane de q̃ loquit̃ dñs p pphetã.Mi
sereamur ĩpio &c.Qꝫ mltos eñ videm⁹ & plã
gim⁹:q dũmõ maneat habit⁹ & tõsura salua si
bi oĩa arbitrãt̃:nõ cõsiderãtes miseri quẽadmo
dũ ingratitudinis vermis interiora corrodens
ob hoc tantum corticẽ eũ quẽ vidẽt transfora
re dissimulet,ne forte recogitent & erubescant
ipsaqꝫ verecundia emẽdent̃. Qui sic interdum
ĩ nõnullis cõsumpta eẽ p̃sumit ĩteriora vniuer
sa vt nõ vereat̃ ad ea quoqꝫ q̃ foris apparent ve
nenatũ pducere caput.Nisi forte quos videm⁹
aperte apostatare a deo repẽte pessimos fieri ar
bitramur:& nõ magis paulatim defecisse cum
comederent alieni robur eorũ & nescirent.Vi-
des ergo nõ oĩbus prodesse ꝙ a lepra secularis
cõuersationis cuius pctã manifesta sunt,emun
dantur:sed nõnullis peius in occulto ĩgratitu-
dinis hulcus oriri:qđ tãto periculosius fit q̃to
interius.Et bene saluator in euangelio.ix.illos
vbi sunt q̃rit:qa longe a peccatorib⁹ salus.Nec
sine causa in nouenario inuenti sunt qui nõ re
deunt ad Saluatorẽ.In quo.s.numero quaterna
rius qnario iungit̃,& est nõ bona cõmixtio cor
poreæ sensualitatis & euãgelicę traditiõis.Qđ
tũc fit cum sic volumus euangeliis obedire:vt
quinqꝫ corporis sensus pariter oblectemus. Fe-
lix aũt Samaritanus ille q cognouit se nil habe
re qđ non accepisset:& idcirco seruauit deposi
tũ,& cũ gratiarũ actione ad dñm est reuersus.
Felix q ad singula dona gratiæ redit ad eũ in
quo est plenitudo gratiarũ: cui dum p accept[
nõ ingratos nos exhibem⁹ locũ in nobis facim⁹
gratię.Oĩno eñ nos sola a pfectu cõuersationis-
impedit ingratitudo nostra:dũ quodãmõ perdi
tũ reputãs qui dedit qđ ĩgratus accepit,cauet
sibi de cętero,ne tãto plura amittat,q̃to plura
cõferat ingrato.Felix pinde qui se alienigenã
reputãs etiã p minimis qbusqꝫ bñficiis nõ mini
mas refert grates,gratuitũ eẽ nõ dubitãs neqꝫ
dissimulãs qđ alienigenę ĩpedit̃,& ignoto.Nos
autẽ miseri & miserabiles cum initio dũ adhuc
nos alienigenas ęstimamus timorati satis & de
uoti satis & humiles inueniamur tã facile post
modũ obliuiscimur q̃ gratuitũ fit qđ accepim⁹
& p̃sumentes non bene de familiaritate dei nõ
aduertimus ꝙ mereamur audire:qm̃ inimici
hoĩs domestici eius.Facilius eñ tunc offendi-
mus eũ: quasi nõ grauius tũc q̃ a nobis admit
tunt̃ iudicãda nouerim⁹ esse:cũ legam⁹ in Psal.
Qm̃ si inimic⁹ me⁹ maledixisset mihi &c.Itaqꝫ
humiliemur magis ac magis sub potẽti manu
dei:& ei non verbo aut lingua:sed opere & ve-
ritate nos gratos exhibeamus.Neqꝫ eñ a nobis
gratiarũ dictionẽ:sed gratiarũ actionem exigit
dominus deus noster.

Galfridus.

Qualiter regnum dei habeamus in nobis.
¶Regnũ dei intra vos est.Verum est si iustitia I
& pax,& gaudiũ in spiritu sancto inueniat̃ in
nobis.Nõ eñ oĩe gaudiũ de regno dei est:sed
gaudiũ spirituale.A iustitia tamẽ est inchoãdũ
Hoc eñ innuit qui dicebat.Primũ quęrite re-
gnũ dei,& iustitiã eius. Iustitia pacẽ parturit:
Pax lætitiã sp̃ualem. Iustitia vero vnicuiqꝫ red
dit qđ suũ est.A teipso incipere libet.Redde er
go tibi qđ tuũ est.Puto aũt si diligẽter vniuer-
sa scruteris,nil tuũ inuenies aliud q̃ peccatum
hoc tibi pprĩũ tibi redde:in alterũ ne refundas.
Quid autẽ proximis reddes?Si sua illis oĩa red
dere velis:nihil in donis naturæ qđ gratię filiis
nõ cõmunices.Nõ immerito ergo nec sine cer
ta rõne pctm̃ quis suũ dicit:cętera oĩa nostra
inuicẽ dicimus,nemo sua.Quęcũqꝫ vero terre
na,sunt terrigenis cõicanda,& filiis hoĩm:qbus
vnã oĩbus terrã dedit ab initio deus.Porro spi
ritualia cõicãda accepim⁹:in alterutrũ admini
stramus tãq̃ boni dispẽsatores multiformis gr̃ę
dei.Siqs eñ ĩnotesceret nobis alien⁹ ab hac gr̃a
nec orãdũ:nec p̃dicãdũ ei:neqꝫ qcq̃ deiceps eẽt
impartiẽdũ gr̃ę sp̃ualis.Sed certissime ĩnotesce
ret dixi:vt nemo a nobis temere reprob⁹ iudice
tur ex his q̃ credunt̃ aut vident̃ in eo.Qꝫ si illa
naturę societas crudelitatẽ tenaciũ hoĩꝫ arguit
hęc sanctoꝝ cõmunio pie cõsiderãtib⁹ & amo
rẽ fraternitat[,& lętissimã quãdã fiduciã parit:
dũ electoꝝ oĩm oĩa,& nũc interim merita & p̃
mia nihilomin⁹ in futuro p eã pbant̃ eẽ etiã sin
guloꝝ.Sicut ei ĩ vno corpore mlta sũt mẽbra:
nec eũdẽ hñt oĩa actũ:sꝫ quẽ nõ hñt ĩ semetipis
hñt tñ in aliis p eiusdẽ corporis vnitatẽ,multo
veri⁹ & expssi⁹ electoꝝ oĩm vnũ caput & vnũ
est corpus:& singuli inuicem membra.

Cassianus.

Quib⁹ indiciis dei regnũ vel diaboli discernat̃. K
¶Regnũ dei intra vos est.Intra nos nihil aliud
esse põt q̃ sciẽtia aut ignoratio veritatis:& vel
vitiorũ amicitia vel virtutũ.Per q̃ aut diabolo
aut Christo regnũ param⁹ in corde.Cui⁹ etiã
regni q̃litatẽ describit apl's ita dicẽs,Nõ est eñ
regnum dei esca & potus:sed iustitia,& pax,&
gaudiũ in sp̃ũ sancto.Itaqꝫ si regnũ dei ĩtra nos
est,& ip̃m regnũ dei iustitia,& pax,& gaudiũ:
ecõtrario illi q ĩ iniustitia,& discordia,& tristi
tia mortẽ operãte versant̃,in regno diaboli &
in inferno ac morte sunt cõstituti.His eñ indi
ciis vel dei vel diaboli discernitur regnum.

Galfridus.

Q₂ inter continua pericula iugiter sit orandū.

18. L Oportet semper orare & nunq̄ deficere Si hoc fidelibus vniuersis ex dominica est admonitione sectādū, specialiter tamē monasticæ ꝓfessioni noscit̃ cōuenire. Ea siquidem Danielis ꝑsona significat̃ & nomine. Vir em̄ desideriorū vir etiā orationū est. Et bene semp̄ orat q bene semp̄ optat sine ītermissione. Efficacius em̄ apd̄ deū vota q̄ verba clamāt Et cōtinua cordis affectio iugis oratio ē. Felix Daniel aduersus quē occasio nulla nisi de lege dei potuit īueniri. Felix q maluit ꝑiculū mortꝭ īcurrere q̄ ab oratione cessare. Q̄to magis nos q̄bus imminet mors dissimulantibus, orantib⁹ promittit̃ vita, semp̄ orare cōuenit? Quid em̄? Offendit in via iumentū cui insides: aut forte qua veheris periclitat̃ nauicula: nunqd nō diuinū ꝓtinus inclamas auxiliū? Cesset oratio quotiēs deest necessitas, quotiēs nullū tibi imminet periculū, grauius etiā ipsa corporis morte periculū. Sed si nescis, Militia est vita hoīs sup terram: & cōtinua colluctatio aduersus nequitias spūales. Neq₃ aliud forte discrimen grauius potest aut periculosius īueniri: q̄ dissimulatio ipa periculi. Nunq̄ igit̃ deest orandi necessitas vbi nunq̄ est vera securitas.

Gillebertus.

Q₂ Pharisæus deo displiceat placens sibi.

M ¶Duo hoīes ascēderūt ī tēplū vt o. &c. Pharisęus bona sua enūerat: Publican⁹ sua crimīa cōfitet̃. Vnde & iustificatus præ illo descēdit. Vere ofo vere humiliantis se ipsas nubes penetrat Vides quō ascēdit odoramētū humilis orationis? Ascēdit Pharisęus in templū vt oraret: sed ofonis eius odor nesciuit ascēdere. Dona ĝrarū diuinitus sibi collata secū reputat & q̄si vnguēta recēset. Nō sum inq̄t sicut cęteri hoīm, raptores, iniusti, adulteri. Audi ṗ q̄bus vnctū se gloriat̃. Gloria eius in confusione aliorū. Non magna gloria: magna tamē sibi videt̃: ipsi redolet, nō tamē sup aromata: sed sup sulphura cęterorū. Ieiuno bis in sabbato. Pharissæe, tu de teipso testimoniū phibes: testimoniū tuū nō est verū. Duo q̄dē in oratione tua nō tā redolent q̄ fœtent, tumor & tepor. Tumor est in eo ꝙ Publicano īproperas. Tepor q̄dē ꝙ nihil oīno rogas. Quō em̄ nō tepebit ofo elatiōis vēto & inanitate satiata? Pharissęe nō oras: sed effers teipm̄.

Bernardus.

Q₂ deo nō oīs gratiarū actio sit accepta.

N ¶Deus gratias ago tibi. Sciēdum ꝙ non oīs gratiarū actio accepta est deo: nisi q̄ de cordis pudica & mera simplicitate ꝓcedit. Pudica propter eos qui de malis suis actibus gloriātes deo gratias dicere solēt: quasi deus in ore ipsoꝝ lætetur cū malefecerint, & exultet in rebus pessimis. Audiet q hmōi est. Existimasti inique &c. Mera ꝑpter hypocritas: sicut fuit iste pharisę⁹ q deū de bonis q̄dē verbo ten⁹ ĝlificātes corde retinēt qd̄ ore ṗbuerant. Et q̄m dolose agūt in. cōs. e. inueniet̃ iniq̄tas eorū ad odiū. Illi ipie sua deo mala: isti bona fraudulenter intorquēt sibi.

Isaac Homilia secunda. de eo ꝙ dum aperitur oculus exterior interior excæcatur.

O ¶Et erat verbū hoc absconditū ab eis. Frēs opera verba sunt: & oīa clamāt: sed adhuc qd significēt verba ista nescimus. Nescit em̄ hō vtrū dignus sit amore an odio. De fine sermonis sentētia pendet. Qualis inuenieris, talis iudicaberis. Rogādus es ergo Iesu bone vt coram nobis signum aliqd̄ facias, quo de dubiis certos reddas Cū inq̄t appropinq̄sset Iesus Hiericho, cæcus q̄dā sedebat sec⁹ viā &c. Hiericho luna dicit̃. Cū igit̃ appropinq̄sset vidēs lunæ, cæcus appropinq̄uit soli. Ille tenebris: nā luna aliq̄s tenebras h₃. Iste soli: q totus lux est: & tenebrę in eo nō sunt vllę. Itaq₃ cęcus ad lumē respirat, cū vidēs Hiericho appropinquat. Cū interior hō noster ꝑ inobediētiā superioris. s. dei, & obedientiā inferioris. s. mulieris excęcatus est ad intelligentiā exterior illuminat⁹ est ad cōcupiscētiā. Cū autē exterior infirmat̃ a cōcupiscētia, & eius appropinquat defectus, interior conualescit ad intelligentiam & eius adducit̃ ꝓfectus. Exterior em̄ homo noster hoīs terreni filius est, de terra est, de terra loquitur: terrenus terrena tractat: terrena meditatur: & in terrenis delectatur: ea videns, & ea sapiēs de q̄bus & in q̄bus oriundus. Interior vero quod olim poterat de creatore & suis oculis cernere, & pedib⁹ adire, manu capere, nunc cæcus & debilis sedens mendicat veritatis agnitionē a creatura: dū ꝑ ea q̄ facta sunt factorē inquirit, ꝓprii studii quasi clamore: aut dum foris quærit a magistro qd̄ gerit inscriptum a deo.

Petrus Rauen. de Zacheo publicano.

19. p Ecce dimidium bonorū meorū do pauperibus. Iste post mortem se credidit esse victurū qui dimidium bonorum suorum futuram iam trāsmittit ad vitam. Et merito. Quis enim militans non ad patriam mittit quicquid bellico sudore acquirit vt adolescentię labores, senectus delitiosa compenset? Igitur & Christianus cui militare est id quod viuit in seculo, quomō non cogitat vt pericula terrena cœlestibus ociis cōsoletur? Sequit̃. Et si cui aliquid fraude abstuli reddo quadruplum. Qui de fraude deo offert, cōmemorat crimina

non emendat: quia deus in tali munere exuuias suorum nõ pauperum misericordias intuetur.

Galfridus.

Explanatio lectionis Cum appropinquaret Iesus Hierusalem.

Q ¶Cũ appropinquaret Iesus Hierusalẽ vidẽs ciuitatẽ fleuit sup illã. Q̃z lapideũ cor & vere ferreũ pect⁹ qđ nõ his lachrymis emollit. O dignatio, O cõpassio, O mĩa Saluatoris. Vidẽs ciuitatẽ fleuit super eã. Vidẽs inquã & pũidens perituRã. Sed quare? Eo ꝙ nõ cognouit tẽpus visitationis suæ. Si eñ cognouissent nũq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Ergo in vltionẽ sanguinis ei⁹ nõ ĩmerito deiecta est ciuitas sanguinũ: annos tñ, vt legim⁹, quadraginta expectata ad pœnitentiã post tantũ facinus nõ cõpuncta. In vltionẽ sanguinis eius, q̃ super se & sup filios suos, filii Hierusalẽ fuerãt ĩcrepati. Sicut dñm triginta denariis ad necẽ emerãt: sic de ipsis, vt aiũt, vndecies cẽtena milia fame & gladio pierũt: & cẽtũ milia venierũt. Vę mihi quẽ nec ꝓprii cõsideratio nec alieni cõpassio periculi mouet ad lachrymas. Vę etiã duro cordi qđ ad ruinã inimici vł forte ĩnocẽtꝭ cuiusq̃ lętat. Benign⁹ dñs sup inimicos & iniquos suo perituros scelere lachrymat & ait. Quia si cognouisses & tu. Aĩaduertite vocẽ lugẽtis vocẽ singultiẽtis & sermonẽ quodãmõ ꝑcidẽtis. Quid ẽ eñ Si cognouisses & tu: nisi scđm ꝙ ait beat⁹ Papa Gre. Mecũ pariter fleres? Quid est si cognouisses: nisi vtinã cognouisses? Et quidẽ in hac die tua q̃ ad pacẽ tibi. Dies Hierusalẽ erat dies felicitatis & glĩæ, iuxta illud. Mẽmẽto dñe filiorũ Edom in die Hierusalẽ. Et ĩ sua iterim die q̃ ad pacẽ illi erãt & ad trãsitoriã ꝓsperitatẽ ꝓspicere videbãt: sꝫ abscõdita erãt ab oculis eius: q̃ vẽtura in proximo: iam nũc a dño cernebant. Veniẽt inqt dies in te: nõ dies lætitiæ & iocũditatis: sed dies superuenient quos timere & pręcauere vt debueras neglexisti. Cæterũ si aduerteremus q̃ sequunt quõ cœpit Iesus eiicere vẽdentes & emẽtes de tẽplo: mirũ si nõ lugerem⁹, q̃ tã mltos etiã nũc in ecclesia vẽdentes & emẽtes videmus. Liquet eñ ꝙ ob auaritiã maxime eoꝝ q̃ in tẽplo negociabant, imminere ciuitatis excidia videbantur quando post lachrymas & querelas illi potissimũ sunt eiecti. Quid vero hodie nobis timẽdũ est si de similibus idem iudicium? Si sic dilexit dñs decorẽ domus illius, vbi irrõnales victimę cędebant: Si sic zelatus est ꝑ ea, vt q̃ viderũt recordarent verbi illius: Quia zelus domus tuæ comedit me: Quãto magis zelabit ꝑ domo sua vbi corpus eius & sanguis offert? Domus inqt mea dom⁹ orõnis vocabit. Vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Venditoribus & emptoribus dicit quia in sanctuario dei facta cõmercia non quęcũq̃ negocia: sed latrocinia reputant. Cœpit igit Iesus eiicere vẽdentes & emẽtes de templo. Eiicere cœpit quia nondũ eiecit, & certe timeo ne hodie paucos relinqueret si vniuersos eiiceret. Sed ꝑfecto q̃ cœpit ipse perficiet. Et forte propter hoc maxime pauci inueniunt electi ĩ mltitudine vocatoꝝ, ꝙ vehemẽter excreuerit vẽditorũ nũerus & emptoꝝ. Eadẽ eñ, nec dissimilis vtrorũq̃ ꝑditio. Nisi forte grauior nobis videt lepra Giezi q̃ dãnatio Simonis: & tolerabilior anathematizatio Petri, q̃ ĩterꝑtatio Helisæi. Cæterũ cũ sit morbus vterq̃ grauissimus eo iam ambo perniciosiores quo sibi cõiunctiores. Male enim in malum proficit alter ex altero. Et vtinã nec Simon venditorẽ, nec Giezi inueniat emptorem.

Hugo de Foilleto.

Per q̃ tria mens hoĩs domus dñi prophanet. R

¶Domus mea domus orationis vocabit. Vos autẽ fecistis illam spe. latronũ. Fit mẽs hominis qñq̃ spelunca latronũ: fit domus negociationis fit prostibulũ meretricis. Fit spelunca latronũ quãdo aliquis inuidẽdo fratri suo vt detrahat insidiatur & virtutum spoliet indumentis. Fit domus negociationis, quando ꝑ his q̃ agimus humani fauoris forũ frequentamus: & ibidem vendentes datã gratiam, & ementes vanã gloriam, laudẽ pro bono opere quasi stulti mercatores recipimus. Fit meretricis prostibulũ quãdo in thalamo castę mentis lupanar libidinosę delectationis erigitur.

Galfridus. Q̃z mentis caput leuandum sit in aduersis, in prosperis demittẽdum.

Leuate capita vestra: ecce appropinquabit redẽptio vestra. Nõ ĩmerito verbũ istud ad inuitãdos nos ad deuotionẽ vigiliæ dñicæ natiuitatis assumit: qđ a dño tñ dictũ nõ de prio eius aduẽtu: sed de vltimo innuit. Veniet eñ iterũ: q̃a iam venit: sed non veniet vt iã venit. Sic veniet, aiũt angeli, quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in cœlũ, manifestus videlicet & nõ occult⁹. Nec modo aduẽtus eius posterior a priore lõge alius erit: sed ipsa rerũ q̃litas valde dissimilis. Siquidẽ turbulẽtissimo seculi tẽpore veniet eius reparare statũ, cuius pacatissimo tẽpore venit ꝑdicare cõtẽptũ. Occultũ sese ꝑbuit ĩ seculi gloria: sed manifestabit in ruina. Væ q̃ apparere ĩ prosperis, latere cupiũt ĩ aduersis: nec caput demittũt ĩter ꝓspera humiles: nec leuãt ĩter aduersa securi. His ĩgt fieri incipientib⁹, terrę. s. motibus, cõfusione sonitus maris & fluctuum, signis in sole, & luna, & stellis, & cæteris q̃ sequunt, Leuate capita vestra. Non expectemus vt mundus nos obruat 21. S

qui necesse est ruat. Initia enim malorum illorũ præsentia iam scandala sunt. Immo vero malorum initia sunt præsentia blandimenta. Demittamus igitur capita, ne vanitatis aura nos rapiat. Leuemus etiam capita, ne nos torrentis mergat vnda vel trahat. Leuandum est igitur caput, & resistendum his qui dicunt animæ nostræ. Incuruare: vt transeamus. Sic eñ loquuntur tentationes diuturnæ, improbæ, & violentæ, & quodammodo dicunt, Non nos poteris sustinere. Cede ad horã. Hoc enim melius tibi vt trãseamus. Postea pœnitebis. Et quõ illudũt miseris. Vbi enim miseræ aĩæ ipsa transeundi pollicitatione deceptæ & incuruatæ semel inse derint, hærent firmiter: non recedunt.

Balduinus. Qꝫ illis hoc sacramentum proficiat qui imitantur exemplum.

22. T Hoc facite in meã cõmemorationem. Facite qđ ego facio, offerte quod ego offero. Sic viuite vt ego doceo. Efficit hoc sacramentũ in nobis, vt sicut Christ⁹ mortuus est pro nobis: ita & nos moriamur ĩ Christo & pro Christo. Illis enim proficit hoc sacramentum qui imitantur exemplum.

Qꝫ Christus in calice suo poculũ nobis amatorium propinauit.

V ¶Hic est calix nouum testamentum. Acsi diceret: hic constituta est causa, & virtus, & ratio implendi quę in nouo testamento ꝑcepta sunt & obtinendi quæ promissa sunt: hic est finis & consummatio legis: hic est plenitudo gratiæ & veritatis: hic est mysteriũ fidei, firmamẽtũ spei testimoniũ dilectionis meæ, exemplũ obedientiæ vestræ, pignus hęreditatis vestræ. Nouum eñ testamentũ est in meo sanguine cõfirmatũ: nulloq; ritu deinceps mutandũ, vt sit legitimũ sempiternũ. Hic calix amatoriũ poculũ est: qđ nobis cõfecit arte quã ipse nouit. Cũ hoc sanguĩe fuso amorẽ suũ effudit: cũ hoc ĩfuso amorẽ suũ infundit, lauãs nos a pc̃is nostris in sanguine suo. Sic eñ necesse erat nobis. Sanguine fœdatos sanguĩe oportuit emũdari. Libera me inquit ꝓpheta de sanguine. Et in Ezech. ad Hierusalẽ dicit. Trãsiens per te vidi te conculcari in sanguine tuo: dixi tibi viue.

Quã viuendi formam prælatis ecclesiæ Christus dedit.

X ¶Qui maior est vestrũ fiat sicut minor: Et qui ꝑest sicut q ministrat. Forma apľica hęc. dñatio interdicit, indicit ministratio. Et adiungit Ego aũt in medio vestrũ sũ tanq̃ q ministrat. Quis se iã titulo hoc ingloriũ putet quo se prior dñs gloriæ pſigniuit? O p̃clarũ ministeriũ, quo nõ id gloriosius principatu? Si gloriari oportet, forma sanctorũ pſigit: apostolorũ proponit gloria. Quis mihi tribuat similẽ fieri in gloria sanctorũ? Felix q dicere potuit. Plus om̃ibus laboraui. Gloria est: sed nil in ea inane, nil molle, nil resupinũ. Si labor terret, merces inuitet. Vnusq̃sq; eñ mercedẽ accipiet secũdũ suũ laborẽ.

Galfridus.

Qꝫ carnis cura postponẽda sit vt efficax habeat Y

¶Qui habet sacculũ tollat similiter & ꝑram. Sacculũ habet pecuniæ q diuinę legis sciẽtiam habet in corde. Perã habet cui ꝑ eloquentiã q̃si ad manũ fuerint & in prõptu, verba doctrinæ. Nihil horũ habẽtibus: nihil deerat. Quasi nec ꝓmeditãdum qđ diceret: adeo manifeste solus spũs loquebat in eis. Sed cessauit hoc signum sicut &c. Nec tñ expediret vt doctrina cessaret Propterea tollat qui habet: nõ negligat nõ abscõdat: qa forsitã sicut fides sine operib⁹, sic sciẽtia mortua est in semetipsa. Immo vero q nõ habet, vẽdat tunicã & emat gladium. Curã carnis postponat & tradat eam ieiuniis, vigiliis, & variis afflictionib⁹: vt pinde det ei sermo viu⁹ & efficax tanq̃ gladi⁹ biceps timore & amore corda penetrãs auditorũ. Neq; eñ eiusdẽ est vina ꝓbare & sentẽtias, & lectionis amor amorẽ vitiorũ carnis excludit: multis quoq; simplicioribus abstinẽtię studiũ, libertatẽ simul & efficaciã noscit cõtulisse sermonis: sicut disertorum etiã nõnullorũ sciẽtia a cõscientia suffocatur.

Hug. de Sanct. Vict. de duob⁹ gladiis.

¶Ecce duo gladii hic. Vnus corporalis, q scđm legẽ pœnã peccãtibus irrogat. Ali⁹ spũalis q secũdũ euã. culpas feriẽs, hoĩes sanat. Hi sũt duo nũmi q̃s misericors Samaritanus ꝓ cura lãguidis adhibẽda, ꝓlat[ ] cõmisit: vn⁹ monetę veteris & alter nouę: vt emant veteri, medicamina quę mordẽt, nouo q̃ fouẽt. Prima ad purgãda q̃ putrida sunt. Secũda ad viua cõfirmãda. Ista sunt duo debita, ꝑcepti. s. & voti. Debitũ ꝑcepti quo doctrina ĩpẽdit. Voti quo exẽplũ format. Hic ẽ gladius spũalis quo ꝓlati vitia hoĩm ferire debẽt: quẽ illis Petrus reliqt: si tñ sui seruoris hæredes existũt. Videte igit o pastores qđ facitis Christ⁹ in oculis vestris crucifigitur, & vos adhuc gladiũ in vagina habetis? Quid in passiõe Christi fecissetis q mõ ad pcutiẽdũ pigri estis? Forte qa discubuistis ad ollas Pharaonis & saginã diligitis, pigrũ vobis est surgere ad bellũ. Forte qa lac & lanã, nõ oues diligit[ ]: Ideo veniẽte lupo fugitis & de ouibus nõ curatis. Saltẽ si lac ouiũ cõeditis, carnes nolite comedere. Bon⁹ eĩ pastor ẽt carnẽ suã ouibus suis edẽdã dedit.

Cassianus.

Qꝫ manifesto odio grauior sit simultas.

A ¶Iuda osculo filium hominis tradis. Sępe ficta patientia ad iracundiā quā sermo succendit, & atrocissimas verborū transcendit iniurias maligna taciturnitas, leuiusq; tolerant̄ inimicorū vulnera q̄ irridentiū blandimenta. De quib⁹ ꝓprie dicitur per prophetā. Molliti sunt sermones super oleum, & ipsi sunt iacula. Verba callidorum mollia. Hæc autē feriunt in penetralia ventris. Nam & cum magna multitudo ad cōprehendendum dn̄m cum gladiis & fustibus, cum nuda venisset: nemo tn̄ in auctorem vitæ nostrę illo cruentior extitit parricida, qui cunctos ficto salutatiōis honore preueniens osculū subdolę charitatis ingessit. Cui domin⁹, Iuda inquit, osculo filium hominis tradis. Id est amaritudo ꝑsequutiōis atq; odii: hoc tegimen assumꝑsit, quo dulcedo veri amoris exprimitur.

Bernardus. De malo detractionis.

23 B ET facti sunt amici Herodes & Pilatus. Sunt nonnulli qui ineunt familiaritatem ad maledicēdū, concordes ad discordiā. Cōciliāt inter se inimicissimas amicitias: & pari cōsēraneę malignitatis affectu celebrat̄ odiosa collatio. Torquent̄ in bonis sociorū suorū, malis pascunt̄. Videas ambulare seorsum, & sedere pariter, moxq; laxare procaces linguas in detestādum susurriū. Vna vni coniungit̄, nec spiraculū incedit in eis: tanta est detrahendi libido, aut audiendi detrahentem. Conueniētibus sic in vnū, non est iam dominicā cœnam manducare: sed magis propinare & bibere calicē dæmoniorū, dum importantibus linguis aliorū perditionis virus: aliorum aures intrantē mortem libēter excipiūt. De talibus habes in psalmo. Detrahentē secretro proximo suo hunc persequebar. Nec mirum: cū id præcipue vitium charitatem quæ deus est, et quidē cæteris acrius videtur impugnare. Et vide quomodo omnis qui detrahit, primo quidē se prodit vacuum charitate. Deīde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is cui detrahit veniat in odium & contemptum ipsis apud quos detrahit? Ferit ergo charitatē in oībus lingua maledica, & q̄tū in se est necat fundit⁹ & extinguit: nō solū aūt in pręsentib⁹ sed in absentib⁹ vniuersis, ad quos volans verbū forte per eos q præsentes sunt peruenire cōtigerit. Vides q̄ facile et in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitiæ huius inficere possit. Propterea dicit de talibus per os Dauid spiritus sanctus: quorum os maledictione & amaritudine plenum est &c. Vtiq; tam veloces q̄ velociter currit sermo. Vnus est qui loquit̄, & vnum tantū verbū profert: & tn̄ illud vnum verbū vno in momento multitudinis audientium dū aures inficit animas interficit. Cor siquidem felle liuoris amarū per linguæ instrumentū spargere non amara non potest: dicēte dn̄o. Ex abundātia cordis os loquit̄.

De triplici genere detractionis.

¶Sunt aūt tres species pestis huius. Alii quidē nude & aperte & irreuerenter vti in buccā venerit virus euomunt detractionis. Alii quodā simulato verecundię succo conceprā malitiam quā retinere non possunt obumbrare conātur. Videas alta pręmitti suspiria: sicq; quadā cum grauitate & tarditate vultu mœsto demissis superciliis & voce plangenti egredi maledictionē Et quidē tanto persuasibiliorē q̄to creditur ab iis qui audiunt corde contrito, & magis condolentis affectu q̄ malitiose proferri. Doleo inquit, vehementer pro eo ꝙ diligebam eum satis, & nunq̄ potui de hac re corrigere eum. Et ali⁹: mihi quidem bene cognitum erat: illud de illo per me nunq̄ innotuisset. At quoniā per alterum patefacta res est, veritatem negare non possum, dolens dico, reuera ita est. Et addit grāde damnum. Nam alias quidē in plurimis valet: cęterum in hac parte vt verum fatear excusari non potest. C

Quo sit ordine miserendum.

¶Filiæ Hierusalem nolite flere super me. Ordinem diligenter attende. Super vos primū, deinde super filios vestros. Temetipsum attende, vt aliis noueris compati: et vt arguas in spiritu lenitatis, teipsum considera ne tu tenteris. D

Qꝫ ineffabiliter humana malignitas misericordia dei superatur.

¶Pater ignosce illis &c. Vide opera dn̄i q̄ posuit prodigia super terram. Flagellis cęsus, spinis coronatus, clauis confossus, affixus patibulo, opprobriis saturatus, omniū tn̄ dolorum immemor ait. Pater ignosce illis. Hinc multę miserię corpis, hinc multę mīę cordis: hinc dolores hinc miserationes, hinc oleū exultationis, hinc guttę sanguinis decurrētis in terrā. Misericordiæ dn̄i multę. Vincent ne miserię misericordias, an misericordię miserias superabunt? Vincant misericordię tuę antiquæ dn̄e. Vincat sapiētia malitiā. Magna illorū iniq̄tas, sed nunqd maior pietas tua dn̄e? Multū ꝑ oēm modū. Nū qd reddet̄ inq̄t ꝓ bono malū: Quia foderūt foueā aīę meę? Plane foderūt īpatientię foueā, occasiones indignationis plurimas ministrantes. Sed quid eorū fouea ad abyssum mansuetudinis tuæ? Retribuentes mala pro bonis foueam fodiunt: sed charitas non irritat̄, non pręcipitatur, non excidit, non in foueā ruit. Absit vt muscę morituræ extermínent suauitatē vnguenti E

q̄d de tuo corpore fluit: quia apud sinū tuum misericordia,& copiosa apud eū redēptio. Musce moriture miserię sunt: muscę moriturę blasphemię sunt: musçę moriturę exultatiões & insultationes: quas tibi reddit generatio praua & exasperās. Tu aūt q̄d in ipsa eleuatiōe manuū tuarū, cum iā sacrificiū matutinū in holocaustū vespertinū transiret, in ipsa inquā virtute incensi quod cœlos accēdebat, terrā operiebat, Inferos aspergebat, clamas: Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt? O q̄ multus es dñe ad ignoscendū. O q̄ longe sunt cogitationes meæ a cogitatiōib⁹ vestris. Mira res. Ille clamat ignosce, Iudei crucifige. Molliti sunt sermões e.su.o. & isti sūt iacula. O Iudei lapides estis, sed lapidē pcutitis molliorē, de quo resonat tinnit⁹ pietatis, & ebullit oleū charitatis. Quō potabis nos dñe desiderātes te torrēte voluptatis tuę, q sic pfundis crucifigentes te oleo misericordię tuę?

Galfridus. Q̄ sicut lignum mortē sic & lignum crucis vitam cōtulit vniuersis.

F ¶Erat autem superscriptio scripta super il.lit. Hebraice, Gręce, & Latine. Scriptus est olim titulus crucis literis Hebraice, Gręce, & Latine: q vnū hoc lignum salutē oībus ministraret, q̄bus illa quōdā transgressionis arbor dānationē mortis intulerat. Nūc aūt vbi est lingua tertia ligua videlicet Hebręorū? nunqd non Christū exaltauit pater, vt oīs lingua confiteatur illū? Heu Hebręa hodie lingua a laude conditoris sola silet, quę tuas aliqñ sonare laudes dñe solebat. Impletū est q̄d dictū fuerat de pueris Hebręorū, Si ipsi tacuerint, lapides clamabunt.

Ernaldus.

Quāta latrōis cōfessio cōtineat officia pietatis

G ¶Neq̄ tu times deum q in eadē damnatione es. Et nos quidē digna recipimus: hic vero nihil mali gessit. Memento mei dñe dum veneris in regnū tuum. Credit latro & confitet̃, testis est innocētiæ Christi. Increpat maledicum, nec sibi parcit: sed tm̄ accusator est sui. Seipm̄ aduersum se sentētię seueritate prolata prosequit̃ Neq̄ tu inquit, times deū. Deū nō erubescit fateri quē ex inuidia nō ex merito nouerat crucifigi. Multa igit̃ pietatis officia simul cōplectit̃, credit, timet, compungit̃, & pœnitet, cōfitetur & p̄dicat, amat, cōfidit & orat. Fide illuminat̃, timore subdit̃, cōpūctiōe mollit̃, pœnitētia cōcutitur, confessione purgat̃, dilectione dilatat̃, prędicatione zelat̃, cōfidentia sperat, oratione impetrat. Ibi ergo philosophat̃ et prædicat & fatetur, vbi non tantū diffugiunt & tremunt apostoli, sed ipsi maligni spiritus iam impositi sibi freni saliuaria masticantes per antiquum organū suum linguam fœmineā nitebant̃ colligationes illas impietatis dissoluere. Sciētes, q̄a fortis armatus hoc ancipiti gladio erat eos de diu possesso huius mundi atrio eiecturus.

Drogo. Q̄ per latronem in cruce primus Adam mystice designetur.

¶Nos quidem digna factis recipimus. Redi ad cor pręuaricator Adā: & vide vbi & quomodo te requisiuit & inuenit nouus Adā. Ostēdit tibi in corpore suo ignominias aīæ tuę. Nō satis fuit q p colaphos & flagella et noua irrisionū genera post te fugientē clamitās et miserans p currit: sed vsq̄ ad nouissimū crucis suppliciū iam iam efflantem cōsecutus, inuenit & apprehendit. Quis em̄ latro ille nisi Adam fuit: qui ex quo primū in paradiso sui ipsius homicidiū perpetrauit, tandiu a Christo fugit reus, & abscōdit se, donec in crucis articulo nouissime cōsumpt⁹ & cōprehēsus, fugere & latere vltra nō potuit: sed culpā suā cōfessus est & pœnā libēter amplex⁹. Nos quidē inquit, digna fa.re. Hic autem quid fecit? O Adam q̄ sero in hęc verba prorupisti. non iā deābulat in paradiso dñs, sed in patibulo pro te figit̃, clauis configitur, lancea perforatur. H

Bernardus. vnde supra.

¶Latro de cruce clamat dicens. Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū. Ergo ne ille p supplicium vadit ad regnū? Quis indicauit tibi q̄m oporteat pati Christum, & sic intrare in regnū suū? Mira res: Videte q̄ occulta sit fides, q̄ lynceos oculos habeat. I

Q̄ pręsentis vitæ tribulatio requiē mereatur.

¶Memēto mei dñe dū veneris in regnū tuum. K
Via vitę est tribulatio p̄sens, via glorię, via regni: secundū q clamat latro de cruce. Memento mei dñe &c. Euntē eī in regno vidit: quē, cū peruenisset sui memorē fore rogauit. Peruenit ergo & ipse. Et si vis nosse q̄ compendiosa via, eadē die: meruit cū dño esse in paradiso.

Drogo.

Q̄ humilis q̄ fidelis fuerit latronis confessio.

¶Memēto mei dñe dū v.i.r.t. O magna fides, L o spes, o charitas. Orat p futuris non p̄sentib⁹: nō vult de cruce deponi: sed in regno Cristi reponi. Quid em̄ aliud est dicere q̄ cupio dissolui & eē cū Christo? Nescio q̄d Paulus magis isto latrone cupierit. Memēto mei. O cor contritū & humiliatū. Quid minus vel humilius orare potuit q̄ sui memor esset? Memēto mei. Cuius mei? mei inquā tā indigni tā peccatoris.

Petrus Rauen̄.

Quare mulieres apostolis circa curam mortui

sollicitudine preferantur.

24 M VNa sabbati veniūt ad monumētū mulieres portātes aromata q̄ p. Vna sabbati. Bn̄ vna: qa resurrectiōis dies alterā nescit: lucis æternæ mater, noctis tp̄s ignorat. Perpetuis: dies ꝑpetuus illucescit. Et intrātes sepulcrū non inuenerūt corpus Iesu. Quid est ꝙ apostoli sepulcrum non visitāt; cum mulieres tā auide tam intrepide sepulcri inuadūt tristitiam: cōstanter dn̄m quærunt: cōmorantur! Fratres, mulier prima causa mali; via mortis, sepulcri titulus, lamenti materia fuit tota. Et ob hoc cæteræ nascuntur lachrymis, mancipant mœroribus, & in lamentis tantum fortes sunt quantum viribus inueniuntur infirmæ. Hinc est ꝙ lachrymis arma vincunt: lamentis totam virorū fortitudinē frangunt. Non est ergo mirū si ad lachrymas, ad sepulcrū, ad obsequiū dn̄ici corpis fœminę ardentiores apl̄is hic videt, vbi mulier pr̄ia currit ad lachrymas, qa prima cucurrit ad lapsū. Nec ē hic ꝑposter⁹ ordo, sed mysticus. Nō ei ꝑponunt apl̄is fœminę sed ad maiora seruant. Fœminę obsequiū Christi suscipiūt, apostoli passiones: illę portant aromata, hic flagella: illę intrāt sepulcrū, hi carcerē: illę festinant ad obsequiū, hi peruolant ad catenas. Verū ꝙ apl̄i resurrexisse dn̄m mulieribus nūciantib⁹, aut nō credidisse, aut deliramenta iudicasse referunt, grauiter nemo arguat. Decipi non potest q nō est facilis auditor: ignauus miles est q post exemplū inuenit incautus. Peritia nō segnities est, cū sensim miles veteran⁹ incedit. Sic Adā nouus cito cedit dū cito credit. At veteranus Petrus fœminā non facile audit sed vt veteranus deliberat, ne vt puer icurrat.

Ricardus de sancto Victo.

Qꝫ dum in carne viuit quasi in facie peregrina veritas appareat contemplanti.

N ¶Factū est cum fabularent & secū q̄rerent, & ipse Iesus appropinquās ibat cū illis. Quid est Christū, hoc est dei sapientiā, in peregrina specie p̄sentē habere: nisi veritatē non in sua simplicitate: sed per speculū in ęnigmate videre! Extra domū aūt & quasi in itinere hęc visio ostendit: quia sublimiū cōtēplatio per mentis excessum & velut trāsitu videt. Quasi duo sunt q exeuntes et ambulantes eiusmodi conspiciunt: qn̄ ratio et intelligentia modum excedētes humanū furtim quidē & raptim sublimiū spectacula ꝑcurrūt. Tunc dn̄s lōgius ire se fingit: nec tn̄ penitus recedit: qn̄ contēplationis gratiā quā misericorditer impēdere cōsueuit: non minus vtiliter ad tēpus subtrahit, vt melius per experientiā doceat cū q̄ta auiditate requiri debeat & retineri. Manere autē & ad eos intrare cōpellit qn̄ multa p̄cum instātia amissa gratia reparat vt visionē exterius oblatā introrsum trahat: & p excessū visa anim⁹ ad seipm reuersus memoriter retineat, & cōtēplationis gratiā de cętero familiari⁹ possideat. Cibos quales dn̄s amat, & qb⁹ delectari solet apponimus: qn̄ ꝑ recuperatione vel accumulatione gratię in voce exultationis & cōfessionis laudam⁹, bn̄dicim⁹, honoramus. In voce inqt, exultationis & cōfessionis sonus epulātis. Panis corā nobis a dn̄o frangit, qn̄ ꝓfūda mysteriorū mystica iterp̄tatione ipo ꝙ reuelante cognoscūt. Ex panis fractione dn̄s cognoscit, qn̄ ex infusiōe gratiæ & illuminatione cōscientię ipsi⁹ pręsentia declarat. Dn̄s autē qui & dei sapiētia, ab oculis intuētiū euanescit qn̄ ex cōtēplatione & admiratione diuinę sapiētię animo innotescit q̄tum ei⁹ incōp̄hensibilitas omnē humanā intelligentiam excedit.

Vverricus. Quant⁹ profectus sit in communis obseruantia disciplinæ.

¶Et factū est dum fabularent, & secū q̄rerent O
& ipse Iesus appro.ibat cum illis. Audiāt et gaudeant q in viis iustitię ambulāt. Audiāt inquā quia non solū inherētes studio cōtemplationis Iesus dignat et occursu & manifestatione sui. Nā & mulierib⁹ a monumento redeūtibus occurrere, & duobus eūtibus in Emaus apparere dignatus est. Agnoscit ni fallor experiētia quorundā nostrū, qa sępe Iesus quē q̄sierunt velut ad monumentū, ad memorias altariū, nec inuenerūt, insperatus occurrit eis in via laborum. Tunc nimirū accesserūt & tenuerūt pedes ei⁹ quorū.s.pedes nō tenuerat pigritia p̄ desiderio eius. Noli ergo tu frater nimis parcere pedib⁹ tuis a viis obedientię et discursibus operū: qn̄ quidē Iesus nō pepercit pedibus suis ꝑpter te, etiā a clauorū dolore: et adhuc eorundem amplexu & osculo pedū non grauat laborem remunerare aut releuare pedum tuorū. Nam et illud q̄tę cōsolationis erit, si se tibi vię comitē adiunxerit: miraq; delectatione suę sermocinationis etiā sensum tibi laboris ademerit: aperiēs tibi sensum vt itelligas scripturas, quas fortasse domi sedēs legebas & non intelligebas.

Bernardus. Qꝫ deus præsentiam suam subtrahit vt auidius requiratur.

¶Finxit se Iesus longius ire. Nō quia hoc vole P
bat, sed cupiebat audire, Mane nobiscum: qn̄ aduesperascit. Et alia vice super mare ambulās cum apostoli laborarent in remigando, quasi volens pręterire eos: ne tunc quidem illud volebat: sed magis probare fidem & elicere precem. Ergo istiusmodi piam simulationē, immo

salutarē dispēsationē quā tūc corpaliter verbū corpus īterdū exhibuit, nō cessat idētidē verbū spūs modo suo spūali cū deuota sibi aīa sedulo actitare. Prēteriēs teneri vult, abiens reuocari. Neq; em̄ hoc irreuocabile verbū. Ideo ei qn̄q; substrahit se vt auidi⁹ reuocet: reuocatus fortius teneat. It & redit ꝑ beneplacito suo. Et ire quidē illi dispensatoriū est: redire aūt semp voluntariū. Vtrūq; vero plenū iudicii. At penes ipsum horum ratio est.

Cantica sine titulo.

Qꝫ tria facere debeat cognitor veritatis.

Q ¶Et eadē hora reuersi sunt in Hierusalem. Cognito Iesu statim discipuli Hierusalē adeunt: consortia discipulorū regrunt: et quē in fractione panis agnouerant, annūciare festinant. Vbi salutare patet mysteriū, vt deuot⁹ veritatis cognitor & amator pacis deo placitę custodiā exerceat: sancta fratrū cōsortia diligat, & bona q̄ scientia & vita iam tenuit, ad ędificationē multorum prædicare non negligat.

Finitur euangelium Lucæ.

Sequitur euangeliū Ioannis.

Hugo de sancto Victore.

Quare dicatur filius verbum patris.

ca. 1 R Deus erat verbum. Sic verbum cordis cor ē. De corde verbum exit: & nō est aliud q̄ ipsum cor. Sic verbum dei nō potest aliud esse q̄ deus. Sapientia est verbū cordis q̄ de corde nascit̄, & ab eo nō separat̄, & est vna sapientia. Sic deus sapiētia est, & est vna sapientia deus & sapientia sua.

Bernar. Quanta sanctis a dn̄o potestas & gloria sit collata.

S ¶Quotquot recepunt eū dedit eis potestatē filios dei fieri. Magna a deo gloria: magna nobis ē collata potestas. An nō ptās filiorū dei est ista qn̄ etiā nobis seruiunt vniuersa? Sed forte dicat aliqs vestrū, quid hoc ad me? In pusillanimitate cordis sui talia meditet̄. Gloriēt de potestate filiorū dei: in qbus filialis erga eū feruet amor: viget affectus: & pręsumant oīa sibi cooperari in bonū q deū diligunt in veritate. Ego vero mendicus sum & paup, carens affectu filiali, expers dignę deuotionis. Ad quē ego. Affect⁹ iste quē q̄ris pax est: in patria est non in via.

Qꝫ verbum dei sequendo q̄ legēdo melius teneatur.

¶Verbum caro factum est. Qui Christum apprehendere cupit citius illū sequēdo q̄ legendo apprehēdere pōt. Quid q̄ris o homo verbū in verbo: qd̄ iam caro factū ꝑsto est oculis? Iā de latibulo ꝓphetarū egressus est ad oculos piscatorum. Iā de monte vmbroso & cōdenso tāq̄ spōsus de thalamo ꝓsiliuit in campū euāgelii. Iā q habet aures audiendi audiat illū clamātē. Qui sitit veniat, & bibat. T

Vverricus. Qꝫ is quē Christi non lętificat natiuitas, vel ipi⁹ vel reprob⁹ iudicat̄.

¶Verbū caro factū est. Quia de⁹ nō poterat nobis loq quasi spūalib⁹ sed q̄si carnalib⁹, verbū ei⁹ caro factum est, vt nō solum audire: sed et videre possit oīs caro qd̄ os dn̄i loquutū est. Et qa in sapientia sua nō cognouit mūdus sapientiā dei, dignatiōe ineffabili eadē sapiētia dei se stultitiam fecit: vt q̄libet idiotis vel hebetibus se discibilē p̄beret & p stultitiā p̄dicationis saluos facere credētes. Nō solū aūt visibile & tractabile: sed ēt gustabile & odorabile nobis verbū dei factū est. Quippe qd̄ per oēs vias sensuū aditū sibi ad aīam quęsierit: quatenus sicut p sensus mors intrauerat sic p eosdē rediret & vita. Qꝫ ergo verbū caro factū ē, nobis q toti sum⁹ caro: factū ē vt q̄ antea verbū dei poteram⁹ audire tm̄ iam carnem factū & videre possimus & gustare oēsq; sensus in testimoniū auditus conuocare: quaten⁹ oēs sensus nostri, consensu vno & vna voce confiteant̄. Sicut audiuimus, sic vidimus Incōparabiliter tm̄ amplius nūc cōcessum est visui q̄ vnq̄ fuerat auditui: cū modo videatur qd̄ deus est, & antea magnū haberet̄ audire verbū qd̄cunq; ex deo est. Et verbū quidem qd̄ ex deo est: vidi aliquādo cū tędio audiri: Sed verbū qd̄ deus nūqd poterit nisi cū gaudio videri? In me primum sententiā ferā, quia verbū qd̄ deus est cū se mihi in natiuitate sua videndū p̄beat in eo ꝙ sum, si non me lętificat, impius sum: si nō ędificat reprobus sum. V

Bernardus. De triplici gratia dei.

¶Et de plenitudine ei⁹ nos o. accepim⁹ g. p gratia. Ex his verbis innuit̄ ꝙ triplicem gratiam diuinitus accepimus. Vnā qua conuertimur, Aliā qua ī tētationib⁹ adiuuamur: Tertiā qua ꝓbati remuneramur. Prima nos initiat p quā vocamur. Scd̄a prouehit qua iustificamur. Tertia cōsummat qua glorificamur. Et prima qdē beneplacitū est. Scd̄a meritū. Tertia p̄miū. De prima dictū est. De plenitudine ei⁹ oēs nos accepimus. De duab⁹ reliquis dictū est, Et gratiā p gratia. i. munera ęternę glorię pro merito tēporalis militiæ. X

Hugo de sancto Victo.

Q[uod] meritum sit fidei non videre qđ credit.

Y ¶Deum nemo vidit vnq̃. Tñ fides qđ non vidit credit: & ex hoc meritũ fidei cõstat, nõ vidisse & credere. Propterea deus a principio nec totus humanę cõsciẽtię manifestus esse voluit, nec totus abscõditus, ne si tot⁹ manifestus esset fides non haberet meritũ, nec infidelitas locũ. Infidelitas eñ de manifesto cõuinceret, & fides de occulto non exerceret. Si vero totus abscõditus esset, fides quidẽ ad scientiã nõ adiuuaretur, & infidelitas de ignorantia excusaretur.

Bernardus. Q[uod] Christus non morbos corporis venit tollere, sed peccata.

Z ¶Ecce agnus dei: ecce q tollit peccata mundi. Nõ dicit morbos corporis, nõ molestias carnis sed pctm̃, qđ est morbus aĩę & corruptio mentis. Ecce inquit q tollit pctã mũdi. Vnde? Vtiq[ue] a manu: ab oculo: a collo: deĩde etiã a carne ipa cui altius infixũ est. Tollit peccatũ e manibus cõmissa pctã delẽs. Tollit ab oculo purgãs cordis intẽtionẽ. Tollit a collo violentã remouens dominationẽ. Sicut scriptũ est. Sceptrũ exactoris eius superasti.

Vnde supra.

A ¶Ecce agnus dei. Agnus sine macula, agnus q tollit pctã mũdi. Quis eñ pctã melius tolleret q̃ is in quẽ pctm̃ non cadit? Iste sine dubio me lauare potest quẽ cõstat ĩquinatũ nõ esse. Hęc manus opertũ luto detergat oculum meũ, quę sola sine puluere est.

Quid spolia significent agni dei.

E ℂIesus vt vidit Mariam plorantē fremuit spū. Quare flet Christus? Certe ipse est qui dixerat Lazarus mortuus est. Et gaudeo. De quo gaudet mortuo, ipsum cum resuscitat lamētatur. Verum hoc habet natura corporis humani, vt producat lachrymas vis gaudii, vis mœroris. Quotiens enim viscera aut lętitię aut tristitię nimio arctantur impulsu, oculi in lachrymas mox erumpunt. Hinc est q Christus non dolore mortis sed illius recordatione lętitię lachrymatus est dicens voce magna. Qua voce? Illa voce qua omnes est mortuos perpetuam suscitaturus ad vitam. Fremuit spiritu: et tota se viscerum commotione conturbat: quia adhuc solum Lazarum & non oēs iam mortuos suscitabat. Sequitur. Vbi posuistis eum? Cum hoc dicit, mulieres increpat. hoc est: quē ego ī paradiso posui, ecce vbi vos posuistis eū. Et fremēs venit ad monumentū. Fremit spiritus vt caro viuescat. Fremit vita vt mors fugetur. Fremit indulgentia ne sententia contradicat. Fremit rursus vt geminatæ resurrectionis, mentis scilicet & corporis, demonstret insignia. Erat, inquit, spelunca. Spelūca plane vbi hominē diaboli latrocinium collocauit. Spelunca vbi vitā fraus condidit mulieris. Spelunca vbi dei plasma mortis rapacitas includebat. Domine iam fœtet. Mulier, & qđ fœtet cuius est? Non sentires fœtorem si in paradiso suasorem noluisses audire. Iā fœtet. Qđ perditori fœtet: non fœtet creatori. Iam fœtet. Qđ horret alieni opis euersor, amator sui operis non abhorret. Lazare veni foras. Tūc Tartarus ligatis manibus & pedibus Lazarum retulit ad superna, timens & tremens, ne dum soluit, ne dum moras facit ne dum tardius refert vnum, oēs cogeretur afferre. Sicq; factus est viuorum relator q raptor esse consueuerat mortuorum.

Bernardus.

Q; facile fides impetret quā verecundia comitatur.

ℂDomine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Magna fides qua credidit dominum mortem sua psentia prohibere potuisse. Modo aūt quid? Absit vt quem credidit viuū potuisse seruare, dubitet posse mortuū suscitare. Sed & nūc, iqt scio, qa q̄cūq; poposceris a deo dabit tibi deus. Deniq; q̄renti vbi posuissent eū: respōdit. Veni & vide. Quare? O Martha, magna nobis tuæ fidei insignia tribuis. Sed quomodo cū tāta fide diffidis? Veni, ingt, & vide. Cur si nō desperas non addis, Et resuscita? Si autē despas cur magistrum sine causa fatigas? An forte fides aliquando recipit qđ oratio non pręsumit? Deniq; appropinquantem cadaueri prohibes & dicis. Domine iam fœtet: quatriduanus est. O sanctæ mulieres Christi familiares, si fratrē vestrum amatis, cur eius misericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, de cuius pietate diffidere nō potestis? Rñdēt. Sic meli⁹ tanq̄ non orantes, oramus sic efficacius q̄si diffidentes diffidimus. Exhibemus fidem: perhibemus affectum: scit ipse qd desideremus. Sciamus quidem quia omnia potest: sed hoc tā grāde miraculum, tam nouum, tam inauditū, et si eius subest potentię, multum tamen excedit omnia merita humilitatis nostræ. Sufficit nobis potentię locum, pietati dedisse occasionem. Malentes patienter expectare quid velit: q̄ imprudenter quærere quod forsitan nolit. Deniq; quod nostris meritis deest, verecundia forte supplebit. Simili etiam forma si contige

rit aliquē de nostris fratribus in aīa mori: q̄diu adhuc iter nos erit pulsabo meis & ego q̄liscun q; peccator, pulsabo & fratrum p̄cibus saluatorem. Si reuixerit, lucrati erimus eū. Si vero nō meremur exaudiri, vbi iam tolerare viuos vel a viuis tolerari non poterit, sed incipiet offerri: semper quidem feliciter gemo: sed iā non ita fidenter oro. Non aperte audeo dicere: veni domine & resuscita mortuum nostrum: corde tamen suspēso tremulus intus clamo. Si forte, si forte, si forte desideriū pauperum exaudiet dominus &c. Et illđ. Nūqd mortuis facies mirabilia. Et de quatriduano. Nunquid narrabit aliqs in sepulcro misericordiā tuā &c. Mortuus vero est q p̄ctā sua defendit. Iam vero effertur quasi ad sepulcrum. s. in libertatem peccādi: cū expellis a cōsortio monasterii. Demum aūt quatriduanus dicit̄, cum per peccandi cōsuetudinē sepelit̄. Huiusmodi aūt etsi a cōib⁹ ōronib⁹ sese excludūt, absit tñ vt a nostris affectibus excludant̄. Viderint tñ in quāto piculo sint. pro quibus ecclesia palam orare non audeat: quæ fidenter pro Iudeis, pro hereticis, pro gentilib⁹ orat. Cum em̄ in parasceue nominatim oret̄ p quibuslibet malis: nulla tñ fit mentio de excōmunicatis.

Petrus Rauennas.

Bona q̄ sint bona nisi malorum cognitione nescimus.

G ¶Oīs q credit in me, non moriet̄ inæternū: sed trāsiet a morte ī vitā. Quō nō moriet̄ si a morte trāsit ad vitā? Morit̄ ergo qa morit̄ oīs q nascit̄ cōditiōe mortali. Sed viuit et ięternū oīs q nascit̄ de gn̄atione vitali. Sed dico. Qui potuit auferre mortē, quare hoīem voluit trāsire per mortem? Gratior em̄ medicus q anticipat morbos: q̄ qui in morbis ingerit serā: & nō sine dolore medicinā. Iudęi fuisset hic medicus Christus si medico ęgrotus non fuisset ingratus. Ille et vitam: dedit & hoīem ne ad mortem veniret admonuit. Sed ille qui aduersa nō senserat p̄spera seruare nesciuit. Bona q̄ sint bona, scire nisi maloꝝ cognitione nō possumus. Ergo magnificabit̄ Christus qui et ante inhabitam vitā dedit: & pditā modo reddit. Et hō plus gnarus erit: sibi cautior erit: plus gratus auctori.

Radulphus.

Q̄ humanę lachrymę fontē lętitię lachrymis fluere coegerunt.

H ¶Iesus vidēs Mariā plorātē lachrymatus ē. O vis o potentia lachrymarū q̄ cęli ac terrę dn̄m eū q angeloꝝ hoīmq; lętitia est ad lachrymandi humilitatē īfirmitatēq; deposuerūt. Lachrymę sunt q̄ Sammulis ortum impetrauerūt: quę aperuerūt Tobiæ oculos: & a nuru ei⁹ dæmonium excluserūt. Ipsę sunt p quas Petri negatio & Mariæ Magdalenæ crimina sub vnius horę momento deleta sunt.

Gillebertus.

Q̄ peccatum remissum a domino nemo debeat retractare.

¶Domine iam fœtet et quatriduanus. Reuolue euangelium: vbiq; Iesum inuenies & citum & copiosum ad veniam. Nā etsi quatriduan⁹ mortuus est: & publicati criminis fama, iā fœtet: vbi Iesus euocat & educit de tumulo consuetudinis prauæ, vbi Iesus soluit et remissionis effundit vnguentum: statim a facie eius fugit omnis fœtor antiquæ putredinis. Quis enim retractabit qđ nō īputat dominus? Quis tenebit errata quæ ipse remittit. Nō pōt male olere quod ip̄e abolet. Domine, inquit Martha, iam fœtet. Erras Martha: Iesus non tam fugit fœtida q̄ solet ipse fœtorem fugare. Exēplū dedit ecclesię suę, vt queādmodū ipse fecit ita & nos īuicē faciam⁹: hęc illi reliqt vnguēta. Quā desperātes semetip̄os tradidissēt īmūditię oī & auaritię: omniūq; vitioꝝ p̄cipites se dedissent i gurgitē: si non medicaminis huius traherētur odore. Tribularer, inquit, si nescirem misericordias domini. Misericordias in capite, misericordias in corpore ei⁹ qđ est ecclesia. Bonū est mihi misericordiam ministrare: sed melius misereri. Misericordiā quā debes ex loco, ex aīo solue. Exprime in te Christi affectum, cui⁹ vicem & officium suscepisti. Minister es ei⁹ qui diues est in misericordia: noli in alieno p̄durus inueniri. Eroga cōseruis tuis vnguēti huius mensuram in tēpore. Si in alieno infideles estis: quid vestrum est? quis dabit vobis? Affect⁹ tuus sit: nam domini est effectus venię.

Galfridus.

Q̄ anima nisi perdita fuerit propter deum minime conseruetur.

NIsi granum frumenti cadens in terrā mortuū fuerit ipsum solum manet. Si autē mortuū fuerit multū fructū affert. Qui a. a. s. p. d. In his verbis cōsequētia minor eē videt̄ dū frumentū etsi nō mortificet̄ vī solū manere dr̄. Aīa aūt pdita nō solet sola seruari. Et iuxta lr̄am qdā vt arbitror admonitio est a minori. Vt si frumētū qs semiat: qđ tñ poterat nō seminatū seruari: sed nequaq̄ multiplicari: multo magis animā seminet q̄ nō pōt nisi seminata seruari. Sed hoc, īquies, triticū qđ videmus manet quidem ad tempus: sed non manet in longū nisi seminādo fuerit renouatum Propterea cōgrue satis sup hoc verbo quidā ait

de dño. Se autẽ dicebat. Ille eñ vere solus mãsisset nisi mortuus cecidisset in terrã. Nos autem nec soli manebimus: sed non cõmorimur. Vnde etiã euidentius ait. Si quis mihi ministrat me sequat. Ad hoc pertinet qđ sapiẽs ait. Ad mẽsam magnã sede. at. ac. quę tibi apponis sciẽs: qa ta. o. te. pri. Ait ergo si quis mihi ministrat me sequatur. Talia pręparãs & ministrãs qualia prius a me ministrata videnť. Ministret vitã suam: ministret etiã si necesse fuerit mortem suã: vt qui viuit iam nõ sibi viuat sed deo.

Bernardus.

Qꝫ perdẽda sit vel martyrio vita vel pœnitentia carnis.

L ¶Qui amat animã suam perdet eam. Perdere autem dixit siue ponendo vt martyr: siue affligendo, vt pœnitens. Qꝫ ꝗ genus martyrii est spiritu facta carnis mortificare: illo nimirum quo mẽbra cędunť ferro, horrore quidẽ mitiꝰ: sed diuturnitate molestius. Vides ne hac sentẽtia magistri carnis sapientiã cõdẽnari: ꝑ quã aut in luxũ voluptatis defluiť: aut ipsa quoqꝫ bona valitudo corpis vltra ꝗ oportet appetiť?

De quatuor generibus hominum.

M ¶Qui mihi ministrat me sequatur. Quidam sunt qui nõ sequuntur Christũ: sed fugiũt: alii nõ sequuntur: sed preeunt: nõnulli sequuntur: sed nõ assequuntur: alii sequuntur & cõsequũtur. Nõ sequuntur, sed fugiunt qui necdũ peccare desistunt. De quibus scriptum est. Omnis qui male agit odit lucem. Et ꝓpheta. Ecce qui elongant se, a te peribunt. Non sequuntur sed pręeunt: qui magistrorũ sententiis suas pręferũt. Quorũ imaginẽ tenebat Petrus: cum pro salute nostra volentem pati dominũ increparet dicens. Absit hoc a te domine. Sequuntur sed non assequuntur, qui segniter ac remisse agunt: vel vsqꝫ in finem non perseuerantes de medio itinere reuertuntur. Talibus dicit apostolus. Remissas manus & dissoluta genua erigite &c. Sequunť & cõsequũtur qui viam humilitatis eius deuoto mentis affectu perseuerãter imitãtur. Huiusmodi loquitur dominꝰ. Qui mihi ministrat me sequatur. i. me imitetur. Quo fructu? vt vbi sum ego illic sit & minister meus. Fructus itaqꝫ hmõi imitationis mansio est ęternę beatitudinis.

Adam de Persen̄.

De triplici silentio & q̄druplici iudicio mũdi.

N ¶Nunc iudiciũ est mundi &c. Nunc, i. dũ medium silentium tenetur: dum iustitia custoditur, mundus merito iudicatur. Est eñ primũ silentiũ cũ primũ nascimur filii irę, tam cognitione verbi ꝗ gratia sacramenti carentes. Secũdum et medium est cũ cognitionem verbi & sacramenti percipimus in nouitate vitę ambulantes. Tertiũ in regeneratione erit: cũ veteris hominis oĩ antiquitate deposita plene extiterimus innocẽtes. Dum ergo mediũ silentium tenetur, mundus iudicatur. Iudicis eñ animꝰ eo maxime tẽpore debet in reum sentẽtiam iudicii aut dictare: aut ferre: quo imperturbatum & quietum se sentiens seruet ęquitatis amore. Hinc est ꝙ iudicibꝰ dicitur. Erudimini qui iudicatis terrã. Erudiri quippe debet iudex ecclesiasticus qđ & quando & quomodo debeat iudicare. Quid nisi mũdum? Qñ nisi cũ in silentio & quiete se habet? Quomodo autẽ debet iudicare nisi in quiete: vt per omnia discretionis amicus velit vbiqꝫ modum mẽsurãqꝫ tenere? Quadrupliciter itaqꝫ iudicãdus est mundus, debet enim cõtẽni, calcari, abiici, deuitari. Contẽni qa vanus calcari qa sordidus: abiici qa malignus: vitari quia ruinosus: ne amatorem suum ipsa ruina inuoluat.

Galfridus.

Quomodo Christus exaltatꝰ oĩa ad se trahat.

¶Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Licet hęc verba de ascẽsiõe domini congrue possint intelligi: de sua tñ passione euãgelista testãte dicebat. Sed mirũ fuit ꝙ itellexere eũ Iudęi: vñ & rñderũt. Nos audiuimꝰ ex lege, qa Christus manet inęternum. Et quomodo tu dicis, o, e, fi. ho. Nõ eos docuit ĩfusa sapientia: sed stimulata cõscientia: & dicere eum intelligebant qđ ipsi facere disponebant. Ecce inquiunt totus mundus post eũ vadit. Et illud Si dimittimus eum sic, oẽs credent in eũ. Audiẽs hęc in spiritu Esaias clamabat. Quiescite ab homine cuius spiritus in naribus eius: quia excelsus reputatus est ipse. Aci dicat. Dimittite illum: quia si exaltatus fuerit vt intẽditis multo magis oĩa trahet ad seipsum. Quęnã oĩa? Cęlestia simul & terrestria. Cęlestia sunt btitudo & sanctitas. Terrena: culpa & pœna. Sicut etiã cęlici ciues perpetuã obtinent sanctitatem & felicitatẽ: sic propriũ nihil possidet homo nisi peccatũ & ipsius pœnã peccati. Mediator autẽ dei & hominũ sanctitatẽ & culpam in seipso per pœnitentiã copulauit: cũ perferens peccata nostra sup lignum, & nostram pœnitẽtiam agens in sua sanctitate permãsit. Vniuit etiam ꝑ patientiã, felicitatẽ, & pœnã: quia ꝗuis nõ fuerit dolor sicut dolor eius: in nullo tamẽ est eius felicitas minorata. In nobis etiã quadam connexione pœnitentia culpã & sanctitatem sociat: patientia pœnã & fœlicitatem. Illa eñ culpam sanctificat: hęc beatificat pœnam.

Tractū est rete, sed ante resurrectionē scissum: qñ multi recesserūt ab electis: qa nō erāt ab eis Trahit illud Simon: sed opus est Iacobo & Ioanne: qa nō sufficit obedientia: nisi patiētia suffraget. Quę primo qdem nō sine difficultate Iacobū perinde exhibet & Ioannē. Post resurrectionē vero trahit rete: nec rūpitur: qa nemo est deinceps exiturus. Trahit inquā rete plenum magnis piscibus. Quia quos deus pręsciuit, & prędestinauit, vocauit, iustificauit: tunc oēs magnificabit: qñ etiā oēs cētū quinquaginta tres sunt futuri. Cētenarius numerus ex denario constat p seipsum multiplicato. Sic cōplebitur cētenarius, quādo p cōsummatiōe decalogi denarii merces operariis impēdetur. Quinquagenari⁹ autē iubilei ē nūerus. i. resurrectionis: & cū ad suū redit hęreditas possessorē. Et exules filii Euę reducunt ad patriā. Ternarius numerus ad pfectionē trinitatis respicit: vt in charitate nō ficta, vniaris pximo: & ambo pariter adhęreatis deo. Felix q sic trahit: nec retinaculis aliis retinetur: nec clauis scandalorum affixus huic seculo, nec irretit⁹ vinculis pctōrū nec visco noxię delectationis adhęrens.

Quot modis electos dominus ad se trahat.

P ¶ Trahit igitur Christus, sed aliter atq₃ aliter. Quē quidē sequunt reptātes, euntes, currētes, volantes, & rapti. Reptat pœnitētia. Vadit obedientia. Currit libera, & expedita perfectio. Volat pię deuotionis affectus. Rapitur excessus sacrę cōtēplatiōis. In cęteris em̄ nōnulla liberi arbitrii cooperatio: In eiusmodi raptu tota soli⁹ gratię opatio est. Reptans Maria Magdal. trahebatur dn̄icis pstrata vestigiis: nec min⁹ erat mirabile int⁹ trahere eā, q̄ suscipe foris. Ambl'abat, cōi gressu: sed īuitat⁹ ad cursum tristitia p̄occupat⁹ ē: q mādata qdē seruauerat a iuuētute sua: sed cōsiliū perfectionis de relinquēdis oībus nō admisit. Currebant alacres & expediti posito gibbo cameli, q vēditis oīb⁹ precia ante pedes aplōrū in cōe distribuenda ponebāt. Volabant apl'i, dū gaudentes ibant a cōspectu concilii φ digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Raptus est Paulus, & audiuit quę nō licuit homini loqui.

Aliter de eodem.

Q ¶ Reptant q, sup fidei fundamētū ligna, fœnū, stipulāq₃ ędificāt. Vadūt q opibus pietatis insistunt. Currunt q spūalib⁹ desideriis anhelātes ad gaudia ęterna cōtēdunt. Volant & euolant aīę sanctę corporeis nexib⁹ absolutę: nā in tuba nouissima rapiemur oēs i obuiā Christo i aera.

Gillebertus.

Q₃ Christi passionis contēplatio ad se rapiat animū contemplantis.

¶ Cū exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipsum. Oīa quę in te sunt Iesu bone, quādā habēt alliciēdi efficaciā: & cogitātes sollicitāt in affectū. Sed ad oīa nō possum⁹ oēs attingere. Sublimia solis sublimib⁹ sunt, humilia oīb⁹. Quę maior humilitas q̄ exaltari in cruce? Et de hac ait. Cū exaltat⁹ fuero a terra &c. Efficax ad trahendū humilitas ista. Quid mirū? Quis nō ad simplicē cogitatū huius rei stupore & eccstasi repleat? Cui⁹ nō affectū fides hęc exhauriat, & infatuet, & reddat insufficientē? Facilis est ad cōtēplandum locus: sed fœcūdus ad gratiam. R

Adam de Persen.

Q₃ Christi lucra impediat negligētia platorū. S
¶ Si exaltatus fuero a terra oīa trahā ad meipsum. Fidelis pastor in eccl'ia, terrę secūdū aliquā similitudinē cōparat. Terra em̄ suo pōdere subsistit: quęq₃ sibi supiposita firmitate stabili gerit, sui fœcūdatate hoīes: & animātia pascit. Sic nimirū plat⁹ in eccl'ia: & pprię auctoritatis pōdere nititur: & subiectorū infirmantiū mores portat dū cōpatit, & fœcunditatē doctrinę cęlestis spūalibus & carnalib⁹ discretione cōgrua opportun⁹ elargit. Ab huiusmodi terra Christus exaltatur: cū de prelati vita & doctrina Christi ecclesia honorat. Sed heu terra hęc fere vbiq₃ inanis & vacua, & qbusdam sic obuoluta tenebris: vt nō tā terra q̄ tenebrosus iudicetur abyssus. Quid em̄ Christus ad se nō traheret, si nō retraheret puersitas platorū? Quis in quā Christū nō sequeret in ecclesia: si pastores ecclīę Christū in suis morib⁹ & ministeriis exaltarēt? Sed qđ ille sursum trahit, isti qtū in ipsis est, male viuēdo retrahūt: & q Christū portare Christo fructificare debuerant: Christo magis insultare q̄ Christū exaltare noscuntur.

Bernardus.

Quid pedum ablutio contineat sacramenti.

SI nō lauero te: nō habebis partē mecū. Aliqd latet in pedū lauacro qđ necessariū est ad salutē: qñ sine eo nec ipse Petr⁹ partē haberet in regno Christi & dei. Vide em̄ si nō expauit Petr⁹ ad tātę cōminatiōis terrificū verbū: si nō agnouit salutare eē mysteriū cū rn̄dit. Dn̄e nō tātū pedes &c. Et vn̄ scim⁹ φ ad diluēda pctā q̄ nō sunt ad mortē: & a qb⁹ plene cauere nō possum⁹ an̄ mortē, ablutio ista ptineat? Ex eo plane qđ offerēti man⁹ & caput pariter ad lauandū, respōsum est. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet. Lot⁹ em̄ est q grauia pctā nō habet. Cuius caput. i. intētio & manus, i. opatio & cōuersatio mūda est. Sed pedes T

qui sunt affectiões aīę, dū in hoc puluere gradimur ex toto mūdi esse nō possunt: qñ aliqñ vanitati, aliqñ voluptati, aut curiositati plusq̄ oporteret cedat anim⁹, vel ad horā. In mltis em̄ offēdim⁹ oēs. Verū tñ nemo cōtēnat aut puipēdat. Impossibile est em̄ cū eis saluari: impossibile est ea dilui nisi per Christū, & a Christo. Nec ideo tñ p eis necesse ē nimis eē sollicitos: ignoscet facile: imo libēter, si modo nos agnoscam⁹. In huiusmodi quoq; quasi ieuitabilib⁹: & negligētia culpabilis est: & timor imoderat⁹. Hinc est q in oratione quā ipse instituit, quotidie p peccatis illis voluit nos orare. Sicut em̄ concupiscentiā ad humiliādos nos adhuc patit viuere in nobis: & grauiter affligere nos: vt sentiamus qd nobis gratia pręstet: & semp ad illius auxilium recurram⁹: Sic et de minoribus istis pctis pia dispēsatione nobiscū agit vt nō penitus auferant: sed in illis nos exerceat deus: & cū minima cauere nō possumus: certi sim⁹ q in nostris viribus maiora superamus: semperq; timorati & oīno solliciti simus quomodo eius gratiā nō amittamus: quā nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus.

Petrus Lombardus.

Q; a nobis sint quatuor diligenda.

V ¶Mandatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Quatuor nobis diligenda: catholica proponit doctrina. Vnum quod supra nos. i. deū. Alterū qd nos sum⁹. Tertiū qd iuxta nos est. i. pximū. Quartū qd īfra nos est. i. corpus. magisq; animā proximi: q̄ corpus nostrū diligere debemus.

Bernardus.

Q; dupliciter intelligatur Ego sum via veritas & vita.

14. X Ego sum via veritas & vita. Viā dicit humilitatē, quę ducit ad veritatē Altera labor: altera fructus arboris est. Vnde sciam inquis, q ibi de humilitate loquutus sit, cū indetermiate dixerit, Ego sum via? Audi apti⁹. Discite ingt a me: qa mitis sum, & humilis corde. Se ergo pponit humilitatis exēplū: māsuetudinis formā. Si imitaris eū nō ambulas in tenebris: sed habes lumē vitę. Quid est lumē vitę, nisi veritas q̄ illuminās omnē hoīem veniērē in hūc mūdū: ostēdit vbi vera sit vita? Iō cū dixisset: Ego sum via & veritas: subdidit Et vita. Ac si diceret, Ego sum via quę ad veritatē duco. Ego sum veritas quę veritatē pmitto. Ego sum vita quā do. Hęc est enim vita ęterna, vt cognoscant te verū deum, & quē misisti Iesum Christum. Vel sic quasi tu dicas. Viam considero, id est humilitatē. Fructum desidero. i. veritatē. Sed qd si tātus est labor viæ: vt ad optatum lucrū nō possim venire? Respōdet, Ego sum via. i. viaticum quo sustenteris in via. Clamat igit errātibus & viam ignorātibus, Ego sum via: dubitātibus & non credentibus: Ego sum veritas: iam ascēdentib⁹ sed lassescentibus, Ego sum vita.

Adam de Perseñ.

Q; quasi ignis in lampade fit in sanctorū cordibus amor Christi.

¶Dñe ostēde nobis patrē & sufficit nobis. Hęc verba beati Philippi sunt: q os lampadis interpretatur. Ait ergo, Dñe ostēde nobis patrē. Ac si dicat: lāpas sum quidē dñe: sed tu scirpus es. Nūc extēde digitū tuū infundendo in me spiritus sancti oleū: & ostēde mihi patrē mittens in ossibus meis ignem. Diuinitas qppe ignis est qui tūc in lāpade puri cordis accēdit cū plene deus cognoscit. Qd nō fit, nisi cū puritas cordis accendit de amore redēptoris & fide. Y

Galfridus.

Q; ideo in carne Christus appuit vt ad diuinitatis intuitū nostri cordis oculum prępararet.

¶Qui diligit me diliget a patre meo. Et ego diligā illū. Et manifestabo ei meipsum. Nisi magnū aliqd & votis oīb⁹ appetēdū dñs in illa apparitiōe seruaret, nō tanq̄ mun⁹ eximiū suo pmitteret dilectori q eū ipse diligeret: & ostēderet ei seipsum. Hoc etiā cōsiderandū est: q hoc ipsum discipulis loquebat: q seipm pollicebat ostēdere. Itaq; nec oīno latebat qui videri poterat & audiri: nec se penitus ostēdebat: cū in finē suo hoc pmitteret dilectori. Miseri qbus illa apparitio ad illam summā atq; pfectā prępara tio quędā nō fuerit: vt paulatim diuinę luci assuefactus oculus cordis, in illa tāta coruscatione nō cęcutiat: aut caliget. Idē em̄ vtrobiq;, sed nō eodē modo apparere credēdus est. Nihil ergo mirū si seipsum ostēdere pmittebat. Deniq; adeo sol iustitię carnis nube tect⁹ apparuit, vt ostenderet eum stella de cęlo. Et intantū suę lucis radios absconderat: vt eius apparitionis lucerna etiam pararetur. Z

Bernardus.

Quomodo fructuose sermo dei sit seruandus.

¶Si qs diligit me sermonē meū serua. &c. Vbi sunt seruādi sermones dei? Sicut ait ppheta. In corde meo abscōdi eloquia tua &c. Sed quō in corde seruandi? An sufficit sola eos seruare memoria? At vero sic seruanti diceret apostolus: qm̄ scientia inflat. Deniq; & mēoriā facile delet obliuio. Sic igit serua sermonē dei: quō melius potes seruare, cibū corporis tui. Nam & ille panis viuus est & cibus mētis. Panis terrenus dū A

in arca est pōt a fure tolli, a mure corrodi, vetustate corrūpi. Vbi vero comederis eū: qd horū times? Hoc mō custodi verbū dei: beati em̄ q custodiunt illud. Ergo traiiciatur in viscera quędam aię tuę: transeat in affectiones tuas & in mores tuos. Comede bonū: & delectabitur in crassitudine anima tua. Si sic verbū dei seruaueris, haud dubium quin ab eo serueris. Veniet enim ad te filius cū patre.

De charitate Christi nimia.

15. B Maiorem charitatē nemo habet, q̄ vt animā suā ponat quis ꝑ amicis suis. Tu maiorē habuisti dn̄e Iesu ponens eam ꝑ inimicis. Cū em̄ adhuc iniqui essemus: per mortē tuā & tibi recōciliati sumus & patri. Quænā ergo videbit̄, vel esse, vel fuisse, vel fore huic similis charitati? Vix ꝑ iusto qs moritur, tu ꝑ iniustis passus es, moriens ꝓpter delicta nostra, qui venisti iustificare gratis peccatores, seruos facere fratres, captiuos cohęredes, exules reges. Nec sane aliud aliqd patientiā & humilitatē hanc ęque illustrat q̄ ꝙ tradidit in mortē animā suā, & peccata multorū tulit, etiā ꝑ transgressoribus rogans vt nō perirent.

Balduinus.

Qꝫ charitas de deo faciat quicquid velit.

C ¶Maiorē charitatē nemo hēt &c. Hęc Christi charitas in morte Christi violentior fuit q̄ Iudęorū iniqtas: nec potuit iniqtas nisi q̄tum permisit charitas. Iudas Christū vel Iudę⁹ morti tradidit: & hoc ex maligna iniqtate. Tradidit pater filium: tradidit et se filius: & hoc ex charitate: nec traditionis rea est charitas: sed innocens est etiā in morte Christi. Soli em̄ charitati licet quicqd libet: & impune. Sola deum cogere potest quasi impiosa. Hęc de cęlo deū deposuit, hęc in cruce posuit, hęc tā innocēter q̄ salubriter sanguinem Christi fudit in remissionē peccatorū. Ergo gratiarū actio tota ꝑ salute mūdi charitati debet̄: quę ita nos vrget violentia suę rōnis: vt par sit nos tātū Christū diligere q̄tū Iudęus potuit odisse. Humanū forte dico ꝓpter infirmitatē cordis nostri. Indign⁹ est em̄ amici noīe q minus diligit q̄ inimicus odit Indignus est remissione pc̄ōrū qui sic amanti vicissitudinē amoris redamādo nō reddit. Sed qualē pōt, ne dicā parē. Nā parē qs pōt? Nō sit nobis p̄ciosior sanguis ꝓprius q̄ amor Christi.

Bernardus.

Qꝫ ignorantia contemptum soleat excusare.

D ¶Si nō venissem & loquutus eis non fuissem: pc̄m̄ nō haberēt. Nō dicit similiter, Et loquutus nō fuissem: sed interserit Eis: ostēdens sine dubio nō ante cēseri inexcusabiles de cōtēptu: q̄ ad ipsorū vsq; missio notitiā pueniret. Nam si loquutus quidē fuisset: sed nō eis: inobedientię culpā ignorātia excusaret: nūc autē inquit: quoniā loquutus sum eis, excusationem nō habent de peccato suo.

Qꝫ carnis illecebris spiritualis consolatio non miscetur.

16. E Nisi ego abiero paclit⁹ nō veniet. Grāde mysteriū. Quid est em̄ nisi ego abiero paraclit⁹ nō veniet? Ita ne inuisa paraclito Christi p̄sentia? Aut cōtuberniū dn̄icę carnis spūs sanctus horrebat: q̄ nec cōcipi qdē nisi eo superueniēte potuerit? Sed hoc ē qd̄ dicit: nisi carnis p̄ntia vr̄is subtrahat̄ aspectibus, spūalis gr̄ę plenitudinem occupata nō admittit, nō recipit animus, non capit affectus. Si hæc ita sunt, audeat qs de cętero phantasticis qbusdā illecebris deditus, sectans lenocinia carnis suæ: carnis vtiq; peccatricis, genitę in pc̄is: assuetę pc̄is, in qua deniq; bonū nō est, illū expectare paraclitū. Audeat inquā qui huic sterquilinio semp īhęret, q carnē fouet, in carne semiat, carnē sapit, illā cōsolationē supnę visitatiōis, torrētē voluptatis illū, illam sperare gratiā spūs vehemētis, quā vt ipsa veritas testat̄, nec cū ipsa verbi carne suscipere apl̄i meruerūt vel potuerūt. Errat oīno si qs cęlestē illā dulcedinē cineri huic, diuinū illud balsamū huic veneno, charismata illa spūs misceri posse huiusmodi illecebris arbitrat̄. Falleris Thoma sancte, falleris si videre dn̄m speras ab apostolorū collegio separatus. Nō amat veritas angulos: nō ei diuersoria placēt: disciplina cōi, cōi vita, cōibus studiis delectat̄. Vsquequo miser diuerticula captas & cōsolationes proprię voluntatis tāto labore quęritas: tāto rubore mendicas? Sed qd faciam inquis. Eiice ancillā & filiū ei⁹ &c. Nulla est em̄ cōuētio veritati, & vanitati: luci ac tenebris: spiritui & carni, igni & tepiditati.

Hugo de sancto Victo.

Qꝫ et mala pręterita & collatam nobis gratiā debeamus iugiter meminisse.

F ¶Mulier cū pit tristitiā hꝫ &c. Duo sunt q̄ nobis semp sape debēt. Et mala vcꝫ q̄ euasim⁹, & gr̄a dei quā cōsequuti sum⁹. Mens etem̄ stulta cū malarū delectationū laborē nō meminit: easdem iterare nō metuit. Hęc sicut mulier cū angustia pariendi premit̄ carnalē voluptatē abominat̄. Sed cū memoria doloris a mēte recesserit: quia q̄tus admixtus sit ei dolor nō recolit, carnis iterū illecebras cōcupiscit. Nam si bene memorię saperet dolor q malā delectatiōnē sequtur: nō tāta auiditate ad eorū experientiā raperetur. Ipsa quoq; gratia accepta si menti forti-

ter inhereret nos a conditoris iniuria vel sola verecundia coerceret.

Galfridus.

Q; non petit in nomine domini qui temporalia postulat non eterna.

G ¶Vsq; modo nõ petistis quicq̃ in noĩe meo. In quo noĩe? Ego sum inqt q sum. Nõ ergo pe͡tũt in hoc noĩe q transeũtia nõ manẽtia tẽporalia appe͡tũt nõ eterna. nec videt̃ tpaliter ad apostolos: sed ad oẽs hoĩes generaliter dictũ. Siqdem prior ille populus patrũ terrena pe͡tiit & accepit. Neq; id mirũ. Celestia. n. necdũ poterãt adipisci: necdũ fuerat vox clamãtis audita. Appropinq̃bit regnũ celo͡rꝝ: vel Regnũ celorũ vim patit̃: vel Video celos aptos. Quidni ẽt terrena pe͡terẽt dũ terrenas adhuc victimas imolarẽt? In celestibus aũt sacrificiis iã reb⁹ inhiare terrenis q̃ indignũ, q̃ sacrilegũ, q̃ peruersum.

Petrus Lombardus.

Quid sit esse cũ domino.

17. H Pater q̃s dedisti mihi volo, vt vbi ego sum: & illi sint mecũ. Nõ simpl'r ait: Vt vbi ego sum & illi sint: quia mali sunt vbi ipse est q nusq̃ deest: sed nõ sunt cũ eo qa nõ ei p volũtatẽ cohe͡rẽt. Boni vero sũt vbi ipse est: qa eius obediunt voluntati.

Hugo de sancto Victo.

De his qui perfunctorie Christum querunt.

18. I Pilatus ĩterrogauit Iesum: Quid ẽ veritas? Et statim ĩgressus ẽ pretoriũ. Fecit ergo q̃stionẽ, & nõ expectauit solutionẽ. Sic multi trãsitorio feruore cõuersi ad deũ: vera bona desiderare incipiũt: sed eadẽ mentis mutabilitate iterum ad transitoria effusi, effectu in mẽtis ꝑposito nõ persistunt.

Gillebertus.

Q; Christus magis horreat linguaꝝ stimulos q̃ spinarum.

19. K Milites plectẽtes spineã coronã ĩposuerũt capiti ei⁹. Noli emulari ĩ malignãtib⁹. Neq; zelaueris eos q spineã capiti regis nostri ĩposuere coronã. Tale diadema nõ honorẽ: sed horrorẽ adducit. Horret Christus magis aspitatẽ mo͡rꝝ, lingue stimulos, q̃ spinarũ aculeos. In his p̃sertim q in silentii vocati sunt simplicitatẽ: in charitatis negociũ: in ocii quietẽ: in humilitatis scholã: in subiectiõis votũ in vniculũ vnitatis. Sed nõ est bonũ vinculum q̃n sibi mutuo cõfœderant̃: & in aliorũ obtrectationũ dexteras cõserũt Iudeorũ more dicẽtes. Tollam⁹ iustum q̃m inutilis est nobis: & contrarius operibus nostris. Vos autẽ emulamini pacis bonũ in bono semp. Nam & corone species quoddã vnitatis prefert indicium.

Bernardus.

Cur Christus crucis ignominiam & processionis gloriam copulauit.

¶Tolle tolle crucifige eũ. Dñs Iesus ꝓcessionẽ hr̃e voluit ad mortẽ veniens: vt amarior esset passio quã ꝓcessio p̃cessisset. Ab eodẽ em̃ pp̃lo eodẽ loco, eodẽ tpe paucis dieb⁹ ĩterpositis: primo cũ tãto triũpho susceptus est: postea crucifixus. O q̃ dissimile ẽ Tolle tolle crucifige eũ, Et Bñdict⁹ q venit in noĩe do. o. s. ĩ ex. Q; dissimile rex Israel: & Nõ habemus regẽ nisi Cesarẽ. Q; dissiles rami virẽtes & crux: flores & spine. cui prius prosternebant̃ vestimẽta aliena: ecce suis exuit̃: & sors mittitur sup ea. Ve tibi amaritudo peccatorũ meorũ, ꝑpter que soluenda tanta amaritudo necessaria erat. L

Drogo.

Q; Christus in crucis stipite iugiter inuenitur.

¶Et crucifixerũt eũ in Caluarie loco. Circuire possum celum & terrã & oĩa que in eis sunt: & nũq̃ te iuenio bone Iesu nisi tm̃ in cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie. Sed vbi crucifixus es. In Caluarie loco. Beat⁹ vere loc⁹ in quo crucifigitur. Bona caluicies que tali veste vestit̃. Ad hãc caluiciem Heliseus tẽdebat. Ascẽde calue, ascẽde calue. Vide si non caluus est & noster Helise⁹. Filius ingt hoĩs nõ habet vbi caput reclinet. Caluus est qa regnũ ei⁹ nõ est de hoc mundo. Caluus est qa discipuli eius relicto eo fugerũt. Decaluet nũc dñs verticem filiarũ Sion: & faciat ibi Caluarie locũ: vt ibi figat̃ Christi crux vbi supbia locauerat sibi sedẽ. M

Bernardus.

¶Erat autẽ tunica incõsutilis &c. Tunicã istã que nõ diuidit̃: sed sorte prouenit: ego diuinã reor esse imaginẽ que nimirũ nõ assuta: sed insita ipsiq; impressa nature diuidi scindiq; non põt. Ad imaginẽ em̃ et sĩlitudnẽ dei factus est homo: in imagie arbitrii libertatẽ, virtutes habens in similitudine. Et similitudo quidẽ periit Verũtamẽ in imagine ptransiit hõ. Imago qdẽ in gehẽna ipsa vri poterit nõ exuri: ardere sed nõ deleri. Hec ergo nõ scidit̃: sed sorte ꝑuenit. Et quocũq; perueniat anima: ibi erit simul & ip̃a. Nã similitudo nõ sic. Sed aut manet in bono: aut si peccauerit anima mutat̃ miserabiliter iumentis insipientibus simulata. N

Vverricus.

Q; Christi mater ab eius cõsectatu nullis periculis potuit deterreri.

¶Stabãt iuxta crucem dñi Maria mater eius. Plane mater: qa nec in terrore mortis filiũ dese O

rebat. Quō em̄ morte terreri poterat cui⁹ charitas fortis vt mors, imo fortior q̄ mors erat? Plane iuxta crucē Iesu stabat: cui⁹ mētē dolor crucis simul crucifigebat: suāq; ipsius animā tam multiplex pertransibat gladius, q̄tis confossum corpus filii cernebat vulneribus.

Ernaldus.

Q; pro salute nostra Iesus carnem, Maria spiritum immolauit.

P ¶Stabāt iuxta crucē Iesu mr̄ ei⁹ &c. Vbi sunt misericordię tuę antiquę dn̄e? Quid differs? Iā venit hora: mater tua corā te est: & Ioānes quē diligis. Latroni loqueris, & matri non loqueris? Intuet̄ te illa benedicta in mulieribus, & fixis in te oculis vulnera tua materna pietate considerat. Et licet nō ignoret quid boni conferat mūdo passio tua: tn̄ parentis affectu cōmorit̄: & pectus maternū immanitate doloris arctat̄. Suspirat itrinsecus: & erūpētes reuocat lachrymas: & eo ampli⁹ anxietas intumescit: quo egredi prohibet̄: & p luctus lamētaq; dissoluit̄. Deniq; formido impabat dolori silentiū, & cingentiū Iudęorū torui in eā oculi illos turbines suffocabant. Verū illa tātarū procellarū salsuginē ebibebat: & qđ difficillimū erat, moriebatur & mori nō poterat: & clauso tanti doloris tormēto intrinsecus, alium vultū exhibebat. Nec poterat ex facie colligi crux illa aię & patibulum spiritus: in quo erat hostia viua bn̄placēs deo: & holocaustum medullatū: qđ cū ipsa incēderet tm̄ conscientię ministerio vtebat̄. Christus ergo carnem, Maria spiritū immolabat. Et sic vnum erat qđ diuersa exhibebat officia, qđ pater bonus, qđ filius pius, qđ sancta mater intēdebat, qđ in cōmune elaborabat dilecto te p̄ppitiante. Filius ad pectus matris, pater ad filii crucē & vulnera respiciebat. Vnde et securū accessum habet iā homo ad deū: vbi mediatorē causę suę filiū habet ante patrē: & ante filiū matrē. Christus nudato latere patri ostēdit latus & vulnera: Maria filio pectus & vbera: nec potest vllo modo esse repulsa vbi concurrunt & perorant omniū lingua disertius hæc clemētię monumēta. Maria ergo p salute mūdi obsecrat, filius impetrat, pater cōdonat.

Galfridus.

Quare Ioannes filius matris virginis appellat̄.

Q ¶Mulier ecce filius tuus &c. Quodā modo Ioannes virginis matris in virginitate filius fuit: cuius illa si nō carnē, carnis tn̄ integritatē edidit: & illum si nō hoīem tamen virginē genuit. Cęterum q̄ multos hodie parit sanctissima illa fœcundissimaq; virginitas. Q; felix eiusmodi generatio: suo equidem modulo fœcūda simul et incorrupta posteritas.

Ernaldus.

Quę sit quadriga qua deferamur ad cęlum.

¶Mulier ecce filius tuus. Pręsens erat & Ioannes: cui & dicit̄. Ecce mater tua. Nō est passus Christus vt iudaica rabies in sanctuariū suum pphanā mitteret manū: vel aliqua infestatiōe violaretur tēplum illud spiritus sancti. Positus est fidelis ędituus ad tanti thesauri custodiam. Discipulus qui in cœna dominica ceruical sibi in pectore magistri aptauerat: ecce iterum alio priuilegio honoratur: & post illud reclinatorium: in quo viderat, In principio erat verbū, & verbum erat apud deū, officina illa in qua verbū caro factum est: diligenter ei a filio cōmendatur. Petro cōmēdatur ecclesia: illi Maria: illi tumultuosa negocia: huic negocia: sed quieta: illi atria & vestibulū, & altaria sanguinū, huic cōmēdatur altare incensi, & sancta sanctorum. Ad culmen ministerii sui nullus secū admittitur: solus illi assistit ppitiatorio: solus illud vas aureū cōtinens māna, illud diuinę legis scrinium pontifex destinatus obseruat. Iam ergo quadrigā q̄ currēdū est ad patriā intueor vt p matrē ad filiū: p filiū vero attigere possit pœnitētis affectus ad patrem. Et in hoc ferculo quo nos ab hoc seculo euehit, tu beate Ioannes sis colūna argentea: mater ascensus purpureus: Filius media charitas: reclinatorium aureum: visio patris in decore suo: & ęternę pacis iocunda tranquillitas.

Drogo.

Q; Christus in cruce nostra vulnera nō propria sentiebat.

S ¶Sitio. Domine quid sitis? Ergo ne plus cruciat sitis q̄ crux? De cruce siles: & de siti clamas. Sitio. Quid? Vestrā fidē, vestrā salutē, vestrū gaudium. Plus animarū vestrarū q̄ corporis mei cruciatus me tenet. Et si nō mei, saltem miseremini vestri.

Balduinus.

Q; latronum crurifragium et in bonum accipitur & in malum.

T ¶Venerunt milites, & primi quidem latronis crura fregerunt, & alterius qui crucifixus est cum eo. Fractio crurum in latrone malo, & blasphemo animoq; fracto geminam potest indicare fractionem in malis: corporum scilicet & animorum. Fractio crurum in latrone pœnitente, & confitente indicare potest fractionem corporum in iustis, quorum corpora permittit deus conteri, & occidi, & ossa cōfringi, & dissipari. Vnde est illa vox martyrum. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Crura

Christi infracta indicant inuincibilē ipsius & mēbrorū eius cōstantiā. Vnde & de sponso dicitur. Crura eius colūnę marmoreę.

Hugo de sancto Victo.

Q; desiderium etiam bonum debet discretione consilii castigari.

20. V CVrrebāt duo simul &c. Duob⁹ istis discipulis q̄ simul qdē currunt: sed nō simul pueniūt: duę affectiōes animę figurant: desideriū.s.& cōsiliū. Nā qd est ꝙ discipuli audita resurrectiōe ad monumētū currūt nisi ꝙ anim⁹ cū gloriā resurrectiōis audit, passionē appetit imitari? Et qd est ꝙ ille alter discipulus pręcucurrit citi⁹ Petro, nisi ꝙ amore saluatoris succēsi: plus p desideriū currim⁹ q̄ p cōsiliū pręsumam⁹? Prius ergo p desideriū ad monumentū venimus: sed visis linteaminib⁹ ante cōsiliū intrare nō pręsumimus. Hoc est quodāmodo visis linteaminibus subsistere, visis difficultatib⁹ passionū se ad ferendū imparē iudicare. Sed postq̄ cōsiliū posterius veniēs pri⁹ intrauerit: tūc & desideriū sequit̄. Quia postq̄ mēs deliberat in illo cōfidēdū esse q prior vicit: tūc amor in oībus p spem diuini auxilii ad tolerātiā aīatur. Iāiāq; ītrepidus īgredit̄ monumētū: qa tāto se ad mortē effecit paratiorē q̄to citi⁹ didicit p resurrectionē sui capitis vitę esse ītroitum mortem carnis. Q; autē ingressi monumētū sudariū qd erat sup caput Iesu, a cęteris linteaminib⁹ sepatū inueniūt, qd aliud significat, nisi ꝙ nos q pctōres sum⁹: etsi mortē p ei⁹ amore valem⁹ ppeti: scimus tñ ꝙ nostra mors morti eius q̄ sine pctō passus est: nō valeat coęquari. Nec incōuenienter alacritas, & feruor amoris p Ioannē iuniorē exprimit̄. Per Petrū vero senē & tardū grauitas & mora cōsilii figurat̄. Q; si cui videt̄ p Petrū q plus amauit desideriū debere significari, ad pn̄s nihil attinet: qa in psenti nil agit̄ qualis Petrus in mēte fuerit: sed quid exteriori significauerit actione. Signū occultū esse nō debet: qa qd per se occultū est occulta prodere nō potest.

Galfridus.

Quomodo Maria quęsiuit dominū & inuenit.

X ¶Mulier qd ploras? Quē qris? Beatę lachrymę quas tāt⁹ cōsolator abstergit. Fleuerat pri⁹ hęc mulier & fluebat illi irriguū inferi⁹ cū dimissa sunt ei pctā multa. Flebat autē, vt opinor, vberi⁹ & suauius de superiori irriguo: & prima vidit resurgentis dei de morte triūphū. Merito proinde duos vidisse angelos, ad caput vnum & ad pedes alterū perhibetur. Nam & ad pedes domini vnguentū fuderat: & ad caput & ad pedes aliquādo fleuerat. Et nunc flebat ad caput. Fleuerat eī prius suam confusionē: sed nunc flebat dominicā passionē. Deniq; currens ad apostolos, Tulerunt inquit dominū meū de mo. Et ad angelos: Tulerunt dominū meū. Ad hortolanū vero. Illi eī dicebat cui de se credebat. Dn̄e inquit si tu sustulisti eū. Felix aīa quę apud dn̄m inuenit gratiā. Felix quę gratię sese nō reddit ingratam. Quid eī gratię nō debetur. Multū diligat: cui multū dimittitur. Sed nec parū diligat: cui nō parū tribuit̄. Ecce eī etiā sanctimoniale pręstitit. Ille de corruptione surrexit. Plus debet vtiq; domino qui plus habet a dn̄o: si tamē nihil habet qd nō acceperit. Igitur Apostolis ipsis & apostolorū maximis redeuntibus a monumēto Maria stabat ad monumētū foris plorans. Stabat foris, quia intus dominicū corpus nō esse iā viderat. Stabat plorans: quia quid aliud ageret, qd offerret aliud nō habebat. Stabat ad monumentū: quia vbi eū alibi quęreret nesciebat. Clausa ferebat aromata foris quę comparauerat. Fluebant in lachrymis aromata pii pectoris: & p guttis sanguinis, quas ille in passione sudauerat, lachrymarū imbres ista fundebat. Inclinauit se & pspexit in monumento visura saltem vbi fuisset, quādo scire nō poterat vbi esset. Et merito duos angelos vidit, quę sola ad monumentū stans duos discipulos vicit: merito vnū ad caput, & vnū ad pedes vidit: quę in eo qd pie cœpit, pie perstitit & permansit. Qui dicunt ei: Mulier quid ploras? Sic offerre incipiunt verba solatii: sed lachrymas magis excitant dum solantur. Siquidem velut ebria: sed amore, sed desiderio, sed mœrore, nō mero, nullū capit ex angelica vel visione metū, vel allocutione solatium. Deniq; ex abūdantia cordis loquuta est: quia tulerūt inquit dominū meū. Non mouetur ad angelos duos mulier sola. Credo nec ad septem si septē fuissent. Sane ad apostolos dixerat: Tulerūt dominū: cū quibus optabat habere cōmunē nō modo eius dn̄ationē: sed laborē quærendi: & de ipsa inueniendi difficultate mœrorem. Nunc vero regressis illis a monumento quid illi restat quę sola remāsit, nisi vt dicat, Tulerūt dn̄m meū &c? Dum autē ad angelos loquitur, inter loquendum retro conuertitur. O desideriū flagrans & violentia impatientis amoris. Et tu bone Iesu vsquequo tollis animā eius? Transiuit vigiles: quādo inueniet amans anima quē requirit? Transiuit inquā vigiles, quia deuotione vicit Apostolos. Angelos quoq; pręuenit. Transiuit eos, cū eorum nec visione, nec alloquutione contenta retrorsum cōuersa est: & dominū vidit: sed tñ credidit hortolanū. Qui dixit illi. Mulier qd ploras?

Quē queris? Scire se indicat quia aliquē quęrat, interrogando quē quęrat. Non eñ ei dicit quid queris: aut qd quereris: sed quem quęris Nihil ergo mirū qui tetigit venam cordis si ei cordis intima respōderūt: nihil inquā mirum si dicenti quē queris, responsum est. Si tu sustulisti eum quē quęro: quē me quęrere ipe nosti.

Y ¶Quid autē vobis cogitasse videt, vt diceret: Si tu sustulisti eū dicito mihi: & ego eum tollam? Nūqd eū si seruandū sibi tulisse putabat tam facile sibi indicandū statim vt tolleret ęstimabat? Sed hęc erat ni fallor illius tunc cogitatio mulieris: propter diei festi reuerentiam ꝙ nō longe esset hortus a loco patibuli, in monumento hoc posuerant eū mœrore suo liquātes culicem & camelum glutientes. Et nūc vt rediit tēpus operandi: heu me miseram, hortolanus iste pręuenit. Purgauit hortū vt primū licuit: nec in eius monumento voluit dimittere corpus crucifixi. Pietatem pręcurrit impietas: & qđ solum poterant, de monumēto etiā mortuum abiecerūt. Hęc igitur & his similia cogitauit, & ait, Domine si tu sustulisti eū &c. Nōte ei deinceps oportebit admouere manus: tm̄ dicito mihi vbi posuisti eum: nō mihi ille licet fragili mulieri erit tam grauis vt tibi, nō odore, nō onere, non horrore. Ait illi Iesus. Maria. Vox dilecti mei. Quid mirū si ꝓtinus quę diligebat agnouit? Agnoscere se indicauit & agnitus est: vocauit eam: & illa respondit Rabboni. Qđ interpretat̄ magister. Sed Maria dum abiectum quęrit inuenit gloriosum: dū plorat despectum mortuū & sepultum: imo & sepultura ipsa vt videbat̄ indignū, adorat suscitatum: agnoscit dominū & magistrum.

Qꝫ quibusdam Christus hortolani, peregrini, spiritus vicem gerat.

Z ¶Conuersa Maria vidit dominū &c. Hortolanum eē credidit hęc mulier quē videbat. Eūdē etiā eadē die discipuli q ꝑgebant in Emaus peregrinū, apostoli spiritum ęstimabant. At ille iam hortulū cāpo mutare cœperat & dicebat. Ego flos campi. Ex angustiis eñ synagogæ ad latitudinē orbis terrę. i. de hortulo Iudęorū ad syluas gentiū ꝑtrāsibat. Interim autē conuersis ad se peccatorib⁹ speciē exhibet hortolani: extirpando vitia & inserendo virtutes, prauos eradicando mores & cogitationes noxias dissipando, plantando, & ꝓpagādo salubres. Inde genę ecclesię, religiosę videlicet congregationes sanctorū, areolæ dicuntur aromatū: arefactis humoribus carnaliū voluptatū: a pigmentariis quidē consitę: sed illius hortolani beneficio & gratia fructuosę. Cęterū si fugientes elongauerūt discipuli eius: vt eligant magis abiecti esse in domo eius ꝗ habitare in tabernaculis peccatorū: vt peregrinari doceat, ipse quoqꝫ pariter graditur & sese exhibet peregrinū: cuius facūdia pro vehiculo sit in via: nec modo ferat: & sustentet: sed accendat & inflāmet: vt dicant Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis &c. Beati qui sic proficiunt & proficiscuntur in Emaus abiectum scilicet populū, pręferentes thesauris Aegypti improperiū Christi, vt p eū mundus illis & ipsi mūdo sint crucifixi. Siquidem Nemo militans deo, implicat se negotiis secularibus: sed omni abiectione, omni vilitate & extremitate contētus est. Cęterū longe fortius & pfectius est in ipsius seculi medio ab ipsius cauere contagio, & in ipsis quoqꝫ negotiis nō turbari: in igne nō vri: in puluere nō fœdari. Sed ad hęc qs idoneus? Nimirū q adhęret deo vn⁹ spūs est: & tanꝗ lilium inter spinas nō tam dolet sane ꝗ redolet. Magnus ille quicūqꝫ est q in carne nō ambulat: sed in spiritu: & sicco vestigio super aquas graditur, & domino sustentante nō mergitur. Nimirū longe amplius est spiritaliter calcare seculum ꝗ prudenter fugere: prodesse pluribus in spiritu charitatis, ꝗ in timore dei abesse velle ab iis quorū possit obesse conuictus. Itaqꝫ magnus est qui intra seculi huius tumultus, irreprehēsibilis vel saltem venialiter viuit: maior qui extra: maximus q supra.

Bernardus.

Qꝫ vires corporis ardens affectio nō metitur.

¶Si tu sustulisti eū &c. Cōsidera ꝗ vehementissimo affectu btā hęc mulier diligebat Christum regē. Dñe inquit, si tu sustulisti eū. Quē eum Maria? quē eū cū de nullo feceris mentionem? Ad quē relationē facis? Putasne ꝙ in oīb⁹ cordibus versetur ita memoria dilecti tui: sicut in consistorio cordis tui? Et ego inquit eū tollam. Mira res: hominē perfectę ętatis, virum cuius corpori vix centū librę sufficiunt vnguētorum, tenerrima mulier portabis & tolles? Ardens & affecta loquutio, quę de puritate amoris infusa ꝑmittit qđ implere non potest. Nihil enim amāti difficile esse videtur. A

Qꝫ ibi quęratur gloria vbi vanitas non subrepit.

¶Noli me tāgere: Nondum eñ ascendi ad patrē. Verbū glorię est: nēpe filius sapiens, gloria patris. Noli ergo ait gloria: noli me tāgere: noli interim quęrere gloriā, fuge potius & vide oīno ne me tetigeris donec perueniatur ad patrē: vbi sit gl'iatio iam secura: ibi illi in dño laudabitur anima mea. Nunquid nō videtur audisse dicentem: Noli me tangere: nondum eñ B

ascendi ad patrem: quę in cantico clamat. Fuge dilecte mi, fuge!

Qꝫ fides percipit quod manus vel oculus non meretur.

C ¶Noli me tangere, nondum em̃ ascendi ad patrem. Merito carnem rediuiuam verbi tangere prohibetur mulier carnaliter sapiẽs, plus tribuẽs oculo q̃ oraculo, id est carnis sensui q̃ verbo dei. Quem enim mortuũ vidit, resurrecturum non credidit: cum tamen hoc promiserit ipse. Deniq; non qeuit oculus vsq; dum satiatꝰ esset visus, q̃m nõ erat consolatio fidei nec dei rata promissio. Nonne cœlũ & terra & quicq̃d carnis oculus attingere potest, ante habẽt trãsire & perire q̃ iota vnũ aut vnus apex ex oĩbꝰ quæ loquutus est deus! Et tñ cessauit a fletu in visu oculi, quę noluit cõsolari ĩ verbo dñi, pluris habens experimentũ q̃ fidem. At experimẽtum fallax. Mittit̃ ergo ad certiorẽ fidei cognitionem: quę apprehẽdit q̃d sensus nescit, experimentum nõ inuenit. Noli me tãgere inq̃t, hoc est dissuesce huic seducibili sensui, innitere verbo: fidei assuesce. Fides nescia falli. Fides inuisibilia cõprehendens sensus penuriam non sentit. Deniq; transgreditur fines etiã rationis humanę, naturæ vsum, experiẽtię terminos. Quid interrogas oculum, ad quod non sufficit! Et manus q̃d explorare conatur q̃d supra ipsam est! Minus est quicquid ille vel illa renunciet. Sane fides p̃nũciet de me, quę maiestati nil minuat. Disce id habere certiꝰ: id tutius sequi: quod illa sua serit. Noli me tangere. Nondum em̃ ascẽdi ad patrem meũ. Quasi vero cum iam ascenderit tunc tangi ab ea velit aut possit. Et vtiq; poterit, sed affectu non manu, voto, oculo, fide, non sensibus.

Galfridus.

Qꝫ Christus secundum carnem factus est frater noster: vt nos secundũ spiritum faceret fratres suos.

¶Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad
D patrẽ & patrẽ vestrũ &c. Ac si dicat. Vel nunc cognoscant eũ, q̃ licet repudiatus, & relictꝰ tpe passionis, non diffitet̃, aut abiicit eos in die glorię & honoris: neq; vlla iam claudicat ex patre fraternitas. Qui enim pro eis ex homine matre sum genitus, etiã eos in adoptiõe dei patris admisi. Pater meus pater eorũ: deus meꝰ deus eorum est. Et q̃uis ad distinctionem referatur q̃d dicit̃ Patrẽ meũ & patrẽ vestrũ: aliter em̃ & aliter est pater eius & noster: in eisdẽ tñ verbis intelligi potest forsitan non ea sola discretio, sed certius exprimens, & altius cordis imprimens inculcatio. Alioquin si patrem meum dixisset minus adhuc propter se dictũ pusillanimitas humana præsumeret. Nunc autẽ quibus nobis gratulandũ votis, quibꝰ est gaudiis exultandũ q̃ carnẽ nostrã sibi ĩduit, qui suũ nobis spiritũ collaturus aduenit: & filiꝰ fieri virginis dignatus est, qui nos filios dei patris efficeret. Felix cognatio, mira cõmunio, mira vtrinq; dignatio: & seipsum ad nos inclinantis, & eleuantis nos ad seipsum. Secundũ carnem factus est frater noster, vt nos secundũ spiritum faceret fratres suos.

Petrus Rauen̄.

Qꝫ apostolos ad mortem, vincula, & carceres
mittat charitas non pietas. E

¶Gauisi sunt discipuli viso domino. Quantũ post tenebras gratior lux est, & serenitas post tempestatis obscura, tantũ est acceptius gaudium post mœrorem. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Missi sermo non minorat filium sed declarat: quia non mittẽtis potestatem hic, sed missi voluit intelligi charitatem cum dicit. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Sicut misit me dñs, sed pater: sic ego nõ auctoritate iubẽtis: sed toto diligẽtis affectu mitto vos ad tolerantiã famis, ad onera vinculorũ, ad squalorẽ carceris, ad perferẽda omnia genera pœnarũ ad subleuandũ cunctis execrabile mortis iugũ Quę omnia vtiq; charitas humanis mentibus imperat non potestas.

Galfridus.

Explanatio lectionis euangelicę, Thomas vnus
de duodecim. F

¶Thomas vnus de duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Multiplex est si diligenter aduertimus euangelicę huius vtilitas lectionis. Primum quidem fides ędificatur, cuiꝰ nobis ĩ illa & veritas simul & vtilitas innotescit, Veritas probatione discipuli: vtilitas dñi cõmendatione. Nobis siquidẽ ille explorator tã curiosus factꝰ est testis fidelis nos illa nihilominus sententia respicit saluatoris. Beati qui non viderunt & crediderũt. Q̃d enim oculis nostris non vidimus, vt perinde fides habeat meritum si pie sapimus, huius nobis apostoli oculis vidisse videmur, palpasse manibus, digitis attrectasse, nequod suspitionis incertũ subeat. Deniq; eadẽ nos etiã lectio simul & instruit ignorantes & dissimulantes sollicitat: & pusillanimes consolatur: & arguit indignantes. Neq; em̃ credendus est vnus discipulus iste pręceteris oĩbus vsque adeo meriti fuisse minoris: vt solus ipse visione domini iudicaretur indignus. Sed non vidit eum: quia non erat cum aliis quando venit Iesus. Quid dicis

singularitatis amator? Cõmunia loca, cõmunia opera, cõmunes orationes, cõmunẽ victum, cõmunes obseruantias, quid fastidis? Quid amas diuersoria, quid tantopere diuerticula captas? Christus noster in medio terrę operatus est salutẽ nostrã. Christus mortuus est vt dei filios cõgregaret in vnũ. Christus nascẽs locũ nõ habuit in diuersorio. Christus moriẽs duob9 aliis crucifixis hincinde ipe fuit medius. Christ9 resurgens stetit in medio discipulorum. Thomas aũt nõ erat cũ eis. Et certe ego illũ tũc ab eodẽ sacro cœtu noluerim abduxisse. Quid ei nõ habuisse videtur rediens & audiẽs a discipulis, vidimus dñm? Ex q̃ta credim9 ęmulatione, ex q̃to desiderio illã prorũpit in vocem. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ &c. non credã. Sectemur igiẽ cõem vitã, cõem regulã diligam9, cõmunia instituta, & maiorũ ęmulemur exẽpla. Nõ sim9 ex his q separãt semetipsos animales spiritũ non habentes, dñm nõ videntes. Alioquin quisquis es qui causaris ꝙ oẽs q in circuitu tuo visitãs dñs a te trãseat procul, cõsidera diligentius, & inuenies nisi fallor, quocunq; modo te nõ esse cũ ceteris, qui nõ cũ cæteris eũ vides. Certus esto ꝙ sæpius ille venit, sed te non inuenit inter eos. Tu vero quẽ for te visitat deus, noli tibi tribuere, nec quasi propriis ascribere meritis qđ sanctæ fraternitatis gratia pcepisti, sin alias: vbi te separaueris quoquo modo non te sequeẽ spiritus: qui non nisi super quietũ & humilẽ requiescit. Nõ te sequitur spiritus vitę a ceterorũ vnanimitate diuisum: nõ magis q̃ humana aĩa membrũ corporis viuificare pergit qđ a ceteris fit præcisum. Nõ te sequiẽ Christ9 in dispsionẽ tuã q nisi colligere cõsueuit. Vbi inquit duo vel tres cõgregati fuerit in noĩe meo, ibi sum in medio eorũ. Vides qa mediũ amat, visitat congregatos. Caueãt dispsi: paueãt dispsores. Deniq; de sapiẽtia legis ipsa dicẽte. Delitię meę cũ filiis hoĩm. Nisi fallor, plali nũero voluit ĩtelligi pluriũ vnitatẽ.

G ¶Post dies octo iterum erant discipuli intus & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis & ait. Pax vobis. Verus nãq; pacificus ipse est. Qꝫ si Christ9 in pace cõplacet sibi q in pace natus, pacem attulit suscitatus: qui pacẽ turbat, nunqd nõ est antichristus? Venit Iesus ianuis clausis. Non excludunt parietes Christũ si vnitas illum & vnanimitas congregationis admittit: ingreditur libere dummodo ibi nouerit locum suum. Illum vtiq; de quo propheta. Fact9 est inqt in pace locus eius. Vt eñ pręmisit euãgelista, Erant discipuli intus, & Thomas cum eis. Qua eñ ratione posset auelli? Prioris absentię pœnitudinẽ gerens, ni fallor iam ceteris adhęrebat, vt nõ facile iã patereẽ abesse. Dixit ergo dñs Thomæ. Mitte manũ tuã. Deprehensus es o apostole. Cuncta tibi quę dixeras replicanẽ. Quicquid fueras pridie velut de absente loquutus: ecce totum tibi proponit. Heu mihi dñe, tanq̃ non sint omnia nuda & aperta oculis tuis, meos ab illis infideliter & insipienter auertens indigna cogito, vana loquor, operor praua. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti oẽs semitas meas. At ego miser sicut lepus (vt aiunt) dumetis caput infigens dum videntem me non video, me quoq; reputo non videri. Qꝫ beatus dñe qui sub tuo testimonio semper agit, loquitur, meditaẽ & viuit: immo vero qui sub tuo testimonio se viuere semp attendit. Nam sub tuo testimonio nemo non viuit. Affer inquit manum tuam, & mitte in latus meum. Quis hoc dicit? Christus vtiq; resurgens ex mortuis. Quantũcunq; turbata fuerit anima mea, huius misericordię memor ero. Quare peribimus, quare desperabimus, quibus tã benign9 est dñs, tã dignãter vota pręueniẽs paruulorum? Sed non sufficiat solatium capere tam gratuitę pietatis: dignationis & mãsuetudinis imitemur exemplum. Quis eñ nostrũ si sic loquutus fuisset, sic illum discipulũ conuenisset? Nõne sic potius nostra illum animositas increpationibus duris obrueret, iniuriis lacesceret: blasphemiũ argueret, sacrilegiũ increparet? Eia quid dixisti? Nisi videro in manibus eius fixuram clauorũ, & mittam manum meam in latus ei9 non credã. Tu manũ tuã in latus eius? Cuius tuã, & cui9 ei9? Tu ne dñicũ denuo lat9 aperies? Tu ne iterũ manus effodies saluatoris? Et dixisti. Nisi fecero hoc, nõ credã. Scilicet hoc curandũ magnopere: id omnimodis prouidendum: nisi fecero hoc nõ credam. Grauissimũ.s. damnum irreparabilisq; iactura: quasi vero vel tota mundi fabrica non credente te solueretur vel angelorũ curia turbaretur, vel ei patris confessio negareẽ, vel intolerabile quippiã proueniret. Qꝫ lõge alia via progreditur, qui loquiẽ in ꝓpheta: Nõ eĩ vię meę vię vestrę &c. Quid ergo? Mitte ait manum tuam, & cognosce loca clauorum &c. Ac si euidentius dicat. Cum quidem sic statuisti, sic animũ obfirmasti, vt aliter omnino non credas: mitte manum vt vel sic credas: & noli esse incredulus, sed fidelis. Quid autem mirum si mira continuo deuotione idẽ discipulus exclamauit, Dñs me9 & deus me9? Nõ erat iã qđ de ei9 diuinitate, qđ de veritate resurrectionis aliquatenus hęsitaret: quem nec arcerent claustra, nec secreta laterent.

Qꝫ modeste dñs Thomã increpauit.

H ¶Ego autem super his aliquatenus moueor. Quid eñ agimus? Ita ne semper pusillanimes consolabimur, & patientes erimus ad omnes, vt omittamus qđ de corripiẽdis inquietis apostolus monet: immo etiã rogat in domino? Nõ expedit quidẽ: cęterum si non desipimus, in hoc vel maxime modum seruabimus & obseruabimus horam. Deniq; si aduertimus quod in p̃senti sequitur lectione, congrua nobis prescribitur forma etiã huius rei. Siquidẽ respondit ei Iesus. Haud dubiũ qn discipulo cõfitenti. Quia vidisti me credidisti. Beati qui non viderũt & crediderunt. Correptio est: Neq; eñ oportebat vt non aliquatenus corriperet: sed q̃moderata q̃opportuna correptio, q̃ deniq; & apud discipulũ efficax & tali digna magistro.

Q ob humilitatis custodiam Christus in nobis remanere pctõrũ patit̃ cicatrices.

I ¶Infer digitũ tuũ huc & cognosce loca clauorum & .n.e.i.s.⁝. Sicut in corpe suo Christ⁹ retinuit cicatrices certa q̃dã dispẽsatione, sic in nostris etiã aĩab⁹ cicatrices patit̃ residere saluator. Siquidem ex recordatione peccatorũ suorum magis magisq; sibi qsq; vilescit: erga proximũ mitescit dulcescit ei saluator suus: iniquitatẽ pręteritã execratur: p̃sentem amplectit̃ gratiã: securitatẽ futurę beatitudinis ampli⁹ cõcupiscit. Si misericordiã Christi nõ diligis, si veritatẽ & seueritatẽ nõ metuis vltionis, reprob⁹ est sensus tuus & inimicus deo. Væ semel & vę iterum. Cantatur nobis, & nõ saltamus: lamẽtamur, & nemo q̃ plãgat. Cõmendatur nobis diuina pietas, bonitas, benignitas, dulcedo incomparabilis: & non amplectimur, sed dissimulamus & renuimus infelices. Irruunt super nos comminationum eius tonitrua, coruscant fulmina plena horroris: & ecce bonum dicimus deum: bonũ sentimus: ne indignatio ebibat spiritum nostrũ En peruersitatem. Si non est tã misericors de⁹ cur ipsius non amplecteris bonitatem? Vę mihi misero. q̃ vereor immo q̃ vereri ipse debueram, q̃ interim leuia reputo, ne grauissima reputet deus. Enimuero sensum magis q̃ actum ęstimat. Et vt quidam sanctorum ait, Nullum peccatum tam veniale qđ nõ fiat criminale dũ placet. Neq; id de transitoria delectatiõe credẽdum: quæ interdum subrepit etiam perfectis: sed de stabili quadam animi confœderatiõe p̃posito & consensu.

Bernardus.

Q de Christi vulneribus fons ortus est veritatis.

K ¶Dñs meus & deus meus. Vñ hoc reportatũ est oraculũ nisi ex foraminib⁹ petrę? Bona foramina q̃ fidẽ astruũt resurrectiõis & Christi diuinitatẽ. In his passer inuenit sibi domũ, & turtur nidũ vbi ponat pullos suos. In his colũba se tutatur, & circũuolitantẽ intrepida intuetur accipitrem.

Petrus Rauennas.

Q oculum mentis exacuat vis amoris.

Discipul⁹ quẽ diligebat Iesus, dicit dñs est. Primus qui diligitur videt: quia semper amoris oculus acutius intuetur: & semper viuacius qui diligit̃ sentit. Petr⁹ vt audiuit. Quæ res Petri sic tardauerat mentem, vt ab alio audiret dominũ qui cęteris consueuerat nunciare? Sed tardius dñm suum videbat qui vocem facile ancillę susurrantis audiuit. Petr⁹ vt audiuit tunica p̃cinxit se, & misit se in mare. Vere mirũ: qui in mari nud⁹ est in mare se demergit indut⁹. Sed innocẽtia nũq̃ nuda est, & reatus semprefugit ad velamẽ. Deniq; sic Adam vt nũc Petrus post culpam suã gestit tegere nuditatẽ: quia ambo vtiq; fuerãt ante culpam sancta nuditate vestiti. Misit se in mare vt esset prim⁹ in reditu, qui acceperat in ordine principatum. Tunica se præcinxit q p̃cingendus erat martyrii passione. 21 L

Bernardus.

Q cæteris apostolis nauiculæ singulæ, Petro maris vniuersitas sit commissa.

¶Sciens Petrus quia domin⁹ est, misit se in mare. Alii autẽ nauigio venerunt. Quid istud? Nõpe signum singularis põtificii Petri, per qđ nõ vnam nauem vt cæteri quiq; suam, sed seculũ ipsum susceperit gubernandum. Mare eñ seculum est, naues ecclesię. Inde est q altera vice instar domini gradiẽs super aquas vnicũ se Christi vicarium designauit, qui nõ vni populo sed cũctis pręesse deberet. Ita cũ quisq; habeat suã ei vna cõmissa est grandissima nauis. Facta est omnibus, ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa. Vnde & dicebat dñs. Si diligis me Petre pasce oues meas. Quas? Illius vel illi⁹ ciuitatis, aut regionis aut regni? Oues meas inquit. Cui non planũ non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur vbi distinguitur nihil. Et forte pręsentes cęteri cõdiscipuli erant, cum cõmittens vni, vnitatem omnibus commendaret in vno grege & vno pastore. iuxta illud. Vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Vbi enim vnitas, ibi perfectio. reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem recedentes ab vnitate. Inde est q alii singuli singulas sortiti sunt plebes scientes sacramẽtum. Deniq; Iacobus q videbatur columna ecclesiæ, vna est contentus Hierosolyma, Petro vniuersi M

tatem cedens. Pulchre vero ibi positus suscitare semen defuncti fratris vbi occisus est ille: nā dictus est frater domini.

Qualis pastor esse debeat & qualiter pascere gregem domini.

N ¶Petre amas me &c. Nō ociose totiēs repetitū est, Petre amas me: in commissione ouium. Ac si dicat dominus. Nisi me ames, & valde perfecteq; ames, hoc est plusq̃ tua, plusq̃ tuos, plusq̃ te, nō te intromittas de ouibus meis pro quibus sanguinem meum fudi. Terribilis sermo. Propterea attendite vobis pastores ecclesiæ, & precioso deposito quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam & concordiam Sponsa est, studete ornatui. Oues sunt, intendite pastui. Et hæc tria ad trinam illam domini pertinent sciscitationem. Porro custodia ciuitatis vt sit sufficiens trifaria erit: A vi tyrannorū a fraude hæreticorum: a tentationibus dæmonum. Sponsę vero ornatus in bonis operib9, moribus, ordinibus. At pastus ouium communiter quidem in pascuis scripturarū tanq̃ in hæreditate domini. Sed est distinctio in illis. Nam sunt mandata quę duris & carnalibus imponūtur ex lege, vitæ & disciplinæ. Et sunt holera dispensationis: quæ infirmis & pusillis corde respectu misericordiæ apponuntur. Et sunt consiliorum solida fortiaq; pręcepta: quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis, & qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Paruulis autem tanq̃ anniculis adhortationis lac potus datur non esca. Adhuc boni sollicitiq; pastores impiguare pecus nō cessant bonis exemplis, & suis magis q̃ alienis. Nam si alienis tantū, ignominia est illis: & pecus non ita proficit. Si enim apposuerit Moysi mansuetudinem, patientiam Iob, misericordiam Samuelis, Dauid sanctitatē, & cætera huiusmodi immitis aūt fit & impatiens & immisericors & minime sanct9: sermo minus sapide veniet ei, & oues minus auide capient. Bonus autē pastor hoc quoq; curabit, vt habeat in semetipso sal: sciens quia sermo sale conditus q̃tum placuerit ad gratiam tantum proficiet ad salutem.

O ¶Vt tamen eadem paulo expressius designemus, ad solam ciuitatis custodiam, vt q̃tum satis est procuretur, opus viro forti, spiritali, fideli. Forti, ad propulsandas iniurias: spiritali, ad deprehendendas insidias: fideli qui non quæ sua sunt quærat. Porro ad mores honestandos & corrigendos, quod ad decorem pertinet spōsę, necessaria est cū multa diligentia disciplinæ cēsura. Ferueat ergo necesse est zelo illo quo accēsus erat qui dicebat. Aemulor vos dei ęmulatione &c. Nā quomodo in pascua scripturarū educet greges dn̄icos pastor idiota? Et si doctus & non bonus fuerit, verendum ne non tā nutriat doctrina verbi q̃ noceat vita sterili. Temere itaq; hoc onus subitur absq; scientia pariter & vita laudabili.

Petrus Rauennas.

Qȝ nunq̃ ouis, discipulus, & ægrotus, caulas scientiam, sanitatem si sibi relicti fuerint consequentur.

¶Alius te cinget & ducet te quo tu non vis. P

Nunq̃ ouis ad caulas perueniet si pro suo libitu peruagetur. Nunq̃ scientiam discipulus poterit obtinere, si tot9 p̄ sua volūtate contenderit. Aegrotus quoq; nūq̃ poterit recipere sanitatem si pro suo curatus fuerit arbitrio.

Finiuntur Euangelia.

Sequuntur Apostolorum Acta.

Odo de Mor.

Cur ad consolandos apostolos duo tm̄ angeli descenderunt.

ECce duo viri astiterunt iuxta illos in
vestibus albis. Mi- Q
rum & inquisitione dignum videtur, cur tam pauci missi sunt, cur tam pauca loquuti: Cum et rei dignitas attestantium posceret multitudinem, & apostolorum desolatio non modica consolatione indigeret. Nato domino angelorum chorus canebat Gloria in excelsis deo. Ascendēte eo nisi duo apparuere. Dicam9 causam. Sed causam fortasse deuotioni potius seruientem q̃ rationi. Ascendente dn̄o, & nouā in cœlis speciem naturæ ingerente, superna illa curia admirata festiuo apparatu exiit ei obuiā & canticis spiritualibus laudes cecinit triumphāti. Fortasse idcirco tam pauci venere, ne tā festis deessent solēniis. Et qui venere, regressu celeri nouis se gaudiis sociarunt.

Bernardus.

Qȝ status, trāsmigratio, aspectus in cœlum in apostolis commendetur.

¶Viri Galilęi quid statis aspicientes in cœlū. R

Verba hæc angelorum ad apostolos tria præclara innuunt: quæ & ipsorum fidei insinuant veritatem: & morum continent honestatem. Quæ sunt transmigrare, stare, aspicere. Transmigratio triplex est. Primum quidem trans-

migramus carne per baptismi mysterium ab originali peccato. Secundo transmigramus ope re per pœnitentię remedium ab actuali pecca to. Tertio transmigramus mente per verita tis intellectum ab erroris vitio. Stare est in nul lam partē declinare. Qui status velut quadrus lapis inuenitur quadriformis, id est superius amando cœlestia: inferius contemnendo terre na: a dextris vilipendendo prospera: a sinistris ęquanimiter sustinendo contraria. In cœlum quoq; tribus modis aspicim⁹: Per foramen, per fenestram, per ostium. Ad foramen pertinet cō punctio, ad fenestram deuotio, ad ostium con templatio. In hac Iesus a nobis assumitur: quia semper in nobis habitat per fidē. Trāsit in qua lemcūq;, licet per speculum & in ęnigmate, spe ciem. Qui sic venit quēadmodum vadit: quia cum aliud sit opus, aliud fructus operis, ea dem tamen est intentio incommutabilis desu per manantis veritatis. Vel aliter. Qui nos sal uat noster Iesus, est salutaris operis effectus. Hic assumitur in cœlum, quando sicut scriptū est opera sanctorum veniunt in memoriam an te deum: & redit quando reddit vnicuiq; secū dum opera sua. Q assumitur in nube, diuinā protectionē intellige; quæ protegit vndiq; ope ra sanctorum ab incursu tentationum. Vel nu bes est ipsorum circunspectio sedula, quæ si de fuerit minus sunt opera salutaria.

Q ad trinam virtutem exemplum apostolicum nos inuitat.

S ¶Hi omnes erant perseuerātes vnanimiter in oratione &c. Expectabant siquidem cœlestem consolationem, cuius acceperant repromissio nē. Laudabili magnanimitate pusillus grex pa storis solatio destitutus: minime tamen dubi tans quin illi cura esset de eis: sed paternā pro eis gereret sollicitudinem: deuotis pulsabat supplicationibus cœlum: certus q penetrarēt illud iustorum orationes: nec pauperū preces spernerentur a domino: aut sine copiosa bene dictione redirent. Sed nec sine longanimitate p sistebant indeficientes, iuxta illud propheticum Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit. Porro vnanimitas legit euidenter expressa, q hæc sola diuini spiritus charismata mereatur. Neq; enim est deus dis sensionis, sed pacis. Neq; habitare facit nisi vnius moris in domo. Iure igitur præparatio nem cordis eorum audiuit auris diuina, nec ab expectatione sua confudit eos: qui & ma gnanimes & longanimes & vnanimes essent.

Certissima nanq; hęc testimonia sunt fidei, spei & charitatis. Et quidem euidenter spes longa nimitatem, vnanimitatem charitas operatur. Nunquid nō fides quoq; magnanimum facit? Facit, & sola. Quicquid enim sine fide præsu mitur: non est illa animi solida magnitudo, sed ventosa quædam inflatio & tumor inanis. Imi temur & nos triplicem hanc preparationem: si desideramus superefluentem mensuram spiri tus obtinere. Euidens fuit magnanimitas in cō uersione nostra: sit etiam in consummatione longanimitas: sit vnanimitas in cōuersatione. Huiusmodi siqdē aīabus cœlestis illa Hierusalē desiderat instaurari: quibus nec fidei magnitu do desit in suscipiendo onere Christi: nec lon gitudo spei in persistendo: nec charitatis iun ctura, quod est vinculum perfectionis.

Q Iudas nec cœlo nec terra recipi dignus fuit.

¶Iudas abiit in locum suum. Pulchre omnino in aere crepuit medius, aetiarum collega pote T statum: vtpote quē veri dei & veri pariter ho minis, qui de cœlo venisset operaturus salutē in medio terræ, proditorem, nec cœlum recipe ret, nec terra sustineret.

Q vinum de vera vite fusum apo stolos inebriauit.

Quomodo hi ebrii sunt cum hora diei tertia sit? Vere ebrii erant apostoli: sed 2 nō eo vino quo ab incredulis ebrii cre V debantur. Plane inquam ebrii, sed vino nouo, quod veteres vtres nō merentur accipere, nec continere valerent. Hoc nouum vinum vera il la vitis fuderat de excelso lætificans cor, non statum mētis euertens: vinum germinans vir gines, non apostatare faciens etiā sapientes. No uum vinum, sed habitantium super terram. Nā in cœlis quidē olim iā copiosissime redun dabat: non in vtribus, nec in testeis vasis, sed cella vinaria, in spiritualib⁹ apothecis. Fluebat per vicos & plateas omnes ciuitatis illius vi num in quo lætitia cordis non carnis luxuria est. Nam terrigenæ & filii hominum vinū hu iusmodi non habebāt. Sic igitur cœlum quidē vino proprio vtebatur, qd terra interim nescie bat. Sed ne ipsa quidē terra penitus inops, car ne Christi gloriabatur, cuius præsentiā cœlū nihilominus sitiebat. Quid ni fidelissimū fieret gratissimumq; commercium inter cœlum & terram: inter angelos & apostolos: vt exhibere

tur illis caro Christi, istis vinum cœli. Esset℞ in terra spũs: caro in cœlis: ac deinceps omnia omnib⁹ cõmunia inęternum? Nisi inquit, abiero paracletus non veniet. Hoc est dicere. Si nõ dederitis qđ amatis: non habebitis qđ desideratis. Expedit igitur vobis vt ego vadam, vos quoq₃ de terra ad cœlum, de carne ad spiritũ translaturus.

Balduinus.

Q₃ non sit sacerdotis euangelici pecuniam possidere.

5 X Argentum & aurum non est mihi. Digna vox principatu principiis apostolorum, principis ecclesiæ. Quid Petro & auro? Nonne Petrus dixit: Nos reliquimus omnia: quid ergo erit nobis? De mercede quęrenti non aurũ repromittitur vel argentũ. Hęc em̃ contẽnebat, quia in gloria egẽtium superbiebat. Vnde & agrorum precia ad pedes ipsius, ac cęterorum a fidelibus ponebãtur. Meritoq₃ ante pedes: quasi pedibus conculcanda, q̃ indignum erat, vel manibus attrectari.

Bernardus.

Q₃ Christum persequitur qui corpus eius, id est ecclesiam impugnarit.

9 Y Et subito circunfulsit eũ lux de cœlo. O vere inæstimabilis diuinæ dignatio pietatis. Illustrat cœlesti fulgore vel aforis: ĩtus adhuc luminis incapacẽ. Lucis & vocis testimonia credibilia facta sunt nimis, nec dubitare est de veritate q̃ se per vtrasq₃ ingerit, oculorũ scilicet auriumq₃ fenestras. ¶Saule Saule quid me p̃sequeris? Vere deprehensus est Saulus. Non est dissimulandi locus: non est facultas vlla negandi. In manibus sunt epistolę crudelissimę legationis: auctoritatis execrandę potestatis iniquę: Quid me p̃sequeris? An nõ persequebaẗ Christũ qui Christi membra trucidabat in terris? An vero persequuti sunt Christũ qui sacratissimũ illud corpus crucis affixere patibulo, & non p̃sequebaẗ eum qui aduersus corpus eius, qđ est ecclesia odio furebat iniquo? Deniq₃ si proprium sanguinem dedit in precium redemptionis animarum, non tibi videtur ab eo grauiorem sustinere persecutionem, qui suggestiõe maliuola, exẽplo pernicioso, scandali occasione, auertit ab eo animas quas redemit, q̃ a Iudæo qui sanguinẽ illũ fudit? Agnoscite dilectissimi, expauescite cõsortia eorũ qui salutem impediunt animarum. Horrendũ prorsus sacrilegium quod et ipsorũ videtur excedere facin⁹ qui dño maiestatis manus sacrilegas iniecerũt. Videbatur cessasse iã persecutionis tempus, sed vt palam factum est, nũq̃ deest persequutio christiano, sed neq₃ Christo. Et nunc qđ grauius est, ipsi Christũ persequuntur, qui ab eo christiani dicuntur. Coniurasse videtur contra te deus, vniuersitas populi christiani a minimo vsq₃ ad maximum. A planta pedis vsq₃ ad verticem capitis nõ est sanitas in illa.

Q₃ a suis rectoribus ecclesia spiritualiter impugnetur.

¶Egressa est iniquitas a senioribus iudicib⁹ vicariis tuis qui videntur regere populum tuũ. Non est iam dicere: sicut populus sic sacerdos: Z quia nec sic popul⁹ vt sacerdos. Heu heu domine deus, ipsi sunt in persequutione tui primi, q̃ videntur in ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. Arcem Sion occupauerunt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps libere & potestatiue tradunt incendio ciuitatem. Misera eorum conuersatio plebis tuę subuersio est. Atq₃ vtinam nũc sola hac parte nocerent. Nunc autẽ dati sunt: sacri gradus in occasionem turpis lucri, & quæstum existimãt pietatẽ. Copiosissimę quidẽ pietatis inueniũt in suscipienda immo accipiẽda animarũ cura: sed hæc apud eos cura minor: & de animarũ salute nouissima est cogitatio. Inique agunt etiam cæteri contra Christum: multiq₃ sunt nostris temporibus antichristi. Hæc videt Christus & silet. Hæc saluator patiẗ & dissimulat. Propterea dissimilemus nos necesse est, & sileamus maxime de prelatis nostris, magistris ecclesiarum.

Q₃ Christum persequitur qui salutem impedit animarum.

¶Quid me persequeris? Vereor ne quis forte A sit in nobis domini persequutor: quia manifesta docuit ratio impedire salutem, esse persequi saluatorem. Quas ego de salute animę meę fratri illi gratias agere possum: qui mihi propinat detractionis fraternæ venenum? Merito detractores deo odibiles describuntur tãq̃ persequutores. Quid & is qui exemplo suo ad remissius agendum cæteros prouocat, aut singularitate turbat: aut inquietat curiositate, aut impatientia & murmuratione molestat: aut quocunq₃ modo contristat spiritum dei qui in eis est: Nõne & hic manifeste persequitur Christum? Vt ergo persequutorum & nomen & crimen longe sit semper a nobis: benignos semper & mites exhibeamus nos, inuicem supportantes in omni patientia: ad id quod melius & perfectius est alterutrum prouocantes.

¶Saule Saule qđ me p̃sequeris? Et ille. Quis es B dñe? Hinc p̃fecto daẗ intelligi q̃ vere circũfusa erat illi claritas nõ infusa. Audiebat dñi vocẽ

sed faciem non videbat: quoniam erudiebatur ad fidem. Et vt ipse postea docuit, fides ex auditu est. Quis es inquit? Ignotum persequebatur & ideo cōsecutus est misericordiam. Discite ex hoc iustum iudicē deū non modo quid fiat, sed etiā quo aīo fiat cōsiderare. Et cauete deinceps ne quis parua reputet, cum q̄libet parua scienter delinquere cōuincatur. Nemo dicat in corde suo: leuia sunt ista, non curo corrigere: non est magnum si in his maneam venialibus minimisq; peccatis. Hæc eñ est impœnitentia: hæc blasphemia in spiritum sanctum: blasphemia irremissibilis. Paulus blasphemus fuit, sed non in spiritum sanctum, quia ignorans fecit in incredulitate. Quis es inquit domine? Et dominus ad eum. Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Ego saluator quem tu persequendo peris.

Quæ sit forma verę obedientiæ.

C ¶At ille. Domine quid me vis facere? Hæc plane perfectæ conuersionis est forma. O verbum breue, sed plenum, sed viuum, sed efficax. Q̄ꝫ pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientię forma, qui suam ita abiecerunt voluntatem vt non quid ipsi, sed quid velit dominus omni hora requirāt. Sequitur. Et dominus ad illum. Surge & ingredere ciuitatem, ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. O sapientia suauiter vniuersa disponens. Eū cui tu loqueris erudiēdum de voluntate tua mittis ad hominem, vt socialis vitæ commendetur vtilitas: & edoctus per hominem discat & ipse secundū datam sibi gratiam hominibus subuenire. Sequitur. Apertisq; oculis nihil videbat &c. Felix cæcitas qua male quondam illuminati in pręuaricatione, tandem in conuersione salubriter oculi excæcantur. Sane ꝙ triduo Paulus sine cibo manet persistens in oratione: ad eos maxime pertinet, qui nouiter seculo abrenunciātes, necdū in cœlesti consolatione respirant. Sustineant ergo & ipsi dominum in omni patientia: orent sine intermissione, quærentes, petentes, pulsantes, quia exaudiet eos pater cœlestis in tempore opportuno. Exinde iubetur Ananias manus imponere Saulo: sed tanq̄ bene eruditus non continuo acquiescit. Vide enim si non etiam Paulus ipse doctrinam hanc tradit discipulo: Nemini, inquiens, cito manus imponas. Vidit ait dominus virum imponentem sibi manum vt visum reciperet. Paulus cum hoc vidisset non continuo illuminatus est: sed expectauit Ananiæ manum, quem venturum in somnis præuidit.

Ne magistri præsumant fieri qui discipuli non fuerunt.

¶Hæc dico, quia vereor ne forte quis sit inter nos qui solo se somnio præsumat illuminatum esse: nec iam æquanimiter patiatur ad manum trahi: sed doctorem sese profiteatur alienum. D Cui enim necdum administrationis cura iniuncta est, nec credita dispensatio, necdum præceptum vt videat & prouideat iis qui apertos oculos habentes nihil vident: quis hoc præsumere tentat nisi qui meditatur inania, & quasi somnia vana sectatur?

Cassianus.

Q̄ꝫ deus ob humilitatis gratiam hominem doceri velit ab homine.

E ¶Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Vbi sunt qui suo viuere arbitrio: suo cōsilio regi in ipsis maxime initiis suę conuersionis præsumunt? Ecce Paulum apostolum per semetipsum vocans & alloquens Christus, cum posset ei viam perfectionis reserare cōfestim: dirigere ad Ananiam maluit: & ab eo iubet viam veritatis agnoscere, dicens. Surge & ingredere ciuitatem &c. Mittit itaq; istū ad seniorē, eumq; illius potius doctrina q̄ sua censet institui: ne scilicet quod recte gestum fuisset in Paulo, posteris malum præsumptiōis prębethe exemplum: dum vnusquisq; sibimet persuaderet simili modo se quoq; debere dei solius magisterio atq; doctrina potius q̄ seniorum institutione formari.

Ricardus.

De duabus catenis quibus a diabolo mens hominis ligatur.

ERat Petrus in carcere vinctus cathenis duabus. Vultis scire quæ sint huiusmodi vincula quæ soleant mentes etiam meritis sublimes: quādoq; grauiter irretire? F Modo sordida titillatione caro inflammatur. Modo fœda cogitatione animus sordidatur. Quasi ergo carcerales tenebras incurrimus, quando his concupiscentię nexibus irretiti confusionis nostræ caliginem declinare volumus, nec valemꝰ. Sed illa sane mēs diuinæ consolationis reuelationem meretur: quæ non tam propria corporis sui ignauia, q̄ alienæ malignitatis proteruia has confusionis suæ tenebras patitur. Eiusmodi autem sancta anima ad diuinæ legationis aduentum eripitur quando ex diuinæ inspirationis gratia & reuelationis luce ab oppressionis suæ pondere releuatur. Felix Petrus, qui non solum meruit ab angelo eripi: verum ereptus etiam angelum sequi. Puto ꝙ non omnes qui ab angelo eripiuntur: angelica etiam vestigia comitantur.

Bernardus.

Q: non sit dignus festiuitatis requie,q in vigilia noluerit laborare.

14 G Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. In huius rei sacramentũ sanctorum solennia ieiuniis prӕuenimus:ꝙ scilicet tribulatio pſens sit via festiuitatis ӕternæ. Indignus quippe soléni lętitia est,qui statutã vigiliæ abstinentiam non obseruat.Si renuis affligere animã tuam in vigilia,indignus iure censeris requie & exultatione festiua,Est autẽ vniuersum pſentis pœnitẽtię tempus vigilia quędã solẽnitatis magnæ & ęterni sabbatismi,quẽ prӕstolamur.Nec causaberis vigiliã longiorem si ęternitatẽ festiuitatis attendas.Licet eñ habere prӕparationẽ soleant solẽnia diurnã:illa cũ æterna sit,non exigit tamen ęternam.

Bernardus.

Q: sensualitas animæ nomine designetur.

20 H Non facio animam meam pciosiorem q̃ me.Optimus ęstimator rerum qui nihil sui sibi pferendũ existimat.Q: multi saluti proprię vilissimam modicãq; pecuniã prӕtulerunt:Paulus nec animã.Ergo differentiam facis inter te & animã tuam? Prudẽter quidem tu tibi pluris es q̃ quiduis tuum. Sed quo modo non anima tua tu? Arbitror ꝙ quia Paulus iam in spiritu ambularet,& mente consentiret legi dei,quia bona est: idcirco hanc ipsam mentẽ suam tãq̃ principale,ac supremum quiddam sui,dignum duxerit suũ potius q̃ suę cuiuspiam rei nomine designare.Reliquum vero qđ cõstat naturæ esse inferioris,& inferiori perinde vilioriq; essentiæ qđ est corpus inhærere, non modo officio viuificandi ac sensificãdi,sed fouẽdi,nutriendiq; desiderio:hoc inquã sensuale atq; carnale appellatiõe sui homo spiritualis indignum iudicans,inter sua magis censuit deputandum,q̃ se personaliter exprimendũ per illud.Cum me dico inquit,excellẽtius qđ in me est,in quo & sto per gratiam dei,mentem rationemq; intellige.Cum loquor animã meam:hoc inferius accipe quod carni animãdo vides accõmodatũ,immo & vinctum in concupiscẽtia.Id me fuisse sed iam non esse agnosco, quia non secundũ carnem ambulo,sed secundũ spiritum. Viuo ego iam nõ ego,secundũ carnẽ non ego: secundum mentem ego.Hanc ergo animã suã Paulus spernebat præ se,paratus perdere eam, iuxta consilium dñi.Tu quoq; si propriã deseras voluntatem:si corporis voluptatem:probabis te Pauli imitatorem: qui non facias animã tuam preciosiorem teipso.

Hic arguuntur monachi ciborũ differentias obseruantes.

¶Quid vos dicitis obseruatores ciborum:morum neglectores? Hypocrita & sequaces ei⁹ docent animas saluas facere in hoc mundo:Christus & eius discipuli perdere.Quẽ e duobus sequi magistrum eligitis? At manifestum se facit qui sic disputat:hoc oculis:illud capiti:hoc pectori vel stomacho.Legumina ait alter ventosa sunt.Caseus stomachum grauat:lac capiti nocet.Potum aquę nõ sustinet pectus. Caules nutriunt melancholiam.Cholerã porri accendũt. Pisces de stagno vel de lutosa aqua meę non cõgruũt cõplexioni.Quale est hoc vt in totis fluuiis,agris,hortis,cellariis vix possit reperiri qđ comedas? Puta te quęso monachum esse nõ medicum:nec de complexione iudicandũ,sed de pfessione. Num in euangelio legisti has differentias ciborũ? Aut in prophetis, aut in literis apostolorũ? Caro & sanguis profecto reuelauit tibi hanc sapientiã non spiritus patris. Epicurus atq; Hippocrates alter corpis voluptatẽ, alter bonam habitudinẽ pfert : me⁹ magister vtriusq; rei contemptum prædicat. I

Balduinus.

In qbus versari debeat cõuersatio sacerdotum.

¶Attendite vobis & vniuerso gregi. Primum vobis:deinde gregi.Habenda est ratio salutis ppriæ iis qui negocium procurant salutis alienæ.Castigatis moribus decet nos viuere quib⁹ credita est censura moralis disciplinæ.A se debent incipere quos primum oportet, pro se rationem reddere.Attendite inquit,vobis.Attẽdite quid estis secundũ naturã infirmę cõditionis:quid secũdũ functionẽ iniunctę legationis: quid secundũ potestatẽ acceptæ dignitatis: qd secundũ humilitatem debitę seruitutis. Attendite quid estis cũ aliis:quid propter alios:quid deniq; infra alios. Cũ aliis quid estis nisi hoies similes aliis,passibiles,ĩ peccatis cõcepti, moriẽdi necessitate constricti? Tales eñ decet esse põtifices,qui norunt esse compassibiles eo ꝙ sint & ipsi passibiles.Ergo quia homines estis:infirmi estis secundum naturam infirmæ conditionis.Secundũ functionẽ iniunctę legationis,propter alios,angeli pacis estis:in quibus deus posuit verbum reconciliationis : vt cum apostolo dicere possitis.Pro Christo legatiõe fungimur tanq̃ deo exhortante per nos.Obsecramus pro Christo reconciliari deo.Si autẽ angeli estis,in cœlis est cõuersatio vestra.Nõ eñ in carne,sed in spũ,sicut administratorii spũs in mi.propter eos q hę.ca.sal.Missi autẽ a deo qui facit angelos suos s.& mi.s.ig.vr. Vñ & vos discipulorũ

corda vrere & illuminare debetis: vt calore igniti eloquii pariter ardeant, & a calore eius non se abscondant. Mali vero sacerdotes cum boni angeli non sint: malis angelis rectius comparantur: qui de cœlo lapsi in veritate non steterunt: & honorem dignitatis angelicæ perdiderunt. Ne ergo & vos cadatis attendite: quia nō solum angeli estis propter alios: sed & dii estis supra alios. Et hoc secundum dignitatem acceptæ potestatis. Potestas vestra de cœlo est, & ex deo. Quis enim potest peccata dimittere nisi solus deus? Et vobis tamen data est potestas dimittendi peccata. Quia deus deorum locutus est & dixit. Quodcūq̄ solueris super terrā erit solutum & in cœlis. In hac autem potestate vestra deus semper repręsentatur a vobis in terra vt per vestrum ministerium semper pręsens sit quærentibus eum, non solum præsentia maiestatis: sed & repręsentatione suæ auctoritatis. Attēdite q̄tus honor illi debeatur a vobis: qui tam honorabile nomen dedit vobis. In hoc em̄ nomine timēdi estis & honorandi. Timendi vt iudices: honorandi vt patres. Timendi pro potestate: honorandi pro sanctitate. Sicui vestrū sanctitas deest, quod absit, timeat ille qm̄ iudex est. Timeat ille quoniā stetit in synagoga deoꝝ in medio autem deos diiudicans. Nouit enim qui sunt eius. Nam qui amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis & primas salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi: q sunt mercenarii: q sunt fures & latrones, qui non intrant per ostium: q sunt nummularii: qui vēdūt columbas in templo: q sunt canes muti: qui sunt operarii mali: totum hoc genus deorum inter falsos deos computandum videtur. Simulacra em̄ sacerdotum sunt & sicut imagines deorum aut idola abominationum in templo. Quēadmodū vnius veri dei cultus per idololatriam idolo indebite exhibet ita honorē diis. i. sanctis sacerdotib⁹ debitū indebite sibi vsurpāt, qui sibi sumūt honorē non vocitati a deo tanq̄ Aaron. Attēdite iterū humilitatem vestram & seruitutis necessitatem: & quid īfra alios estis. Si vultis audire, dicat ꝓpheta quid estis: qui ad dn̄m loquens ait. De fructu operum tuorum satiabitur terra producens fœnum iumentis & hærbam seruituti hominum. Ecce quid estis, iumenta & seruitus hominū: de tā alto in tā imū deuoluti estis Sicut scriptū est. Ascēdūt vsq̄ ad cœlos, & desc. vsq̄ ad a. Hoc igit̄ sentite in vobis qđ & in Christo Iesu. Cum em̄ esset ille deus in forma dei semet ipsum exinaniuit, formā serui accipiēs. Et vos dii estis. Exinanite vosmetipsos, & seruilē formā accipite: vt interdū efficiamini sicut hoīes propter homines: infirmi propter infirmos: sicut ille qui dicit. Quis infirmatur & ego non infirmor? Sequit̄. Vos posuit spiritus sanctus episcopos regere Ecclesiam dei. Hoc est enim officiū vestrum secundum geminū regendi modū dirigere & corrigere in iustitia & iudicio. His eī virtutibus sedes dei præparatur, aut corrigit̄. Sicut scriptum est. Iustitia & iudicium pręparatio sedis tuæ. Per vestram iustitiam vestrūq̄ iudicium præparanda est sedes dei in his q nō dum sessiles se deo sessori præbuerunt. hoc est in his qui nondum deo per obedientiam subiecti esse cœperunt. Pręparanda est in his etiam qui lapsi sunt vt erigantur: quia dominus supponit manum suam. ad vos omniū oculi respiciunt. Vita enim vestra speculum est sanctitatis, honestatis exemplū, & iustitiæ signaculum.

Epistola beati Pauli ad Ro. Bernardus.

Qꝫ philosophi non tā salubria q̄ sublimia sint sectati.

Deus illis reuelauit. Nec adiunxit Per spiritum suū. quia impiæ mentes contentæ sapientia q̄ inflat, illā quæ ædificat nescierūt. Reuelatio em̄ quæ ꝑ spiritū sanctū fit: nō solum illustrat ad agnitionem: sed & accēdit ad amorem, dicente Paulo. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Deniq̄ ipse apostolus dicat per quid cognouerunt. Per ea inquit quæ facta sunt intellecta &c. Vnde constat ꝙ nec perfecte cognouerunt quē minime dilexerunt. Si enim integre cognouissent: bonitatē q̄ pro eorum redemptione in carne nasci & mori voluit, non ignorarent. Sed audi quid eis de eo reuelatum fuerit. Sempiterna virtus eius & diuinitas. Vides quia qđ sublimitatis qđ maiestatis est, in ꝓsumptione spiritus nō dei: sed sui rimati sunt. Qꝫ aūt mitis sit & humilis corde non intellexerunt. Nec mirum: quia caput eoꝝ Beemoth nihil humile: sed om̄e sublime videt.

ca. i.

K

Qꝫ vera sapientia illuminat pariter & inflammat.

¶ Et obscuratum est insipiens cor eorum. Sol non omnes quibus lucet etiam calefacit. Sic sapientia cunctos quos docet quid faciendum sit non etiā accēdit ad faciendum. Aliud est diuitias multas scire & aliđ possidere. Nec notitia L

diuitē facit, sed possessio. Sic aliud nosse deū, & aliud timere. Nec notitia sapiētē: sed timor facit q̄ afficit. Tu ne sapiētē dixeris quē sua scientia inflat? Quis illos sapiētes dicat nisi insipientissimus: q cū cognouissent deū nō tāq̄ deū glorificauerūt: aut gratias egerunt? Et bene initiū sapientiæ timor domini: quia tūc primū deus animæ sapit cum eam afficit ad timendum: nō cum instituit ad sciendum. Times dei iustitiā: times potentiam: & sapit tibi iustus & potens deus: quia timor sapor est. Porro sapor sapientē facit: sicut scientia scientem: sicut diuitiæ diuitem. Quid ergo prior locus tantum præparat ad sapientiam? Præparatio rerum cognitio est. Verum hāc facile sequitur elationis tumor si non reprimat timor. Vt merito dicatur Initiū sapientiæ, qui se pesti insipientiæ primus opponit. Ibi itaq; accessus quidam est ad sapientiam hic ingressus.

Balduinus.

M Q꞉ auaritia spreto deo coli faciat creaturam.

¶ Qui mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in si. cor. ho. Hoc auari faciunt: qui auaritiā sectantes postposita imagine dei amant, & colunt imaginem nūmi: cuius precium in errore & stulta hominum opinione consistit. Quid enim sunt argentum & aurum publicæ monetæ charactere signata: nisi quædam simulacra regum & opera manuum hominum? Hi sunt o auare, hi sunt dei tui quos toto corde, tota mente, tota anima diligis: quos pręcipuo honore colis: in quibus confidis: in quibus totā spem in omni necessitate ponis.

Q꞉ charitas in alterum semper tendat.

5. N Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Charitas quæ per gratiā in nobis est, aliquo modo repræsentat nobis qualis sit illa incomprehensibilis charitas quæ deus est: cuius natura siue charitas siue benignitas est. Natura charitatis est hęc, sicut intimo quodam sensu ipsius charitatis nobis medullitus intimatur, & amare & velle amari. Sicut enim ignis nō potest nō ardere: sic & charitas nō potest non amare. Amor enim ignis est: & amare hoc est ardere. Et sicut ignis non se continet intra se: sed in hoc moueri videtur vt semper attingat quæ incendat: sic & amor se semp in alterum transfert, & bonorū suorum requirit participem. Aestimatione enim charitatis omē bonum pulchrius elucescit cum in commune deducitur q̄tum decet.

Petrus Rauennas.

Q꞉ genus humanum mors deuoret ore.

¶ Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors. Si ex Niniuitis singularis populi & vnius vrbis nōnūq̄ homines diu lamentati sunt discrimen, q̄ mens non totis tenebris obscuretur: quos oculos in fontes non redigat: quādo vnius lapsus extitit ruina cunctorum, & vnius culpa omnium defluxit ad pœnam: ac parentis vitium vniuerso generi ferale exitium p̄parauit? Intrauit in hūc mundum. Miraris eū posteris obsuisse qui facinore suo damnauerit mundum? Peccatum aūt nec natura nec substantia est, sed accidens: & hoc est peccatū naturę: quod est fumus oculis: qđ febris corpori: qđ dulcissimis fontibus amara salsedo. Vtiq; purus & lucidus est oculus p̄ naturam: sed per fumi conturbat̄ & obscurat̄ iniuriam. Et per peccatum mors. O crudelis fera, & non vno capite in hominū genus sæuire contenta: quam videmus tota humanæ stirpis germina tam preciosa deuorantē trino ore. Si quidem peccatum capit, mors deuorat, deglutit infernus. Et ita in omēs homines pertrāsiit. O dura hęreditas, O crudelis, O miseri quibus nec adipisci libuit: nec renunciare licuit nos hęredes. Et ne hoc iniustum forsitan videatur: respondetur: quia omēs per vnum. Nunquid nō in semine tota arbor? Vitium ergo seminis, vitium est totius arboris.

Q꞉ lex peccati vulnus aperuit non sanauit.

¶ Lex subintrauit vt abundaret delictū. Venit P lex quæ & vulnus proderet, & tādem vetusto languori supernum aduenire medicum nunciaret. Venit lex quæ mandatorum fomētis in cutem produceret qđ in altum male letaliter sæuiebat. Venit lex vt gladio præceptorum apostema longi temporis aperiret: & collectam diu saniem salutaris subinde sequeret̄ effusio: Nec tamen p̄ se aut vulnus claudere, aut ægrotanti perfectam valebat reddere sanitatem. Et ideo sequitur. Vbi abundauit peccatum super abundet & gratia. Acsi diceret. Vbi dilatatum est vulnus, supereffusa est sanitas.

Q꞉ periculosior sit infirmitas quæ patitur recidiuum.

Quid ergo dicemus? Permanebimus in 6. peccato vt gratia abundet? Si prona Q est delinquētibus pietas: si futura bona malis præsentibus acquiruntur: quid nobis virtutum iter arduum, quid inter malos iugis seruandæ innocentiæ cruciatus? Augeant̄ humana facinora vt bonitas cœlestis exuberet. Ad hoc ipse respondet apostolus. Absit. Siquidem vt medicus non vulneri: sed curæ proficit

& saluti:ita & deus nõ peccato:sed homini largitus est gratiam. Nec ad multiplicãda:sed ad delenda delicta imbrẽ suæ pietatis effudit. Igit inimicus est curę, qui semper curari ęstuat:nec vnq̃ desiderat persanari. Fugienda est ista demẽtia. Recidiua enim letalis est sæpius ægritudo.

Ricardus.

Q; sit nouitas nullis passionibus subiacere.

R ¶In nouitate vitæ ambulemus. Ad illatam iniuriam hilarescere:obiectam cõtumeliã nõ erubescere:de tribulatione gaudere:nonne hoc est in nouitate ambulare:& secundũ aliquẽ modũ seipsum impassibilem ostendere:& suis passionibus non subiacere?

Balduinus.

De triplici homine:& triplici cruce.

S ¶Vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vlterius non seruiat peccato. Ego sum vetus homo morti vicinus:homo terrenus portãs imaginem terreni. Homo carnalis venundatus sub peccato. Homo animalis nõ percipiens ea quę sunt spiritus dei. Homo reus mortis & cruce dignus. Nec vna tantũ cruce. Alia eñ crux debetur terreno, alia carnali, alia animali. Et ego vnus homo om̃es isti:& om̃es isti in me vno & om̃es cogitationes eorum aduersum me in malum.

De homine terreno.

T ¶Homo terrenus vetus homo est. Cœpit eñ a dieb9 antiquis a diebus pręuaricatiõis Adæ. Huius imaginẽ portãt q terrena sapiũt:qui solum cogitant quę sunt mundi:qui nimis amãt terrenam substantiã, & terrenã gloriã:quorum cõuersatio in terra est nõ in cœlis. Nõ enim respiciũt cœlum:sed oculos suos statuũt declinare in terram. Lingunt & comedũt oĩbus dieb9 vitæ suæ:cõglutinatus est in terra venter eoꝝ. Sẽper intrãt in iferiora terrę donec deglutiant a terra:sicut Dathan & Abiron. Homo hm̃oi amicus mũdi est. Vnde & inimicus dei constituit. Hic est ei qui cõtra Christũ clamat dicẽs Tolle tolle crucifige eũ. Terreni nẽpe erant qui dicebãt. Si dimittimus eũ sic, oẽs credẽt in eũ: & veniẽt Romani & tollent locũ nostrũ & gentem. Nõdũ inuidia terreni hoĩs cõtra Christũ quieuit. Persequitur eñ Christum in nobis ne viuat Christus in nobis. Si qs ergo Christi est, armet se zelo vindictæ cõtra psequutorẽ Christi. Clamemus ad alterutrũ p Christo contra inimicũ Christi. Sed quã accusationẽ afferem9 aduersus hoĩem hũc? Ecce homo qui nõ ponit deũ adiutorẽ suũ:sed sperat in multitudine diuitiarũ suarũ:& pualuit in vanitate sua. Tolle tolle crucifige eũ. Si hũc dimittis nõ es amicus Cæsaris. Sic fecit:sic fiat ei. Crucifixit: crucifigatur. Dignus est cruce & reus est mortis.

De cruce hominis terreni.

¶Quænã inquis est crux hoĩs istius? Aestimo q cõtemptus mũdi. Quæ quidẽ crux quasi ex duobus lignis aptatur:cõtemptu.s.terrenæ substantię, & cõtemptu terrenæ gloriæ. Totus ergo extendat in cruce, in longũ & in latũ. In cõtemptu terrenæ gloriæ hoc est in voluntaria vilitate extẽdat altitudo eius:in cõtemptu terrenæ substantiæ, hoc est in voluntaria paupertate, extendatur latitudo eius. V

De homine carnali.

¶Est alia crux in qua appẽdẽdus est homo carnalis. Homo iste amat vinũ & pinguia:ocium & securitatẽ:indui purpura & bysso:quotidie splẽdide epulari. Quæcũq; desiderãt oculi eius nõ negant eis. Om̃ia desideria sua in impetum voluptatis relaxat. Quis aũt sit finis huius hominis, in parabola de diuite & Lazaro declarat. Mortuus est, inquit, diues & sepultus est in inferno. Melius est ergo nobis hm̃oi hoĩem morti tradere in interitũ carnis, q̃ cũ ipso trahi in puteũ interi9. Mortificãda est itaq; caro nostra & crucifigẽda vt destruatur corpus pc̃ti. iuxta vocẽ prophetæ dicẽtis ad dñm. Cõfige timore tuo carnes meas. X

De cruce carnalis hominis.

¶Quoniã vero ad carnalẽ hoĩem dictũ est, Tu vero odisti disciplinã:nulla dignior crux inuenit q̃ austeritas regularis disciplinę qua crucifigitur carnalis homo:cui cruciatus est disciplina quã odit. Hæc crux ex legibus abstinẽtię & cõtinẽtiæ quasi ex duobus lignis extruit. Abstinẽtia eñ gulã tẽperat:& lex cõtinẽtiæ in oĩbus sensibus mẽtis & corporis luxũ frenat:& in his est omnis carnalis homo. Y

De animali homine.

¶Aĩalis autẽ homo qs sit apl's declarat dicens. Aĩalis homo nõ pcipit ea q̃ sunt dei. Carnalis homo a terreno hoĩe amoris pprietate differre videt. Amat eñ ille terrã:hic amat opera carnis. Aĩalis aũt hõ vel sensu vel affectu cognoscitur. Aĩalis est sensu q nõ sapit ea q̃ sunt spirit9 dei. Aĩalis est affectu, cui nõ sapiũt ea quę sunt spiritus dei. Qui aĩalis est sensu ignorat & errat:in tenebris ambulat:nescit quo vadat. Qui aĩalis est affectu sine affectione est, diuini amoris affectũ in se nõ sentit. Z

De cruce hominis animalis.

¶Crux igit hui9 hoĩs est æmulatio dei secũdũ sciẽtiã. Sciẽtia ei & æmulatio arma sũt militiæ nostræ nõ carnalia, sed potẽtia deo ad destructionẽ munitionũ:qbus nos armam9 destruẽtes A

consilia & omnẽ altitudinẽ extollentẽ se aduersus omnẽ scientiã dei:& in captiuitatẽ redigentes omnẽ ĩtellectũ in obsequiũ Christi. Aduertere est in his verbis apostoli altitudinẽ aduersus scientiã dei extolli. Quæ est autẽ hæc altitudo nisi de qua dicit: Noli altũ sapere? Hæc est altitudo aĩalis hoĩs, q in vanitate sensus sui ambulat. Altitudo autẽ crucis scientia dei est, quę in captiuitatẽ redigit omnẽ intellectũ in obsequiũ Christi. Latitudo vero aĩalis hoĩs est aĩalis affectus. Vagat̃ eñ per illicita in via lata q̃ ducit ad perditionẽ. Latitudo vero crucis est affectus deuotionis in latitudinẽ charitatis. Sunt autẽ nõnulli qui æmulationẽ dei habẽt:sed non secundũ scientiã dei. Alii autẽ scientiã dei habẽt & nõ æmulationẽ. Verum vt ex duobus lignis crucis statura compingatur:iungenda est sciẽtiæ æmulatio:& scientia æmulationi, ne sit indiscreta deuotio:vel indeuota discretio.

Sequitur.

B ¶Vt destruat̃ corpus peccati vt vltra non seruiat peccato. Si per corpus peccati recte intelligitur cõsensus peccati, tunc corpus peccati vere destruit̃:cũ tentanti cõcupiscentiæ nõ cõsentitur. Carnalis autẽ homo quasi homo peccati est & filius pditionis, habẽs corpus peccati:cui cõcupiscentia quasi pro aĩa est, & cõsensus quasi pro corpore. Et cũ cõcupiscentię plene cõsentitur quasi corpus peccati viuificat̃ & iam peccato seruitur.

Petrus.

Q lex peccati sit occasio non peccatum.

7. C PEccatum non cognoui nisi per legem. Acsi dicat. Aurũ auaritia non est:sed auaritiã non cognoui nisi per aurum. Vinũ ebrietas nõ est: sed ebrietatẽ nõ cognoui nisi per vinũ. Pulchritudo corporis nõ est concupiscentia, sed formæ decus. Formæ cõcupiscẽtia me rapuit & pduxit ad lapsum. Peccatũ nõ cognoui nisi per legẽ. Vitia nõ nosse felicitatis est, nosse periculi, vicisse virtutis. Quod enim ignis aridæ segeti:hoc vitia corpori sunt humano. Nã si ad mentẽ & sensus peruenerint: inextinguibile gignit̃ & exhalat̃ incendiũ:& nisi iudex cœlestis corda rigauerit:oĩne robur cordis & corporis redigitur in fauillam.

Balduinus.

Q carnis motus canũ latratibus & latrunculis comparetur.

D ¶Iã nõ ego operor illud:sed qđ habitat in me pctm̃. Sic sunt ĩdisciplinati motus in corde vel in corpore nostro, sicut latratus canis, qui molestus est viatoribus magis latratu q̃ morsu. Latratus quidẽ molesti sunt & suspecti:sed morsus noxii:& latratus valẽt ad custodiã & cautelam. Nam interdũ pro nobis latrant & nõ semp cõtra nos:deo ita dispensante vt caute ambulemus:vt ad vigilandũ excitemur:ne vnq̃ per securitatem obdormiamus in morte. Q si canes latrant circa domũ:nunqd ideo nõ in pace custoditur domus? Et si contradictio aliqua est in carne nostra:non solũ rationi:sed etiã voluntati nostræ cõtraria:nunqd ideo nõ possidemus terrã? Immo possidemus, licet nõdũ oĩno vt volumus:sed vt pro tẽpore possumus. Et in regno pacis latrũculi inueniunt̃. Sed dẽphensi cõprehensi suspendnnt̃:aut aliis suppliciis addicunt̃.

Bernardus.

Q in nobis vitia non sunt mortua:sed compressa.

¶Scio qa nõ habitat in me bonũ. Qtumlibet in hoc corpore manens profeceris: erras si vitia putas emortua, & nõ magis oppressa. Velis nolis, intra fines tuos habitat Iebuzeus, subiugari potest, non exterminari. Scio inquit apostolus quia non habitat in me bonum. Parum est, & male esse fateatur. Ait: Nõ quod volo hoc ago sed quod odi, ipsum facio. Si autem quod odi illud facio, non ego operor illud:sed quod habitat in me peccatum. Deniq̃ medium vitiorũ virtus tenet. Ac perinde sedula eget nõ solum putatione:sed etiã circuncisione. Alioquin verendũ ne vndiq̃ illabentibus immo arrodentibus vitiis illa dum nescis, paulatim elangueat: aut si supercreuerint, suffocetur. Vnde in tanto discrimine cõsilium est obseruare diligenter & mox vt renascentiũ capita apparebũt: prompta seueritate succidere. Non potest virtus cũ vitiis pariter crescere. Ergo vt illa vigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua, & salubria crescunt. Vtilitati accedit quicquid cupiditati demis. E

Q boni dicendi sunt qui mente seruiunt legi dei.

¶Scio quia in me non est bonum. Discernit qđ dicit in se:in carne sua interpretans propter contradictoriam legem quæ in ea est. Nam habet legem in mente, eaq̃ melior. An non lex dei bona? Q si malus est propter legem malã, quo modo non propter bonam bonus? Lex dei eius in mente ipsius:atq̃ ita in mente vt sit & mentis. Testis ipse est. Inuenio ait, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Nunquid suum dixerit quod carnis suæ est:& non suum quod mentis suæ est? Q magis suũ sit fatetur ipse:cum malum quod in carne est ita a se alienum censet vt dicat: Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. F

Et ideo forte signãter aliã dixerit legẽ inuentã in membris suis: ꝙ alienã hanc & quasi aduen titiã reputaret. Vnde Paulus non iam malus est propter malũ qđ in carne habet: sed bonus propter bonũ quod in mente habet. An nõ bonus qui consentit legi Dei quoniam bona est? Q, si seruit legi peccati, carne hoc facit non mente.

Q, velle bonum habeamus a domino: velle simpliciter a natura.

G ¶Velle adiacet mihi &c. Velle inest nobis ex libero arbitrio, nõ etiã posse qđ volumus. Non dico velle bonũ aut velle malũ: sed tantũ velle. Velle eñ bonũ pfectus est: velle malũ defect⁹: velle vero simpliciter ipm est qđ vel pficit vel deficit. Porro vt eẽt ipm creãs gratia fecit: vt pficiat, saluans gratia fecit: vt deficiat, ipsum se deiecit. Itaq; liberum arbitrium nos facit volentes, gratia beniuolos. Sicut eñ aliud est timere simpliciter, aliđ timere deũ, aliud amare, aliud amare deũ: Nã timere & amare simpliciter prolata, naturales sunt affectiones: cum additamẽto virtutes: sic aliud velle & aliud bonum velle Simplices nãq; affectiones naturaliter insunt nobis: quasi ex nobis: additamenta ex gratia. Quod ergo creatio donat, gratia ordinat: vt nil aliud sint virtutes q̃ ordinatę affectiões. A deo enim velle sicut & timere & amare accepimus in conditione naturæ vt essemus aliqua creatura. Velle autem bonum quomodo & timere & amare deum, accipimus in visitatione gratiæ vt simus dei creatura. Creati quippe quodãmodo nostri in liberã voluntatẽ: q̃si dei efficimur per bonam voluntatem. Porro bonam qui liberam facit: & ad hoc bonam vt simus initium aliquod creaturæ eius: quia expedit nobis magis oĩno non fuisse: q̃ nostros permanere. Nam qui voluerunt sui esse, vtiq; sicut dii scientes bonum & malum: facti sunt non tantum iam sui: sed & diaboli. Itaq; libera volũtas nos facit nostros: mala, diaboli: bona, dei. Cęterũ siue dei simus siue diaboli: non tamen similiter desinimus esse & nostri. Manet enim vtrobiq; libertas arbitrii: per quam maneat & causa meriti. Sane diabolo nostra nos voluntas mancipat nõ potestas eius. Deo subiicit eius gratia, non nostra voluntas.

Hugo de Sancto Victore.

Q, dei non viuit spiritu quem eius eloquium non accendit.

8. H QVi spiritum Christi nõ habet hic nõ est eius. Spiritum Christi non habet qui verba Christi audiendo non ardet. Spiritus enim sanctus in linguis igneis apparuit.

In quibus quisq; carni debeat vel non debeat obedire.

¶Fratres debitores sumus non carni vt secundum carnem viuamus. Debitores sumus carni vt eam cohibeamus ab iniquitate: exerceamus in virtute: & sustẽtemus in infirmitate. Sed debitores ei non sumus vt secundum illam viuamus. i. vt quod horret fugiamus: & quod diligit appetamus. Sic enim nec a malo declinaremus, nec bonum aliquando faceremus. I

Bernardus.

De triplici libertate.

¶Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Triplex est libertas. Est enim libertas a peccato, libertas a miseria, libertas a necessitate. Prima naturæ. Secunda gratiæ. Tertia vitæ vel gloriæ. Primo nanq; in liberam voluntatem & voluntariam libertatem conditi sumus nobilis Dei creatura. Secundo reformamur in innocentiã noua in Christo creatura. Tertio sublimamur in gloriam perfecta in spiritu creatura. Prima libertas habet plurimum honoris. Secunda virtutis. Tertia cumulum iocunditatis. Ex prima præstamus cæteris animãtibus. In secunda carnem: Mortem in tertia superamus. Solus autẽ Christus inter omnes filios Adam libertatem sibi vendicat a peccato. Sed & libertatem a miseria habuit potentia non actu. Nemo quippe tollebat animam eius: sed ipse ponebat eam. Et oblatus est, sed quia voluit. Sicut & natus ex muliere: sicut & factus sub lege. Fuit ergo & ipse sub lege miseriæ. Sed quia voluit: vt liber inter miseros & peccatores vtrunq; iugum fraternis a ceruicibus amoueret. K

Quomodo sanctis etiam mala cooperentur in bonum.

¶Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Non te terreat quod audisti nomen sanctitatis. Quod non secundum meritum: sed secundum propositum: non secundum affectionem: sed secundum intentionem sanctos vocat. Et tu ergo si posueris in corde tuo declinare a malo & facere bonum: tenete qđ accepisti & pficere semper in melius: sed & siqd aliqñ minus recte egeris, vt est humana fragilitas: nõ ĩ eo psistere: sed pœnitere & corrigere q̃tũ potes: eris sine dubio sanctus: sed cui L

interim clamare necesse sit. Custodi animã meã quia sanctus sum. Vis ergo nosse quẽadmodũ hmõi sanctis oĩa cooperant̃ in bonũ? Nõ curro modo p singula: inimici nostri sunt iudices. Si em̃ ipsi p nobis quõ nõ oĩa simul cũ illis? Porro nobis duplex aduersat̃ hostium genus, malum .s. duplex, qđ facimus & qđ patimur: culpa .s. & pœna. Itaq; cũ sit vtraq; cõtraria, erit vtraq; p nobis si volumus: vt pœna quidẽ a culpa liberet, & aduersus pœnã adiuuet culpa. Ecce em̃ cõpungimur in cordib⁹ nostris, & in cubili conscientiæ sup delictis pteritis. Sed delinit cõscientiã & corrodẽtiũ dẽtes peccatorũ cõterẽs reducit spẽ veniæ pœnitẽtia ista & volũtaria pœna quã patimur. Nõ solũ autẽ pterita: sed & futura repellit. Nã & tentãtia ppulsat vitia: & nonnulla sic perimit, vt aut raro aut nunq̃ venenatũ audeãt erigere caput. Sic pœna p nobis facit aduersus culpã, vt vel oĩno non sit, aut minor sit pœna. Culpa etiã agit vt aut nõ sit: aut minor sit pœna. Qui em̃ perfecte senserit pcti onus & aĩæ læsionem exteriorẽ, aut ex toto nõ sentiet aut parũ sentiet pœnam: nec reputabit laborẽ quo nouerit peccata deleri pterita, futura caueri. Sicut nec sanctus Dauid cõuitiantis serui reputauit iniurias, memor filii persequentis.

Q bonus sit comes bono spiritui, corpus hominis.

M ¶ Diligentibus deum omnia cooperãtur in bonum. Verũ id profecto: nam & ipsum corpus qđ aĩam dicit̃ aggrauare, vide quõ animæ diligenti deũ cooperetur in bonũ. Valet enim illi corpus suũ infirmũ, valet mortuũ, valet resuscitatũ. Primo ad fructũ pœnitẽtiæ. Secundo ad requiem. Tertio ad consummationem. Merito sine illo perfici non vult, quod in omni statu in bonũ sibi subuenire persentit. Bonus plane fidusq; comes caro spiritui bono: quæ ipsum aut si onerat iuuat, aut si non iuuat exonerat, aut certe iuuat & minime onerat. Primus status laboriosus: sed fructuosus. Secundus ociosus: sed non fastidiosus. Tertius etiam gloriosus.

Galfridus.

Q electis non solum bona: sed etiam mala proficiant ad salutem.

N ¶ Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Non enim bona tantum, sed etiam mala bonis proficiũt ad salutem. Quid ni possint? Absit vt vincat malitia sapientiam. Et cũ multi etiam bonis in sui perniciem abutantur: bene malis vtentes nõnulli inueniuntur. Bene itaq; vtitur bonis qui facit: qui recte offerens, recte etiam diuidit: solam in his omnibus quæ recte egerit quærens salutem propriam, proximorũ ædificationem: gloriam dei. Iustitiæ est hoc, qđ suum est cuiq; reddere. Bene vtitur bonis qui recipit ea in timore & in gratiarum actione, & necessitatis consideratione beneficia sumit actoris. Temperantiæ hoc, quæ & ipsa secunda species est virtutis. Bene vtitur malis q̃ fecerit, q exinde non modo humilior intra conscientiam suam, sed etiam feruentior ad agendam pœnitentiã & sollicitior fuerit ad cautelã. Bene vtitur malis quæ patitur: qui eorum breuitatem leuitatem, vtilitatem semper attendit. Et horũ quidem duorum, prudentię alterum est, alterũ fortitudinis.

Cassianus.

Q mens perfecti debeat biformes euentus vniformi constantia superare.

¶ Scimus quoniã diligentibus deum oĩa cooperantur in bonum. Omnia inquam, siue mors, siue vita, siue prospera, siue aduersa. Vbiq; qui deum diligit, inuenit occasionem salutis. Verũ sicut de perfectis ac sapientibus hoc dicitur: ita de infirmis pronunciatur ac stultis: omnia aduersari viro insipienti. Nec prosperis em̃ rebus proficit: nec emendat̃ aduersis. Eiusdẽ nãq; virtutis est tristia fortiter superare: cui⁹ & moderari secunda. Et eum qui in vno eorũ superat̃, neutrum sufferre certissimum est. Facilius tamen quis elidi potest prosperis q̃ aduersis. Hæc enim inuitos interdũ retinent atq; humiliant & compunctione saluberrima vel minus peccare faciunt vel emendant. Illa vero mollibus mẽtem ac perniciosis extollentia blandimentis securos felicitatis suæ prouentu, ruina maiore prosternunt. Proinde mens viri iusti non debet esse similis cæræ vel alterius cuiusq; materiæ mollioris, quæ semper characteri signantium cedens pro eius forma atq; imagine figuratur. Q̃q̃ in se tandiu retinet donec alio rursum superimpresso signaculo reformetur. Atq; ita fiat vt nũq̃ in sua qualitate persistat. Quin potius debet esse velut quoddam adamantinum signatorium, vt inuiolabilem mensuram figuram sui semper custodiẽs characteris, vniuersa quæ incurrerint sibi ad qualitatẽ sui status signet atq; formet: ipsa vero insigniri nullis incursibus possit.

Q securus optat interire pro Christo qui nouit neminem posse mori pro Christo.

Optabam anathema fieri a Christo pro 9.
fratribus meis. Vas electionis charita P
tis repletus affectu, etiam anathema optat fieri a Christo: dummodo ei familia multiplex acquiratur, & ad gloriam sui patris, salus totius Israeliticæ plebis ac

crescat. Securius enim optat interire pro Christo qui nouit neminem posse mori pro vita.

Bernardus.

Q; in corde compuncto dominus inuenitur.

10. Q Prope est verbũ in ore tuo & in corde tuo. Nõ te oportet o hõ maria trãsfretare: nõ penetrare nubes: non grandis tibi ostẽdit via: vsq; ad temetipm occurre deo tuo: vsq; ad cordis cõpunctionẽ & confessionẽ oris occurre: saltem exeas de sterquilinio miserę cõscientiæ: quoniã indignũ est illuc actorem pietatis intrare.

Q; seruorum Christi fides & confessio sit ornatus.

R ¶Corde credit ad iustitiã: ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Iustitia in corde: panis in domo est. Et beati qui esuriũt iustitiã: quoniã ipsi saturabũtur. Sit ergo iustitia in corde tuo. Et iustitia q̃ ex fide est. Hæc em̃ sola habet gloriã apud deũ. Sit etiã in ore cõfessio ad salutẽ. Confessionem inquam & decorem induere, quã maxime stolam in ministris suis Christus acceptat.

Petrus Rauennas.

Q; nihil desit homini qui deum habet.

S ¶Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutẽ. Magnũ per hoc fidei nostræ videmus esse cõpendium, quãdo inter cor & linguã salutis humanę versat & geritur sacramentũ. Habes homo vnde credere debeas. Corde creditur ad iustitiã. Habes vnde debeas confiteri. Ore autem confessio fit ad salutẽ. Et qd dicam? Totum in se habet homo qui deum habet. Deũ vero habet: q eũ suũ credit & cõfitet actorẽ. Et q̃a corde credit ad iustitiã: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ: sanctificate corda: mũdate labia: iustificate linguã: vt vox fidei baiula de pectore toto sanctitatis procedat exemplo.

Bernar. Q; in cõspecta mũdi fabrica dei potẽtia sapiẽtia benignitas cõmendent.

11. T Ex quo oĩa, p quẽ oĩa, in quo oĩa. Tria in magno huius mundi opere cogitare debemus. Videlicet qd sit, quõ sit, ad qd sit cõstitut⁹. Et in esse qdẽ rerũ inæstimabilis potẽtia cõmendat: q; tã multa, tã magna, tã multipliciter, tã magnifice sũt creata. In mõ aũt sapiẽtia singularis elucet, q; hæc qdẽ sursũ, hęc vero deorsũ, hęc ĩ medio ordinatissime sint locata. Si vero ad qd factus sit mediteris: occurrit tã vtilis benignitas, tã benigna vtilitas, quæ etiã ingratissimos quosq; multitudine & magnitudine beneficiorũ possit obruere. Potẽtissime siquidẽ ex nihilo oĩa: sapientissime oĩa pulchra: benignissime vtilia sunt creata.

Q; Christo qui se pro nobis obtulit nosmetipsos rependere debeamus.

Offerẽtes hostiam viuã deo placentem. 12.
V Quid offeremus aut qd retribuemus Christo p oĩbus quę retribuit nobis? Ille p nobis obtulit hostiã p̃ciosiorẽ quã habuit qua nimirũ p̃ciosior esse nõ potuit. Et nos ergo faciam⁹ qd possum⁹: optimũ qd habem⁹ offerẽtes illi, qd sumus vtiq; nosmetipsi. Quis mihi tribuat vt oblationẽ meã dignet maiestas tãta suscipere? Duo minuta habeo, corpus & aĩam meã. Vtinã hęc p̃fecte tibi deus possim ĩ sacrificiũ laudis offerre. Lõge em̃ vtilius mihi est vt offerar tibi q̃ vt deserar mihi ipi. nã ad me ipm aĩa mea cõturbat. Fratres, morituro dño Iudę⁹ mortuas hostias offerebat. Sed iã nũc viuo ego dicit dñs: nolo mortẽ p̃ctõris, sed magis vt conuertat & viuat. Nõ vult dñs mortẽ meã: & nõ libẽter offero ei vitã meã? Hęc est em̃ placabilis hostia: hostia deo placẽs: hostia viua. Sed in oblatione dñi tres fuisse legunt: & in hac quoq; tria a dño requirũt. Fuit in ea oblatione Ioseph spõsus matris dñi, cuius filius putabat: Fuit & ipa virgo mater, & puer q offerebat. Sit ergo & in oblatione nostra cõstãtia virilis, sit cõtinẽtia carnis, sit cõsciẽtia humilis, sit inquã in p̃posito p̃seuerãdi animus virilis, sit ĩ cõtinẽtia castitas virginalis, sit ĩ cõsciẽtia simplicitas & humilitas puerilis.

Petrus Raueñ.

Q; dandi sit auidus qui vt largiatur exorat. X
¶Obsecro vos per miam dei. Mira pietas quæ vt largiat exorat. Hic nãq; beat⁹ apostolus nõ humana petẽs: sed diuina cõferens sic p̃catur. Obsecro vos &c. Medicus austera remedia cum recipere persuadet ægrotos: agit p̃cibus nõ cõpellit imperio: sciẽs infirmitatis non voluntatis esse q; salutaria respuit quotiẽs profutura repellit infirm⁹. Et filiũ pater nõ potestate: sed amore ad rigorẽ p̃trahit disciplinæ. Sed quare non per virtutem dei aut gloriã p̃cat apostolus: sed tãtũ per miam dei? Quare? Quia per ipsam solam & crimẽ persequutoris euasit: & apostolatus tanti adeptus est dignitatẽ. Sicut ipse fatet dicẽs. Qui prius fui blasphemator & p̃sequutor: sed misericordiam consequutus sum.

Quas hostias Christianus sacerdos debeat immolare.

¶Vt exhibeat[is] corpora vestra. Ap̃ls sic rogãdo oẽs hoĩes ad sacerdotale fastigiũ iã p̃uexit. Vt exhibeat[is] corpora vestra hostiã viuã. O inauditũ Christiani põtificat⁹ officiũ: qñ hõ ipe sibi ẽ & hostia & sacerdos. Mirũ plane sacrificiũ vt corpus sine corpe, sanguis sine sanguie offerat. Sʒ hoc sacrificiũ, Christi descẽdit ex fora q corpus suũ p vita secli vitaliter ĩmolauit. Et vere Y

corpus suum fecit hostiam viuam qui viuit occisus. Hinc martyres morte nascuntur siue vitam inchoant: & in cœlo lucẽt qui in terris putabantur extincti. Et tu igitur induere sanctitatis stola: pręcingere balteo castitatis. Sit in velamento capitis tui Christus: crux in frontis tuę munimine perseueret. Pectori tuo appone diuinæ scientiæ sacramentum: in odore thymiama semper orationis accẽde. Arripe gladium spiritus. Altare cor tuum pone, & sic corpus tuum admoue dei securus ad victimam. Deus fidem non mortem quærit: votum nõ sanguinẽ sitit. Placatur voluntate non nece. Sic igitur fiet corpus tuum hostia viua, si nullo peccati iaculo fuerit sauciatũ. Non enĩ potest mori qui in tali gladio meretur occidi. Sanctam deo placentẽ. Quantũ enim immaculata victima placat deũ tãtum si maculata fuerit exacerbat. Rationabile sit obsequium vestrum. Obsequium ratione vigens: feruor est, quod non ratione frenatur. Quis enim nõ vocatus ad aulæ regalis se proripit seruitutem? Quis sine titulo militari militem se ausus est profiteri? Quis sine dignitatis infulis, nomen dignitatis inuadit? Hinc siquidem Saul tumẽs regali vertice dum putat sibi de sacerdotio qd licere: regnũ qđ acceperat altaris temerator amisit. Hinc Iudæus dum legẽ sine legis ratione excolit, legis interimit auctorem.

Bernardus.

Qꝫ id prius discendum sit quod vicinius est saluti.

Z ¶Dico autem per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Nõ ꝓhibet sapere: sed plus sapere q̃ oportet. Quid ẽ sapere ad sobrietatem? Vigilantissime obseruare quid scire magis priusve oporteat. Tempus enim breue est. Est autem quod in se est, omnis scientia bona: quæ tamen veritate subnixa sit. Sed tu qui cum timore & tremore tuam operari salutem pro temporis breuitate festinas, ea scire prius ampliusqꝫ curato quæ senseris viciniora saluti. Nonne medici corporum medicinæ portionem definiunt, eligere in sumendis cibis quid prius, quid posterius, & ad quẽ modum quidqꝫ sumi oporteat? Nam etsi bonos cõstat esse cibos ꝙ eos deus creauit: tu tamen si in sumendo modum & ordinem non obserues ipsos tibi reddis plane non bonos. Ergo quod dico de cibis hoc sentite & de scientiis.

Petrus Rauennas.

Qꝫ sit etiam in scientia modus discretionis.

A ¶Non plus sapere q̃ oportet sapere. Omnium quidẽ ciborum sal salubre est cõdimentũ si mensura non desit. Alioquin si sine modo, & ipsum perit: & qđ salierit, ꝑdit. Amaricat enĩ minietas qđ poterat sapere mensura. Sic qui in nobis est sensus si modum teneat, dat saporem: intellectum parit: cor dilatat: auget ingenium: maturat discenda: audienda componit: fitqꝫ sibi dulcis & degustãtibus tota dulcedinis plenitudo. Et plane erit ille melleus sensus q ore proferat nil amarum. Ad hoc enim inuitat apostolus cũ ait. Nõ plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem.

Bernardus.

Qꝫ sanctorum est gaudere cum gaudentibus & lugentibus collugere.

¶Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. O q̃ breui sermũculo totius religionis depinxit insigne. Qꝫ eleganti clausula proposuit pietatem, æquitatem statuit, submouit inuidiã. His vberibus mater ecclesia lactat proficientes: perfectos nutrit. Facessat hinc secularis plausus, insania & lætitia mundialis abscedat. Quia non est gaudere impiis dicit dominus. Nunqd illorum os gaudio impleri existimas: qui lætantur cum malefacerint? Nunquid qui vestiuntur purpura & bysso, gaudium & lætitiam obtinebunt? Absit vt in terra suauiter viuẽtium, gaudiorum inueniatur materia, cum tantis alternationibus tota mũdi facies immutetur, & eleuãs allidatur & respiret allisus. Sed est gaudium continua sibi iocunditate firmissimum: qđ ꝑfectus animus de secura sibi cõscientia pollicetur. Mens enim ab huius mundi aspergine pure pressequ detersa: & in diuinæ contemplationis acumen totum desiderii sibi figens affectum, gaudens gaudet in domino. Talis anima minas aspernatur: nescit timorem: spem falsam eludit: & omnium scandalorũ immunis, in pace in idipsum dormiens requiescit. B

Quæ debeant esse verba prælatorum.

¶Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Materni breuiter exprimuntur affectus: quia nec dolere paruuli nec valere queũt absqꝫ illa quæ genuit. Vtrobiqꝫ eam necesse est suis conformari visceribus. Hæc debent esse verba prælatorum quibus suos subditos lactent: congratulatio scilicet & compassio. Et congratulatio quidem exhortationis: compassio vero consolationis lac fundit. Porro vtraqꝫ speciem vberum cœlitus irrorari pio pectori suo spiritualis mater toties sentit quoties visitatione spiritus sancti illustratur. Videas eam mox plenis vberibus paruulis incubare lactãdis. Et ex vno C

quidem consolatoria, ex altero vero exhortatoria vberius ministrare, prout singulis expedire videbit. Verbi causa: Si quē forte ex iis quos genuit in euangelio, deprehendit aliqua tentatione concussum, & nō posse iam ferre vim tētatiōis: quomodo cōdolet? quomodo mulcet? quomodo plangit? quomodo consolatur? quot argumenta pietatis mox reperit: quibus erigat desolatum? Econtrario si promptum, si alacrem, si bene proficientem cognouerit exultat, aggredit salutaribus monitis, accēdit amplius instruit in quibus potest vt perseueret: vtq; in melius proficiat exhortatur. Oibus se conformat; omniū in se transfert affectus, matrē se probat non minus deficientium q̄ proficientium. Quātos hodie secus affectos videmus de iis qui animas regere susceperunt? Quod enim sine mirabili gemitu dicendum non est: Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hęc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligunt in acquisitione turpis quæstus: & precium vniuersitatis, suis marsupiis includere festinant: hoc sane solo a Iuda Scariothe differentes, q; ille horum omne emolumentum denariorum numero compensauit: Isti voraciori lucrorum ingluuie pecunias exigunt infinitas. Animarum nec casus reputatur, nec salus. Non sunt profecto matres: qui cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritione Ioseph. Qui mater est non dissimulat: habet vbera & nō vacua. Gaudet cum gaudentibus: flet cū flentibus.

Balduinus.

Q; membra sibiinuicem seruiant: sibi prosint.

D ¶Multi quidem vnum corpus sumus: alter alterius membra. Vnus autē spiritus totum corpus nostrum per mēbra & iuncturas & compages eorum viuificat: pacēq; mutuam conciliat: in qua vnitas ipsa conseruatur. Conciliat autem in mutuis obsequiis mēbrorum mutuaq; patientia. Attendite & videte quæ singula sunt propria, quomodo cōmuni vtilitati deseruiunt. Oculus nō tantū sibi videt: sed & pedes dirigit in gressibus eorum. Os non sibi tātum comedit: nec stomachus digerit: sed cōmune negocium geritur: & qđ toti corpori nutriendo & sufficiat & proficiat, ore sumitur: stomacho digeritur. Nōne lingua siqua pars corporis lædatur, quasi affectum cōpatientis & vocem patientis assumens: contra lędentem clamat: Quid me lędis? Nōne cor de cōmuni vtilitate sollicitum cōsilia disponit apud se ita & p aliis, sicut & p se? Nōne manus ad ministrādum natę, & ad seruiendum donatę, vt quotidiana docet experientia, ad obsequiū pedū sese humiliant? Q; si manus, vt casu nōnunq̄ accidit, ab altera vulneret: Nunqd quę lęsa est, zelo vindictę armatur, & percussa repercutit? Nonne illa quę lęsit quasi reatus sui conscia, & quasi dolore pœnitentię compuncta, velut satisfactionis nomine, sorori lęsę medelam curationis quam optimā potest, adhibere festinat? Nonne ipsa obsequii humilitate pro venia supplicat: & vt sibi ignoscatur orat? Nonne deuota sedulitate: & suæ benignitatis studio omnem malignitatis suspicionem excusat? Est & aliud qđ nos ædificare possit. Si pręsenserit oculus minacem gladium in caput feriendum vibrari, mox quasi inconsulte, aut timoris, aut furoris calore manus se interponit: & gladio opponit aut etiam occurrit, & in suum periculum festinat, dum capiti metuit sibi non metuit: & vt parcatur capiti: non parcit ipsa sibi. Quo queso nos trahunt hæc exempla: nisi ad mutuam patientiā: mutuā humilitatem: mutuam charitatem? Nonne deus scripsit legem amoris in nobis, quæ nos erudiat de nobis? Sed qui legem dedit, det nobis & benedictionem, Amen.

Bernardus.

Q; bona sint coram deo & hominibus prouidenda.

¶Prouidentes bona nō tm̄ coram deo sed etiā coram omnibus hominibus. Docet nos apostolus bona etiam coram hominibus prouidere. Sed inter hęc notandum: q; si in hac parte vt assolet minus opera nostra profecerit: sit iam nobis pro minimo, vt ab homine iudicemur. Non q; eatenus id oporteat paruipendi: vt non debeat quis secūdū deum et in timore eius, vel declinare, vel cōpescere scandala proximorū: Sed q; vbi necesse est alterum fieri e duobus, melius fit vt scandalum oriatur q̄ veritas relinquatur. Nam & veritas ipsa quę Christus est, causantibus pharisęis q; peccatores reciperet, pessimis licet hominibus rationē reddere nō neglexit: quorum tn̄ iudiciis vt peccatores abiiceret minime acquieuit. E

Cassianus.

Q; omni cedat iniuriæ mens quam charitas emolliuit.

¶Non vos defendentes charissimi: sed date locum irę. Id est nequaq̄ ad vindictam iracundia cogente tendatis, sed date locum iræ. Hoc est: nō sint corda vestra sic impatientię ac pusillanimitatis angustiis coarctata: vt violen- F

tam commotionis procellam cum irruerit sustinere non possint. Sed dilatamini in cordibus vestris suscipientes aduersos iracundię fluctus in illis extentis sinibus charitatis, quae omnia suffert, omnia sustinet. Et ita mens nostra amplitudine longanimitatis ac patiētię dilatata habeāt in se cōsiliorū salutares recessus: in quibus receptus quodammodo atq; diffusus teterrimus iracundię fumus protinus euanescat. Date locum iræ: aut cedendo locum, vel permittendo nocere. Vel certe ita damus locum iræ, quotiens cōmotioni alterius humili atq; tranquilla mente succūbimus: & quodammodo dignos nos qualibet iniuria profitentes impatientiæ obsequimur sæuienti. Cæterum ii qui ita sensum apostolicæ perfectionis inclinant, vt locum iræ illos dare existiment, qui ab irascente discedunt, videntur mihi discessione fomitem non abscindere: sed nutrire.

Bernardus.

Q; ex charitate sint omnia facienda.

13. G Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Non voluit apostolus vt alia quælibet debita negarentur: cum alibi dicat. Cui honorē honorē &c. in hunc modum. Sed vt plenius intelligas quid in vtroq; senserit vel monuerit, vide quēadmodum inter radios solis minora quęlibet luminaria nō videntur. Sic ergo dilectio alia quęuis debita superans quasi sola regnet in nobis: vt quicqd debetur cęteris, sibi vendicet: & ex dilectione omnia faciamus.

Galfridus.

De quinq; somni generibus.

H ¶Fratres scientes quia hora est iam nos de somno surgere. In his verbis notandum est q; nō simpliciter tempus sed signanter horam nominat apostolus, q̄uis habeāt quidam codices, qđ notandum magis videtur: Scientes tēpus quia hora est iam nos de somno surgere. Horam dicens, innuit breuem moram: & sic omnem dilationis amputat occasionem. Nec putandum q; apostolus horam esse surgendi de somno dixit naturali. Quinq; enim species somni, præter eum qui in vsu omnibus esse cognoscitur, diuina nobis videtur insinuare scriptura. Primus speculatorius. Secundus dissimulatorius: Tertius reprehensibilis. Quartus damnabilis. Quintus indifferens & cōmunis est omni carni. In primo delectatio suauitatis. In secundo vmbra est dissimulationis. In tertio torpor negligentiæ. In quarto mortifera quædam mentis obliuio interioris hominis claudit oculos, & vigorem sepelit rationis. Quintus terrenorum actuum habet consummationem. Similiter colligit, dissimiliter aliquando resurrecturos. Primum nobis cōmendasse videtur sopor qui oblatis hostiis in Abraham legitur irruisse. Sed & somnus Iacob: in quo ei visio spiritualis apparuit: & ille forsitan Salomonis: in quo sapientiam petiit & accepit. Ad secundum vero non incongrue referatur, q; in grauissima tempestate propter ipsum orta Ionas iacuit sopore deprehensus forte deprehendendus. Euidentius ad eiusmodi somnum pertinuit, q; ventis sęuientibus & mari intumescente pręceptor nihil eis pręcipiens dormiebat in naui. Ad tertium somnū pertinuit, q; Noe temulentus nudatus & irrisus demum expergefactus erubuit. In quarto forsitan somno dormiens Loth filiarum maculatus est incestu: Sisara soporatus clauo tabernaculi tēpora trāsforatus occubuit: capite truncatus interiit Holophernes. Ad quintum omnes nos oportet esse paratos: quia quales nos exceperit tales est redditurus: & diuino exhibiturus iudicio. De quo dominus archisynagogi filiam suscitaturus dicebat. Non est mortua puella: sed dormit. Sic & Lazarum amicum suum dormire dicebat. Et primus eius testis Stephanus inter saxa frementium, & furentium populorū feliciter obdormiuit in domino. Primus Abraham in sopore suo super his quæ circa generationē suam mox futura disponebantur edoctus illam nobis speculationem cōmendat quę circa sensus solet allegoricos occupari ad temporalem statum ecclesiæ pertinentes. Visio sancti Iacob anagogica fuit: dum ascendentes, & descendentes angelos intuebatur: & dominū innixum scalæ. Salomon vero ad regendum populum dei sapientiam magis cognoscitur accepisse moralem. Similiter Ionas in secundo genere dissimulabat transgressionē suam, Sampson fortitudinem, Christus auctoritatem. Sed deprehēditur qui peccatum dissimulat: & meritum suum cogitur aliquotiens manifestare qui celat: & exercet officii potestatem qui dispensatorie sustinebat. In genere tertio somnus Noe, somnus ostiarię, somnus adolescentis qui Paulo prędicante cecidit: & expirauit. Hęc nobis innuunt q; iste minus cauet negligentiam in operibus suis. Ille minus prouidet sibi cōmissis. Alius parum intendit sui sermonibus pręceptoris. Dum enim sic dormiūt homines zizania in medio tritici superseminat inimicus. In quarto genere somnus Loth, Sisare, Holophernis, alios per ignorātiam, alios per hypo-

crisim, alios per intemperantiam obdormire in morte designat. Et in iis quidam ꝙ grauiter peccent nesciunt ignorãtes: sciunt sed nesciuntur simulantes: sciuntur & sciunt improbi, & impudentes. Væ miseris: ignorantia nostra quandoꝗ dãnabilis est. Sed peccata voluntaria & scienter cõmissa merentur vt in alia incidamus crimina etiam ignorantes. Qȝ si timendum nobis est ab incognitis (iuxta illud Delicta quis intelligit?) quid de eis facimus, quæ nos in illa pręcipitant? Meticulosa scientia: ꝙ peccati causa, & peccati pœna, peccatum est. De cętero periculosa hypocrisis: periculosa nihilominus impudentia est: nec occultare peccatũ nec prędicare consilii est. Nam & simulata ęquitas, duplex est iniqtas: & iniqtas dissimulata fit multiplex. Quinto genere oẽs dormire videntur mortui: sicut omnes sunt resurrecturi. Illo nobis somno quando sit dormiẽdum multo magis cõsiderare nos conuenit q̃ quando surgendum. Nam ad reliqua quatuor forsitan poterit pertinere qđ Apostolus ait, Hora est iam nos de somno surgere. Et duobus quidem nouissimis nunq̃ expedit indulgere: nũq̃ differre qui fuerit occupatus in illis. Hora est q̃tũcunꝗ monetur vt discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Ne tardes conuerti ad dominũ ignorans quid superuentura pariat dies. Ab hoc somno mortis nunq̃ nõ est hora surgendi. Hora surgendi est: qa breuis mora viuendi. Duobus autem primis generibus dormitionis aliquo modo indulgendum: si tamen dicẽdum ꝙ indulgeatur primo cui tota auiditate potius incũbendum. Surgẽdum tamen est & ab illis, vt qđ fuerit dissimulatum tempore opportuno aliquando debeat exhiberi: & ad operationem interdum descendere nõ detractet cui fuerit datum vt ascenderet ad speculationem. Verũtamẽ ne tunc quidem dum manus in opere obedientię est, mens a sacra meditatione & oratiõe recedat. Iam de secundo genere dormitionum, siquid forsitan occultãdum humana verecundia persuasit: hora est vt excutere somnolentiã, discutere cõsciẽtiam, decutere verecũdiam debeamꝰ. Nũc enim propior est nostra salus q̃ cum credidimus. Videtur autẽ Romanis quibus scribebat Apostolus persuadere a maiori, vt si fidem susceperant cũ abessent longius a salute, qđ difficilius videbatur: multo magis nunc sectarentur opera fidei & salutis: & vigilantius exercerentur tanq̃ domestici fidei, & saluti propinquiores. Nobis autem cõsiderandum est in his verbis apostoli, ꝙ exurgentibus in occursum suum appropinquat dominus cum salute, & qui mane vigilauerint ad eũ inuenient eum. Prope est dominus iis qui recto sunt corde. Prope est salus cum insensibiles esse desierint. alioquin si obturauerint aures, si frontes obdurauerint, si obfirmauerint animos, si lapidea corda pretulerint, longe a peccatoribus salus.

¶Prima a salute recessio fastidium est languentis animæ: cum omnẽ escam abominans appropinquat ad portas mortis, languet oratio, friget deuotio, displicet lectio, horret etiam solitudo, excidit charitas, grauis videtur sobrietas, castitas insuauis, paupertas anxia, silentium triste, seruilis obedientia, humilitas vilis. Ex hoc iam quędam fascinatio nugacitatis de cubiculo negligentię in plateas curiositatis expellit: & seipsam ignorans anima ad pascendos hœdos egreditur. Nec deesse pericula poterunt improuide discurrenti per ardua montium, per prerupta rupium, ꝑ aspera veprium, per profunda paludum, per torrentium concaua, per condensa syluarum. Hostilibus insuper nexibus irretitum conditio seruilis excipiet: nec facultas suppetet resistendi. Quodꝗ miserius est, nec pigebit miseriæ, nec confusionis tantæ pudebit. Vnde ẽt spe reparationis adempta, eousꝗ demum perueniet in profunda malorum: vt contẽnens ineat fœdus cum morte ne parata supplicia audiens expauescat. Alioquin iustificari poterat si nõ foret fine timore. Cęterum si non modo a iudiciis dei timuerit: sed in spe veniæ pietatis intuitu respirauerit: sed dolore simul apposito conscientia reatum suum considerans erubuerit, tentationi restiterit, consulte pericula declinauerit, effusum prius animũ ad intelligentiam recollegerit, inter vitia & virtutes palato conualescente sapienter discreuerit, proculdubio saluus erit. I

¶Hæc autem omnia vnus atꝗ idem spiritus operatur, vnicus in essentia, multiplex in effectu. Inde est ꝙ spiritus sapientię & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris domini perhibetur. In his septem donis tanq̃ septem dietis acceditur ad salutem sicut receditur totidem vitiis a salute. K

¶Primum est fastidium boni. Secundum curiositas. Tertium consideratio. Quartum inertia. Quintum negligentia. Sextum desperatio. Septimum obstinatio animi & contemptus. Cæterum inter folia tanta verborum poterit fructus aliquis inueniri si quisꝗ sollicita consideratione pensauerit quonam potissimum somni genere dormiat: qualiter surgat: a salute quo gradu distet: q̃tum illi appropiet vel ab ea forte recedat. L

Q non sit meridies donec ad lucis plenitudinem perueniatur.

M ¶ Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Quando hoc dicebat apostolus? Quãdo sol reuersus ab inferis iam se ad alta cæli sustulerat significans tunc esse adhuc modicum lumen, vt appropinquasse q̃ venisse diem dicere maluerit. Quãto magis cũ adhuc similitudo carnis peccati instar densæ nobis operiret aurorã: ita vt Christo nec amara mors, nec crux pbrosa defuerit. Quãto magis inquã tunc exigua tenuisq; admodum lux fuit: & quę de auroræ magis q̃ de solis prodire præsentia videretur? Erat ergo aurora & ipsa subobscura satis tota illa Christi conuersatio super terram: vsq; dum occumbens & rursus exoriens solari suæ præsentiæ lumine clariori fugauit auroram: & mane facto absorpta est nox in victoria. Ex tunc eleuatus est sol: & sensim diffundẽs suos radios super terram cœpit paulatim vbiq; clarior apparere feruidiorq; sentiri. Verum q̃tũlibet incalescat, multiplicet, & dilatet radios suos per omne huius mortalitatis curriculum (erit enim nobiscum vsq; in cõsummationem seculi) non tñ ad meridianum perueniet lumen: nec in illa sui plenitudine videbitur modo, in qua videndus est postea ab iis quos hac visione dignabitur. O vere meridies, plenitudo feruoris & lucis, solis statio, vmbrarum exterminatio, desiccatio paludum, fœtorum depulsio. O perenne solstitium quando iam non inclinabitur dies. O lumen meridianum. O vernalis temperies. O æstiua venustas. O autũnalis vbertas. O quies & feriatio hyemalis. Aut certe si hoc magis probas, sola tunc hyems abiit & recessit.

Q perfecta religio sit arma lucis induere, & opera reiicere tenebrarum.

N ¶ Nox præcessit: dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis &c. Abiiciam⁹ (inquit) opera tenebrarum: id est somnolentiam & ebrietatem. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt. Et qui ebrii sunt: nocte ebrii sunt: vt tanq̃ in die non dormitemus: sed ambulemus: & hoc quidem honeste non temulente. Vides hominem cuius omne opus bonum: dormitat anima prę tedio? In tenebris est vsq; adhuc. Vides inebrietatum absinthio, sapientem plusq̃ oportet: cuius nec oculus visu, nec auris satiatur auditu: qui pecuniam aut simile aliquid diligens non satietur: longam instar hydropici sitim bibens? Filius noctis est & tenebrarum. Nec facile separantur hæc duo. In desideriis est omnis ociosus: id est in ebrietate omnis somnolentus. Excutiamus ergo soporem & ebrietatem; id est negligentiam & cupiditatem. In his enim duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Quæ sunt, Declina a malo & fac bonum.

Hugo de sancto Victo.

Q Christo debeat indui Christianus.

¶ Induimini dominum Iesum Christum. Formam Christi, similitudinem Christi, hanc indue, assume, conformare, commentire. Sursum & deorsum pergit sapientia, a fine vsq; ad finem. Sursum maiestate, deorsum humilitate. Si altitudinem respicis: nemo est Christo sublimior. Si deiectionem, nemo humilior. Vide q̃tum descendit humilitate. Filius erat & factus est seruus: & accepit non solum conditionem serui vt subesset: sed & mali serui: vt vapularet. Et amplius, vt solueret per pœnam quod nõ rapuerat per culpam. Quis sic gloriari potest? Quis sic humiliari? Vsq; ad imum humiliatus: vsq; ad summũ exaltatus. Descende post Christum humilitate infima patiendo. Ascende post Christum charitate summa appetendo. Perge cum ipso vt crescas in ipso. Imitari potes, nõ ęquare. O

Bernardus.

Q dei regnum in voluptatibus non consistit.

NOn est regnũ dei esca & potus &c. Solet apostolus in verbis esse breuis: in sentẽtiis copiosus. Tam signanter vniuersa depromit: & sic intonat spiritu & virtute: vt in serie ordinem: in sensu plenitudinem: in vtroq; connexionem mirabiliter extendat. Non est, inquit, regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Quid ad hoc dicitis vos gulosi: quorum deus venter est: quorum omnes vsus aut in ventre: aut sub ventre? qui vt ait alter apostolus in luxuriis enutritis corda & corpora vestra? Audite, audite quia esca ventri, & venter escis. Deus autem & hunc & has destruet. O delicate qui delitiis & vitiis es circunfusus atq; confusus: confusionem expectas & mortem: non est regnum dei esca & potus: non purpura & byssus: quia diues ille vtroq; circunfluus in puncto ad inferna descendit. Quid ergo? Iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Attendis & intendis: quia

gaudium in fine est. Sic fatui filii Adam præcipiti saltu iustitiam transilientes & pacem, rem finalem in principiũ cõuertere & peruertere vultis! Nemo enim est q gaudere non velit. Non stabit:& nõ erit illud:quia sicut nõ est pax impiis:sic nec gaudere ĩpiis,dicit dñs. Nõ sic ĩpii, nõ sic:sed prius est iustitiam facere:pacem inquirere:& sic demum apprehẽdere gaudium: immo a gaudio comprehendi. Sic conuentus ille angelicus prius iustitiam fecit cũ stetit in veritate, & veritatis deseruit desertorem. Posthæc illa pace firmati sunt quæ exuperat omnem sensum. Quia cum diuersis honorum primatibus ambiantur, nullus est q murmuret, qui inuideat nullus.

Qz per iustitiam & pacem ad verum gaudium peruenitur.

Q ¶Non est regnum dei esca & potus. Exhibent angeli iustitiam deo: pacem inter se:gaudium sibi. Sic & tu homo, noli prius rapere qđ tuum est, & iustitiam quã deo, & pacem quã proximo debes, contẽnere. Iustitia virtus est qua redditur vnicuiq; qđ suum est. Tu nõ solum iustitiam:sed multas & multiplices iustitias debes deo. Quicquid enim es, quicquid potes, debes creanti, redimẽti, vocanti. Sed cũ iustitiã feceris, fac & pacem. Si recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduersum te, sis humilis ad veniam petendam: si tu aduersus illum, sis facilis ad dandam. Et sic omnia mẽbra erũt in pace. Sic enim ad duo ista, charitatẽ.s.& humilitatem parati, nõ poterimus omnino dissensionem sentire. Discite, inquit, a me quia mitis sum & humilis corde. Mitis: quod pertinet ad charitatem:quę scilicet patiens est, benigna est. Humilis: qđ ad ipsam verbi pertinet ꝓprietatẽ. Sic procedẽtibus erit gaudiũ in spũ sancto. Loquar qđ expertus noui. Nunqd nõ orantibus nobis plerũq; omnia viscerum succutiuntur occulta ad memoriam gaudii illius quod est in Hierusalem, & lachrymarum vnda vultus meditantium superfundit! O si duraret. Si oblitus fuero tui Hierusalem : obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem: in principio lętitiæ meę. Vere in principio lætitiæ : quia finis illic repositus est. Principium enim gaudii illius qđ hic quãdoq; sentimus, stilla est, guttula est de flumine illo descendens, cuius impetus lætificat ciuitatem dei. Quãdo veniet tempus vt perennibus gaudiis in ipso diuinitatis fonte profundius immergamur : vbi vnda ad vndam sine intercapedine & interpolatione continuetur. Eia ergo, eia ergo huic felici ternario feliciter insistamus, vt per iustitiam & pacem ad gaudium veniamus.

Epistola Prior Ad Corinthios.

Bernardus.

Qz nobis Christi non minus profuit infirmitas q̃ potestas.

QVod infirmum est dei, fortius est hominibus. Totũ nobis de Christo valuit:totum salutiferum, totũq; necessarium fuit. Nec minus profuit infirmitas q̃ maiestas. Quia etsi ex deitatis potentia peccati iugum iubendo submouit: ex carnis tamen infirmitate mortis iura moriendo concussit. Sed & illa eius stultitia per quã ei placuit saluum facere mundum, vt mundi confutaret sapientiam: confunderet sapientes: Qz videlicet cum in forma dei esset, deo ęqualis, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: Qz diues cum esset:propter nos egenus factus est: de magno paruus: de celso humilis: infirmus de potente: Et cętera quæ passus est voluntate non necessitate : hæc ipsius quædam stultitia, nonne nobis fuit via prudentię:iustitiæ forma:sanctitatis exemplum! Mors igitur a morte, vita ab errore, a peccato gratia liberauit.

ca. I. R

Galfridus.

Quomodo Christus factus sit nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redẽptio.

S ¶Christus factus est nobis a deo patre sapiẽtia & iustitia & sanctificatio & redẽptio. Igit̃ cui placet hęc nõ placere illi nõ potest : & qui hęc amat, illum nequit non amare. Factus est nobis sapientia, vt expectata futuræ gloriæ præmia per ipsius gratiam prelibemus. Iustitia, ꝙ ipse sit qui operatur in nobis & velle & operari & perficere pro bona voluntate. Sanctificatio, vt peccata quæ odimus eius ope & opere declinemus. Redemptio, vt ꝑ ipsum ab æternis, quæ peccando meruimus, suppliciis eruamur.

Qz latro prædicta quatuor in cruce habuerit.

T ¶ Qui factus est nobis a deo patre sapientia,& iustitia,& sanctificatio,& redemptio. Hęc quatuor vnusquisq; nostrum debet habere in se: Sanctificationem in contritione cordis: sapientiam in confessione oris,iustitiam in sanctificatione operis,redemptionem in consummatione virtutis. Qui enim perseuerauerit vsq; in finem,hic saluus erit. Hęc quatuor habuit latro qui in cruce Christum confessus est. Habuit sapientiam:quia per fidem illuminatus, tunc Christum deum esse cognouit: quando eum omnes discipuli reliquerunt. Habuit iustitiam : quia alterum latronem blasphemantem per charitatem corripuit: & seipsum per pœnitentiam accusauit, & Christi innocentiam fideliter prędicauit. Hanc enim triplicem portionem iustitię sonant verba latronis. Ait enim ad alterum. Nec tu times deum qui in eadem damnatione es? Ecce correptio per pietatem erga proximũ. Et nos quidem iuste (inquit) nam digna factis recipimus. Ecce cognitio culpę per pœnitentiam. Hic vero nihil mali gessit. Ecce prędicatio innocentię Christi. Habuit sanctificationem:quia per fidem & dilectionem Christum orauit, dicens. Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Habuit participium redemptionis. Sicut dominus ait. Amen dico tibi,quia hodie mecum eris in paradiso.

Bernardus.

Q; superna non verbo docentur, sed spiritu reuelantur.

2. V Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Quę supra sunt,nõ verbo docentur: sed spiritu reuelant. Verũ quod sermo non explicat, oratio expetat, mereatur vita, puritas assequatur. Sane eorum admonitus quę supra se sunt: non te existimes mitti a me suspicere solem,lunam,stellas,non ipsum firmamentum, non aquas quæ super cælos sunt. Ista enim omnia etsi supra loco, precio tamen infra sunt: & dignitate naturæ. Sunt enim corpora: nostra portio spiritus est: quocirca superius quippiam frustra quęrimus quod non sit spiritus. Porro spiritus est deus sunt & angeli sancti, & ii supra nos: sed deus natura,angeli gratia superiores sunt. Vnũ siquidem nostri & angeli optimũ ratio est,Deus vero non sui aliquid optimum habet, vnde optimum totus.

Q; spiritualis nõ appetitum sequatur:sed iudicium rationis.

X ¶ Spiritualis homo omnia diiudicat,& ipse a nemine iudicatur. Hic talis oẽ opus suũ trina quadã cõsideratione pręueniet. Primũ quidem an liceat: deinde an deceat: postremo an expediat. Nam etsi constet in Christiana philosophia: non decere nisi quod licet: non expedire nisi qđ decet & licet: nõ continuo tamẽ qđ licet, decere aut expedire consequens erit. Non enim minus deiecti q̃ elati animi est,veluti rationis expertem non pro ratione: sed pro libitu agere : nec iudicio agi sed appetitu. Quid tam bestiale?

Petrus Rauennas.

Q; prędicator pro capacitate audientium verbum suum debet moderari.

Lac vobis potum dedi non escam. Debet prædicator nõ quid ipsum dicere,sed quid subditos audire deceat attendere diligenter:& paruulis impendere debitæ nutritionis obsequia,& blandimentis magis cõgrua q̃ peritię verba depromere: nõ quadrare, sed liquare sermones: & eos adhuc teneris faucibus,in modum lactis effundere: dicẽte apostolo. Lac (inq̃t) vobis potum dedi &c. Mutare voces,amare varios affectus. Et quid plura? mente,lingua,corpore,imbecillibus paruulorum motibus occupari. 3. Y

Gillebertus.

Q; prudens prædicator pro captu audientium verbum facit.

¶ Tanq̃ paruulis in Christo lac vobis potum dedi nõ escam. Z Vtinam istud attendant qui facturi in conuentu fratrũ sermonũ student magis alta q̃ apta dicere: facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui,nõ ipsorum salutem operantes. Erubescunt humilia & plana docere, ne sola hæc sciſſe videantur. Erubescunt vbera habere,nudare mãmã,lactare paruulos. Quid istud est? Ideo ne consedisti in medio,cathedram tenens: vt scientiam iactes? an vt teneram subditorũ lactes infantiam. Subtilia texis: artem qui audiunt, mirantur: eloquentiam laudant. Bene quidem,tamen si gratiam sentiunt,si te disputãte audientium mouetur affectus: intellectus instruitur. alioquin quid ad pręsens negocium peregrina quędam adducere quę auscultantes non capiant? Magna eloquentiæ laus est causam quã susceperis apte exeq; ad eius cõmodũ cuncta referre: suscepto inseruire negocio. Nusq̃ eloquentię tuæ euidentius dabis signum : q̃ si humilem materiam exequaris ornate: & sermonis temperamento attollas quę per se iacere videbantur. Nec tam debes attendere quæ te dice-

re deceat hominem literatum, q̃ quæ debeant audire quos instruis. Quid enim inde consequuntur si ambules in magnis, & in mirabilibus, non dico super te, sed super eos qui assident? Sublimia loquens: sed non in tempore, quid aliud affectare videtur, q̃ vt dicatur de se quod dictum est de Saluatore: Nunq̃ sic loquutus est homo? Ascendisti cathedram vt alios ædifices, non vt teipsum infles: vt impleas, nõ vt exinanias teipsum: nisi eo modo quo se saluator exinaniuit formam serui accipiens, vt nos carnis suę lacte nutriret in salutem. Bonus imitator magistri Paulus, vbera non occultat: sed habere se iactat. Tanq̃ paruulis inquit in Christo &c. Ipse nouit cui mẽsam paret: & quibus vbera nõ occultet sed habere se iactet. Tanq̃ paruulis inquit, in Christo &c. Ipse nouit cui mensam paret, & quibus vbera porrigat.

Galfridus.

Qꝫ nec negligentes, nec refugas Christus saluet.

A ¶ Dei enim adiutores sumus. Coadiutores esse debemus nostri saluatoris in opere nostræ salutis: alioquin omnia quidem potest ipse: sed inuitos & negligentes saluare: regnare facere refugas, perfidos & pusillanimes, omnino nõ potest: nisi quia facere potest ex inuitis voluntarios: ex negligentibus studiosos: saluos ex perditis: suos ex alienis: ex pauidis perfidisq; magnanimitate robustos.

Hugo de sancto Victo.

Qꝫ super fundamentum Christũ diuersa ędificiorum genera construantur.

B ¶ Si quis autem superędificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos &c. Triplex est amor: dei, mundi, peccati. Quidam em̃ solum deũ amant: & ii superędificant aurum, argentum, lapidem preciosum. In auro intellectum, in argento eloquium, in lapide precioso opus incorruptum. Quidam pręter deum aliud amant, plus tñ deum. Et ii superędificant lignum, fœnum, stipulam. In lignis affectum cognationis fœno, possessionis. In stipula, familiaritatis. In quibus omnib⁹ etsi peccatum non est: est tñ peccati occasio. Quidam contra deum aliquid amant. Et hi non superędificant, sed fundamentum destruunt: quia amor dei esse in corde nõ potest vbi non est vel solus vel summus.

Galfridus.

Quomodo diuersi fundamento fidei superędificant vitia vel virtutes.

C ¶ Alius ædificat super fundamentum hoc lignũ, fœnum, stipulam. Stipula leuitatem, fœnum carnalitatem, lignum rigidam impuritatem designat. Nam & inobedientia prima in ligno commissa ad idem pertinere videtur. Superædificat fundamento lignum, fœnum, stipulam, qui licet in professione sua stabilis perseueret, aut in propria voluntate rigidior, aut mollior circa carnem, aut in actu vel in gestu leuior inuenitur. Argentum ad eloquium benesonans, Aurum ad internam animi sapientiam, Lapides preciosi ad bonos pertinent mores. Possunt etiam per aurum opera bona: per argentũ eloquia bona: per lapidem preciosum animi virtutes intelligi.

Bernardus.

Qꝫ stultum sit in acceptis, tanq̃ ex se habitis gloriari.

QVid habes quod non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Nõ ait simpliciter quid gloriaris: sed addit quasi non acceperis: vt asserat reprehensibilem non qui in habitis: sed qui tanq̃ in non acceptis gloriatur. Merito vana gloria nuncupatur huiusmodi: veritatis nimirum solido carens fundamento. Veram enim gloriam ab hac ita discerne. Qui gloriatur in dño glorietur. hoc est in veritate. Veritas quippe dominus est. Vtrunq; ergo scias necesse est, vt quid sis, & ꝙ a teipso non sis: ne aut omnino videlicet non glorieris aut inaniter glorieris. 4. D

Galfridus.

Quomodo peccati fermentum debeat expurgari.

EXpurgate vetus fermẽtum, vt sitis 5.
noua cõspersio &c. Si de peccato re- E
propitiato securum esse sapiens dehortatur, quale erit de perpetrato, & vtrum adhuc repropitiato nescientem, esse securum? Fratres vetus offensa nouam aliquando recipit talionem: nouum ingerit vetus plaga dolorem. Vetus culpa nouam gignit confusionem. Quis es igitur quem peccati conscientia remordet? Rade fortius conscientiam ne quid inueniatur veteris inhæsisse fermenti: & corrumpatur tua omnis q̃libet azima, q̃libet noua cõspersio. Huius fermẽti, peccati scilicet, secundum virtutis species quatuor, quadrifaria debet esse purgatio. Prima siquidẽ tẽperantia frenat pręcipitẽ. Iuxta illud. Peccasti: qesce. Nec aliter dicit sane purgare fermentũ: nisi ꝙ illud quodámodo cohibet ne vlteri⁹ ferueat: & excrescat. Oportet aũt vt

deinceps istud radat iustitia per cōpunctionē: prudentia lauet per confessionē: fortitudo tergat per satisfactionem.

Quomodo pascha dñi edendum sit.

F ¶Epulemur in azimis syncerítatis & veritatis Inuitat nos Apostolus ad paschale conuiuium Opportune quidē, post quadragesimale ieiunium. Cum ieiunasset, esurire dignatus est etiā saluator: & ei sane angeli ministrarunt: nobis vero suū mittit apostolum, vt nobis ministret. Epulari igitur & gaudere nos conuenit: quia dominus noster mortuus fuerat, & reuixit. Vicit athleta meus: & quomodo non trepudiem? Pugnabant duo: fortis impegit in fortem: & ambo pariter corruerunt. Plane ita est. Sed fortior resurrexit. Surrexit dominus de sepulcro: superauit hostem, patrem repropitiauit. Attendamus igitur ad pacificam hostiam comedamus carnes agni cum azimo pane, & lactucis agrestibus. Siquidem caro est in veritate: panis in specie: agrestis lactuca in passionis cōmemoratione.

Petrus Damianus.

Q̄ꝫ synceras manus esse oporteat quæ Christi baiulant sacramenta.

6. G QVi adheret meretrici vnum corpus efficitur. Cur o sacerdos qui sacrum dare: hoc est sacrificiū deo debes offerre, temetipm̄ prius maligno spiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim a mēbris Christi abscinderis, & corpus meretricis efficeris: apostolo testante, q̄ ait. Qui adhæret meretrici &c. Quid tibi cū corpore, qui per carnis illecebrosę luxuriam mēbrum factus es Antichristi? Quę em̄ cōuentio lucis ad tenebras? Si igitur redemptor noster tātope dilexit floridi pudoris integritatē, vt nō modo de virgineo vtero nasceretur: sed etiā a nutricio virgine tractaretur: & hoc cū adhuc vagiret in cunis: a quibus nunc obsecro tractari vult corpus suum cū iam immensus regnat in cęlis? Si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus: q̄tam corpori suo nunc vult adesse munditiā, iam in paternę maiestatis gloria sublimatus?

Gillebertus.

Q̄ꝫ Christum desidiosus non tam portare q̄ moleste trahere videatur.

H ¶Glorificate, & portate deum in corpore vestro. Qui dicit hoc, portari a nobis vult Christum. Sed gloriose nō cum tędio, nō cum murmure, nō cum indignatione & fluctuante proposito. Deniq; portari non trahi. Trahit cui onerosus est Christus, onerosa castitas, onerosa humiliatio, obedientia grauis, pauperies sordet. Deformiter portas qui sic conuersaris. Fascis quidem grandis tibi videtur fides, & pietas ponderosa: nō potes dicere, Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi. Quid? Fœnum tibi videtur fides tua, sub cuius onere sic sedes, sic gemis, sic murmuras, quomodo plaustrum stridet onustum fœno. Non est fœnum Christus sed flos est, sed fructus est, sed lignum vitę est, lignum q̄d dat fructum suum in tēpore suo, & tu nō vis tempus expectare? Beati qui vescuntur tempore suo.

Hugo de sancto Victo.

Q̄ꝫ faciendum nō sit quod sine culpa nequeat consummari.

7. I BOnum est homini mulierem nō tangere. Quod sine culpa fieri nō potest: faciendum non est. Arguere vis fratrem tuum? Vide si potes sine culpa. Quid est sine culpa? Pure, pacifice, sine malitia, sine ira. alioquin si irasceris cum irascētem reprehendis, cadis in vitium q̄d damnas, & testis contra te efficeris. Si talis es, dimitte, noli tangere, ne tibi dicatur, medice cura teipsum. Ille q̄dē increpādus est: sed a te nō est.

Bernardus.

Q̄ꝫ nō sit charitati contrarium si peruersus a iustorum collegio separetur.

K ¶Infidelis si discedit discedat. Auferatur malus ne malos generet. Neq; enim potest arbor mala fructus facere nisi malos. Abscindatur vt ouis morbida a grege, vt putridum mēbrum a corpore, qui iam se nouerit haberi tāq̄ ethnicum & publicanum. Et ne timueris esse cōtra charitatem: si vnius scandalum multorū recōpensaueris pace. Quippe qui sua forte malitia fratrum cohabitantium turbare facile poterat vnanimitatē. Melius est enim vt pereat vnus q̄ vnitas.

Hildebertus.

Quātis pręconiis virginitas honoretur.

L ¶De virginibus pręceptū do, nō habeo: consilium autē do. Virginitas curarū est silentium, pax carnis, vitiorū redēptio, principatus virtutum. Virginitas contenta paruo, sollicita est pro natura, nō ambitiosa pro matrona. Damni virginitatis sicut nulla est reformatio, sic oīs recompensatio inferior. Impar mercimonium est: breuem quęstum iactura comparare perenni. Minus sibi prouidet quisquis gratiæ virginitatis aliud anteponit. Incomparabili comparantur precio quo fur sollicitetur vt asportet, dominus vt seruet. Nescit a quanta hęreditate decidit, quisquis vt hæredes relinquat

similitudinem angelorum deponit. Nun quid non intelligis sabbatum consilii non præcepti? Sabbatū quo feriat̃ ab ope carnis caro: qđ sapit quiddam supra carnem caro. Virginitas angelicam redolens cōuersationē cantat canticū nouum: qđ nemo potest dicere præter eos q cum mulieribus nō coinquinati sequuntur agnum quocūq̧ ierit. Quippe quibus fuit cū Christo quoddā virginitatis participium, quoddam est & in pmio consortiū. Sub hoc aūt spōso foecunditatem non impedit integritas: nec famulante concupiscentia filii generãtur. Beata nimirum sponsa: cuius pudor dum concipit non deperit: dum generat non laborat. Beatissimus etiā sponsus, cui nisi cohęreat nulla virgo est, nulla casta nisi eum diligat, nulla libera nisi ei seruiat. Eius prole nihil viuaci⁹: cum qua nulla propagatur mortalitas. Eius dote nihil vtilius: in qua sufficientiam comitat̃ ęternitas.

Bernardus.

Qꝫ ex modo sciendi improbatur scientia vel probatur.

8. M Qui se putat aliquid scire nōdum scit quomodo o.e.sci. Non probat Apostolus multa scientem, si sciēdi modum nescierit. Fructum enim & vtilitatem sciētię in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit modum sciēdi? Quid nisi vt scias quo ordine, quo studio, quo fine, quæq̧ nosse oporteat? Quo ordine: vt id prius quod maturius ad salutem. Quo studio: vt id ardentius qđ vehementius ad amorem. Quo fine: vt nō ad inanem gloriā aut curiositatem aut aliqđ simile, sed tantū ad ædificationem tui & proximi. Sunt nanq̧ qui scire volunt eo fine tm̄ vt sciant: & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt vt sciãtur ipsi & turpis vanitas est. Qui profecto nō euadent subsannãtem satyricum & dicentem. Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt vt scientiam suam vendant: verbi causa, pro pecunia & honorib⁹: & turpis quęstus est. Sed sunt qui scire volunt vt ędificēt: & charitas est. Et itē q scire volunt vt ędificentur, & prudentia est. Horum omniū soli vltimi duo non inueniuntur in abusione scientię. Quippe qui ad hoc volunt intelligere vt bene faciãt. Reliqui omnes audiãt. Sciēti bonum & non facienti peccatum est illi. Ac si p similitudinem dicant. Sumenti cibum & nō digerenti perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus & qui bonam non habet decoctionem malos generat humores, & corrumpit corpus nō nutrit. Ita & multa sciētia ingesta stomacho animæ qui est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdā actus animæ mores scilicet atq̧ actus trãsfusa atq̧ digesta: quaten⁹ ipsa de bonis quæ nouerit vita attestãte de moribus bona efficiatur: nonne illa sciētia reputabit̃ in peccatum, tanq̄ cib⁹ onerosus in prauos noxiosq̧ humores? Mal⁹ humor peccatum: mali humores praui mores. An non inflationes & tortiones sustinebit qui huiusmodi est, sciens scilicet bonum & non faciens? An non respōsum mortis & damnationis habebit toties in semetipso quoties in mentem venerit sermo quem dixit Iesus: quia seruus sciens voluntatem dñi sui & non faciens, digne plagis vapulabit multis? Vides ergo q̄ verum sit qm̄ scientia inflat? Volo proinde animam prio scire seipsam, q̧ hoc postulet ratio & vtilitatis & ordinis. Ordinis, quia qđ nos sumus primū est nobis. Vtilitatis, quia talis sciētia nō inflat sed humiliat: & est quędā præparatio ad ædificandum. Nisi enim super stabile fundamētum spirituale ædificium stare non potest. Porro se ad humiliandum nihil inuenire anima viuaci⁹ potest: q̄ si se in veritate inuenerit tm̄, nō dissimulet: non sit in spiritu eius dolus. Nam quomodo nō humiliabitur in hac vera cognitione sui cum se pceperit oneratam peccatis? mole hui⁹ mortalis corporis aggrauatam? terrenis intricatā curis? Carnaliū desideriorum fæce infectā cæcam, curuam, īfirmā, implicitā mltis erroribus? Expositam mille periculis? mille timorib⁹ trepidam? mille difficultatib⁹ anxiā? mille suspitionibus obnoxiam? mille necessitatibus onerosam? Procliuem ad vitia? Inualidam ad virtutes? Vnde huic iā extollentia oculoꝝ? Vnde leuare caput? Nōne magis cōuertetur in ærūna sua dum configitur spina? Cōuertet̃ ad lachrymas, ad planctus, ad gemit⁹. Conuertet̃ ad dominum, & temperabit mox amaram visionem sui lęta dei. Cui & dico: Ad meipm̄ aĩa mea cōturbata est p.m.e.t. Nec mediocrꝭ dei visio piū & deprecabilē experiri. Sicut reuera benignus & misericors ē & placabilis super malitia. Cuius natura bonitas. Cuius proprium est misereri semper & parcere. Tali itaq̧ experimento & ordine salubriter innotescit deus, cum prius se homo nouerit in necessitate positum: & clamabit ad dñm & exaudiet eum. Et dicet, Eruā te & ho.me. Et sic gradus erit ad cognitionem dei, tui cognitio. Et ex imagine eius qui in te renouatur. Ipse videbitur. Et vide q̄ necessaria sit vtraq̧ cognitio ad salutem. Nā si ignoras non habebis timorem dei in te, non humilitatem. Nemo igitur absq̧ cognitione sui saluat̃. Qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoscēdi. Qđ propter puulos loquor & fatuos

quorum alia est ratio. Q; si deum ignoras, non potes amare quem nescias: aut habere quem non amaueris. Noueris proinde te vt deum timeas: deum, vt ipsum diligas. In altero initiaris ad sapiẽtiam: in altero consummaris. Cætera indifferentia sunt, nec salutẽ si sciãtur, nec damnationem si nesciant habẽtia. Nec tñ dico cõtemnẽdam aut negligendam sciẽtiã literarum, quę ornat animam, & erudit, vt possit etiam & alios erudire.

Galfridus.

Q; ad supna festinet q verã sciẽtiã vult hẽre.

N ¶Si quis existimat aliqd scire nõdũ nouit quo modo o.e.s. Qui vero negligit in hac vita doceri, cũ fatuis iure virginibus est ignorãdus ignorans. Scire vultis quid docturus sit doctor bonus ĩ vita ęterna? Et ego vellem. Sed nõ est huius loci, huius tẽporis, minus aũt huius doctoris: ad æternitatem ꝓperet qui doceri desiderat: ad illũ doctorẽ venire sustinet, illum apprehendere studeat, cui oẽs erunt docibiles, & cui sponsa loquit dicẽs, Ibi docebis me. Et dabo tibi poculũ ex vino cõdito. Ex maximis eñ donis erit collatio illa scientiæ.

Vverricus.

Q; calicem dęmonum bibat qui fraternis detractionibus ebriatur.

O ¶Nõ potestis calicẽ dñi bibere & calicẽ dęmoniorũ. Non potestis mẽsę dñi participes esse & mensę dęmonum. An nõ tibi videt nõ mõ potatus sed & inebriatus calice dęmonioꝝ, qui libidinis, irę, impatiẽtię, aut similiũ raptat furore passionum? Ergo vt loquar de iis quę iã magis in vsu q̃ in crimine sunt: Puto ꝙ ille mensę dęmoniorũ particeps sit, & pascens eos pascatur ab eis, cuius os abundat malitia, & lingua cócinnat dolos: sedẽs aduersus fratres suos loqtur: & aduersus filium matris suę ponit scandalũ: qui etiã si non detrahit: libenter detrahẽtem audit, qui scurrilitate stultiloquii cachĩnãtes dissoluit. Videat ergo qui eiusmodi est, an dignũ sit vt volutat⁹ velut ĩ cruore ĩmolatitio & sordibus dęmonũ mox admittat ad mẽsam Christi & angelorum.

Galfridus.

Q; subiectos ędificẽt magistrorum opa plus q̃ verba.

ii. P Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Pastores & plati qbus incũbit pascere gregem dei, estote eoꝝ forma vt vobis ipsi cõformari debeant non vos ipsis. Sic oĩno decet & expedit, vt pastoris boni dũ lingua reticet opus clamet. Vberrima siquidẽ est pascua gregum, vita pastoꝝ. Quia tñ intus videt dñs gregis, & maxime interiora remunerat, sit hęc forma ex aĩo, vt ędificet gregẽ q̃litas actiõis: dominũ gregis intẽtio pura lętificet.

Balduinus.

Q; corpus Christi indigne sumere sit non saluatorẽ sed iudicem manducare.

¶Qui manducat & bibit indigne iudiciũ sibi Q mãducat & bibit. Non dicit non digne, sed indigne. Quis eñ vsquequaq; dignus? vel qs digne accipiat quantũcũq; sit iustus, quãtũcunq; sit perfect⁹? Magis est dignatio dñi q̃ dignitas serui. At cum iniustus accipit, periculũ augẽt indignitas peccatoris & indignatio iudicis. Iudicium enim sibi mãducat. Quare iudicium sibi manducat? quia magis iudicem q̃ Saluatorẽ mãducat: nõ diiudicãs corpus Christi. Proinde Paulus corpus suum castigat & in seruitutem redigit ne reprob⁹ efficiat. Quo suo metu grauissime pauitãtia corda nostra pcutit, vt apl'i⁹ timeamus. Quid eñ faciet virgula deserti vbi contremiscit cedrus paradisi?

Bernardus.

De effectu gemino charitatis.

CHaritas patiẽs est, benigna est. Charitas patiẽs est: sufficit. Charitas benigna est, cumulus est. iii. R Noli vinci a malo: charitas abundãs est. Sed vince in bono malum, superabundans. Non enim sola patientia sed etiã benignitas dei Iudæos ad pœnitentiã adduxit. Quia benigna charitas ẽt quos tolerat amat, & amat tã ardẽter. Patiẽs charitas dissimulat, expectat, sustinet delinquẽtẽ: sed benigna trahit, adducit, cõuerti facit ab errore viæ suæ: deniq; cooperit multitudinẽ peccatorum.

Gillebertus.

Q; furti sit virtutem proximi vel detractione corrodere vel silentio sepelire.

¶Charitas nõ inflat, nõ est ambitiosa. Non eñ S charitas bonũ singulare aut si habet amat: aut si nõ habet optat. Nõ vult aliis pcellere, sed ipsum magl habere bonũ. M'lti vñ inflent nõ hñt: sed inflate satis optant vt habeãt. Deniq; charitas q̃ non q̃rit q̃ sua sunt, quomõ poterit qđ est alienum decerpere? Quid tu inuidia alienũ vis corrumpe bonum? Nunqd tibi adiicies qđ ab alieno decerpis? Ita forsitã. Sed si corporalis aliqd pecunię subtrahas, Nõ ergo in claustralibus rapacitatis hmõi vitiũ vereor. Est subtili⁹ quoddã rapacitatis gen⁹ inuide? Quid eñ? Rapacitatem non putas si pecunię parcis, famam decerpis? Aliena si corrodis bona, qđ ide tibi accrescit? Euidenti forsitan veritate alienę virtutis cõterunt in ore tuo dẽtes quos ad derogandũ parau eras. Non audes corrodere: nõ tñ po

tes collaudare. Sed nunqd nõ ideo rapis? Grauis rapacitas, cũ verã alterius gloriã etsi mẽdacio nõ corrũpis, silẽtio tñ sepelis. Vis audire in sola etiã ęstimatione rapacitatẽ? Nõ rapinã, inquit Aplus, arbitrat9 est esse se ęqualẽ deo. Inuidã aiam nõ põt intrare ęstimatio boni de bonis alienis. Nõ vult em intelligere ꝙ ali9 bene agat. Vt qd istud? nisi ꝙ liuor dũ priuatã semp excellentiã cogitat, alienã obscurat? Charitas autẽ nõ cogitat malũ, nõ gaudet sup iniquitate, et (vt sic dicã) sup ięqualitate: cõgaudet aũt veritati. Priuatũ nõ cogitat, medio quodam & cõ. lętat. Quæ sua sunt nõ q̃rit, sed q̃ Iesu Christi. Eius in omnibus gloriã vl' amat vel optat. Cõmunis est. Christus: mediator em est: & ideo eius nõ sunt q̃ media nõ sunt: sed ĩ ptẽ se restringunt. Quid tu liuor Christum vis in partem cõtrahere? Auarã vis esse grãm spũs cuius circa te solũ optas bñficia restrigi? Diues ẽ ĩ oẽs: et tu diminuere tẽtas affluẽtiã grę & ĩmẽsitatem redigere ad minutias? Aemuli cordis auaras dedignaꝛ Christus angustias: nescit ęmulatione tua eius bonitas detineri. Proflua est: nõ tuo soli, sed vicinis etiã se vasis eius oleum infundit. Fac vt illa mutuo tibi sint. Erunt autẽ, si cõmuni fueris bono lætatus.

Bernardus.

Qꝫ nõ charitatis sed stultitiæ sit eum qui sibi non sufficit aliis prouidere.

T ¶Charitas nõ q̃rit q̃ sua sunt. Sunt qdã q tantę sunt charitatis vt ante loqui q̃ audire parati sint, & prõpti docere quod nõ didicerũt: & aliis pẽsse gestiẽtes q seipos regere nesciũt. Ego nullũ ad salutẽ pietatis gradũ illi pponẽdũ existimo, de quo sapiẽs ait. Miserere animę tuę placẽs deo. Qꝫ si non habeo nisi parũ olei quo vngar, putas tibi debeo dare & remanere inanis? Seruo illud mihi: & oĩno nisi ad iussionẽ pphetę nõ pfero. Sed charitas, iqt, nõ q̃rit q̃ sua sũt. Et tu scis quãobrẽ nõ q̃rit q̃ sua sũt? Quia nõ desũt. Quisnã q̃rat qd habet? charitas q̃ sua sũt .i. pprię saluti necessaria nũq̃ nõ habet: nec mõ habet s3 abũdat. Vult abũdare sibi, vt possit & oĩbus: seruat sibi quantũ sufficiat, vt nulli deficiat. Alioqn si plena est pfecta nõ est. Cęterũ tu frater cui firma satis ppria salus nõdũ est: cui charitas adhuc aut nulla est aut adeo tenera atq; arũdinea quatenus oĩ flatui cedat, omni credat spiritui, omni circũferaꝛ doctrinę vento: immo cui tãta est charitas vt vltra mandatũ diligas pximũ tuũ plusq̃ teipm: et rursum tãtilla vt cõtra mãdatũ fauore liq̃scat, pauore deficiat, perturbeꝛ tristitia, auaritia cõtrahaꝛ, protrahaꝛ ambitione, suspitionibus inquieteꝛ, conuitiis exagiteꝛ, curis euiscereꝛ/honorib9 tumeat/liuore tabescat: Tu inquã ita in ppriis te ipsum sentiẽs quanã demẽtia quęso aliena curare aut ambis aut acqescis? Sed audi qd consulat cauta vigilq; charitas: non ꝙ aliis sit inqeremissio, nobis autem tribulatio: sed ex ęqualitate. Noli nimiũ esse iustus: sufficit vt diligas pximũ tanq̃ teipm. Hoc qppe est ex ęqualitate.

Qꝫ genus prophetię sit terrena despicere & amare cælestia.

¶Ex pte enim cognoscimus & ex parte pphetamus. Quid est ꝙ veritas ait: Lex & prophetę vsq; ad Ioãnem: cum iste non sit aduersari9 sed discipulus: q dicit: Ex pte ppheta m9? Cessauit ergo pphetia: qa iã cognoscim9, necdũ tñ tota cessauit qa adhuc ex pte. Cũ aũt venerit qd pfectum est: euacuabiꝛ qd ex pte est. Siquidẽ ante Ioãnẽ q fuerũt pphetæ vtrũq; aduentum dñi pphetabant: et quasi neutra adhuc pars salutis in notitia, sed vtraq; in prophetia erat. Sed quomodo adhuc ex parte pphetamus? Nempe iuxta apostolũ, non considerare q̃ videntur: sine dubio prophetare est: ambulare in spiritu: q̃ sursum sunt quærere: ex fide viuere: obliuisci q̃ retro sũt: & ĩ anteriora extendi, ex magna parte pphetare est. Sic pphetę olim quasi nõ fater homines sui temporis erãt: sed virtute & impetu quodã spũs dies illos trãsiliẽtes exultabant vt viderent diem domini. Et videbant: & lętabantur in ea. V

Galfridus.

Quid in electis fides, spes, charitas operentur.

¶Nũc aũt manẽt fides, spes, charitas &c. Harũ etsi charitas maior, neutra tñ reliquarum nõ magna. Fides mundat: spes saluat: charitas in nobis deum, & nos facit esse in deo. His studere sapere est: in his proficere salutis ascensus. Primum itaq; fidei gradum ad confessiõis mysterium referamus. Secundum ad studiũ inqsitionis. Tertium ad contemplationis excessum. Primus conuenit etiã idiotis, & vasa templi nõ nisi inuoluta gestãtib9. Secũdus discretis. Tertius spiritalibus & perfectis. Gradus spei sunt vt pp̃ter pctm nemo desperet: vt pp̃ter spẽ nemo peccet: vt cęteras spes vniuersas spes beata dispdat & dissipet. Gradus charitatis, vt amor dei pferaꝛ voluptatib9 huius vitę, & necessitatibus, & etiam ipsi vitæ. Sũmus hic gradus, ꝙ maiorẽ hac dilectionẽ nemo habeat q̃ vt aiam suã ponat quis pro amicis suis. X

Ailredus.

Qꝫ quatuor officia virtutum, virtutũ virtus charitas obtineat.

¶Nunc autem manent fides spes charitas tria Y

hæc: maior aũt horum est charitas. Cęterę virtutes sũt nobis aut quasi fesso vehiculum, aut quasi viatori viaticũ: aut quasi arma pugnātibus. At charitas, q̃ licet vt aliæ virtutes, virtutes sint, sit oportet in omnibus: specialius tamē ipsa, & requies fatigato, & viatori mãsio, & plena lux puenīēti, & pfecta corona victori. Quid enĩ est fides nisi vehiculũ nostrũ quo ad patriã vehimur? Quid spes nisi viaticũ nostrum quo in huius vitę miseriis sustentamur? Quid quatuor illę virtutes, Tēperantia, prudentia, fortitudo, iustitia: nisi arma sunt nostra quib⁹ pugnamus. At vbi charitate, q̃ in dei visione perficitur, illis dũtaxat quibus hic in fide inchoať, mēs fuerit pleni⁹ absorpta: nec fides erit. Quia qui cernitur & amať, nõ est opus vt credatur Nec spes erit: quia brachiis charitatis deũ amplecteri nihil restat qđ speretur. In his ergo oĩbus charitas obtinet principatum.

Galfridus.

Q͞z sint quinq; verba quę loquiť nobis deus.

14. Z Volo in ecclesia quinq; verba in sensu meo loqui vt alios instruã, q̃ decem millia verborum in ligua. Efficacior est doctrina operis q̃ sermonis. Illa ei quinario sensu corpori exhibet, qđ solo ore ista pnũciat. Attamen in vtraq; deus est qui loquiť nobis: siue p opera, siue per scripta, siue per humanam vocem, siue per naturalem rõnē, siue per internam inspirationem. In omnibus igiť & p omia verbum eius reuerenter & diligenter audiendum est: attendamus ad vocē si ad faciē aspiramus. Efficacior interim audit⁹ q̃ visus, & huic vitę magis necessari⁹. Potes cũ volueris loq ei: & ipsum pariter audire loquentem. Narrãt ini qui fabulationes, sed non vt lex tua: non vt reprehensio, non vt comminatio, nõ vt pmissio, non vt consolatio tua. Hæc sunt verba quinq; quę vtinã nobis dominus loquať in sensu. Vtinam docenti legem respondeamus studiosam percunctationem, interrogãtes sollicite de viis æternis. In hac eruditur animus: in reliqs quatuor quadripartitus mouetur affectus. Initiũ a dolore: nã & omnis homo cum nascitur primum dolet. Et bene, quia ide nos iitiari voluit deus vt in gaudio consummemur. Melius est enim vt tristitia vertatur in gaudium, q̃ extrema gaudii luctus occupet. Arguit, cum scelera mea & delicta ostendit mihi. Respõdet aũt huiusmodi voci, confessio humilis & cõtritio pœnitentiæ. Alioquin sequitur vox comminationis, dignam intentãs impœnitentibus pœnã. Hinc autem timor & tremor venerũt sup me. Et dixi. Miserere mei. Promittit autē pœnitētibus pmia vitæ æternæ: cui desiderium pœnitētiæ respondet. Vltima est consolatio: cui debeť in gaudio gratiarum actio & vox laudis. Sola hæc in futuro locũ habebit: & de primitiis spiritus iterim initianda: sine fine i fine cõpléda.

Petrus Rauennas.

Cur Apostolus se nominet abortiuum.

Mihi autē minimo tanq̃ abortiuo. Merito se Paulus tanq̃ abortiuum nuncupat: & miratur se fuisse natum q nouit se nulla tempora conceptionis ptulisse. Nã q̧ hostis adhuc ipe cum cęderet extrinsec⁹ sanctę matris vterum, & in ipso ortu pignora veneranda collideret, repente sanctum mutatur in germen, qui ipsius germinis fuerat fortissimus persecutor. 15. A

Bernardus.

Q͞z a plato cura non curatio requiratur.

¶Plus omnibus laboraui. Non ait plus omĩb⁹ profui aut fructificaui: verbum insolēs religiosissime vitans. Nouerat eñ hõ quē docuit de⁹ q̧ vnusquisq; secundum suum laborē accipiet non secundũ prouētũ: & ob hoc in laborib⁹ potius q̃ in profectibus gaudendũ putauit: sicut alibi dicit. In laborib⁹ plurimis. Deniq; & alibi legis, Curam illius habe. Curã igiť exigeris nõ curationem. B

Q͞z qui ex animo bono consentit operi dei, socius est operantis.

¶Non aũt ego sed gratia dei mecũ. Potuit dicere, p me: sed quia min⁹ erat, maluit dicere mecum: pręsumens se non solum operis dei eē ministrum per effectũ: sed operãtis quodãmõ socium p cõsensum. Qui enim qđ ope cõplēt, bona voluntate consentiunt: opus quod per eos deus explicat ipsis communicat. C

Petrus Rauennas.

Qualiter in cælestem hominem terrestres homines generentur.

¶Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cęlestis, tales & cęlestes. Queadmodũ non nati taliter, tales poterunt inueniri? Queadmodũ, nõ manēdo qđ nati sunt: & qđ renati sunt pmanēdo. Hinc est q̧ virginei fontis vterum cælestis spiritus arcanũ luminis sui admixtione fœcũdat, vt qđ origo limosę stirpis pfuderat sub misera conditione terrenos, cælestis pariat, et ad similitudinē sui pducat auctoris. Ergo iã renati, iã reformati ad nostri imaginē creatoris, qđ pcepit Aplus ipleamus. Sicut portauim⁹ ima. terrę, portemus & ima. cęle. Fuerat necessitas q̧ de terra cõcreti ad cęlestia aspirare nequiuim⁹ q̧ illecebris dominãribus coacti sumus illecebrarũ turbinē sustinere, ad istar nos dñi nostri sicut dixim⁹ iã renasci. Quos vtiq; cõcepit vis D

go,viuificauit spūs,portauit pudor,genuit integritas,nutriuit innocētia,edocuit sanctitas, Virtus exercuit,Deus adoptauit in filios,Imaginē ergo totā:totā similitudinē nostri portemus actoris:non maiestate,qua solus est,sed innocentia, simplicitate,mansuetudine,patiētia, humilitate,misericordia:qbus dignatus est nobis esse communis.

Bernardus.

Qꝫ tripľr hoiem pctm̄ primi hois occupauit.

E ¶Sicut portauim⁹ ima.terre.sic portem⁹ ima. cæle.Sicut fuit vetus Adā effusus ꝑ totū hominem & totū occupauit: ita totum obtineat Christus q totū creauit:totū redemit:totū glorificabit.Erat in nobis aliqn̄ vetus homo ꝓuaricator ille tā ī manu q̄ in ore & ī corde.In manu dupliciter ꝑ facinus & flagitiū.In ore similiter ꝑ arrogātiā & detractionem.In corde quo ꝙ ꝑ desideriū carnis & desideria glorię tpalis. Nunc aūt siqua noua creatura in Christo:vetera trāsierūt:& cōtra facinus in manu innocētia:cōtra flagitiū cōtinentia est.In ore contra arrogātiā verbū cōfessionis,cōtra detractionē verbum ędificationis,vt recedāt vetera de ore nr̄o.In corde vero contra carnis desideria charitas:humilitas contra gloriam temporalem.

Galfridus.

Qꝫ potēter triūphet de aduersario fides viua.

16. F Vigilate,state ī fide,viriliter agite &c. Inuitus aduersarius noster fidem aggreditur, expertus eius virtutem. Et qm̄ in morum corruptione efficacius malignat̄:qa tamē illa se opponit, īsurgere cogit̄ & in ipsam:& illas eius ꝑtes quę ad mores ꝑtinēt hodie magis impugnat.Cōfessionē minus necessariā esse mentitur:potestati detrahit platorū:q̄ etiā sunt criminalia venialia fingit.Dispēsat sed non inuenit̄ fidelis:iā ꝑ corpus multas disseminat prauitates in cōsultationibus mathematicorū,in maleficiis ꝑcātatoꝝ,ī variis erroribus occultoꝝ hereticoꝝ.Si nō dormiret in nobis fides,nihil aduersarius posset contra mores.Ne leuē putetis somnum, letalis est enim. Fides sine opib⁹ mortua est. Sed nec fides ficta laudabilis.Fragilis em̄ est q̄ fictilis est:nec in ea resistit̄ aduersario qui circuit tanq̄ leo. Vitā si dei obedientia mandatoꝝ, fortitudinē ꝓbat tolerantia tentationū.Sufficeret habere vitam si nō esset militia vita hois super terrā.Per vitā si dei Christus habitat in cordibus nr̄is.Per fortitudinē resistimus diabolo: & fugit a nobis.Extinguit ignea iacula scutū fidei:si extincta ipsa non fuerit.Inde est ꝙ nil penitus contra bonos mores efficere ꝓualet inimicus si fides viuit, si viget,si vigilat vt oportet. Vigilia prima secūdā ꝑturit:& q dignā gesserit ī cōsideratiōe fidei diligētiā,negligēs esse nō poterit in exercitatione iustitię.Cæterū nihilomin⁹ nobis vigilādū est,& orādū ad suscipiēdā deuotionē gr̄æ spiritualis.Siquidem radix arboris fides,stipes actio,flos & fructus spūaliū charismatū dona.

Qꝫ periculosum sit dominum non amare.

¶Si quis nō amat dn̄m nostrū Iesum Christū G sit anathema maranatha.Dn̄s est,sed salutē suis cōferens nō sua auferēs.Nec Saluator austerus vt crudeles medici,q sectionibus & cauteriis vel amarissimis potionib⁹ curāt:sed Christus est:vnct⁹ est:suauis et mitis.Si qs ergo nō amat eum,quē pro cōditiōe vt dominum,& ꝑ necessitate vt saluatorē,& ꝑ gr̄a diligere debet vt vnctū,sit anathema:qđ sepatio interꝑtatur. Quis non sepetur ab eo cui adherere bonum nō reputat? Nimirū a quo sit anathema innuit q subiecit Maranatha.Syrū ē: & īterpretat̄(vt aiunt) dn̄s venit.Nā & Mara syriace dn̄m sonat.ergo aduentum dn̄i interꝑtationis quadā ꝓprietate significat maranatha . Sicut osanna supplicantis votum, alleluia laudātis & exultātis affectū. Dulce vocabulum amātib⁹ dn̄m Maranatha:sed non amātib⁹ triste,terribile, & amarū.Qđ em̄ in priori aduētu & exhibuit & ꝓmeruit,ī posteriori exiget,& magnifice remunerabit vbi inuenerit:vbi non inuenerit, ꝑq̄ terribilit̄ vīdicabit. Est ergo sensus:q nō amat dn̄m nostrū Iesum Christū,sit anathema.i.separet̄ & excōicet̄:qa dn̄s venit,ad quem nō ꝑtinet:cum quo nulla ei pōt esse societas.

Finitur ad Corinthios Epistola Prior.
Sequitur Epistola ad Corinthios.II.

Bernardus.

Quare Christus pr̄ misericordiarum dicatur.

Benedictus deus & pater dn̄i 1.
nostri Iesu Christi,pater mi H
sericordiarū & deus toti⁹ cōsolatiōis,q cōsolat̄ nos in oī tribulatione nostra. In eo ꝙ dr̄ de⁹ pr̄ misericordiarum, ꝓprio noīe fili⁹ appellat̄. Ipse est em̄ de quo legitur.Misericordia dn̄i ab ęterno.Sed forte quis dicat: Quō illi ꝓpriū est misereri cuius iudicia abyssus multa? Sed & oēs viæ eius non solū misericordia,sed mīa & veritas. Verum id qdem.Cui vult miseret̄, & quē vult indurat.Sed ꝙ miseret̄ ꝓprium est illi.Ex se em̄ sumit mīam & velut seminariū miserēdi.Nam ꝙ iudicat & cōdemnat,nos eum quodāmodo cogimus:vt longe aliter de corde illi⁹ miseratio q̄ animaduersio ꝓcedere videatur.

Ipſum audi dicentem. Nunqd voluntatis meę eſt mors impii: & non magis vt cõuertat & viua? Recte igit nõ pr iudicior vł vltionũ dicit: ſed minatum. Non modo ꝙ patris videat miſereri potius q̃ indignari: ſed magis ꝙ miſerẽdi cauſam ſumat ex proprio: iudicãdi vero vel vlciſcẽdi magꝰ ex noſtro. Sed ſi ꝑpter hoc pater miſericordiæ, quare pr miſericordiarũ? Sed propter ſubſtãtiã duplicẽ qua ſubſiſtimus, cum ſit vtraqꝫ tã miſera, non incongrue duplex hoĩm dicat miſeria: licet ſit multiplex vtraqꝫ. Siqdẽ & cordis & corporis tribulationes multiplicatę ſunt: ſed ab vtriſqꝫ eruit q totũ hoĩem saluũ fecit. Cum ergo dei filiꝰ primo propter animas venerit: ſecundo ꝑpter corpora ſit venturus: non incongruũ videt vt in eo ꝙ patri miſericordiarũ benedicimus, duplicẽ hãc miſericordiã cõfiteamur. Qui cõſolat nos, inqt, in oĩ tribulatione noſtra. Non in hac vel in illa tm̃: ſed in omni. Vtinã nos de illis ſimus: non quibꝰ dicit vę: ſed quos conſolat dñs deus ſuus. Quis em̃ conſolat eos qui ſuã habẽt conſolationem? Non conſolatur Chriſti infantia garrulos. Nõ cõſolant Chriſti lachrymę cachinnãtes. Nõ cõſolant pãni eiꝰ ambulãtes in ſtolis, nec cõſolãt ſtabulum & p̃ſepe amantes primas cathedras in ſynagogis ſuis. Sed vniuerſam hãc conſolationem ſuã æquanimiter forte expectãtibꝰ in ſilentio dominum, lugentibus, pãnoſis, paupibꝰ, cedere videbunt. Cæterũ audiãt ꝙ & ipſi quoqꝫ angeli non alios conſolantur.

De teſtimonio.

Qꝛ ſingulorꝫ cõſciẽtię teſtimoniũ a ſpũ phibet.

I ℭGloria noſtra hęc eſt teſtimonium conſcientię noſtrę. Eſt teſtimoniũ cõſcientię nrę in quo gloriat Apłus, nõ qđ phibet cõſcientia, ſed qđ loquit ſpũs veritatis in ipſa. Cũ em̃ veritas applaudit, cum iuſtitia atteſtat, dei ſine dubio cõmẽdãtis vox eſt, & ſpũs ſancti teſtimoniũ phibẽtis. Acſi decertãti militi rex ſuus pro cuius amore & honore decertat, prope aſſiſtẽs lętꝰ applaudat, laudet fortia facta, ꝓximã clamitet eẽ victoriã: parata iã p̃mia, & coronam polliceat æternã. In quo teſtimonio gloriatur qdem probatus & ſtrenuus miles: non tñ quieſcit: ſed tãto virilius decertat.

Qꝛ vere ſapiens tantum in Domino glorietur.

K ℭGloria noſtra hæc eſt teſtimonium cõſciẽtiæ noſtrę. Securꝰ glorior ſi de gloria cõditoris nihil mihi vſurpo. Securus plane, qa iã nõ cõtra dominũ ſed in dño. Et certe gloriari ĩ ſolo deo non niſi a ſolo deo: nec parua iſta gloria. Quippe tã vera q̃ de veritate & in veritate: tã rara vt vix paucitas perfectorũ pfecte gloriet in ea. Sapiens itaqꝫ gloriator probabit opus ſuũ, & ad lumen veritatis diligẽter examinabit: & ſic in ſemetipſo gloriam habebit: & non in ore alterius. Stultus ſum ſi fiſcellæ labiorum tuorũ gloriam meam credidero: & cœpero eam mendicare abs te cum habere voluero. Nonne in tuo arbitrio eſt improbare me vel probare cũ volueris? Si retineo penes me, ipſe eam mihi nõ ſeruo: imo nec mihi eam credo. Ipſi potiꝰ repono ſeruandam qui potens eſt depoſitum meũ ſeruare in illum diem: cautus in cuſtodiendo, fidelis in reſtituẽdo. Nemo ergo laudari velit ĩ hac vita: quia hic qcqd fauoris captamus, deo furamur. Tibi enim vnde gloria putride puluis? tibi vnde? De vitę ſanctitate? Sed ſpiritꝰ eſt q ſanctificat non tuus ſed dei. An blãditur popularis fauor ꝙ verbũ bonũ & bene deprõpſeris? Sed deus dedit os & ſapientiam. Quid em̃ lingua tua niſi calamꝰ ſcribę? Et hoc ipſum mutuum accepiſti. Om̃is ergo de bonis noſtris referat ad eum laus: idqꝫ non ficte vt ab hypocritis, nec ſola conſuetudine vt a ſecularibus, ſed nec quadã neceſſitate vt iumenta ferendis oneribus applicantur: ſed ſicut decet ſanctos ſynceritate fida, deuotiõe ſollicita, hilaritate grata: ſed non diſſoluta. Immolantes itaqꝫ hoſtiam laudis, & reddentes altiſſimo vota noſtra de die in diem curemus omni vigilantia iungere ſenſum vſui, affectum ſenſui, exultationem affectui, grauitatem exultationi, humilitatem grauitati, libertatem humilitati: quo interdum liberis purgatæ mentis paſſibus procedamus & excedamus per inuſitatas quaſdam affectiones ſpirituales lætitias, in iubilei amœnitatibus, in lumine dei, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto.

Qꝛ tuto vaſi committitur quicqd conſcientiæ commendatur.

ℭGloria noſtra hæc eſt &c. Sanum vas & in L concuſſum conſcientia & ſecretis ſeruandis idoneum: nullis patens inſidiis: nulli violentiæ cedens. Nulli quippe oculo vel manu acceſſibilis, excepto duntaxat ſpiritu: qui ſcrutatur etiam alta dei. Quicquid in ea repoſuero ſecurꝰ ſum quia non perdam: ſeruabit viuo, defuncto reſtituet. Quocunqꝫ vado ego, ipſa it mecum ferens ſecum depoſitum quod ſeruandum acceperit. Adeſt viuo: mortuum ſequit. Vbiqꝫ mihi vel gł̃ia vel cõfuſio ꝓ q̃litate diſpoſiti. Beati ergo qui in veritate dicere poſſunt. Gloria noſtra hęc eſt, teſtimonium cõſcientię noſtrę. Nõ poteſt dicere niſi humilis: q iuxta vulgare, & oculos campi ſemper metuere, & ſyluarũ aures

ſoleat habere ſuſpectas. Nō pōt dicere arrogās & præſumptor, qui ſeipſum impudēter oſtentās paſſim & vbiqꝫ tanꝗ per campum incedēs totus fertur in gloriam. Sed habet hic cāpus oculos, ſanctorum videlicet angelorꝝ, quos ſemper offendere ſolet indiſciplinata cōuerſatio. Similiter non pōt dicere hypocrita. Gloria mea teſt. c. m. Quia etſi iudicātiū ſcḋm faciē verbo, vultu, habituve ſimulatorio illudat opinioni, ſed non eius q ſcrutat̃ renes & corda, fallit vel euadit iudicium. Timeat ergo & iſte nemoris aurem, lingua manuqꝫ ceſſantibus. Auri tamē vbiqꝫ p̄ſenti de quacūqꝫ ſylua latebroſæ duplicitatis & ſpinoſę calliditatis, tacētis cor loquit̃ cogitatio confitetur.

Quomodo peregrinemur a domino & conuerſemur in cęlis.

5. M Qvādiu ſum⁹ in corpore pegrinamur a dn̄o. Videtur hæc ſententia contraria illi quā alibi idē dicit Apl̄us. Conuerſatio noſtra in cęlis eſt. Quō em̄ pōt aīa eodem tp̄e & in corpore peregrinari a dn̄o, & in cęlis ſimul eſſe cū domino? Sed hoc ip̄e ſoluit apl̄us dicens. Ex parte cognoſcimus & ex parte ꝓphetamus. Inquantum em̄ cognoſcimus tāꝗ p̄ſentia cōtēplātes, iā cū dn̄o ſum⁹. Inquantum aūt tanꝗ de futuris ꝓphetamus, credētes ꝗ nō intelligimus, ſperantes ꝗ nō videm⁹, a dn̄o peregrinamur & in corpore. Cū aūt venerit qḋ ꝑfectum eſt, hoc eſt glorię plenitudo, ꝗ in reſurrectione futura eſt: tūc euacuabit̃ qḋ ex p̄te eſt corporis ſcilicet omnis corruptio, ex qua cōtingit hęc ꝗ ex p̄te adhuc manet noſtra in corpore pegrinatio. Hoc eſt qḋ alibi plangit. Infelix ego hō, qs me liberabit de corpore mortꝭ hui⁹? Nō querit̃ tm̄ de corpore: ſed de corpe mortis hoc eſt hui⁹ quę adhuc durat corruptiōis: mōſtrās nō corpus ſed corporis moleſtias cauſam eſſe peregrinationis. Corpus em̄ qḋ corrumpit̃ aggrauat aīam. Nō corpus ſimpl̄r: ſed corpus qḋ corrūpit̃: vt corruptio corporis oneri ſit nō natura. Vnde qui intra ſemetipſos ingemiſcūt redēptionem expectant ſui corporis nō amiſſionē. Aut certe cōuerſatio noſtra ī cęlis eſt. Quō vbi dicit Apl̄us: Sp̄e em̄ ſalui facti ſumus. Spe itaqꝫ iā in cęleſtibus habitamus: cū adhuc re ipſa in terris peregrinamur & in corpe. Vel aliter. Habemus & vn̄ corpori & vn̄ dn̄o inhęreamus: illud viuificādo: illū credēdo & diligēdo. Neqꝫ em̄ p̄ſentior eſt ſp̄us noſter vbi aīat ꝗ vbi amat. Niſi forte magis eſſe putet̃ vbi inuit⁹ & ex neceſſitate tenet̃: ꝗ ſpōte & alacri fert̃ volūtate. Deniqꝫ vbi eſt theſaur⁹ tuus ibi eſt & cor tuū. Itē ſi deū amās aīa ex ip̄o viuit, vti corp⁹ ex ip̄a: quo pacto p̄ſentior eſſe cōtēdit̃ vbi dat ꝗ vnde accipit vitā? Fons em̄ vitę eſt charitas. Nec viuere aīam dixerim ꝗ ex illa nō hauſerit. Haurire vero quō pōt, niſi fuerit p̄ns ipſi fonti q charitas eſt, ꝗ deus eſt. Præſens igit̃ deo eſt q deū amat inquātū amat. In quo em̄ min⁹ amat: abſens ꝑfecto eſt. In eo aūt minus amare deum conuincit̃ ꝙ carnis adhuc neceſſitatibus occūpat̃. Illā vero circa corpus occupatio qḋ eſt niſi q̄dā a deo abſentatio? quid niſi pegrinatio? Et pegrinamur ergo a dn̄o & in corpe: cui⁹ nr̄a nimirū intētio & præpeditur ęrūnis, & cura charitas fatigatur.

Galfridus.

Qꝫ diſtricte ī extremo examine ſingula iudicet̃.

N ℂOmnes nos aſtare oportet an̄ tribunal Chriſti vt recipiat vnuſqſqꝫ ꝑut geſſit in corpe ſuo ſiue bonū ſiue malū. Solet interdū corporale faſtidiū ad exiguū aliqḋ & aliquatenus acre edulium releuari. Et qḋ omni rōnali ſpiritui tam acerbū ꝗ terribilis illa expectatio iudicii? Pūgit qdē & memoria mortis: ſed multo magis hæc cōpūgit. His verbis ꝗ p̄miſim⁹ nos inuitat apoſtol⁹ ad cōciliū ḡnale. Ḡnale ꝓrſus cōciliū, vbi deerit nemo: vbi oēs oportebit aſtare: nec modo oīm merita ſed oīm noīa iudicari. Nec ibi erit qḋ de qbuſdā nūc dr̄. Videt̃ vt illos defendat numer⁹. Sed nec vlla ibi erit acceptio pſonarū nulla ibi tergiuerſatio poterit ſuffragari. Nulla ibi diſſimulatio: vbi reddēda eſt ratio de verbo ocioſo. Multo magis ergo diſcutiēdū erit in corpore Chriſti qḋ eſt eccleſia, quē qſqꝫ gradū tenuerit, qualiter ad eum, qua intētione, quib⁹ meritis, qbus ſuffragiis introierit, q̄lit in eo ip̄e vixerit, qualiter aliis forte p̄fuerit: ſubſtātiam mūdi q̄liter acqſierit, qual̄r diſpēſauerit acqſitā. Quiſqꝫ ei recipiet ꝑut geſſit dū ī ſuo corpore fuit ſiue bonū ſiue malū. Qꝫ felices q in vita ſua receperit malū vt poſtmodū bonū recipere mereant̃. Et ꝗ miſeri q in bonis interim ducūt dies ſuos, vt in pūcto ad maximū debeāt deſcēdere malū. Hęc oīa ſi nō credūt̃ obſecro cur legunt̃? Si vero credunt̃ quō nō timent̃? Vnuſqſqꝫ ait recipiet ꝑut geſſit. Nihil ei cognatio, nihil diuitię, nihil ḡra q̄libet humana præſtabit.

Qꝫ grati debeamus eſſe deo ꝙ tempori gratiæ nos ſeruauit.

6. O Ecce nūc tp̄s acceptabile. Ecce nūc dies ſalutis. De tp̄e ḡrę ſicut ſtudioſe legentibus liquet, ad filios ḡrę Apoſtolus ſanct⁹ hęc locut⁹ eſt. Cui nos tpi diuīa miſeratione ſeruatos agnoſcere & meminiſſe cum multa ſemper gratiarum actiōe debem⁹. Neqꝫ em̄ nobis iam dicere eſt qa nemo nos cōduxit cū in oēm terrā ſonus apl̄icę p̄dicatiōis exierit

de fructu pœnitentiæ, de resurrectione mortuorum, de iudicii metu, de regni promissione cælestis. Quid vero metuimus vt non prioris ignorantiæ tempore inter innumeras generationes infideliũ nasceremur & nos in ppetuum perituri? Aut si illos iusto dei iudicio: sed occulto gehennalibus flãmis ignorãtia veritatis addixit, spiritui gratię cõtumeliam faciens genus electum, acquisitionis populus quid meretur? Acceptabile prorsus tempus hoc & dies salutis: in quo quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Et semp qdẽ obseruationẽ huius acceptabilis temporis habere omnium christianorũ vita debuerat. Sed quia paucorũ est ista virtus, dies saltem quadragesimæ studiosi⁹ ad meditãdum, ad actitãdum enixius ecclesia mater instituit, dum apostolicum illud capitulum ad commẽdationem temporis hui⁹ assumpsit.

Bernardus.

Q; imperitorum oculis sanctos afflictio corporalis decoloret.

10. P Epistolæ graues sunt inquiunt: sed pñtia corporis infirma, & sermo cõtẽptibilis. Si cõsiderem⁹ habitum exteriorem sanctorum eum qui in facie est q̃ sit humilis & abiectus & quadam neglectus incuria: cũ tamẽ intus reuelata facie gratiã dei speculãtes in eãdẽ imaginẽ trãsformamur a claritate ĩ claritatẽ tanq̃ a dñi spiritu: Nonne vna quęlibet talis aĩa merito respondebit suã ei exprobrantibus nigredinem: qđ ait sponsa in cantico, Nigra sum sed formosa filiæ Hierusalem? Vis tibi demonstrem animã nigrã pariter & formosam? Epistolæ inquiunt graues &c. Paulus hic erat. ita ne Paulum o filiæ Hierusalem de pñsentia corporis ęstimatis, & tanq̃ decolorem deformemq; contemnitis: quia cernitis homunculũ afflictari in fame & siti, in frigore & nuditate, in laborib⁹ plur. in piculis. s. m. in morte frequẽter? Hæc sunt quę Paulũ denigrãt: p hmõi doctor gentium reputatur inglorius, ignobilis, niger, obscurus. Emuero nonne ipse est qui rapitur in paradisum: qui vnum alterumq; perambulans vsq; ad tertiũ sui puritate penetrat cęlum? O vere pulcherrima anima, quã etsi infirmum inhabitãtem corpusculum, pulchritudo cęlestis admittere non despexit: angelica sublimitas nõ reiecit: claritas diuina non repulit.

Q; illi soli placendum est cuius sumus iudicio præsentandi.

Q ¶Qui gloriatur, in domino glorietur. Nouerat Apostolus gloriam propriam creatoris esse non creaturæ. Sed considerauit rationalẽ creaturã adeo affectare gloriam: vt aut vix aut nũq̃ compesci ab hoc desiderio possit: quippe quæ ad imaginem facta est creatoris. Propterea secundum datã sibi a deo sapientiã saluberrimũ adinuenit consilium, dicẽs. Quãdo quidẽ psuaderi vobis non potest omnino non gloriari, saltem Qui gloriatur, in domino glorietur. Et vide q̃ supexcedit Pauli phia phiam sapiẽtiũ huius mundi. Cum em̃ nonnullos viderent philosophi alienis delectari laudibus, & gloriam ab ĩuicem quærere, q inter eos fuerit pręcipui, prudenter aduerterunt vanã esse huiusmodi gloriam & penitus contemnẽdam. Sed considerantes & studiosius inquirentes quænam esset appetenda gloria sapienti: hæc iam plene euanuerunt in cogitationibus suis, propriam sufficere gloriã cuiq; arbitrãtes, quasi aĩa q̃ a semetipsa esse non potest a se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis alienæ tota sollicitudie operam dabãt ea opari quæ homines mirarentur & laudarẽt: Sic isti sola ea iudicabãt eẽ sectãda quæ interior arbiter anim⁹ approbaret. Et hęc quidem est summa philosophia sapientium huius mundi: ipsa quoq; minus habens licet propiquior veritati. Vnde & vtrãq; gloriam sublimi contemplatione veritatis transcendens apostolus. Qui gloriatur, inquit, non in altero nõ in se sed in Domino glorietur. Et eam quæ veritati videbatur esse vicinior, maiori redarguens sollicitudine, & cõdemnans certo iudicio veritatis. Non enim q seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commẽdat. Vt qd em̃ aut de alteri⁹ hominis aut de meo ipsi⁹ iudicio sollicitus sim, cuius nec vitupio reprobus nec laude probatus ĩueniar? Fratres si me ante vestrum stare oporteret tribunal, merito super vestris laudibus gloriarer. Q; si vel meo essem iudicandus examine, iure meo ipsi⁹ testimonio cõtentus propriis laudibus delectarer. Nunc autem cum nec vestro nec meo, sed Dei sim iudicio pręsentandus, quãtæ insipientię (imo insaniæ) est: aut ĩ vestro me aut ĩ meo ipsi⁹ testimonio gloriari? Merito proĩde ait Apostolus. Mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. In quibus verbis illud considerandum est, q; alienum iudicium pro minimo habẽs, suum quoq; nequaq̃ sequeretur. Nemo em̃ scit hominum quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis q in ipso est. Q; si vel ipse qui ĩ hoĩe est spũs, oĩa quæ hoĩs sunt nosse posset: pfecto sufficeret testimonium eius. Nunc autem prauum est cor hoĩs & ĩscrutabile etiã sibiipsi, adeo vt pñsentia quoq; magna ex pte ignoret, futura vero sua oĩno nosse non possit. Quia tñ

aliquatenus nouit præsentia: si cor nostrum nõ reprehendit nos: non gloriam: sed fiduciam habemus ad Dñm. Cum autem veritatis quam nihil latet sentẽtiam de nobis tenere meruerimus: in ea plane secure poterimus gloriari. Illa enim perfecta erit & secura gloriatio, cum erit vnicuiq; laus a Deo. Nunc quoq; licet non plenarie, non sine timore & sollicitudine multa, aliquatenus tamen in domino gloriamur, testimonium perhibente spiritu sancto spiritui nostro q.f.d.s. Hinc enim vere possumus gloriari ꝙ tantum patrem habemus: ꝙ maiestati ineffabili cura est de nobis. Sed quid est quod ait: Nõ enim qui seipsum commendat ille probatus est sed quem Deus commẽdat? Quid est enim qđ in hoc seculo commendet Deus? Quomodo cõmendat veritas eum qui adhuc reprehensibilis inuenitur?

Qꝫ flagellum corporis diuinæ sit erga nos attestatio charitatis.

R ¶Ego, inquit, quos amo arguo & castigo. Apocal. tertio. Hæccine tota cõmendatio est? Prorsus q̃tum mihi videtur ipsa. Quę enim melior aut efficacior cõmendatio q̃ diuinæ erga nos attestatio charitatis? Testimoniũ vero amoris eius, nullum credibilius, nullum certius in hac vita, q̃ qđ desiderat propheta vbi ait. Corripiet me iustus in misericordia sua &c. Hæc nãq; increpatio qua iugiter nobis in occulto suggerit spũs veritatis qđ desit nobis: sup̃biã, negligẽtiã ĩgratitudinẽq; repellit. Quo triplici vitio oĩne paulominus religiosorum hominũ genus periculose laborat: pro eo ꝙ minus attenta cordis aure percipiant quid intus loquať is qui neminem palpat spiritus veritatis. Qđ nõnullis exinde ꝓuenit, nisi fallor, ꝙ propriæ gloriæ cupidi nulla rõne quiescere possint: cum in seipsis nihil penitus inueniunt vnde possint aliquatenus gloriari. Perfecta & secura gloriatio est cũ veremur oĩa opera nostra, sicut ait beatus Iob. Et cum Esaia, Omnes iustitias nostras tanq̃ pannum menstruatę reputamus. Nihilominus tñ cõfidimus etiã & gloriamur in dño: cuius mĩa tanta est super nos vt a grauioribus & quæ ad mortẽ sunt peccata custodiat nos, & tam benigne ipsam ĩperfectionis nostræ impuritatẽ nobis manifestet & cõdonet: vt humilitate & sollicitudine & gratiarum actione firmiter radicari iam non in nobis: sed in domino gloriemur.

Qꝫ nõ oĩs patientia debeat approbari.

II. S Libenter suffertis insipiẽtes cũ sitis ipsi sapientes. Magna est virtus patiẽtiæ: sed interdũ impatientẽ esse probabili⁹ Tu ne improbes illorũ patiẽtiã quibus Paulus dicebat, Libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes? Ni fallor ironia erat, & non laus sed suggillatio quorũdam mansuetudinis, qui a pseudoapostolis trahi se in peregrina & peruersa dogmata patienter ferrent. Vnde & subdens: Sustinetis ait: si quis vos in seruitutẽ redigat &c. Nõ bona patientia cũ possis esse liber seruum te fieri permittere. Quæso te quale est istud pastori animarum, de mane vsq; ad vesperam litigare vel litigantes audire? Nolo dissimiles seruitutem in quam certe in dies dum nescis redigeris. Hebetati cordis indiciũ est, propriam non sentire continuam vexationẽ. Vexatio dat intellectum auditui. Verũ est: sed si nimia non sit, alioquin non dat intellectum: sed contemptum.

Hugo de Sancto Victore.

De triplici compassione.

¶Quis infirmatur & ego nõ infirmor? Triplex est cõpassionis modus. Est quippe cõpassio alia ex vitio, alia ex natura, alia ex virtute. Cõpassio ex vitio est, quãdo affectus illic ex reprehẽsibili dolore tangitur vbi illicito prius amore tenebatur. Cõpassio ex natura est, quando ex insito sibi pietatis affectu animus alienis ærũnis condolet. Cõpassio ex virtute est: qñ propter Deũ alienis doloribus cõpatimur. Cum. s. vel iustitiã p̃mi vel innocentiã affligi videmus. Prima culpabilis. Secunda irreprehensibilis. Tertia laudabilis. O igitur beata aĩa quæ cõpassionem habere potest. Omnes patiuntur, pauci cõpatiunť. Pati possunt impii: cõpati autem non nisi pii. T

Qꝫ apostolus verba reticens ineffabilia affectũ excitat, licet nõ instruat intellectũ.

¶Audiuit apostolus arcana verba quę nõ licet homini loqui. Scriptum est quia nemo scit quę pręparauit Deus his q diligũt eũ. Veruntamẽ qđ oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit: apostolus sibi suiq; similibus per spiritũ reuelata fatetur. Forte hoc fuit quando in tertium cœlum raptus audiuit ea quæ non licuit homini loqui. Licet eñ auditui nostro non dederit gaudiũ & lętitiam: affectui tamen desiderium & cõcupiscentiam tanti boni cum hæc loqueretur, immisit. Vnde & beati patris Bernardi super hoc ipso verba tenemus Ait eñ cũ de apostolo loquereť, Verba mihi ineffabilia si nõ profert vt audiam, offert tamẽ vt cupiã. Felix anima quę primitias spiritus iã prelibat: & illic sese etiã nunc nõ minori animi alacritate q̃ auiditate ingerit. Inmo vero trãsfertur magis vt Enoch: vel etiam rapitur vt Helias in illud diuini secreti mirabile sacrarium. V

Bernardus.

Q; ille sibi parcit q minor q̃ sit desiderat æstimari.

X ¶Parco mihi, ne quis me existimet supra id qđ videt ĩ me aut audit aliqđ ex me. Si virtutē appetis hũilitatis, nõ refugias viã. Humiliatio em̃ via est ad humilitatē, sicut patientia ad pacem lectio ad scientiã. Prodest itaq; mihi insipientiã meam sciri: cui sæpe cõtingit a nesciētibus iniuste laudari. Terret me apostolus: q & ipse territus ait. Parco aũt mihi & c. Q; pulchre dixit parco. Nõ parcit sibi arrogans: non superbus: nõ cupidus vanæ gloriæ & iactator operũ suorum: qui vel sibi arrogat qđ est, vel mētitur de se qđ non est. Solus qui vere humilis est parcit animæ suæ, qui ne putetur quod nõ est, semper quod in se est vult nesciri quod est. Grāde reuera periculum audire quicq̃ de se supra q̃ sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantũ de veris digne humiliari: q̃tum datum est de falsis indigne gloriari? Illud mihi prophetæ iure assumerem. Exaltatus autē humiliatus sum & conturbatus. Et illud. Ludam & vilior fiam: ludam & illudar. Bonus ludus qui hominibus quidē ridiculũ, sed angelis pulcherrimum spectaculũ est. Bonus ludus est quo efficimur opprobrium abundantibus & despectio superbis. Et reuera quid aliud secularibus q̃ ludere videmur: cum quod ipsi appetunt: in hoc seculo, nos per contrarium fugimus: & quod ipsi fugiũt nos appetimus? More. s. ioculatorum & saltatorum: qui capite demisso pedibusq; sursum erectis præter humanum vsum stant manibus vel incedunt, & sic in se omnium oculos defigunt.

Finiuntur Epistolæ ad Corinthios.
Sequitur Epistola ad Galatas.

Bernardus.

Q; vir perfectus mortuus ad terrena, ad ea q̃ Dei sunt sit paratus.

2. Y Iuo ego iam nõ ego viuit vero in me Christ9. Felix mors quæ sic alienum seruat ab hoc seculo. Sed necesse est vt q non viuit in se, viuat Christus in illo. Et hoc est quod ait apostolus. Viuo autem iã non ego &c. Acsi diceret. Ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo. Siqua vero sunt Christi, hæc viuum inueniunt & paratum. Nã si nõ aliud possum, saltē sentio. Placet quod ad eius honorem fieri video: displicēt quæ aliter fiunt.

Q; abundantia temporalium obliuionem pariat æternorum.

Quando venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Nimirum plenitudo & abundantia temporalium obliuionem & inopiam fecerat æternorũ. Opportune igitur tunc aduenit æternitas, quãdo magis temporalitas præualebat. Nam vt cætera sileam, ipsa pax tanta erat: vt ad vnius hominis edictum describeretur vniuersus orbis. 4. Z

Hugo de Sancto Victore.

Q; duo sunt in charitate, & seruitus & libertas.

Per charitatem spiritus seruite inuicem. Nota vtrunq; in charitate, & seruitutem & libertatem. Tunc quasi libera est charitas, cum sine acceptione mandati sponte se exercet in priuatis quibusdam operibus charitatis. Tunc autem quasi seruilis cum propriis volũtatibus postpositis omnimodo se accommodat voluntatibus proximorũ implendis: & cohibens se circa propria, dilatat se circa aliena. 5. A

Guilielmus de Cal.

Q; tripliciter in ecclesia spiritus sanctus nos disponat.

¶Spiritu ambulate. Alii in ecclesia disponunt ad sedendũ: alii ad standum: alii ad ambulandũ Ad iacendum neminem disponit spiritus dei. Verum q̃uis huiusmodi positiones sessio, status, ambulatio, secundum hominum merita distingui possint: vt sessio coniugatis: statio contemplatiuis: ambulatio p̄dicatoribus cõueniat: omnibus tamen congruit sedere per humilitatem: stare ad sui custodiam: ad subsidia mutuæ charitatis ambulare. Proinde prædicatoribus specialiter, generaliter tamen omnibus dicit spiritus: Spiritu ambulate. B

De spirituali ambulatione.

¶Nostis fratres q; non omnibus equis ambulatio cõpetit: sed eruditis & domitis: & quos ad hoc flexit sollicitudo magistri. Spiritualem a seculo ambulationem soli capiunt homines spirituales, disciplinati spiritualibus exercitiis: ab impetu secularium qui ambulant secũdum carnem: pedes mouere decētius cõpositis quodam modo passibus edocti. Tales sunt qui desideria carnis non perficiunt, etsi quandoq; faciunt. Solent equi quos trotare dicimus, eũdo se disiun- C

gere turpius multo & durius portare sessores. Ambulantes autem qui quadam pedum connexione mouentur, incedētes pulchrius: vt si diligenter attēdas, posteriorē pedem anteriorem semper trāsire quodā videas libertatis excessu ita vt velocius ambulent amplius excedentes. Nam longe alio modo distingui possunt ambulantes secundum spiritum: &, vt ita dicā, trotātes secundum carnē. Carnales enim disiunguntur incedentes: quos superbia disiungit a Deo: inuidia a proximo: ira a seipsis. Sic disiuncti a se inuicem & a Deo, nec Deū, nec hominē sessorē ricipiēt. Sed neqꝫ se ipsos portare dicendi sunt quos spiritus carnis quocūqꝫ impellit, ire compellit. Quicunqꝫ vero spiritu Dei aguntur, coniunctis passibus ambulant in cōnexione virtutum, Deo per humilitatē, per charitatem proximo, sibi per modestiam, vitæ curriculum persoluentes. Per humilitatem sub Deo ambulant. Per charitatē coambulant proximis. Per modestiam perambulant in medio domus suæ. In his etiam pedes posteriores, anteriores transeunt: quia carnis affectus & opera spiritualibus desideriis & studiis superāt & excedūt. Deniqꝫ sic omnes quos Deo legimus placuisse, receperunt duplicia pro o.p.s. & pœnitētię modum cumulantes addiderunt etiā laborare postmodū ad præmia meritorum. Placet certe Deo plurimū ambulatio pœnitentis: quippe q non vult mortem peccatoris: sed vt magis cōuertat & viuat. Placēt illi qui reliquerūt latā viā & spatiosam quæ ducit ad mortē, & per pœnitentię semitas difficiles Deū quærūt: & propter verba labiorum eius custodiunt vias duras. Talibus sæpe coambulat sub habitu peregrini: donec pœnitentiæ metam teneant, & noti fiant. Talibus vehiculū se frequenter exhibet in itinere: comes illis facūdus in via: faciens eorū cor ardens in eis dum loquitur & dicit. Qui sunt hi sermones &c. Optat sane pœnitētiæ viatores cōputare sollicite sermones culpę conferre diligēter & similiter pœnæ. Ne remisse pœnitēs minus soluat: aut omnē cum culpa substantiam deuorās iniquus supra modum fœnerator insistat.

Quid sit in albis cū dn̄o ambulare.

D ¶Sed notandū ꝙ si libenter ambulat dominus cum iis qui ambulant in tristitia: multo libentius cum iis qui ambulant in innocētia. De quibus ipse dicit. Ambulabunt mecum in albis qa digni sunt. Sicut enim pœnitētiam tristitia, ita innocentiam lætitia comitat. Innocentes ideo dominus saltare secum in albis testatur, lætitiā in albedine mundi cordis exponens: vt ex opposito remittentes intelligas nondum indumentum lætitiæ consecutos. In albis autem cum domino ambulant: qui vitæ mundītiā cūm integritate mentis & corporis habere meruerūt.

Qꝫ facilius innocentes q̄ pœnitentes ad spiritualem moueantur incessum.

¶Non eadem celeritate veteres equos ambulare videmus & pullos teneros. Illis enim violentia multa cum exercitio magni laboris infertur. His ætatis beneficio mansuetudo sufficit & ætas ductilis ad docendum. Illi compediuntur compedibus, & oneribus grauantur vt ambulent: his blandimenta plus conferunt. Similis quotidie differentia cernitur in illis quos pœnitentes dicimus: & aliis quos innocentes vocamus. Pœnitentes enim sunt quasi runcini veteres, qui diu iugum disciplinæ nescientes errauerunt ab vtero, carnis voluptatibus, mundi vanitatibus diutius assueti: quos diu superbia contra Deum mouit: inuidia contra proximum: & alia vitia per varia deuia depulerunt. Nec sine grādi difficultate huiusmodi ad spiritualem reuocantur incessum: quibus abstinentia carnis, laborum pondera, vigiliarum sollicitudo, & cæterę disciplinarum molestiæ regularium a prælatis imposita necessaria sunt ad salutem: vt in his quodammodo expediti a vago carnis impetu retrahantur: & ad spiritu ambulandum pedes suos tandem gratia cooperante componant. Verum non putemus ꝙ apostolus cursum prohibeat qui præcipit ambulare: sed infirmis loquēs temperantius dicit Spiritu ambulate, non volate, non currite. Vnde modestiam sui sermonis prosequens & explanans subiunxit. Et desideria carnis non perficietis. Quasi dicat. Si desideria carnis propter eius infirmitatem ex aliqua parte facitis, non tamē perficiatis.

Hildebertus.

¶Desideria carnis nō perficiatis. Virtuti nihil æque noxium est ac voluptatis admixtio in cōcessis. Negligēter cauet hostis, cuius ingressus pacificus expectatur. F

Bernardus.

Quibus promissis ratio alliciat & illiciat volūtatem.

¶Caro concupiscit aduersus spiritū &c. Dispo nit ratio castigare corpus & subiicere seruitutiuituti. At corpus seruus inutilis & piger conqueritur volūtati: q̄ male languida iacet & dicit. Nōne seruus vester ego sum, q vobis a prima mea etate tā sedule seruio? Nōne p vobis multos & magnos labores sustinui: & adhuc sustinere paratus sum? Ego em̄ tripliciter vobis seruio pro triplici quo laboratis incōmodo. Nam gula, nares, venter, genitalia seruiūt volupta G

ti, oculus & pes curiositati, auris & lingua vanitati. Manus vero quia vndiq; libere mouentur, ad omia nobis seruiunt, & membris omnibus suffragantur. Ergo ne tantum dedecus & damnum patienter sustinebitis: vt seruum vestrum tollat ratio violenter! Ad hęc verba frendet voluntas vetula, garrula, litigiosa, clamosa, progreditur nudo pectore, sparsis crinibus, hulceribus horrendis scaturiens. In hunc modum fertur obuia rationi: & multa cum indignatione exclamat & dicit. Hæc est tota fides quam mihi seruas! Meus est seruus, nō dimitto eum. Delinit ratio viperam inflāmatam: & dissimulat quod agendum est donec anima quiescat. Deinde inducens alia pro aliis inter loquendū, Vidi, inquit, pomarium pulcherrimis arborib⁹ consitum, & super delectationem est loci illius amoenitas. Vtinam surgere possetis & illuc venire. Fortassis nocet nobis tādiu in sterquilinio residere: & spatiari bonū eēt. At illa. Talia inqt mihi q̄rere debueras, & talia nunciare. Et ego q̄dē nescio vtrū possim. Attamē tētabo egredi & illuc ire. Igitur ratio quasi per posticum ostendit ei pulcherrimam arborē castitatis, enumerans q̄ta in se bona contineat: quomodo liber sit quisquis ea fruitur, a tantis & tam noxiis curis: quid iocunditatis habeat frons libera apud homines, & pura conscientia coram deo, & plura his similia tā de ea q̄ de cæteris virtutibus loquēs. Prudenter ergo allicit vt intret & paulatim gustare incipiat: donec delectata exclamet. Fulcite me floribus &c. Satiata est em̄ nō qdē iustitia, q̄ quāto plus edit, tāto ampli⁹ desiderat: sed iis q̄ prius tā ardēter desiderabat vt nō satiaretur oculus visu: nec auris auditu. Hęc oīa iā fastidit, & seruū suū de cætero libēs exponit magis autē & seipsam seruire iustitiæ.

Bernardus.

De diuersitatibus spirituum.

H ¶Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Paulus ex occasione spūalis naturæ q̄ viuimus ad spiritualem conuersationē nos excitat. Ac si diceret: si caro non prodest quicq̄: sed spiritus est qui viuificat ipsam: separari oportet preciosum a vili: vt secundum spiritum ambulemus non secūdū carnem. Sed qa sunt diuersa spirituum genera: necessaria est nobis eorum discretio. Pręsertim cum ab apostolo didicerimus nō omni spiritui esse credēdum. Videri em̄ potest minus eruditis & q parū h₃ exercitatos sensus oēm cogitationē nō alterius q̄ ipsi⁹ humani spirit⁹ esse sermonē. Qđ non ita esse & certa fidei veritas ꝓbat, & diuinarū testimonia scripturarū. Audiā, ait ꝓpheta, nō qd ego: sed qd in me loquat̄ deus. Et alius: Angelus inqt q loquebatur &c. Et in psal. didicimus fieri immissiones p̄ angelos malos. Vn̄ & timet apl's ne sicut serpens decepit Euā astutia sua: sic & discipulorū qbus loquit̄: corda decipiant̄ ab illo cuius Paulus astutias nō ignorabat. Vn̄ & ait. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principes tenebrarū &c. Esse tamē spiritū carnis nō bonū manifeste idē apostolus indicat: vbi inflatos quosdā spiritu carnis suæ testat̄. Et malū esse etiā spiritū huius mundi declarat: vbi gloriat̄ in dn̄o pro se & ꝓ discipulis suis q̄ nō eū acceperint: sed spiritū qui ex Deo est. Sūt ergo hi duo satellites maligni illi⁹ principis tenebrarū: vt dominetur spirit⁹ nequitiæ spiritui carnis & spiritui mūdi huius. Quisqs ergo ex his tribus spiritui nostro loquat̄, ne credamus ei quoniam sanguinem sitit, non quidem corporum: sed quod grauius est animarū.

Q꞉ vnumquemq; spiritum loquela propria manifestat.

¶Quis autē spiritus loquatur ipsa suggestio I declarabit. Semper em̄ spirit⁹ carnis mollia: spiritus mūdi vana: spūs malitiæ semp amara loquit̄. Quotiēs ergo iportune, vt assolet, carnalis cogitatio mētē pulsat: verbi gratia, cum de cibo, de somno & similib⁹ cogitantes humano quodā inardescim⁹ desiderio, certū sit nobis spiritū carnis esse q loquit̄. Cū vero de ambitione seculi, de iactantia, de arrogantia cæterisq; similibus cogitatio vana versat̄ in cordibus nostris, spiritus mūdi est qui loquit̄. Longe perniciosior hostis & maiori sollicitudine repellēdus interdū satellitibus ipsis terga vertētibus princeps ipse habēs irā ingentē tanq̄ leo rugiēs insurgit aduersum nos. Cū videlicet ad iram, ad impatientiā, ad inuidiā, ad amaritudinē animi ꝓuocamur importune ingerēdo siquid minus amicabiliter minusve discrete factum videtur aut dictū: siq̄ aut in signo aut i opere quolibet data videtur indignationis occasio, materia suspitionis. Huic ergo cogitationi non aliter q̄ ipsi diabolo resistēdū est: nec aliter ab ea q̄ ipsa perditione cauēdū. Fit tamē aliquādo vt spiritus noster a quolibet horū triū crebro superat⁹ & seruus addictus illi, heu in suā ꝑniciē, vices illius agat: vt iā sine omi alterius spūs suggestione, ipa in se aīa aut voluptuosas: aut vanas: aut amaras pariat cogitationes. Iā vero nō facile arbitror posse discerni quādo noster loquat̄ spiritus, quandove loquentem alterum ex illis tribus audiat. Sed quid refert loquentis nosse personam, dum constat perniciosum esse quod loquit̄! Si inimicus est, resistite viriliter inimico. Si tuus spirit⁹ est: argue eū: & miserabiliter plange: q̄ in tantam miseriam & tam miserabi

lem deuenerit seruitutem. Quotiens vero super castigando corpore, humiliando corde, seruanda virtute, & charitate fratribus exhibenda, seu cæteris virtutibus acquirendis, conseruandis, amplificandis, salubris cogitatio in mente versatur, diuinus est qui loquitur spiritus: aut per seipsum, aut per angelum. Et quemadmodum de humano atq; maligno spiritu dictum est: sic de angelico atq; diuino non facile est quis loquatur discernere, aut ignorare periculum: præsertim cum certum sit angelum bonū nunq̄ loqui a seipso: sed deū esse qui loquitur in ipso. Sollerter ergo studeamus de cętero, vt nec spiritū carnis mollia suadentē: nec spiritū mūdi vana suggerentē: nec spiritū nequitiæ audiamus immittentem amaritudines, & scandala seminantem. Huius autem vltimi specialiter astutias nosse necesse est. Interdum enim transfigurat se malignus ille & nequam spiritus in angelum lucis: vt virtutis simulatione plus noceat. Sed & tūc si diligenter aduertimus nunq̄ nisi amaritudinis & discordiæ seminaria spargit. Suadet enim nonnullis singularia ieiunia quædam, vnde cæteri scandalizentur: non quia ieiunium diligat: sed quia scandalo delectetur. Multa quoq; in hūc modum solet afferre, quæ tamen a diuina sapientia facile discernantur.

Qz a nobis ipsis accipimus materiam miserendi.

6. K Vos q̄ spūales estis hmōi instruite in spiritu lenitatis cōs. teip. &c. Cur hoc? Ne forte si proximi malū consideres & tuum nō attendas: mouearis non ad miserationem: sed ad indignationē: nō ad adiuuandū sed ad iudicandum: non ad instruendum in spiritu lenitatis: sed ad destruēdum in spiritu furoris. Mansueto igitur. i. eo spiritu fratri ægrotanti subuenias, quo tibi vis subueniri cū ægrotas. Et vt scias qualiter erga delinquentē mansuescere possis, Cōsiderans teipm inqt ne & tu tenteris. Cōsiderare libet q̄ bene discipulus veritatis, ordinē sequat magistri. In beatitudinibus em̄ quas dominus cōmemorat: primos misericordes pronunciat. Et apostolus cū spirituales hortatur ad instruendū carnales: adiunxit in spiritu lenitatis. Instructio quidē fratrū pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad mites. Acsi diceret. Inter misericordes deputari non potest qui in semetipso mitis non est.

Qz aduentus Christi ad nos, nostra redemptio causa fuit specialis.

L ¶ Absit mihi gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Tria quedā præcipua in opere nostræ salutis intueor, formā humilitatis in q̄ semetipsum deus exinaniuit. Charitatis mensuram, quam vsq; ad mortē, mortem autem crucis extendit: Redemptionis sacramentum, quo ipsam mortē quā pertulit abstulit. Horū duo prima sine tertio sic sunt, ac si sup inane pingas. Magnum certe & valde necessariū humilitatis exemplū: magnū & omni acceptione dignum charitatis: sed non habent fundamentū, ac perinde nec statum, si desit redemptio. Volo totis nisibus humilem sequi Iesum. Volo eum qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: brachiis quibusdam vicariæ dilectionis amplecti: sed oportet me agnū māducare paschalē. Nisi enim māducauero eius carnem & bibero eius sanguinem, non habebo vitā in me. Aliud est sequi Iesum, aliud tenere, & aliud manducare. Sequi salubre consilium: tenere & amplecti solenne gaudium: manducare vita beata. Caro em̄ eius vere est cibus, & sanguis eius vere est potus. Panis est dei qui de cœlo descendit: & dat vitā mūdo. Quis stat⁹ sine gaudio, sine cōsilio, sine vita? Nō aliud q̄ picturæ similitudo. Ergo nec humilitatis exempla, nec charitatis insignia, præter redemptionis sacramentū sunt aliquid. Igitur in passione Christi salus nostra, in cruce gloria, in morte vita.

Qz qui gloriatur in cruce, nec diaboli iaculis deiicitur, nec retibus irretitur.

¶ Absit mihi gl'ari &c. Quid ē hoc? Ergo crux amari potest: & crux preciosa est: & crux habet gloriationem? Ita est: si fuerit qui colligat, semper lignum crucis vitā germinat, fructificat iocunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamū sudat spiritualium charismatum. Non est syluestris arbor lignum vitæ apprehendentibus eā. Arbor est salutifera: alioquin quō dn̄icam occuparet terrā? Illā dico preciosissimā glebā: cui clauorum est infixa radicibus. Si nō esset hæc preciosior cunctis, fructuosior vniuersis, nunq̄ illo plātaretur in horto: nec illam permitteretur vineam occupare. Quid nos ad ista dicemus: q; non sapit etiam nobis quæ pro Christo est tribulatio: q; nō gloriamur in cruce, q; non gustamus manna absconditum? Sic em̄ victus esset diabolus: nec haberet penitus qd̄ afferret. Sufficeret enim hoc vnum nobis aduersus duplicem malitiā inimici. Habet enim nequissimus ille laqueos: habet & iacula, vt callidissimus venator hominum, & solum sitiens sanguinem animarū. Alios telis appetit malitiosæ cuiuslibet suggestiōis. Et in eis vulnerat multos: quorum tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat. Et in his concludit multitudinem copiosam eorū qui in terra repunt, aut

M

volitant iuxta eam. Sit ergo gaudium in tribulatione, & non habet malignus vnde iam illiciat, vnde deiiciat. Nihil enim proficiet inimicus in eo quem Christi crux delectat, si carnalem suggerit delectationem. Et filius iniquitatis non apponet nocere ei, si ad asperandum animũ eius quãlibet immittere tẽtauerit amaritudinem. Nõ curat delitias qui ieiunio pascitur: multo minus potest pro eo murmurare in quo etiam delectatur.

Hugo de Sancto Victore.

De triplici cruce.

N ¶Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In cruce Christi gloriatio. In cruce dextri latronis cõsolatio. In cruce sinistri cõfusio. In prima, pœna sine culpa: & post glorificatio. In scđa, pœna ꝓ culpa: & post remissio. In tertia pœna ꝓ culpa, & post dãnatio. Dicũt homines quando pœnã sustinent: si meruissemus non erubesceremus. Nunc autem iniuste pati ignominiosum est nobis. Obloquium videtur. Immo si pro culpa pateris, erubesce: si sine culpa, gloriare. Latro magis esse vis q̃ Christus. Et forte sinister blasphemator non dexter cõfessor. Tu enim pro culpa pateris, nec agnoscis, nec iudicem veneraris. Si saltem dexter fuisses, culpam humiliter agnosceres, pœnam patienter perferres: & mox veniam inuenires.

Finitur Epistola Pauli ad Galatas.

Sequitur Epistola eiusdem ad Ephesios.

Galfridus.

Q̃ nimia fuerit dei charitas ꝓ hoib⁹ ĩcarnati.

2. O Propter nimiã charitatẽ suam qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos deus in Christo. Propter (inquit) charitatem suam: non vtiq; propter nostram: quæ nec minima adhuc erat. In hoc enim est charitas non quasi nos dilexerimus Deum: sed quia ipse prior dilexit nos. Nec arbitremur ꝙ aliqd nimiũ dicat: q charitatẽ dei nimiã esse cõmẽdat. Nimia est eñ & ira eius. Immẽsus siquidẽ est deus nõ nisi in ĩmẽsum amat: sed nec iudicat quidẽ. Veruntamẽ non ad ipsum, sed ad nos potius referenda est vtraq; nimietas. Si eñ nostra consideratur indignitas, nimium diligimur: si infirmitas, nimis punimur. Q̃ terribilis es domine qui sic iudicas: q̃ amabilis qui sic amas. Nostra itaq; omnia tam sunt minima vt eorum comparatione omnis magnitudo sit nimia. Inde est ꝙ seipsum exinaniuit Dei filius dum nobis vniuit. Et vt quidam sanctorũ ait, Paruus factus paruos quæsiuit. Mira igitur vnitas, deitas, & humanitas. Nec minus mira vniẽtis eas nimietas charitatis. Sicut eñ de eodem mediatore Dei & hominum legimus, si non esset Deus verus: non afferret remedium: si non esset homo verus: non præberet exemplum: si non esset Deus homo, suum nobis non indicaret affectum. Ex diuinitate igitur adiuti vt possimus, & ex humanitate eruditi vt nouerimus: ex charitate affecti vt velimus, in vna mediatoris Dei & hominum Iesu Christi persona, quicquid nobis expedit, inuenimus. Sicut enim diuinitatis virtus adiuuat: sic exemplum humanitatis etiam duros corde & simplices informat, ꝙ mandata Dei non solum verbis: sed factis quoq; proponat. Quid vero aliud sic afficere potuit erga Deum homines ad mortem: q̃ ꝙ hominem Deus in personę susceperit vnionem. Non fecit taliter omni creaturæ siue terrenæ siue cœlesti: non enim ipsos angelos: sed semen Abrahæ apprehendit. Et olim quidẽ aiebat: ꝙ delitiæ eius, esse cũ filiis hoĩm. Sed nunc vere nimia eius charitas, vnũ esse de filiis hoĩm. Et nõ mouebuntur viscera nostra super hoc fratre nostro! Adhuc nobis considerare licebit q̃ multiplex erga nos fuerit eadẽ ipsa diuinæ nimietas charitatis. Siquidem magnũ est ꝙ ad homines Deus misit: maius ꝙ filium misit: maximum ꝙ in veritate carnis: nimium ꝙ in similitudinem carnis peccati. Quomodo enim non nimium quãdo ibi apparuit quod omnino non fuit! Non autem in filio sola carnis similitudo: sed veritas. Carnis autem peccati similitudo nõ veritas. An non maximũ ꝙ splendor paternæ gloriæ nõ modo carnis nube velatur: sed peccati similitudine denigratur! An non nimiũ ꝙ Dei fili⁹ est nõ mõ factus ex muliere: sed factus sub legẽ est! An nõ nimiũ ꝙ intingit hœdi sanguine tunica illa polymyta: ꝙ hœdi pellibus manus leues & colli nuda tegunt: ꝙ nostrarũ deniq; sordiũ pannis obuoluitur, cui⁹ vtiq; & solius paruuli vita sine sorde est super terram! Multum per omnem modum veritas carnis: sed nimium est similitudo peccati: nisi ꝙ persuadere vult peccatoribus vt suam similitudinem non deponant: nec super peccato etiam repropitiato velint esse securi, sed extincti pellibus hœdi manus & colli nuda semper operiant in operis satisfactione, & con-

fessione vocis aperta. Dũ enim vox in collo formatur, per collũ etiá non incongrue designat.

Bernardus.

Q͠ꝫ iustum est vt lauetur per alium qui per alium inquinatur.

P ¶Cõuiuificauit nos sibi donans omnia delicta nostra, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis & illud tulit de medio affigens illud cruci, expolians principatus & potestates. Vtinam ego inueniar in his spoliis, quibus spoliatæ sunt cõtrariæ potestates: traductus & ipse in possessionem domini. Si me insequutus Laban arguerit ꝙ recesserim clam ab eo, audiet clam me accessisse ad eum, & ob hoc clam recessisse. Subiecit me illi causa secretioris peccati: subduxit me illi ratio occultioris iustitiæ. Aut si gratis venũdatus sum, cur gratis nõ redimar? Si Assur sine causa calumniatus est mihi, sine causa causam exigit euasiõis. Q͠ꝫ si dixerit: pater tuus addixit te: Rñdebo, sed frater meus redemit me. Cur nõ aliũde iustitia: cũ aliũde reatus? Alius q̃ peccatorem constituit: alius qui iustificat a peccato. Aliter in semine, aliter in sanguine. An peccatum in semine peccatoris & non iustitia in Christi sanguine? Si iustitia inquiet sit, cuius est? Quid ad te? Esto: sed sit etiam culpa: cuius est? Quid ad me? An iustitia iusti super eũ erit, & impietas impii non erit super eum? Non cõuenit filium portare iniquitatem patris, & fraternæ fieri exortem iustitiæ.

Q͠ꝫ Christus animæ non insideat quæ virtutibus non vestitur.

3. Q HAbitare Christum per fidem in cordibus nostris. Domino sessuro super asellum vestes suas discipuli substrauerunt, significantes Saluatorem seu salutem nequaq̃ insidere nudæ animæ, quam non vestitã inuenerit doctrina & moribus apostolorum. Et ideo ecclesia promissionẽ habẽs futuræ felicitatis, curat pręparare se in vestitu deaurato circũdatam varietate gratiarum atq; virtutũ: quo digna & capax plenitudinis gratię inueniatur.

Quid sit comprehendere cum sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum.

R ¶Vt possitis cõprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundũ. Cõprehendere dicit non cognoscere vt nõ curiositate cõtenti sciẽtiæ, tota cura fructui inhiemus. Non eñ in cognitione est fructus: sed in cõprehensione. Quid sit cõprehendere inferius declarabo. Quid igitur est Deus? Longitudo. Quid ipsa: æternitas. Hæc est tam longa vt non habeat terminum, nõ magis loci q̃ temporis. Est & latitudo. Et ipsa quid? charitas. Quibus & ista terminis angustetur in deo qui nihil odit horum quæ fecerit? Vides tantã esse latitudinem. Vtinam si videas nõ tantam esse: sed ipsam id esse vnam q͞d alteram: nõ minus vnã q̃ duas: nec plus duas q̃ vnam. Deus æternitas: deus charitas est: lõgitudo sine protensione: latitudo sine distensione. Quid item deus? Sublimitas & ꝓfundum. In altero supra omnia: in altero infra omnia. Per sublime potentiam: per profundũ sapientiã eius considerata. Ex æquo etiam ista respondent sibi: dum & sublimitas inattingibilis cognoscatur: Paulo admirante & exclamante. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Libet & nos exclamare cum Paulo horum vtrunq;, intuentes in Deo: & cum Deo simplicissimam vnitatem. O sapientia potens, attingens vbiq; fortiter. O potentia sapiens disponens oĩa suauiter. Res vna, effectus multiplex, operationesq; diuersæ. Et illa vna res est longitudo propter æternitatẽ: latitudo propter charitatẽ: sublimitas propter maiestatẽ: profunditas propter sapientiã. Nouimus hæc. Nõ ideo tamẽ arbitramur nos cõprehẽdisse. Nõ ea disputatio cõprehẽdit: sed sanctitas: siquo mõ tamẽ cõprehendi potest q͞d incomprehẽsibile est. At nisi posset, non dixisset apostolus, vt cõprehendamus cũ oĩbus sanctis. Sancti igit̃ cõprehẽdũt. Quęris quõ? Si sanctus es cõprehendisti & nosti. Si nõ: esto, & tuo experimento scies. Sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina. Timor domini, sanctus, & sanctus amor. His perfecte perfecta anima veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet: & ait. Tenui eum nec dimittam. Et timor quidem sublimi & profundo: Amor autem lato longoq; respondet. Quid tam timendum q̃ potestas cui nõ potes resistere: q̃ sapientia cui abscondi nõ potes? Poterat minus timeri deus alterutro carẽs: nunc ergo perfecte oportet timeas illum cui nec oculus deest omnia videns, nec manus potẽs oĩa. Quid item tã amabile q̃ amor ipse quo amas & quo amaris? Amabiliorẽ tamẽ ĩficta æterna charitas facit, quæ dũ nõ excidit foras mittit suspitionẽ. Ama igit̃ perseuerãter & lõganimiter: & habes longitudinẽ. Dilata amorẽ tuum vsq; ad inimicos: & latitudinem tenes. Esto etiã in oĩ sollicitudine timoratus: & sublime profundumq; cõprehendisti. Aut si mauis, quatuor æquetua, diuinis quatuor rñdere facis: hoc est si stupes, si paues, si ferues, si sustines. Stupenda sublimitas maiestatis, pauẽda abyssus iudicioꝝ. Feruorem exigit charitas, æternitas perseuerantiam.

tiam sustinendi. Quis stupet nisi qui contemplatur gloriam Dei? Quis pauet nisi qui scrutatur profunda sapientiæ? Quis feruet nisi qui meditatur charitatem Dei? Quis sustinet & perseuerat in amore, nisi qui æmulatur æternitatem charitatis? Nam æternitatis quandam imaginem perseuerantia præfert: sola est cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati hominem reddit: dicente domino. Qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit.

De quatuor modis contemplationis.

S ¶ Et nunc aduerte in quatuor his, contemplationis quatuor species. Prima & maxima contemplatio est admiratio maiestatis: hæc requirit cor purgatum, vt a vitiis liberũ atq; exoneratum peccatis facile ad superna se leuet: interdum quoq; vel per aliquas morulas in ecstasi suspensum teneat ad mirandũ. Secunda autem necessaria est huic. Est eñ intuens iudicia Dei. Quę sane pauido aspectu dũ vehemẽtius concutit intuentẽ, fugat vitia: fundat virtutes: initiat ad sapientiã: humilitatem seruat. Virtutũ siquidẽ bonũ quoddã ac stabile fundamentum est humilitas: q̃ si nutet, virtutum cõgregatio nõ nisi ruina est. Tertia cõtemplatio occupat aut potius ociatur circa memoriã beneficiorũ: & ne dimittat ĩgratũ sollicitat ad amorẽ benefactoris. Quarta quę retro sunt obliuiscẽs in sola requiescit expectatione promissorũ. Quæ cũ sit meditatio æternitatis, nã quę promittuntur æterna sunt, longanimitatem alit, & perseuerãtiæ dat vigorẽ. Puto iam facile est quatuor nostra hæc quatuor illis apostoli assignare: dũ longitudinem cõprehendit meditatio promissorũ: latitudinẽ recordatio beneficiorum: sublimitatem contẽplatio maiestatis: profunditatẽ inspectio iudiciorum.

Galfridus.

De quatuor crucis dimensionibus.

T ¶ Vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. His verbis cõmẽdat apostolus formam crucis. Profundũ erat infixũ humi: sublimitas eminens super caput: longitudo ab imo sursum porrecta vsq; ad latitudinem: & latitudo lignũ transuersum. Hæc omnia in salute, in vita, & resurrectione aliter atq; aliter intelligũtur. Inuenire est homines quos magis terret cõsciẽtia pertinẽtium ad luxuriam peccatorum. Hæc infixa terræ profunditas, hoc profundum iniquitatis. Et ab ea, cõtraria crucis profunditate saluamur. Alios magis arguit conscientia vanitatis: q; nullã eius occasionem carnalis ministret infirmitas. Cui etiam ad salutem sublimitas crucis opponitur. Aliis grauior longitudo videtur: q; mane surrexerũt ad miscendam ebrietatem & potãdum vsq; ad vesperam: peccata sua vsq; ad canos ab adolescentia protrahentes. Quorũdam magis affligit quædam quasi latitudinis consideratio: q; iniquitatis suę diffuderint circũquaq; foetorem: nec tantũ coram deo: sed etiam coram hominibus, sine illius timore vel illorum pudore peccauerint. De huiusmodi dicitur. Quatriduanus est & iam foetet. Verũtamẽ ab huiusmodi lõgitudine & latitudine nulla nobis alia spes salutis nisi in passione Saluatoris: quã in longitudine & latitudine crucis pro nostra saluatione sustinuit.

Aliter de eodem.

¶ In præsenti vita per profundum timor gehẽnæ, per sublimitatem spes gloriæ cõmendatur. V
Ad hęc duo pertinet q̃d fideles duo reges dixerunt. Vadam ad portas inferi. Et Quando veniam & apparebo ante faciem dei. Minus deorsum penetrat qui seculariter timet. Minus in sublime cõtendit qui gloriã sectat̃ humanam. Longitudo ad perseuerantiã sanctimoniæ pertinet & virtutis, cui sola corona debetur. Latitudo ad distẽsionẽ fraternę dilectiõis: cui propriũ est velut ad dexterã protrahi & sinistram: gaudere cũ gaudẽtibus, flere cũ flentibus. Nihilominus in resurrectione futura profundum nobis promittitur in inscrutabili sapientia & sciẽtia: quã apostolus altitudinẽ clamat: sicut solet profunditas alta vocari. Vnde mulier Samaritana dicebat. Puteus altus est &c. Sublimitas erit in gloria: longitudo in æternitate: latitudo vero in plenitudine voluptatis: quam nulla deinceps sollicitudo vel molestia angustabit.

Bernardus.

De diuersis ascensionum generibus.

CHristus qui descẽdit ipse est qui ascendit. Ego credo Christũ in hoc ipso q; descenderit, ascẽdisse. Sic eñ oportebat Christũ descẽdere vt nos ascẽdere doceremur. Cupidi siquidẽ sumus ascẽsionis: exultationem cupimus oẽs. Nobiles eñ creaturæ sumus & magni cuiusdã animi: ideoq; altitudinẽ appetimus desiderio naturali. Sed væ nobis si noluerimus eum sequi qui ait. 4. X

De monte potentiæ.

¶ Sedebo in monte testamẽti, in lateribus aquilonis. Heu miser in lateribus aquilonis. Frigidus est mons ille: non te sequimur. Potestatis habes concupiscentiam: altitudinem præsumis potentiæ. Quanti tamen vsq; hodie foeda insequuntur infeliciaq; vestigia? Immo q̃ Y

pauci euadunt, quibus non dominandi libido dominet? Quem sequimini miseri hoies? quem seqmini? Nonne iste est mons in quẽ ascẽdit angelus, & diabolus factus est? Vel illud aduertite: ꝙ post casum suũ inuidia stimulante male sollicitus de supplantando hoie, illius tñ montis ascẽsum ei nullatenus ausus est suadere, in quo iam præcipitium cognosceret expertus.

De monte scientiæ.

Z ¶Sed non defuit versuto hosti quod ageret, similẽ ei montẽ alterum demonstrauit: Eritis inquiens sicut dii, scientes bonum & malum. Perniciosa est ascensio hæc, immo descensio magis est de Hierusalẽ in Hiericho. Pessimus mõs inflans scientia: in quẽ tñ vsq; hodie tanta videas concupiscentia plurimos repere filiorũ Adam ac si non nouerint q̃tũ pater eorũ in illius mõtis ascensu descẽderit, immo q̃ grauiter ceciderit, q̃tum tota deiecta sit & cõquassata posteritas. Nondum sanata sunt vulnera quæ tibi in ascensu montis illius inflicta sunt, dum adhuc in patre lateres, & nunc in propria persona conaris ascendere: vt sit error nouissimus peior priore. Ecce vobis montẽ alium demonstrauimus, non vt ascẽdatis, sed vt fugiatis. Ipse est in quem descẽdebat q voluit esse sicut deus sciẽs bonum & malũ. Ipse est quem vsq; hodie filii eius accumulant & eleuant, nihil inuenientes tã vile, vnde non velint montẽ eleuare scientię. Videas aliũ literarum, alium mundialis curię, istum placitationũ deo displicentiũ, illũ seruilis cuiuslibet artis tam vehementer affectare scientiã, vt laborem non reputet, tantũmodo possit aliquib⁹ doctior reputari. Sic ędificãt Babel: sic putant ad dei se peruenturos similitudinem. Sic concupiscunt qđ non expedit, qđ expedit omittentes. Quid vobis & montib⁹ istis: in quorum ascensu tanta difficultas est & tam graue periculũ? Aut cur eũ deseritis montem, cuius & facilis est ascẽsus & perutilis? Potestatis ambitio angelũ felicitate priuauit angelica: scientię appetitus hoiem immortalitatis gloria spoliauit. Ergo fugiendus nobis est mons vterq;, si ꝑcipitiũ angeli, si casum hoĩs expauescim⁹.

Qꝫ Christus nobis salubrem demõstrauit ascensum.

A ¶Quid tñ agimus? Ascendendi tenemur concupiscentia. Quis igit docebit nos ascensum salubrẽ? Christus qui descẽdit ipse est qui ascendit. Quia ergo non erat quo ascenderet, descendit altissimus, & suo nobis descẽsu suauem ac salubrem dedicauit ascẽsum. Descendit de mõte scientię, quia placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Quid eñ tenello corpore & infantibus mẽbris videtur infirmius? Quid indoctius apparet paruulo, qui sola matris vbera nouerit? Quis impotẽtior eo cuius membra omnia clauis affixa: cuius dinũmerantur ossa? Quis insipientior eo qui tradebat in mortem animã suam? Vides q̃ multum descenderit, q̃tũ a potẽtia sua, q̃tum a sapiẽtia sua exinaniuerit seipsum. Sed nõ potuit altius in montẽ bonitatis ascendere: nec suã expressius commendare charitatẽ. Nec mirũ si descẽdendo Christus ascendit: quãdo priorũ vterq; ceciderit ascendẽdo. Docebat eñ ignarum vię, trahebat paruulũ, infantulum deducebat: ideo ꝙ velut quibusdã passibus ibat, vt de virtute in virtutem videret deus deorum in Sion. Iustitia eñ eius sicut montes dei. Sed iam saltus ipsos intueamur, quib⁹ exultauit vt gigas ad currendã viã, & cuius egressus a summo cœlo per gradus quosdam vsq; ad summum eius cucurrit.

De monte in quo trãsfiguratus est dominus.

¶Primum ergo cõstitue montẽ in quẽ ascẽdit cum Petro, Iacobo, & Ioanne. Vbi trãsfigurat⁹ B est ante eos. Refulsit facies ei⁹ sicut sol, & vestimenta ei⁹ facta sunt alba sicut nix. Resurrectionis gloria ista est: quã in monte spei contemplamur. Vt quid eñ ascendit vt transfiguraretur nisi vt doceret eos cogitatione ascendere ad futuram illã gloriã quæ reuelabitur in nobis? Felix cuius meditatio in cõspectu dñi semp est: q in corde suo delectationes dexteræ dñi vsq; in finem sedula cogitatione reuoluit. Quid eñ illi graue poterit videri: qui semp mente tractat ꝙ non sunt cõdignę passiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabit in nobis? Quid cõcupiscere poterit in seculo nequã cui⁹ ocul⁹ semper videt bona dñi in terra viuẽtium? semper videt ęterna prẽmia? Non sit molestum alicui obsecro ꝙ in monte hoc aliq̃to diutius immoramur. Quẽ eñ in eo non detineat sentẽtia beati Petri quã in eo protulit & de eo: Dñe, inquiens, bonũ est nos hic esse? Quid eñ tam bonum est, immo quid aliud videt bonũ q̃ in bonis animam demorari? quãdoquidẽ corpus nõ potest. Vos ergo filii hominũ ascendite ad cor altum, & exaltetur deus. Hic est enim mons in quo transfiguratus est Christus. Exonerate corda vestra graui mole terrenarum cogitationum, & leuate ea manibus quibusdam cogitationum, vt dñm transfiguratũ videatis. Circuite igitur charissimi cũ pietatis & deuotionis hostia visitantes animo supernas & multas quæ in domo patris sunt mansiones, humiliter prosternẽtes corda vestra ante sedẽ dei & agni

cum reuerentia supplicãtes singulis ordinibus angelorũ, patriarcharũ numerũ, cuneos pphetarum & senatũ apostolicũ salutãtes, suscipientes coronas martyrũ purpureis rutilantes floribus: redolentes liliis choros virginũ admirantes: atq̃ ad mellifluũ noui cantici sonũ q̃tum p̃ualet infirmitas cordis erigentes auditũ. Hæc recordatus sum (ait propheta) & effudi in me aĩam meam. Quare? Quoniã transibo in locũ tabernaculi admirabilis. Et iterum. Memor fui dei, & delectatus sum. Quẽ viderunt apostoli, vidit & iste: nec dissimili (vt arbitror) visione nisi q̃ spirituale totũ habuit hęc visio. Et vt nihil desit propositę similitudini: illi proni cecidisse legunt̃: hic vero suum fatetur spiritũ defecisse. Verũtamẽ quid prodest scire quo sit eũdum si qua debeas ire non noueris?

De monte in quo p̃dicauit dñs.

C ¶Alterũ proinde montem ascendas necesse est in quo prędicantẽ audies, & scalam erigentem octo distinctã scalarib⁹: cuius summitas cœlos tangit. Beati q̃ persequutionẽ patiunt̃ propter iustitiã &c. Iam si primũ ascenderas in montẽ iugi meditatione supernę glorię, istũ nihilominus ascendere nõ grauaberis: vt in lege ei⁹ mediteris die ac nocte. Sic eĩ audies & tu: Et quo vado scitis, pp̃ter primã ascensionẽ, & viã scitis pp̃ter secũdã. Propterea pone in corde tuo viã veritatis inquirere, ne forte de eorũ sis numero qui viã ciuitatis Hai non inuenerũt. Magis autẽ sollicitus esto ascendere non modo cogitatione cœlestis glorię, sed & cõuersatione, q̃ cœlestem gloriam mereatur.

De mõte in quẽ dñs ascendit orare.

D ¶Tertiũ nihilominus lego montẽ in quẽ ascendit solus orare. In primo igit̃ trãsfiguratus est vt scires quo tẽderes. In scd̃o verba vitę loquutus: vt scires quo p̃uenires. Orauit in tertio, vt eundi & perueniendi bonã obtinere studeas volũtatẽ. Et vide q̃ vtiliter orationis tp̃e etiã corporalis loci secretũ q̃rimus: qñ hoc ille nõ solũ docuit verbo, sed & cõmendauit exẽplo. Putas poterimus adhuc aliud de ei⁹ ascẽsione inuenire? Poterimus vtiq̃. Volo q̃ nec inuẽti ipsius immemor sis sup q̃d legit̃ ascendisse. Volo vt ne ipsum crucis ascẽsum omittas. Itaq̃ cũ iam & cognitio suppetit & velle adiacet, q̃d facis q̃ pficere bonũ nõ iuenis: sed asinini q̃dã & bestiales motus legẽ contrariã habẽt & captiuare te volunt. Vrget te cũ ieiunare cõsentis, gulę illecebra: cũ vigilare proponis, somnolẽtia premit. Quid facim⁹ huic asino? Asininũ eĩ est istud & cõmune cũ asinis. Ascende dñe super asinum istum. Conculca motus hos bestiales: domari debent ne dñari pręualeant. Propterea sequere anima mea & in hac ascẽsione Christũ dñm: vt sub te sit appetit⁹ tuus, & tu domineris illius. Nam vt in cœlum ascẽdas prius necesse est leuare te supra te, conculcãdo carnalia desideria quæ in te militant cõtra te. Sequere etiã ascendentẽ in crucẽ, exaltatũ a terra: vt nõ solũ sup te, sed etiã super omnẽ mundũ mentis fastigio colloceris. Absit tibi gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Iã vero q̃d ex hoc restat nisi vt ad illũ ascendas qui est sup oĩa benedictus in secula? Dissolui & esse cũ Christo multomagis optimũ. Hæc est vltima ascẽsio, in qua implent̃ omnia, sicut ait. Christus q̃ descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia.

Adã. Quõ Christus adimpleuit oĩa.

¶Vt adimpleret omnia. Omnia adimpleuit q̃ cœlũ sanctis regnantib⁹, terrã iustis militantibus: tartarũ desperatis peccatorib⁹ deputauit. E

Cassianus.

Q̃ per irę vitium lumen extinguit̃ rationis.

¶Sol nõ occidat sup iracundiã vestrã. Id est ratio q̃ pro eo q̃ oẽs cordis cogitationes discretionesq̃ illustret, sol merito nuncupat̃, irę vitio non extinguat̃, ne eodẽ occidente perturbationum tenebrę cũ auctore suo diabolo vniuersum cordis nostri occupẽt sensum, & tenebris irę possessi velut in nocte cęca quid nos oporteat agere ignoremus. F

Q̃ vere pfectis iterdicitur oĩs ira.

¶Omnis ira & ĩdignatio & clamor & blasphemia tollat̃ a vobis cũ omni malitia. Cum dicit, Oĩs ira tollat̃ a vobis, nullã penit⁹ velut necessariã, & vtilẽ nobis excipit. Delinquentẽ itaq̃ fratrem si necesse est ita curare festina, vt dũ medelam leuiori forsitan febricula laboranti procuras iferre, non temetipm̃ tetriori morbo cęcitatis inuoluas. Oportet nãq̃ illũ q̃ alterius vulneri mederi cupit, omni lãguoris morbo alienũ sanũq̃ subsistere: ne forte ei illud dicat̃. Medice prius cura teipm̃. Nihil eĩ interest vtrũ aurea lamina plũbeave oculorũ obtutibus imponat̃. Differentiam cęcitatis non facit preciositas metallorum. G

Bernardus.

Q̃ per amorem fidelis anima nubat deo.

Estote imitatores dei, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Talis conformitas maritat aĩam deo: cũ cui similis est per naturam: similẽ se nihilominus ipsi exhibet p voluntatẽ: diligẽs sicut dilecta est. Ergo si pfecte diligit, nupsit. Quid hac iocundius conformitate? quid optabilius cha- H

ritate, qua fit vt humano magisterio nõ cõtenta, per te o anima fideliter accedas ad deũ: Deo cõstãter inhęreas: Deũ familiariter percõteris: cõsultesq; de omni re: quãtũ intellectu capax, tantũ audax desiderio. Vere spiritalis, sanctiq; desiderii contractus est iste. Parum dixi: cõplexus est: vbi idẽ velle & idẽ nolle, vnũ facit spm̃ de duob⁹. Nec verendũ ne disparilitas personarum claudicare in aliquo faciat cõuenientiam voluntatũ, quia amor reuerẽtiã nescit. Ab amãdo em̃ amor dicit, nõ ab honorando. Honoret sane q horret, q stupet, q metuit, q miratur. Vacant hęc oĩa penes amantẽ. Amor sibi abundat Amor vbi venerit, cęteros in se oẽs traducit & captiuat affectus. Propterea q amat, amat: & aliud nouit nihil. Absq; amore & timor pœnã habet, & honor non habet gloriã. Et quidẽ soli deo honor & gl'ia: sed horũ acceptabit neutrũ deus si melle amoris cõdita non fuerint. Is p se sufficit: is p se placet, & pp̃ter se, ipse p̃miũ, ipse meritũ sibi. Amor pręter se non reqrit causam, nõ fructũ. Fructus eius vsus est. Amo qa amo. Amo vt amẽ. Solus est amor ex oĩbus aĩę motibus, sensib⁹, affectib⁹, in quo potest creatura, et si nõ ex ęquo, respõdere actori. Verbi gratia: Si mihi irascat de⁹ num illi similiter irascar? Nõ: sed pauebo, sed cõtremiscã, sed veniam deprecabor. Si dñatur, me oportet seruire: si imperat, obedire: non ab eo exigere vel seruitiũ vel obsequiũ. Nunc iã videas de amore q̃ aliter sit. Nã cum amat de⁹, nõ aliud vult q̃ amari, q ad hoc tm̃ amat vt amet, faciens ipsos amore beatos q se amauerint. Liceat proinde reclamare dilectã. Quid ni amet spõsa, & sponsa amoris? Quid ni amet amor? Merito renũcians cũctis affectionibus aliis, soli tñ incũbit amori, q ipsi respõdere amori habet, in redimendo amore. Nã cũ se totã effuderit in amorẽ, q̃tum est hoc ad illi⁹ fontes perenne p̃fluuiũ? Non plane pari vbertate fluunt amãs & amor. Anima & verbũ sponsus creator & creatura: non magis q̃ sitiens & fõs Quid igitur? Peribit propter hoc & euacuabit nupturę votum, desideriũ suspirantis, amoris ardor, p̃sumentis fiducia: quia nõ valet ex ęquo currere cũ gigante: dulcedine cum melle contendere: lenitate cũ agno: candore cum lilio: claritate cũ sole: charitate cũ eo qui charitas est? Non. Etsi em̃ minus diligit, nihil deest vbi totũ est. Docuim⁹ ergo oẽm aĩam licet oneratam peccatis, vitiis irretitam, captã illecebris, exilio captiuã, corpore carceratam, luto hærentẽ, infixam limo, affixam mẽbris, confixam curis, distentã negociis, contractã timoribus, afflictam doloribus, erroribus vagam, sollicitudinib⁹ anxiam, suspitionibus inquietã, & postremo aduenam in terra inimicorũ: iuxta prophetæ vocẽ, coinquinatã cũ mortuis, deputatã cũ his qui in inferno sunt: licet inquã sic damnatã, & sic desperatam, docuim⁹ tñ in se aduertere posse, non modo respirare in spe misericordię queat: sed etiã vnde audeat aspirare ad nuptias verbi cum deo inire fœdus societatis nõ dubitet: suaue amoris iugũ cum rege ducere angelorum. Nam (vt dixi) sic amare nupsisse est: quia non potest sic diligere, & parũ dilecta esse, vt in consensu duorum integrũ stet perfectũq; cõnubiũ.

Cassianus.

Q; merito iudicetur idololatra qui pecuniam pręfert charitati.

¶ Auaritia quæ est idolorum seruitus. Nõ immerito auaritiam idolorũ seruitutem testatur apostolus. Quisquis em̃ nõ cõmunicat necessitatibus egenorũ, & pecuniæ suę quã infideli tenacitate seruat, Christi pręcepta postponit, idololatriæ crimen incurrit: amorẽ scilicet materię mundialis, diuinę pręferens charitati. I

Galfridus.

De inutilitate & auaritia prelatorum.

¶ Auaritia quę est idolorũ seruitus. Vere quidem auaritia idololatria est: Omnium quidem malorum initiũ, causa, & finis. Nihil est iniqui⁹ ait Sapiens, q̃ amare pecuniã. Qui pecuniam amat, similitudinẽ colit inanem: solidã vero deserit veritatẽ. Suffocat verbũ dei diuitiarũ fallacia: fallax quędã imago, vmbra, figmentum. Parum est q; dicit idolum: somniũ est. Dormierunt somnũ suũ, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis: ex oĩbus quos somniãtes tenuere, thesauris. O deus q̃ multos errare hęc somnia faciũt. Cæterũ si graue scelus est & horrendum nefas: q; idolorum seruus diuinis astat altarib⁹: quid de eo sacerdote dicendũ est qui non modo idololatra conuincitur esse sed etiã idolum? O pastor, & idolum. Pastor dignitate & auctoritate, sed idolum vanitate, inutilitate, simulatione. Pastor officio: idolum ocio: immo vero nec officio pastor: sed solo nomine erectum pastoris simulacrum pro pastore. Timuerunt forsitan vbi primum viderunt stantẽ in specula: iam te secure stercorãt aues. Metuebaris vt pastor: iam sine metu vt idolum stercoraris. O pastor pascens teipsum, non em̃ gregem pascis, sed depasceris magis. O idolum pastorem simulans & mercenariũ agens, derelinquens gregẽ vt lupum videris venientẽ. Atq; vtinã tm̃ fugeres, tm̃ lupis exponeres, non etiã ipse cum eis, immo pręeis dispergere non timeres. Vtinam si non pasceres, saltem eis parceres non obesses. K

Quomodo intelligatur illud apostoli Non habentē maculam aut rugam.

L ℭCum sibi gloriosam Christ⁹ exhibeat ecclesiā non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Macula rationalis creaturę culpa est: ruga veteris corruptionis indicium. Quod aūt addit Nec aliq̄ huiusmodi, hoc nobis indicat nil iam futurum in ecclesia Christi, cum eam sibi, quā īterim parat & excolit, exhibebit quod vel accedere videat̃ ad vitium iniquitatis alicuius: aut vestigiū vetustatis. Noua oīa faciet deus, etiam cœlum nouū, & terram nouam, & non speramus ꝙ iuuētus nostra sicut aquilę renouetur? Possum⁹ aliter qđ de macula & ruga dicit̃, interpretari: vt euidens culpa pręferre maculā, simulata iustitia rugam facere videat̃. Ibi em̄ macula, vbi patens fuerit nota peccati: vbi vero duplicitas, ibi ruga. Decet igitur seruū Christi corā deo & hoībus sic prouidere qđ bonum est, vt nec maculam gerat, nec rugam habeat: sed nec aliqđ prorsus eiusmodi. Sit honesta, sit simplex cōuersatio: ne quid suū in ea reprobus ille reperiat. Nam miser in quo fuerit nęuus, sed in quo dol⁹ forte misereor. Nō em̄ mediocre cōfusionis augmentū, falsam gessisse speciem pietatis.

Cassianus.

Quibus armis contra vitia dimicamus.

6
M IN oībus sumētes scutū fidei ī quo possitis oīa tela neqssimi ignea extinguere. Ergo fides est, q̄ excipiēs ardentissima libidinū tela, metu futuri iudicii, & cœlestis regni credulitate mortificat. Et loricā inqt, charitatis. Ipsa nēpe est q̄ vitalia cordis nostri circundans atq; cōmuniens, letalibus perturbationū obiecta vulnerib⁹ contrarios retundit ictus: nec ad interiorē hoīem nostrū iacula diaboli penetrare permittit. Oīa ei suffert, oīa sustinet. Et galeā spē salutis. Galea capitis est munimē. Quia ergo caput nostrū est Christus, debemus istud semp spe futurorū bonorū velut inexpugnabili galea in cunctis tētationibus ac persequutionib⁹ cōmunire. Et pricipaliter fidē ei⁹ illesam atq; integrā custodire. Aliis em̄ mēbris truncatū quēpiā, licet debilē, possibile est tñ vtcūq; superesse. Sine capite vero nemini vel breuis vitę spatiū prorogat̃. Et gladiū spiritus, quod est verbum dei.

Finitur Epistola Pauli ad Ephesios.
Sequit̃ Epistola eiusdē ad Philippē.
Bernardus.

Qꝛ in Christo q̄tum ad naturæ debitum nullum singularitatis signum apparuit.

CHristus exinaniuit semetipm̄ &c. Patet ꝙ passio Christi potētissima est ad exhauriēda oīm genera pc̄tōrū. Sed quis scit si data ē mihi? Ita profecto, qa alteri dari non potuit. Nūquid angelo? sed ille non eguit. Nunquid diabolo? sed ille nō resurrexit. Deniq; non in similitudinē hominū factus est: & habitu inuentus vt homo. Exinaniuit enim semetipsum formā serui accipiēs. Filius erat: & factus est tā q̄ seruus. Nec solū formā serui accepit vt subesset: sed etiam mali serui vt vapularet: & serui pc̄ti, vt pœnā solueret cum culpā non haberet. In similitudinē hoīm nō hoīs: quia primus homo nec in carne pc̄ti, nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus aūt in vniuersali hoīm miseria pressius & profundius se immersit: ne subtilis ille diaboli oculus magnū pietatis dephenderet sacramentū. Ideo habitu & oī habitu inuētus vt homo. Nec in eo q̄tū ad naturę debitū signū aliquod singularitatis apparuit. Quia em̄ ita inuētus est: ideo crucifixus. Paucis vero reuelauit seipm̄ vt esset q credere. Reliquis abscōditus est: qa si cognouissent, nū q̄ dominum glorię crucifixissent. 2 N

Qꝛ imperfectum suum cognoscere scientia sit sanctorum.

EGo me non arbitror cōprehēdisse. Nemini pigrū sit vestigare qđ sibi desit: aut fateri quid sibi desit verecūdum. Sed loquatur cū apostolo. Ego me non arbitror cōpre. Hæc scientia sanctorū. Hæc longe abest ab illa q̄ inflat: hanc qui apponit, apponit & dolorē. Sed dolorē hunc nemo, nemo inquā sapiētiū subterfugit. Est em̄ medicinalis dolor, per quem stupor letalis animi duri & impœnitentis excludit̃. Et ideo sapiens qui dicere potuit. Dolor meus in conspectu meo semper. ℭEgo me nō arbitror cōprehendisse. Vnde autē quæ retro sunt obli. ad ea q̄ ante sunt me ex. Acsi dicat. Vnde remansit mihi ad remediū, ad spem, ad consolationē? Quid illud? Quæ retro sunt videl. obl. ad ea q̄ ante sunt, me ex. Magna fiducia ꝙ magnū vas electionis perfectum abnuēs profectum fatet̃. Ergo non ambulantē sed sedētem a mortis tenebris cōprehendi periculū est. Et quis sedēs nisi qui nō curat proficere? Id caueto: & si morte pręoccupatus fueris, in refrigerio eris. 3 O

Balduinus. Qualiter ab homine carnali tota trinitas impugnatur.

P ¶Inimicos crucis Christi. Si crux Christi quæ nobis portanda imponit, voluptati aduersatur & voluptas cruci: quomodo excusari possunt voluptatis amatores vt non iudicentur crucis persequutores? De quibus apostolus ait. Flēs dico: inimicos crucis Christi: quorū finis interit⁹ ē quorum deus venter est: & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Qui (vt dictum est) rei mortis Christi sunt, non sicut auctores vel factores, vel ministri mortis Christi: sed sicut mortis contēptores: qui sacramētum dispēsationis in se euacuant, consiliū altissimi irritātes: qui cœlesti benedictione & ineffabili gloria īdignos se faciūt: qui in delitiis agētes mysteriū crucis irridēt: qui filiū dei conculcāt: & sanguinem testamēti pollutū ducunt in quo sanctificati sunt: & spiritui gratię cōtumeliā faciunt. Vita carnalis: dei iniuria est: & in totius trinitatis contumeliā redundat. Iniuria siquidē patris est ꝙ filius cōculcat. Iniuria filii ꝙ sanguis eius quasi polluit. Iniuria spiritus sancti ꝙ gratia contēnitur.

Bernardus. Qꝫ non solum lætitia sed etiam expectatio lætitiæ sit iocunda.

4
Q Gaudate in dn̄o semper: iterū dico gaudete. Gaudete in exhibitiōe, iterū gaudete de promissione: qm̄ & res plena gaudio, & spes plena gaudio est. Gaudete quia iā pcepistis dona sinistrę. Gaudete qa expectatis gaudia dextrę. Lęua ingt ei⁹ sub capite meo & dextera illius amplexabit me. Lęua quidē leuat: dextera suscipit: læua medet & iustificat: dextera amplectit & beatificat. In lęua eius merita: in dextera vero pręmia continentur. In dextera delitię: in sinistra sunt medicinę.

Finit Epistola Pauli ad Philippēses.

Sequit Epistola eiusdē ad Collossē.

Qꝫ Christo compati debeat qui voluerit cōregnare.

3
R SI consurrexistis cū Christo, q̄ sursum sunt quærite &c. Acsi dicat. Si consurrexistis, coascendite. Si conuiuitis, conregnate. Sequamur igitur agnū quocunqꝫ ierit. Sequamur patiētem, sequamur & resurgentē. Sequamur multo libētius ascēdētē. Crucifigatur vetus homo noster simul cū illo: vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato: sed quomodo ipse resurrexit per gloriā patris: ita & nos in nouitate vitę ambulemus. In hoc em̄ mortuus est & resurrexit, vt peccatis mortui iustitię viuamus. Cęterū q̄ vitę nouitas locum exigit tutiorem, tam resurrectionis dignitas altiorem expetit gradū. Sequamur etiam ascendentē: quærere videlicet & sapere quæ sursum sunt, vbi ille est, non quæ super terram.

Galfridus.

Qꝫ sicut mors sic est resurrectio bipartita.

¶Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Duę sunt mortes, & duę sunt resurrectiones. Prima mors est animę, secūda corporis. Mors corporis, separatio ab anima. Mors aīę separatio est a deo. Hanc operatur peccatū, illam pœna peccati. Itē prima resurrectio animæ: secūda corporis. Resurrectionē animę operatus est humilis & occultus Christi aduētus Resurrectionem corporis gloriosus & manifestus perficiet. Et sicut corpus. i. homo exterior in resurrectione sua vitam & sensum recipiet, ita & anima in sua vtiqꝫ resurrectione vitā & sensum recipit, id est cognitionem & dilectionē. Qꝫ autem cognitio vita sit, veritas attestat dicens. Hæc est vita æterna vt cognoscant &c. Et ꝙ dilectio sit sensus hinc accipe. Sicut exterior homo in vita non discernitur, quia in toto se æqualiter viuit: in sensu autem discernitur, id est in quinqꝫ partes nouissimas, scilicet visum, auditum, gustum, tactum, & olfactū: quia aliter sentit in oculo: aliter in aure: & sic in cęteris: ita interior homo in cognitione quidē non discernit: sed in amore. Et sicut ille in quinque partito sensu diuidit: ita & iste circa quiqꝫ dei inuisibilia afficit: quæ sunt veritas, iustitia, sapientia, charitas, ęternitas. Aliter em̄ afficitur circa veritatē quā diligit ꝓpter libertatem: aliter circa iustitiā quā propter ęqualitatē: aliter circa sepientiā quā propter suauitatē: aliter circa charitatē quā propter virtutē: aliter circa ęternitatē quam diligit propter securitatem.

Qꝫ de morte triplici tripliciter resurgamus.

¶Si cōsurrexistis cū Christo q̄ sursum sunt sapite. Cū nouos ecclię filios ad formandū in eis Christū Apostolus semel & iterum parturiret, hortabatur eos aliquando passionū Christi participes fieri: aliquando resurrectionis eius gloriam ęmulari: vt intelligerēt mercedis suę præmiū, quo Christo cōicarēt in laborib⁹ passionū Si cōpatimur ingt & cōregnabimus: si cōmorimur & cōuiuemus: vt post certamina passionū T

veniat regnũ glorię,& post mortificationẽ carnis,resurrectio vitę sequat̃.Itaq; nobis est resurgẽdũ,si nondũ forsitã resurrexerimꝰ,ne frustra postmodũ cũ fatuis virginibus veniamus.Perscrutemur ergo cõsciẽtias nostras,vtrum iaceamus adhuc, an surrexerimꝰ. Iacẽt eñ alii sicut paruuli in cunis. Alii sicut paralytici in grabatis.Quidã velut mortui ĩ sepulcris.Quasi paruuli iacent in cunis q̃ nondũ intelligentes verę religionis celsitudinẽ:& virtutũ spiritualiũ dignitatẽ,ei tm̃ q̃ ad modicũ valet, corporali student exercitationi,sub elemẽtis mundi tãq̃ paruuli seruiẽtes,nec attẽdentes ꝙ caro nõ ꝓdest qcq̃, sed spũs ẽ q viuificat. Hos dixerim aliquatenus mortuos,vtpote viuificante spũ destitutos.Porro in grabatis quasi paralytici iacent, q acidię,ignauię torpore depssi, dũ vitæ suæ tpa negligunt, ad prima etiã corpalis exercitii opera nõ assurgũt.Qui & ipi nimirũ credunt̃ mortui,cũ vulgo etiã hmõi hoĩes tali soleãt appellatione censeri.Sunt etiã alii,qui tanq̃ oĩno mortui,quasi in sepulcris iacent,qui videlicet lõga peccatorũ cõsuetudine deprauati,nõ solũ peccare nõ desinunt,sed etiã mortiferę delectationis dulcedine in ipsis suis sceleribꝰ requiescũt. Resurgant igit̃ primi ad studiũ sapientię.Scđi ad opera iustitię. Nouissimi ad fructũ sapiẽtię. Nã & ipsis patet via inęstimabilis indulgẽtiæ.

Qualiter humana mens rotæ fortunæ in suis affectionibus comparetur.

V ¶Si consurrexistis cũ Christo,quę sursum sunt quęrite.Quærere ad studiũ cogitationis pertinet:Sapere ad auiditatis affectũ. Notandũ vero est:ꝙ cũ sint quatuor affectus animi:nec timor nec tristitia locum habẽt in regno dei.Sẽper eñ illic desiderant & lętantur vbi nulla sit anxietas in desiderio propter affluentiã gaudii & propter iuge desideriũ nullum in delectatione fastidium.Quẽadmodum eñ pingitur quatuor canthis rota fortunæ:in qua alius gloriatur elatus,alius descendit minorificatus,itẽ infimus axe premitur,alius iterũ fertur ad astra sic humana mens interim a μήνη.i.luna huiusmodi sortita vocabulum:in timore descẽdit:in mœrore iacet:surgit in desiderio : stat in gaudio cõstituta.Cęterum perfecta charitas foras mittit timorem: nec admittit sine multa consolatione mœrorẽ,desiderio magis & lętitię vacans. Qui sicut ignis defæcatior surgit in flãmam dum perfectus materiã sibi vendicat occupatam:Sic desideriũ ad lætitiã peruenit obtinens quod optauit.In quærendis igitur quæ sursum sunt, interim feruentissimi desiderii ignis exardescat in nobis,vt flagrantissimo cõcupiscamus affectu plenã felicitatẽ, certam securitatem,cõmunionem sanctorum, deinde & summæ trinitatis & humanitatis Christi beatificatam visionem.

Petrus Damianus.

Q̃ turpe sit linguam consecratã silentio,in vaniloquio relaxari.

SErmo vester semper in gratia sale conditꝰ sit,vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respõdere. Sit lingua nostra modesta,sobria,discreta,pudica. Sit ori nostro saliua virgo die crescente, & nisi vtilitatis occasio ꝓbeatur,vsq; in crastinũ siue perendinũ diem incorrupta seruetur. Ponamus ori nostro custodiam,& ostium circũstantię labiis nostris Auceps non emittit accipitrẽ nisi anserem videat:Et monachus dimittit linguã suam si loquendi necessitas non assistat! Dedignatur venator catulum soluere nisi lepus appareat.Viliorẽ habet monachus linguã suã, quã ad nullius salutem vel commodum inutiliter soluat! Sudat lapis in manu oppugnantiũ mœnia,incassum volat verbum de ore stantis in sanctæ ecclesię disciplina! Arcus flexis cornibꝰ frustra non intenditur.Et rationale os ad effundenda irratiõabilia passim relaxat̃! Parcitur pharetrę ne ex ea sagitta non leuiter exeat: nõ parcitur linguę vt mordax in quẽlibet verbũ velut ictũ vulneris non infligat! Quid ad hoc dicimꝰ? Excusari certe non possumus. Facilius est eñ tacere q̃ loqui. 4 X

Finitur Epistola beati Pauli ad Colossenses.

Sequitur Epistola prior eiusdẽ ad Thessalonicenses.

Ailredus.

De triplici castitate.

VT sciat vnusquisq; vas suum possidere in sctĩficatiõe & honore nõ in passione desiderii.Sciẽdũ est ꝙ est castitas carnalis:castitas sensualis:castitas spiritualis. Castitas carnalis ẽ:si homo carnẽ suam ab omni coinquinatione cohibeat.Castitas sensualis est,si mẽbrorũ omniũ sensus ab omni illicita delectatione contineat.Castitas spũalis est,si oẽs affectiones immũdas, cogitationes impuras,a cordis sui oculis abigens,eas priusq̃ carnem affectũq; perstringant,eiiciat. 4 Y

Cassianus.

Z Quanta mala ociositas soleat generare.

¶De charitate fraternitatis nō necesse habem⁹ scribere vobis. Ipsi eī a deo edocti estis vt diligatis inuicē. Eteī illud facitis in oēs fratres in vniuersa Macedonia. Tanq̄ peritissimus medicus infirmitatē susceptorū blāda leniq; curatiōe fomentās laudis p̄misit obsequia: fecitq; eorū aures ad curā salutaris verbi placidas & paratas. Vnde & infert: Rogamus aūt fratres, vt abundetis magis. Adhuc eos blāda verborū lenitate demulcet: necdū forte deposita penit⁹ tumoris indignatione medicamēta austeriora posse sustinere conspexit. Quid est q̄ rogas beate apostole vt abundent magis. s. in charitate: de qua dixeras: De charitate fraternitatis non necesse habem⁹ scribere vobis? Dic q̄so qd est q̄ tātop̄e hęc p̄mittis? Et operā, inq̄t, detis vt q̄eti sitis. i. in vestris claustris vel cellulis cōmorātes, ne diuersis rumorib⁹ qui solēt ociosorū votis vel fabulis generari, inquieti effecti, aliis quoq; inq̄etudines inferatis. Et vestra negocia agatis. Nō vestra curiositate actus mūdi velitis inquirere ac diuersorū cōuersatiōes explorātes operā vestram, nō ad virtutū studia, sed ad detractiōes fratrū velitis impēdere. Et operemini manibus vestris sicut p̄cep. vobis. Nullus potest vel inq̄etus esse, vel aliena curare negocia nisi q̄ operi manuū suarū nō acq̄escit insistere. Et vt honeste ābuletis ad eos q̄ foris sunt. Nūq̄ potest apd hoīes seculi honeste īcedere, q̄ neq̄q̄ claustro & operi manuū suarū īhęrere cōtētus est. Sed necesse est eū honestū dū necessaria victus req̄rit, adulationi quoq; operā dare: nouitates etiā rumorū sectari, curarū fabularūq; conquirere, per quas sibimetipsi aditū paret, ac facultatē qua diuersorū domos valeat penetrare. Et nullius aliquid desideretis. Nō potest nō alienis donis inhiare, q̄ non vult substantiā victus sui quotidiani laborando acquirere. Videtis tot causas tā turpes ac graues vna vitii, ociositatis scilicet, labe generari.

Finitur Epistola. I. ad Thessalonicē.

Sequitur Epistola. II. ad eosdem.

2 Q̄z quiuis superbus supra dominum extollatur.

A Qvi extollit supra omne q̄d creditur & quod colit deus. Horret human⁹ audit⁹ verbum: vtinam abhorreat similiter cogitatum malignum pariter & affectū. Dico em̄ vobis: non ille tantū, sed omnis superbus extollitur supra deū. Vult em̄ deus fieri voluntatē suam: & superbus vult fieri suam. Iam videtur ęqualitas. Sed attende male congruam proportionem. Deus em̄ in his tantū q̄ę ratio approbat, suā vult fieri voluntatē: Superbus vero & cum ratione, & contra rationem.

Cassianus.

Q̄z sancti in prædicatione sua nūc asperis blāda, nunc blandis aspera soleāt cōmiscere.

3 Denunciamus vobis fratres in nomine dn̄i nostri Iesu Christi, vt subtrahatis B vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundū traditionē quā acceperit a nobis. Itaq; ab iis qui vacare operi nolunt, iubet subtrahi, & velut mēbra ocii corrupta putredine, desecari: ne inertiæ morbus velut letale cōtagium etiā sanas membrorū partes tabe serpente corrūpat. Deinde infert. Ipsi em̄ scitis quēadmodū imitari oporteat nos. Immanē cumulum rephensionis exaggerat: cum hoc eos asserit non obseruare, quod & memorię eorum inhęserat, & ad imitandū non solum verbo instruente didicerint, sed etiā exēplo operū p̄uocante susceperint. Quia non inquieti fuim⁹ īter vos, sicut vos scilicet estis, neq; gratis panē manducauimus ab aliquo. Per singula verba increpationis auxesim facit. Doctor gentium, prędicator euangelii dicit se nō gratis panem ab aliquo manducasse, qui nouit dominū pręcepisse, vt qui euangeliū nunciat, de euangelio viuat. Et rursum. Dignus est operarius cibo suo. Cum vtiq; non gratis qui euangeliū prædicabat, tam sublime ac spirituale opus exercens, cibum sibi dominicę iussionis auctoritate pręsumeret: Quid nos faciemus, quibus non solum nulla prædicatio verbi cōmissa est, sed ne vlla quidem nisi animæ nostrę solius cura mandatur? Qua fiducia ociosis manibus gratis panem manducare audebimus, quē vas electionis euangelica sollicitudine & pręedicatione cōstrictus, sine opere manuum manducare non præsumit? Sed in labore inquit & fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus: Nō solum per totum diei spatium, sed etiā noctis tēpore, quod quieti corporis videt̄ indultum, hoc opus manuum pro escæ sollicitudine indesinenter vrgebam. Et ne forte tacitus operans exemplis & non monitis instruxisse videret̄, infert. Nam & cū essem⁹ inq̄t, apud vos, hoc denunciabamus vobis. Quoniā si quis non vult operari non manducet. Hic non iam doctoris vel medici vtit̄ ad eos consilio, sed districtione in eos iudiciarię pronunciationis inuehit̄: & apostolica auctoritate resumpta, velut ex tribunali in contēptores sententiā dicit. Qui

non vult operari non manducet. Verūtñ hac auctoritate cito deposita iterum ad viscera pii patris vel clementis reuertit̃ medici, & velut filiis susceptis etiā suis consilio salubri infert remedia sanitatis dicēs. His aūt q eiusmodi sunt denūciamus in dño Iesu, vt cum silētio panem suum manducent. Causas supradictorū vulnerum q̃ de radice ociositatis emergunt, vno operationis salutari p̄cepto curauit, vt peritissim⁹ medicorū, ceteras quoq̧ valitudines malas ab eodē cespite pullulantes sciens protinus extinguendas origine morbi principalis exempta. Vos aūt nolite deficere benefaciētes. Qui vos? id est qui vias nostras sectamini, nolite deficere benefacientes. i. humanitatē vestrā erga eos si forte neglexerint obseruare quę diximus, similiter impartite. Rursum ne forte hac lenitate p̄uocati quidā preceptis eius obedire contēnant itermiscet apostolicā seueritatē. Q̃ si quis verbo nostro per epistolā nō obedit, hūc notate & nolite cōmisceri cū illo vt confundat̃. Verūtñ nolite quasi inimicū existimare illum: sed corripite vt fratrē. Seueritati iudiciariæ paternā intermiscuit pietatē: & sententiā apostolico rigore prolatā clementi mansuetudine temperauit. Nam & notari iubet eum qui obedire contēnit, & cum illo non cōmisceri. Et tñ hęc fieri non odii vitio pręcepit: sed fraternę dilectionis & eorū emēdationis intuitu. Nolite inquit, cōmunicare cū illo vt confundat̃: vt qui non est meis p̄ceptis mitibus emēdatus: saltem publica omniū vestrū segregatione ad tramitē salutis incipiat aliquando reuocari.

Finitur Epistola ad Thessalonicen. Secunda.

Sequitur Epistola ad Timotheum Prima.

Bernardus.

De charitatis excellentia & vsu.

ca. i C

CHaritas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Tolle charitatē & castitas ipsa non placet, nec absq̧ illa q̄dlibet magnū bonū suscipit̃: nec cū illa q̄dlibet exiguū respuit̃. De corde ait puro. Puritas cordis in duob⁹ cōsistit. In q̄renda gloria dei & vtilitate p̄ximi: vt in oīb⁹ actib⁹ vel dictis suis nihil suū querat homo: sed tm̄ aut dei honorē, aut salutē proximorū, aut vtrunq̧. Pertingit pōs iste vsq̧ ad deum, ea fiducia qua non suā sed illius gloriā quęrit. Pertingit vsq̧ ad proximū, ea pietate qua ipsi non sibi prodesse desiderat. Hoc tanto puritatis bono gloriari nō potest veraciter, nisi qui extrinsecas gloriolas respuerit. Nec eī pure valet dei vel proximi q̄rere lucra, qui propria non contēpserit.

Quæ sit charitas de corde puro & conscientia bona.

¶Sequitur. Et conscientia bona. Duo sunt quę faciunt bonam conscientiā. Cōmissa flere, & flēda nō cōmittere. Horū neutrū solum sufficit. vtriusq̧ virtutis bene cōscius anim⁹ seipsum iam secure deserat, & quodāmodo perdat, vt alios lucrifaciat. Non timeat cū Hieremia & Iezechiele cū transgressorib⁹ captiuari: cum sancto Iob frater fieri draconū, socius struthionū: cum Moyse etiam deleri de libro vitæ: & cum Paulo esse anathema a Christo pro fratrib⁹: cū huiusmodi cōsciētia deniq̧ si necesse est ipsam intrare gehennā: securus medias penetret flammas. Cōparemus thesauros regū & fastigia regnorū cū hmōi cōscientia. Nonne p̄ tāto bono felicitas illa miseria reputabit̃? Et hāc fiduciā operat̃ charitas de corde puro & cōsciētia bona. D

¶Sequitur. Et fide nō ficta. Triplex est fidei diuisio. Est eī fides mortua: est ficta: est probata. E Mortua est q̃ p dilectionē non operat̃, quasi carens anima quę est charitas. Ficta est q̃ ex charitate quidē moueri inchoat ad bene operandū sed non perseuerans deficit & morit̃ tanq̄ abortiua. Et dicit̃ ficta eo sensu quo vasa lutea fictilia dicimus: non quia vtilia nō sint q̄diu sunt sed quia fragilia cū sint cito pereunt. De hac fide dicit̃. Hi sunt qui ad tempus credūt &c. Interrogo eos: qui dicunt charitatē ex quo semel accipit̃, recedere non posse. Ait veritas, hi radices non habēt, quia in tēpore credunt, & in tēpore tētationis recedūt. Vnde & quo recedūt? vtiq̧ a fide ad infidelitatē. Item quæro. Poterāt ne in illa fide saluari: an non? Si non poterant, quæ iniuria saluatori? Aut q̃ lætitia tentatori q̧ hinc recedant vbi salus non sit? Siquidē nec saluator zelatur nisi salutē: nec malign⁹ iuidet nisi saluti. Si autem poterāt quomodo aut sine charitate sunt q̄diu in illa fide sunt, cū sine charitate sal⁹ esse nō possit? Aut deserētes fidē nō deserunt etiā charitatē: cum charitas & infidelitas simul esse non possint? Recedunt ergo a fide, q̄a veritas id asserit. Consequēter & a salute q̄a saluator redarguit. Inde & nos colligim⁹ q̧ etiā a charitate, sine qua sal⁹ esse nō potuit. Si charitas semel habita nūq̄ deiceps amittit̃, frustra cōmonet discipulos dñs dicens. Manete in dilectione mea. Aut eī si necdū diligebant, nō

debuit dicere manete: sed estote. Aut si iã diligebãt, non erat necesse moneri de pseuerantia qa scđm istos priuari nõ poterant. Probata fides est, q̃ in tentatione non deficit. Qualis eñ sit cuiusq̃ fides, tribulatio probat. Sicui⁹ deficit (deficit eñ cũ ĩ charitate nõ pseuerat) & ficta esse dicẽda est. Sicui⁹ pseuerat, pbata & perfecta censetur.

De lege duplici, charitatis. s. & timoris.

F ¶Iustis non est lex posita. Notãdum q̃ alia est lex promulgata a spiritu seruitutis in timore: alia a spiritu libertatis data in suauitate. Nec sub illa coguntur esse filii: nec sine ista patiuntur. Vis audire qa iustis non est lex posita? Nõ accepistis (ait) spũm seruitutis iterũ in timore. Vis audire q̃ tñ sine lege charitat[nõ sint? Sed accepistis (inqt) spũm adoptiõis filioꝝ. Denique vis audire iustũ vtrũq̃ de se fatentẽ: & q̃ non sit sub lege: nec tamen sit sine lege? Factus sum (inquit) iis q sub lege erant quasi sub lege essem: iis q sine lege erant, quasi sine lege essem. Cum sine lege nõ essem, sed in lege essem Christi. Vnde apte nõ dicitur: Iusti non hñt legem: aut iusti sũt sine lege. Sed iustis nõ est lex posita, hoc est non tanq̃ inuitis imposita, sed volũtariis, eo liberalius data quo suaui⁹ inspirata.

De quatuor generibus supplicandi.

2. G Volo primũ fieri obsecrationes: Deinde orationes, postulationes, gratiarũ actiões. Quatuor orãdi modos videntur exprimere hęc verba apostoli.

De obsecratione.

H ¶Sunt enim quos adhuc conscientia terret & cruciat nondum accepta resistendi virtute: cũ scilicet adhuc primum in peccatorũ cœno iacentes spiritus veritatis irradiat, & excitãs erubescere facit & timere. Dum vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem coram se gehennam expauescentes: quia in se boni nihil inueniunt: aliunde apprehendũt vnde tegantur. Sciũt eñ q̃ non sit tutũ in conspectu dñi vacuos apparere: & multominus id licere plenis stercore manib⁹. Quia ergo timent & merito, p seipos accedere: studẽt quasi p alios supplicare. Tale est qđ oram⁹. Sancte Petre ora pro nobis. Maxime vero illud obsecratio est manifesta: Per passionẽ & crucẽ tuam, libera nos dñe: & cętera in hunc modũ. Tale est enim ac si latro dephẽsus & iam vicinus suspendio, nec inuenit in se vnde misericordiã deprecetur, extendens brachia dicat. Sic passus est Christ⁹ vt ad pietatẽ moueat circunstãtes. De talib⁹ dici põt q̃ regnũ cęlorũ vim patiť & vi. dir. i. Vim faciebat ĩ regno cęloꝝ publican⁹ ille, qui dum nõ auderet oculos ad cęlũ leuare ipsum cęlum ad se potuit inclinare.

De oratione.

¶Iam vero continendi virtute accepta secure accedit ad orationem, quæ nimirum est oris ratio: q̃ iam ore ad os loquiť cũ deo suo veniam postulãs p delictis. Q; si iam posueris in corde tuo a pctis deinceps abstinere: primũ ẽ vt cũ ipso dño in oratione loquens recogites omes annos tuos in amaritudine animę tuæ. I

De postulatione.

¶Dehinc postq̃ in lamentis pœnitẽtię aliq̃diu pseuerãs fiduciam cõceperis veniæ, accede iã securus ad postulationes: vt secure tanq̃ receptus in gratiam dñi, tibi & sociis tuis audeas petere qđ oportet. Ac fortasse postulas, quomõ nosse poteris, vtrum consequutus sis indulgẽtiam. Sic eñ conseruãdæ humilitatis gr̃a diuina solet pietas ordinare, vt quanto q̃sq̃ plus p ficit eo minus se reputet pfecisse. Nam & vsq̃ ad supmũ spũalis exercitii gradum si qs eousq̃ profecerit, aliq̃d ei de primi grad⁹ impfectione relinquiť, vt vix sibi primum videatur adeptus. Attamen si ambulas q̃ retro sunt obliuiscẽs, & ad ea q̃ añ sunt desiderio te extẽdas, ex pposito proficiendi curatum te esse non dubites. Impossibile eñ est in feruore cõuersationis hoiem ambulare peccatoꝝ adhuc sarcia pgrauatũ. Propter qđ fiducialiť postulare põt q eiusmodi ẽ: tãtũ caueat ne forte nõ postulãda: aut nimis q̃ nõ adeo sũt postulãda: aut tepide q̃ toto sunt affectu & oĩ tpe postulãda. Hæc autẽ sunt p qbus incessanter & q̃ obnixe potes clament ad deum desideria tua, vt habeas gratiã eius bonã, & placere possis in oculis pietat[ei⁹ & in eo viuas & moriaris in ipso: vt gľiam ei⁹ videre & ipso frui in perpetuũ merearis. K

De gratiarum actione.

¶Porro ad quartũ orationis genus qđ est gratiarũ actio, ppaucos credimus puenire. Et quo rarius, eo pciosius est. Multã eñ gr̃am inuenit apud deũ, quẽ exaudit anteq̃ inuoceť: & testimoniũ reddit spiritui eius: spiritus quẽ habet ex deo: qm̃ exauditũ est desideriũ ei⁹. Ita vt certus iã non orare sed gr̃as agere possit. Pria igiť . i. obsecratio verecũdo fiat affectu. Scđa quã p prie dixim⁹ orõnẽ, affectu puro, vt videlicet nõ dissimulem⁹ pctã, non nos palpemus, sciẽtes q̃ sic q̃sq̃ miam inuenit apud deũ, si inuẽtus fuerit durus iudex in semetipsum. Tertia. i. postulatio amplum quęrit affectũ, & fiducię latitudinem. Scriptum est eñ. Postulet in fide nihil hęsitãs. Credo eñ pptera dictũ. Quęcũq̃ locũ calcauerit pes vester, vester erit, qa tãtũ ipse L

trahimus quātum porrexerimus pedem fidei. Quarta q̄ est gratiarum actio, deuotione plenissima, & delitiis debet esse affluens. Vñ breuiter dico nonnullos (vt arbitror) experiri interdum in orōne hebetudinē quādā mentis, vt scilicet orantes labiis non satis attēdāt quę dicant, aut cui loquātur: pro eo ꝙ velut ex cōsuetudine quadā cum minus digna reuerentia & sollicitudine accesserunt. Quid eñ aliud cogitare debet homo intrās ad orationem, q̄ curiā cælestē illam ī qua rex regum stellato sedet solio, circūdante innumerabili & ineffabili beatorum spirituū exercitu? Quāta ergo cum reuerentia: quanto tremore: quāta illuc humilitate accedere debet a palude sua procedēs & repēs ranunculus vilis? Q̄ȝ tremebūdus, q̄ supplex, q̄ humilis, q̄ sollicitus, & toto intentus animo maiestati gloriæ, in pręsentia angeloꝝ, in concilio sanctorū, & congregatione assistere poterit miser homūcio. In cunctis igitur actionib⁹ multa est opus vigilantia: sed pcipue in oratione. Licet enim semper videamur a deo, tñ tunc pcipue psentamus & ostendimus nos quasi facie ad faciē cum deo loquentes. Porro q̄uis vbiq; sit deus, in cęlo tñ orandus est: ibiq; oratiōis tēpore cogitandus, vt mens nostra in oratorii tecto nō aeris spatio, non ipsa retardetur nubiū densitate. Iuxta illud. Pr̃ noster q es ī cęlis. Cęlū eñ quadā prerogatiua etiā sedes siue thron⁹ dei vocatur, qa ad eam comparationē qua deū in cælis vident angeli sancti & electorum animę, nos miseri & peregrini super terrā vix solum nomen habere videmur.

Ailredus.

Quid sit puras manus in oratione leuare.

M ¶Leuantes puras manus sine ira & discordia. Ille puras manus leuat in oratione, cuius conscientia tēpore orationis exultās bonorū actuū recordatione in quandam confidentiam sese attollit, & diuinis præsentat obtutibus. Quę quidem confidētia aut ex innocentia aut ex digna necesse est pœnitentia oriatur. Si videlicet aut non flenda commiserit, aut cōmissa digne defleuerit.

Hugo de Sancto Victore.

Q̄ȝ actio sine deuotione mortua reputetur.

3. N Corporalis exercitatio ad modicū vtilis est &c. Visibilis actio quasi corp⁹ est: interior deuotio q̄si spirit⁹. Actio per deuotionem viuit: sicut per animam corpus. Deuotio autem actionem viuificat, sicut anima corpus. Omnis enim actio q̄ sine deuotione est: mortua est. Visibilis igitur actio quasi viuit, & inuisibilis deuotio ipsa est vita. Q̄d autē viuit hoc moritur: sed q̄d vita est ipm nō moritur: quia actio transitoria sicut ex tpe initium habet: ita etiā finitur in tempore. Pietatis autem volūtas ex tempore inchoat: sed nō finitur in tempore.

Bernardus.

Q̄ȝ turpe sit monacho sibiipsi in corporis solatio dispensare.

Modico vino vtere ꝓpter stomachum tuum & frequentes infirmitates. Illi qui hodie nimis sibi blādiunt de hoc exemplo Pauli, attēdere debēt primū qdē apostolū minime sibi rē istiusmodi suadere, sed nec discipulū qdē ęque exposcere sibi. Deide nō monacho hoc intimari sed episcopo, cuius vita, tenerę & adhuc nascenti ecclesię pnecessaria eēt. Timotheus hic erat. Da mihi alterum Timotheū & ego cibo eū etiā auro, & poto balsamo. Cęterum tu tibimetipsi dispēsas, misertus tui. Suspecta est mihi (fateor) tua ipsi⁹ vice dispēsatio. Et vereor tibi illudi sub tegmine & nomine discretionis a carnis prudentia. Id te saltem admonitum esse volo: vt si ista tibi auctoritas Apostoli placet de bibendo vino modico, q̄d ille adiunxit nō prætermittas. 5. O

Q̄ȝ laqueus diaboli diuitię nominēt.

Qui volunt diuites fieri in hoc seculo incidūt in tētatiōes & in laqueū diaboli. Ergo ne laqueus diaboli diuitię sunt huius seculi? Heu q̄ paucos inuenim⁹ q ab hoc laqueo liberari exultēt: q̄ multos qui dolent ꝙ parum sibi videntur irretiti, & adhuc quantum possunt ipsi se inuoluere & intricare laborant? 6. P

Finitur Epistola ad Timotheum.I.

Sequitur Epistola ad eundem.II.

Bernardus.

Q̄ȝ mandata domini seruare debeat qui vult in eius populo numerari.

Nouit dñs q sunt ei⁹. Quid me vocatis domine domine & non facitis quæ dico? Vis scire an pertineas ad populum eius? vel potius vis esse de populo ei⁹? Fac quę dicit & cōputabit te in pplo suo. Fac quæ iubet in euangelio, in lege, & prophetis. Obtempera eius vicariis, prępositis tuis nō tantum bonis & modestis sed etiam dyscolis. Disce ab ipso domino: quia mitis est & humilis corde: & eris de beato populo ei⁹ quem elegit in hereditatem sibi. Vereor aūt ne multi se 1. Q

pfiteantur esse de populo eius, quos tamen ipse non habeat pro populo suo. Vereor ne de plerisq; qui quasi in populo eius religiosiores esse videnẽ ipse aliquando dicat: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me.

Quomodo pontificis ministerium honoretur.

¶Honora ministerium tuum. Honorabis aũt grauitate morum, maturitate consiliorũ, actuum honestate. Hęc sunt q̃ officium episcopale maxime nobilitant & ornant. Omnia fac cum consilio, non tñ omnium aut quorũcũq; sed tñ bonorum. Bonos in consilio, bonos in obsequio, bonos habeas contubernales, qui vitæ & honestatis tuę & custodes sint & testes. In hoc te probaueris bonum, si testimonium a bonis habueris.

Vnde supra.

S ¶Honora ministerium tuum. Ministeriũ inq̃t non dominium. Ipsum itaq; honora nõ te. Nã qui quærit quę sua sunt, se cupit honorari nõ ministeriũ. Honorabis autem nõ cultu vestiũ, non equorum fastu, nõ amplis ædificiis: sed ornatis moribus, studiis spiritalibus, operibus bonis.

Q a domino iuste repetitur quicquid nobis eius pietas pollicetur.

3. T DE reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. An in eo confidit sibi coronam esse repositam q; per illum opera bona fiebant? Sed multa per malos siue homines siue angelos fiunt bona: nec tamen reputantur eis in merita. An quia potius & cũ ipso: hoc est cum eius bona voluntate fiebant? Nam si inuitus (inquit) euangelizo, dispẽsatio mihi credita est. Si autem volens, gloria mihi est. Cæterum si vel ipsa voluntas, de quo omne meritum pendet, ab ipso Paulo non est: quo pacto eam quã sibi repositam præsumit, coronã vocat iustitiæ? An quoniam iuste iam ex debito requiritur, quodcunq; vel gratis pmittitur? Deniq; ait, Scio cui credidi: & certus sum quia potens est depositum meum seruare. Dei pmissum suum appellat depositum. Et quia credidit promittẽti promissum reperit. Promissum quidem ex misericordia, sed iam ex iustitia psoluendum. Est ergo quã Paulus expectat corona iustitiæ: sed iustitiæ dei non suæ. Iustum qppe est vt deus reddat qđ debet: debet autem quod pollicitus est.

Finitur Epistola. II. ad Timotheum.

Sequitur Epistola ad Titum.

Bernardus.

Quid deo, quid nobis, quid proximo debeamus.

SObrie & iuste & pie viuamus i hoc seculo. Hæc tria sunt conuersationi nostræ maxime necessaria: quoniã primum debemus nobis: secundum proximo: tertium deo. Nam qui fornicatur in corpus suum peccat: magno illud priuans honore & pauendo addicens pudendoq; dedecori: tollens membrum Christi & membrum faciens meretricis. Ego autem non ab ea tm̃ quæ tam abominabilis est: sed ab omni voluptate carnis continendum dico. Ante omnia perfectam hãc continentiam quære, quam tibi debes ipsi. Nemo enim te tibi propinquior est. Dehinc adde misericordiam, quam debes pximo: quia cum eo saluandus es. Deinde etiam patiẽtiam quã debes deo. Omnes enim qui pie volunt viuere in Christo persequutionem patiuntur. Vide ergo ne per impatientiam pereas: sed vniuersa pro eo sustine, qui prior pro te maiora sustinuit: & apud quem patientia infructuosa non erit. ca. 2. V

Quid in nobis sobrietas & iustitia, & pietas operentur. X

¶Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo. Vt scilicet in præsenti sobrietas obseruetur: vt iusta satisfactione præterita, quæ nobis sine fructu salutis præteriere tempora redimãtur: vt pietatis clypeum imminentibus de futuro periculis opponamus. Sola est enim quæ ad omnia valet pietas. Cultus scilicet Dei humilis & deuotus. Nec aliter nobis est prouidere nouissima, nisi vt vniuersa quæ nobis imminere videntur pericula, sedula nobiscum cogitatione versantes discamus de nostra omnino industria, magis aũt de nostris diffidere meritis & soli diuinæ nos protectioni committere pio quodam mentis affectu, & effectu, pię intẽtionis in ipsum. Habes & i euãgelio tria hęc: ipso tibi sermone dñi commẽdata. Beati (inq̃t) pauperes. Beati mites. Beati qui lugent. Beati qui sapiunt p desiderio cęlestium interno quodam

ſapore mētis pſentia reſpuere. Beati q nouiſſima prouident: & pietate cordis ad futuram tēdunt hæreditatem. Beati q priſtinum intelligētes errorem crebris lauāt lachrymis ſuū lectū. Et ſanctus Moyſes ait. Vtinam ſaperēt & ītelligerēt: ac nouiſſima prouiderēt. Acſi dicat: vtinam eſſet in eis ſpiritus ſapientiæ & intelligētiæ atq; conſilii. Vtinam hæc in nobis inueniātur: vt ſuauiter omnia noſtra p ſapientiā diſponamus: vt intellectu pręterita peccata damnemus: vt prouideamus futura conſilio. Vtinam ſapiamus ad præſentis vitæ moderationem: intelligamus ad pteritę correctionē: deuota ī deū fide puideamus vt felicē habeamus ipſo miſerante conſummationem.

Q꞉ per humanitatem Chriſti, dei benignitas innoteſcit.

3. Y Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei. Apparuerat potentia in rerū creatiōe. Apparebat ſapiētia in earum gubernatione. Sed benignitas miſericordię maxime apparuit in humanitate. Innotuerat Iudęis poteſtas in ſignis atq; portētis. Vnde ī ea lege īuenies ſępi⁹, Ego dn̄s: ego dn̄s. Philoſophis quoq; abundantibus in ſenſu ſuo maieſtas innotuit. Verūtamen & Iudæi ptāte pmebanť, & philoſophi ſcrutatores maieſtatis opprimebantur a gloria. Poteſtas ſubiectionē: maieſtas exigit admirationē: neutra imitationem. Appareat dn̄e benignitas tua cui poſſit homo qui ad imaginē tuam creat⁹ eſt, conformari, nam maieſtatē, poteſtatē, ſapiētiā nec imitari poſſumus nec expedit æmulari. Quouſq; anguſta eſt miſericordia tua in ſola angelorū parte: reliquam occupat iudiciū cū toto piter humano genere. Domine in cęlo mīa tua: & veritas tua vſq; ad nubes. Terram vniuerſam cōdemnas & aerias poteſtates.

Vnde ſupra.

Z ¶Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris nr̄i dei. Priuſq̄ appareret humanitas, latebat benignitas. Siquidē & pri⁹ erat. Nam mīa dn̄i ab ęterno ē. Sed vn̄ tanta cognoſci poterat? Promittebať, ſed nō ſentiebať. Vn̄ & a multis non credebať. Appuit igiť benignitas & hūanitas ſ.n. dei. Vbi dei innoteſcit hūanitas, iā benignitas latere nō pōt. Quid em̄ tātope declaret ei⁹ mīam, q̄ ꝙ nr̄am ſuſcepit miſeriā? Quid ita pietate plenū, q̄ ꝙ verbū dei ꝑpter nos factū fœnū? Magna & manifeſta benignitas, dei humanitas & magnum benignitatis indiciū declarauit, q humanitati addere dei nomē curauit. Ad Mariam miſſus Gabriel angelus filium dei loquitur, ſed non nominat deū. Benedictus deus qui talem nobis de nobiſipſis angelum dedit, vt noſter ipſe ſuppleret qđ ille non dixit. Quid enim ſic inſtruit fidem, ſpē roborat: charitatē accendit: quomodo humanitas dei? Vnum in quo cōueniunt Apl'us & angeli qui de Chriſti natiuitate loquūtur, id eſt in noīe ſaluatoris. Bn̄ dulce nomen illius nullus ex ipſis tacuit, quia hoc mihi maxime neceſſariū fuit. Alioquin qd agerem audiēs dominū veniētē? Nunqd nō fugerē ſicut Adā? Nōne deſperarē audiēs qa venit ille cuius legē ſic ꝑuaricatus ſum? cuius patiētia ſic abuſus ſum? cuius beneficio tam ingratus inuentus ſum? Quæ vero maior poterat eſſe cōſolatio q̄ in dulci vocabulo ſaluatoris? Pręterea & ipſe dicit: ꝙ non venit vt iudicet mūdum, ſed vt ſaluetur mundus p ipſum. Iam cōfidēter accedo: iam ſupplico fiducialiter. Quid enim timeā qn̄ ſaluator venit in domum meā? Ei ſoli peccaui: donatum erit quicquid indulſerit ille.

Finitur Epiſtola b. Pauli ad Titum.
Sequitur Epiſtola eiuſdē ad Hebręos.
Bernardus.

Quanta charitate ſancti angeli ſalutem deſiderent electorum.

Nonne omnes ſunt cū administratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? O quantum deſiderant ciues cæli inſtaurari ciuitatis ſuę ruinas. Quomodo ſolliciti ſūt vt veniant lapides viui qui coędificētur cum eis. Quomodo diſcurrunt medii inter nos & deum: fideliſſime portantes ad eum gemitus noſtros, & ipſius nobis gratiam deuotiſſime reportantes. Plane nō dedignabunť vt ſim⁹ ſocii eoꝝ, quoꝝ facti ſunt iā miniſtri. Feſtinem⁹ obſecro, feſtinemus: tota nos multitudo curiæ cæleſtis expectat. Exultare fecimus angelos quando conuerſi ſumus ad pœnitentiam: proficiamus, & feſtinemus complere de nobis eorum lætitiam. Vę tibi quicunq; es qui deliberas redire ad lutum: reuerti ad vomitū. Putasne placatos habebis ī iudicio, q̄s tāto & tā ſpato priuare vis gaudio? Exultauerūt cū nos ad pniam

venimus,tanq̃ sup iis quos ab ipsa inferi porta cernerent reuocari. Quid nuuc erit si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint,& abire retror sum eos qui iam pedē alterū habēt i paradiso? Nā etsi corpora inferius:tñ habem⁹ corda sur sū. Nec soli angeli,sed & ipse angelorū creator nos expectat. Expectat aūt pariter & desiderat.

Hugo de sancto Victore.

De virtute verbi domini.

4. B Viuus est sermo dei & efficax & penetrabilior omi gladio ancipiti &c. Viu⁹ est vt credas. Efficax vt spes. Penetrabilior vt timeas. Viuus est i preceptis & phibitionib⁹. Efficax i pmissis & cōminatio nib⁹. Penetrabilior i iudiciis & dānatiōib⁹. Pene trabilior inquit oī gladio ancipiti. Anceps gladius ex ambabus partibus carnē incidit:& gladius dei corpus & animā in gehēnam perdit.

Sequitur.

C ¶Pertingēs vsq; ad diuisionem animę & spiritus. In vnoquoq; hoīe tria sunt: Caro,spiritus & mēs. Ad carnē pertinet delectatio. Ad spiritum cogitatio. Ad mētē discretio. In delectatione est superfluitatis concupiscentia. In cogitatione necessitatis prouidētia. In discretione veritatꝭ sentētia. Delectatio obtētu necessitatis ad supfluitatē pcipitat. Prouidētia rōnē p compassionē inferioris,inclinat a sentētia veritatis.

Sequitur.

D ¶Compagum quoq; & medullarū. Qđ explanans subdit. Cogitationum & intentionum. Compages sunt cogitationes. Medullæ intentiones. Primum foris sunt opera quasi cutis. Deinde delectatio quasi caro. Deinde cogitationes quasi ossa. Deinde intentio quasi medulla. Sicut enim cutis carnem tegit,sic opera delectationē. Et sicut ossa carnem fulciunt,sic cogitationes desideria pascunt. Et sicut medullæ ossibus interiores sunt,sic in cogitationibus intētiones latent. ¶Sequitur discretio cogitationum:q̃ magis est occulta:& difficili⁹ cōprehēditur. Quia em̄ ex prauis desideriis,bonę nonnunq̃ cogitationes oriunt: et rursus ex bonis desideriis prauę cogitationes pdeūt:non facile est cogitationū discernere qualitatē:cū nō solū ex pcedētibus sed etiā ex subsequētib⁹ eas oporteat iudicare. Verbi gfa:Nemo est q desideriū rapinę nesciat malū esse. Sed aliqñ ex desiderio rapiēdi noscit desiderium occidendi:& inde nascitur horror homicidii. Dū ergo ex malo desiderio cogitatio bonū gignens affectū prodit,q̃ si ex radice mala surculus bon⁹ facit dulcē fructū. Similiter aliqñ ex bono desiderio mala cogitatio nascitur:vt nonnunq̃ pollutionem carnis abominando turpitudinem carnalis concupiscentię cogitemus:et ex ipa nostra cogitatione ad delectationem illicitam inflāmamur. Et quasi de puro fonte manare cœperat:sed paulatim defluens in sentinam turpitudinis ibat.

Sequitur.

¶Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu E eius. Oculus dei et longinqua capit,quia vbiq; pšens est:& intima,qa in omnibus est:& subtilia,quia perspicax est:& maxima,quia omnia in ipso sunt. Hoc psequitur dicēs. Oīa sunt in cōspectu eius nuda & aperta. Vł nulla creatura dicit,nulla actio,vel cogitatio,vel humana intētio. Ad quem nobis sermo.i.ad deū vel ad sermonem.subauditur vel est, vel erit,vł esse debet. Primū fit sermo dei ad nos: postea sermo noster ad deū. Duob⁹ modis fit sermo dei ad nos:interius p inspirationē:exterius per predicationem. Duobus etiam modis fit sermo noster ad ipsum. Vel cōsulēdo vel rōnē reddēdo. Si em̄ modo rōnē ex voluntate consulere ad faciendum nolumus,tūc ex necessitate de factis rationem reddemus. Vel aliter. Ad quē nobis sermo. Loquamur ad Christū de nobis vt ipse ad patrem loquatur pro nobis:quia pōtifex est vt offerat deo,populi preces & vota.

Bernardus.

Qꝫ ex Christi passionibus hoī fiducia gñetur. F ¶Non habemus pōtificē q nō possit cōpati ifirmitatibus nřis t.p oīa p si.absq; pctō. Bñdict⁹ de⁹,bñdicti dei fili⁹,i forma dei ipassibilis prius q̃ exinaniuisset se formā serui accipiens,sicut miseriam vel subiectionem expertus non erat: sic misericordiam vel obedientiam experimento non nouerat. Sciebat quidem per naturā nō per experientiam. At vbi minoratus est nō solum a seipso,sed etiam paulo minus ab angelis, vsq; ad illam formam i qua pati & subiici posset:in passione expertus est misericordiam,& i subiectione obedientiam. Per quam tamen obedientiam non illi scientia sed nobis fiducia creuit:dum ex misero genere cognitionis,is a quo longe errraueramus factus est propior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus in sua impassibilitate manenti? Nunc autē,apostolo suadēte,monemur cū fiducia adire thronū gratię ipsi⁹,quē in eo q passus ē ipse,nobis compati posse non dubitamus. Nō ergo debet absurdum videri,si dicitur Christum nō quidē aliquid scire cœpisse,qđ aliqñ nesciuerit:scire tamen alio modo:vt scire misericordiam ab æterno p diuinitatem:didicisse per carnem.

Hugo de Sancto Victore.

Qꝫ duplex esse debeat assumptio prelatorum.

5. G OMnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his q̃ sunt ad deũ, vt offerat oblationes & sacrificia pro peccatis. Duplex debet esse assumptio eorũ qui preficiũtur: scilicet vt int9 per grãm primũ assumant̃ ad virtutis excellentiam & foris per electionẽ & auctoritatem ad gradũ dignitatis. Verũ assumunt̃. alii foris & non intus: sicut mali prælati. Alii foris & intus, sicut boni prælati. Alii intus sed nõ foris vt boni subditi. Alii nec foris nec int9: vt mali subditi.

Bernardus.

Quõ intelligi debeat illud Apl̃i Didicit ex iis.

H ℭDidicit ex iis quæ passus est obedientiã. Pati voluit Christus vt compati sciret. Miser voluit fieri vt misereri disceret: non quia ante misereri nesciret, cuius misericordia ab ęterno: sed qđ natura sciebat ab æterno: temporali didicit experimento. Vel aliter potest intelligi: vt hoc quod dictũ est Didicit, nõ ad ipsum caput referatur in eius persona: sed ad corpus eius, qđ est ecclesia. Et sit sensus didicit ex iis quæ passus ẽ obediẽtiã hoc est obedientiã: didicit in corpore ex iis quæ passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, opprobria, sputa, flagella, quæ omnia caput nostrum Christus pertrãsiit, quid aliud corpori eius. i. nobis, q̃ præclara obedientiæ documenta fuerint? Deniq; Christus passus est ꝑ nobis, vobis relinquens exemplum: ait Apostolus Petrus: vt sequamini vestigia eius. Ex iis ergo quæ passus est didicimus q̃ta nos qui puri homines sumus, oporteat pro obedientia perpeti: pro q̃ is q̃ & de9erat nõ dubitauerit mori.

Hugo.

Salus morte Christi quæsita quanta sit diligẽtia conseruanda.

6. I RVrsus crucifigentes & ostentui habẽtes filium dei. In hoc peccatores denuo renouari nõ possunt, quia & aliã crucem & aliam mortẽ filii dei habere nõ possunt. Non ꝙ pœnitentibus venia deneget̃: sed pro peccatoribus Christus iterum nõ moriet̃. Custodi ergo salutem tuã. Semel pro illa Christus mortuus est. Si illam amiseris, non poteris habere Christum alium qui pro te moriatur: vel eiusdem Christi aliam mortem. Dicit tibi Christus. Serua salutem tuam. Ego ꝑ illa mortu9 sum. Si illam amiseris, ego iterum mori nõ possum: tamen eadem morte amissam iterum reddere possum. Sed nolo mihi iniuriam facias quia si salutem tuam morte mea acquisitã voluntarie peccando iterum amiseris, quãtum in te est iterum crucifigi iterũ me mori cõpellis.

Balduinus.

Qꝫ tam iustorum q̃ impiorum meritis p̃mia respondebunt.

TErribilis ẽ expectatio iudicii & ignis 10. K
ęmulatio quæ cõsumptura est aduersarios. Ecce iam nunc in moribus hominum futuri iudicii figura pręcedit. Ignis eñ cupiditatis & libidinis & malignitatis accẽsus est in medio populorum: & late depopulat̃ habitatores terræ: quasi iã vicina sit mundi cõflagratio. Quæ cum venerit, configurabitur pœna culpæ. Qualis enim nũc est culpa talis erit & pœna. Vita eñ malorũ ignis est: & pœna eorũ ignis erit. Vitaq; iustoꝝ ignis ẽ: & sic ignis eorũ gloria erit. Ardent nunc iusti diuini igne amoris, quem dominus venit mittere in terrã: & quem vult vt ardeat. Ignis enim est in Sion & calor ignis erit in gehenna. Ardebunt iusti in futuro sed sicut seraphim ardebũt, & fulgebunt sicut sol in conspectu domini: & lucebunt in splendoribus sanctorum. Hæc erit eorũ gloria: qui sicut lucernæ ardentes & lucentes per charitatem sibi interius ardent, & ad exemplũ foris aliis lucẽt. Mali quoq; in futuro ardebũt: sed dissimiliter, de quibus dicit̃. Pones eos ĩ clibanũ ignis &c. Ardentiam nũc de quibus dicitur. Omnes adulterantes quasi clibanus ignis corda eoꝝ. Et de malis dicit̃. Supercecidit ignis & non viderunt solem. Ignis nempe quo mali ardent non illuminat sed excęcat: intãtum vt solem videre non permittat.

Bernardus.

Qꝫ fides de tribus humani generis hostibus soleat triumphare.

SAncti per fidem vicerũt regna. Quid 11. L
ni attribuatur fidei victoria, cuius est etiã vita? Iust9 autẽ ex fide viuit. Quoties ergo tentationi resistis totiens vincis malignum. Noli id propriis tribuere viribus: noli in te sed magis in deo gloriari. Quando enim ille fortis armatus tuæ cederet infirmitati? Aduersarius vester diabolus (ait Petrus) tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Et beatus Ioannes. Hæc est (inquit) victoria quæ vincit mundũ fides nostra. Vides queadmodum sibi veritatis testimonia cõcinãt. Paulus fide regna vicisse sanctos: Petr9 prĩcipi mũdi resistẽdũ ĩ fide: Ioãnes: Hęc est inquit victoria q̃ vicit mũdũ fides nostra.

Adam.

Qꝫ Christ9 septẽ disciplĩas ꝑ pctĩs nr̃is accepit.

IN disciplina perseuerate. Tanq̃ filiis 12. M
offert se nobis deus. Totus in disciplina debet esse discipulus verbi: vt ex

verbere disciplinæ humilietur ad timorem, ad scientiā erudiatur, exerceatur ad patientiā, ad gloriā elimetur. Cū em̄ illud recolit, Ego quos amo arguo, & castigo: eo se præsumit dei filiū quo se sentit verberib⁹ disciplinę subiectū. Nō em̄ deest disciplina verbi magisterio: nec disciplinę ē expers, cū nomē trahat a verbere verbū patris. Quia & virga suæ potestatis verberat aerias potestates: & per virgā de radice Iesse, ex corde patris exiēs nostros correxit errores. Verbū em̄ incarnatum dum in carne sua verbera sustinuit, quę nobis debebantur: dum flagellis dorsum exposuit imitatores suos ad disciplinę sufferētiā informauit. Disciplina qppe pacis nostrę sup eum: & liuore eius sanati sumus. Q; si supra dorsum eius, qđ est dorsum innocentię, fabricauerūt peccatores: debēt corpus noxium, corruptū vitiis, flagellis subducere pœnitentes! Inspiciamus si placet quot disciplinas innocentię verbū in passione susceperit quarū proculdubio fidelis discipulus & imitator, & prædicator existit. Septē sunt vt considero, quarū primā sustinuit in flagellis. Secūdam in sputis. Tertiā in colaphis. Quartā in spinis. Quintā in clauis. Sextā in esca fellis. Septimā in lanceatione lateris. In his septem disciplinis vere liberalibus tota Christianę patientiæ philosophia consistit.

Balduinus.

Q; radix ęternæ dulcedinis sit amara.

N ¶Omnis autē disciplina in pręsenti quidem videtur nō esse gaudii sed mœroris. Postea autē fructum paratissimū exercitatis p eam reddet iustitię. Ad contēplatiuę vitę dulcedinē accedētibus, nō statim gaudium promissæ suauitatis occurrit, sed prius ostendunt amarissimū corticem cōpunctionis super anteactis criminib⁹. Deinde etiā durissimā testam inueteratę consuetudinis. Confracto tandem & debellato hoc vitio ostendet & aperiet sese fideliter & humiliter quęrenti animę suauitas domini.

Cassianus.

Q; nec equo calcar, nec reprehensio placeat delinquenti.

O ¶Omnis disciplina in pręsenti nō videt̄ esse, g. sed mœro. Etem̄ sectio vel vstio salutaris quæ illis qui hulcerū cōtagione putrefacti sunt, pie infertur a medico, mala tolerantibus existimatur. Nec equo calcar, nec emendatio suauis est delinquenti.

Petrus cantor. De triplici claudicatiōe.

P ¶Erigite genua dissoluta, & man⁹ remissas ad deū, ne claudicans quis erret: magis autem sanetur. Est triplex claudicatio: mortalis culpę vt qui deū colit pro tēporalibus & ęternis. Vnde & illud. Vsquequo claudicatis in duas partes. Si dn̄s est deus sequimini eum. Si autē Baal, sequimini eum. Nō potestis duobus dominis seruire. Sic etiā claudicat qui recipit vnū testamētum sine reliquo. Est & claudicatio infirmitatis humanę & licita, eorū q nō vtroq; pede vt virgines sequuntur agnum. Est & claudicatio virtutis & gratię, qua claudicauit Iacob: Et illi qui tēporalibus vtuntur solū p natura, & se suspendunt a reliquis p corona.

Cassianus.

Q; qui fraternis bonis inuidet, dei iudicia reprehendit.

¶Videte ne radix amaritudinis sursum germinans impediat. Hęc radix amaritudinis inuidia est: quę se erigens ad superna, in cōtumeliam ipsius qui bona homini confert, tendit auctoris. Nō em̄ aduersus hoīem, sed plane aduersus deū blasphemus extollitur: q nihil in fratre aliud nisi bonū meritū carpēs, nō hominis culpam sed dei iudicia reprehendit. Q

Bernardus.

Q; Christi gratia pręsto fuerit pręteritis pręsentibus & futuris.

IEsus Christus heri & hodie, ipē & in ęternū. Hesternū qdē ab iitio scl'i vsq; 13. ad dn̄icā ascēsionē: hodiernū vero diē R exinde vsq; ad seculi consummationē: Aeternū intellige post cōmunē omniū resurrectionē. Nulli horum deest Christus: nulli deest Iesus. Nulli deest vnctio, nulli salus. Patriarchis & pphetis in visione exhibitus est: apostolis in humilitate: nobis in fide: Angelis in specie. Quā sane speciem & electis hominibus ostensurū se promisit: nō quidem hodie: sed in ęternū. Deniq; iam transierat: iam nostrū illud illuxerat hodiernū, cū apostoli loquerētur. Etsi cognouimus Christum secūdum carnē, sed nūc iam nō nouimus. Videtur tamen etiā in hoc mane de carnibus agni nō nihil esse seruatū: sed qđ residuum est iam datur igni: q; videlicet vsq; hodie eadem caro nobis: sed spiritualiter nō carnaliter exhibeatur. Neq; enim est q; causemur nostro huic negatā tēpori, siue eam quę ad patres veteris testamenti facta est, apparitionem: siue eam quæ apostolis exhibita est, præsentiā carnis eius. siquidem fideliter considerantibus neutrā deesse liquebit. Adest enim nobis etiam nunc carnis ipsius vera substantia: haud dubium quin in sacramento assunt reuelationes: sed in spiritu & virtute, vt tēpori gratię quæ nūc est nihil in vlla gratia deesse pbetur. Nec mireris q; carnales illis manifestationes exhi-

buit,qui carnalem eius prestolabatur aduentũ. Nobis enim tãto efficacior gratia & reuelatio dignior necessaria est, q̃to excellentiora cõstat esse quę expectamus.

Finiuntur Epistolę.B.Pauli apostoli.
Sequitur Epistola b. Iacobi apostoli.
Gillebertus.

Q̃ vnguẽtũ patientię vicat vnctio charitatis.

ca. I.

S Omne gaudiũ existimate fr̃es mei cũ in tẽtatiões varias incideritis. Dixerat dñs In patientia vestra possidebitis aĩas vestras. Ipsa em̃ patiẽtia est velut quidã impassibilitatis odor Illuc siqdẽ mala nulla inferunt: hic vero patientię bñficio acsi vnguẽto quodã mitigatorio, etiã q̃ illata sunt, nõ sentiunt. Efficax & vtile oĩno vnguentũ: qđ etiã inter carnis vexationes animũ ab iniuria tuetur, & continet ne fatiscat, ne deficiat, ne laboret. Verũ adhuc excellentiorẽ vobis vnctionẽ demõstro. Omne gaudiũ existimate fratres &c. An non tibi videtur excellentiori pfusus vnguẽto q nouit in aduersis gaudere, q̃ q didicit in ipis nõ cõtristari? Minus est em̃ quo excluditur dolor, q̃ quo lætitia suadetur. Deniq; & inimicos non modo tolerare: sed etiam amare iubemur. Odor ergo dilectionis super omnia aromata.

Galfridus.

Q̃ vt nostras saluemus animas, omnẽ immũditiam & malitiam abiicere debeamus.

T ¶Abiicientes omnẽ immũditiã & abundantiã malitię, in mansuetudine suscipite insitũ verbũ &c. Cibus est animę verbũ dei: nec tam curioso expectatori q̃ auido proderit susceptori. Quis enim vestrũ ad panem hodie corporalem ociosus spectator accedet? Edant paupes & saturẽtur: nõ videant & mirẽtur. Ego vero (fateor) nõ parũ mihi timeo in hac parte. Siquidẽ min⁹ facile cordi infertur audientis, qđ non exit de corde loquentis. Felix qui in corde suo abscondit eloquia domini: qui verbũ insitum magis q̃ foris editum in mansuetudine suscipit. Dignũ erat, nullam penitus maculam, nullam nos malitiam nosse: sed quia nõ est istud virtutis, imo potius infirmitatis nostrę, studeamus interim abiicere qđ nõ possumus nõ habere. Abiicientes (ait) omnẽ immũditiã & abundantiã malitię. Vtraq; em̃ q̃ copiosa q̃ multiplex si cauentur in opere, subrepunt in sermone, in quouis gestu, in habitu, in cogitatu deniq; vel affectu. Q̃ occulte interdũ vel nęuus impuritatis suboritur: vel radix amaritudinis germinat dum nescitur. Et processu tẽporis si negligit̃ erũpet in regulum, qđ longa fuerit dissimulatiõe confotũ. Dicunt homines seculi, nihil sordis in suo sale mulierẽ fatuam inuenire. Et facit hoc non mũditia salis, sed quęrẽtis negligẽtia, vel poti⁹ nõ quęrẽtis. Abiiciamus ergo oẽm penit⁹ immunditiã & abũdantiã malitię, p quã charitas refrigescit, vt mũdo corde deum videre possimus: sed & pacifici filii dei vocemur & simus. Verbum hoc sapientię est: & nihil inquinatum incurrit in eã. Insitũ verbũ est, qđ intus loquitur deus per fidem, per rationem, per inspirationem, per testimonia scripturarum. In mansuetudine suscipite. Alioquin si vocat, & renuis: si extendit manum, & non sit qui aspiciat: si despicis omne consilium eius & increpationem: non te saluabit qui solus potest. Quid autem dicim⁹ ꝙ verbũ hoc dicit̃ animas nostras posse saluare? Si in verbo hoc possibilitas est nõ certa saluatio: vt qd ego ꝑ ambiguis certa reliqui, ꝑpter hoc verbum custodiens vias duras? Nolite metuere fratres mei: nõ ãbiguũ est, sed arduũ, sed difficile, sed imẽsum: ꝙ nemo alius potest saluare: scilicet animas nostras.

Gillebertus.

Q̃ lingua inflammata a gehenna ad bonum non valeat inflammare.

Lingua modicũ mẽbrum inflãmat rotam natiuitatis nostrę, inflammata & ipsa a gehẽna. g V Lingua praua iracũdię & indignationis occasiones requirit: iniurias vel falsas simulat vel veras exaggerat: quas debuerat dissimulare: ad offensam officia interpretatur: & venenati sermonis scintillas adhibet ad comedẽdũ cor suũ. Quid lingua nequã cordi tuo tales adhibes flãmas? sufficiat illi flãma sua, ardor carnalis cõcupiscẽtię, & leuitatis calor innatę: quibus cor tuũ acsi rota volubilis impellitur. Ignem hunc quẽ euomis, hauris de gehenna. Inflãmata (inquit) a gehẽna. Lingua hęc male coccinea est: sed vincta nõ est. Nõ em̃ ligat sed dissipat. Male succẽdit qa succidit vnita: quia dissidii verba scintillat. Flamma talis de inferis est. Nã flãma quę desursum est, pudica & pacifica est: bonis consentiẽs: & bonos faciens. Verbũ em̃ dulce & mul.ami.& miti.ini. Quasi flãmã flãma cõsumit, inferiorẽ superior, infernalem cęlestis: dum sapiẽs & suaue verbũ vincit malignũ, & dulce durum emollit.

Bernardus.

Qꝫ dei sapientiā pax & pudicitia comitentur.

X ¶Sapientia quę desursum est, primū quidē pudica est: deinde pacifica &c. Pudica qdē est, contra ꝓprię voluntatis impuritatē. Pacifica cōtra ꝓprii cōsilii obstinatā rebelliōnē. Audiant igit qui ꝓprię voluntatis & ꝓprii cōsilii lepra sordēt. Audiant q̄ breui versiculo spiritus sanctus lepram vtrāq; condemnet.

Vnde supra.

Y ¶Sapientia quę desursum est &c. Omnē ergo cogitationē in qua hęc duo nō cōcurrūt, a dei sapientia alienā nō dubites. Ea vero quę pudica videt, nec ad vitia trahit aperte, sed virtutis prętēdit imaginē, tūc demū a deo noueris esse si pacifica sit: si prelati tui atq; spūaliū fratrū approbet iudicio: qm̄ non faciet dn̄s verbū qd nō reuelauerit seruis suis. Quāta vero deuotione, q̄ta humilitate, q̄ta sollicitudine cogitatio salubris nō aliter q̄ diuinę dignationis sermo suscipi debeat.

Cur in laude sapientię: pudicitiæ patientia copuletur.

Z ¶Sapiētia q̄ desursum est p.q.p.&c. Bona pudicitię comes patiētia, quę in laude sapientię mutuo cōnectunt. Pudicitia modeste se ꝑ dignitate tēperat: patientia alienā imodestiā ęquanimiter portat. Illa ꝓprios motus informat: hęc alienos impetus ifringit: illa decor: hęc est fortitudo, Ideo dicit fortitudo & decor indumētū eiꝰ.

Adam.

Qꝫ indignus sit amore opificis qui ipsi prętulerit opus suum.

4. A QVi voluerit amicus esse huius mundi inimicus dei cōstituit. Amare certe q̄ mundi sunt, est contēpsisse cęlestia: est inimicū fieri ęternorū. Ab ęternis exulat bonis congsitor pręsentiū: nec dignus est amore opificis, qm̄ ipm opificē opi suo pręferre nō nouit.

Galfridus.

Qꝫ iustus nō sit qui peccata non facit, sed qui confitens satisfacit.

5. B COnfitemini alterutrū ꝑccata vestra: & orate ꝑ inuicē vt saluemini. Multū em̄ valet dep̄catio iusti assidua. Iustus est aūt q pctm̄ nō dico nō operat (Quis em̄ est ille?) sed q nō operit, nō abscōdit. Iustus autē q pctm̄ nō fouet, nō diligit, cōfitet. Confitet dico nō ꝓfitet. Accusat nō prędicat. Nō iactitat sed deplorat. Deniq; (vt ait dn̄s) dic tu inigtates tuas vt iustificeris: nec tibi iam dubitaueris dictū: qa multū valet dep̄catio iusti assidua. Vis scire q̄ multū? Amē amē (ait veritas ꝑ magnitudine rei prębēs incredulis iuramētū) et si qd petieritis patrē in noīe meo dabit vobis. Quis ergo petere iam dissimulat nisi q nō curat accipe? Quis negligit orare nisi q negligit ipetrare?

Finitur Epistola. b. Iacobi apostoli.

Sequitur Epistola. I. b. Petri apostoli.

Guilielmus de sancto Theodo.

Qꝫ quadruplex sit obedientia.

CAstificantes aīas vestras in obedientia charitatis. Est obediētia imperii & cōsilii, est subiectiōis, est charitatis. Puriꝰ aūt ac dulciꝰ scđm apostolū Petrū: ad pares siue ad minores suos filii obediētię castificant corda sua in obedientia charitatis, q̄ ad maiores subiugant ꝑ obedientiā necessitatis. In illa em̄ sola vel pręcipit vel cōsulit vel etiā obedit charitas hic autē pœnā vel timet vel minat impiosa necessitas. Et in illa obedienti sępe debetur maior gloria: in ista vero inobedienti maior semp intentatur pœna. ca. 1. C

Bernardus.

De tribus gradibus eorum qui se a seculi actibus alienant.

OBsecro vos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis &c. Felices qui se pręsenti seculo tāq̄ aduenas & peregrinos exhibent immaculatos se custodientes ab eo. 2. D

De peregrino.

¶Peregrinus siquidē via regia incedit, nō declinat ad dexterā neq; ad sinistrā. Iurgātes nō attendit: siue nubētes, aut choreas ducētes, aut aliud quidlibet facientes viderit, nihilominus transit: qa peregrinus est: & nō pertinet ad eū de talibꝰ. Ad patriā suspirat, ad patriā tendit. Victum & vestitū habēs nō vult aliis onerari. Beatus plane qui suū sic agnoscit, sic deplorat incolatū dicēs dn̄o: qm̄ aduena ego sum apud te & peregrinus. Magnū hoc quidē: sed fortasse gradus aliqs altior est. Nam & pegrinus si nō admiscet ciuibus: aliqn̄ tamē delectatur videre quę fiunt: vel audire ab aliis: vel ipse narrare quę vidit. His & huiusmodi si nō penitꝰ remanet, detinet tn̄ & retardat, dū minꝰ memor patrię minori accelerat desiderio. Nam & tātope potest in his delectari, vt inde nō solū remoret, & minus cito veniat: sed remanēs ex toto nec perueniat. Quis est magis alienꝰ ab actibꝰ seculi q̄ pegrinus? Profecto qbus dicit apostolus. E

De mortuo.

F ¶Mortui enim estis &c. Peregrinus certe potest facile occasione viatici plusquam oporteat detineri quęrendo & pręgrauari portando. Mortuus si desit et ipsa sepultura, non sentit. Sic vitupantes, sicut laudantes, sic adulantes audit vt detrahentes: imo vero nec audit quia mortuus est. Omnino felix mors: quę sic immaculatum seruat: imo penitus alienum facit ab hoc seculo. Sed necesse est, vt qui non viuit in se, viuat Christus in illo: sicut ait apostolus. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. Acsi diceret: ad alia omnia mortuus sum: non sentio: non attendo: non curo. Si qua vero Christi, hæc viuum inueniunt & paratum.

De crucifixo.

G ¶Magnus gradus est iste: ac fortassis poterit adhuc superior inueniri. In quo quęrimus nisi in eo qui raptus est vsque ad tertium cęlum? Quis enim prohibet tertium cælum dicere si quem gradum supra istos poterit inuenire. Audi igitur ipsum dicentem. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. quasi dicat: non solum mortuus mundo, sed & crucifixus: quod est ignominiosum genus mortis: ego illi, pariter & ipse mihi. Omnia quę mundus amat, crux mihi sunt: Delectatio carnis, honores, diuitię, vanę hominum laudes. Quę vero mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhęreo, illa toto amplector affectu.

Balduinus.

Quod mortis ęternę liberatio nos mortis alterius faciat debitores.

2. H CHristus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Obedientiam vsque ad mortem requirit a nobis sanguis Christi, qui pro nobis passus est nobis relinquens exemplum: vt sequamur vestigia: eius hoc est vt moriamur & commoriamur ei. Vicissitudinem pro vicissitudine & mortem pro morte exigit a nobis. O rem mirandam & stupendam. Inde obligamur vsque ad mortem obnoxii: vnde per mortem dimittimur a morte liberi. Inde debitum mortis contrahitur: vnde debitum mortis absoluitur. Iam ergo ex noua causa debitores mortis sumus, quam quis ex veteri culpa, nihilominus ex noua gratia. Sed mors peccatorum pessima, debitę pœnæ quędam est exolutio: Sic tamen vt ingratitudinis nulla sequatur absolutio. Preciosa vero mors sanctorum. Per mortem Christi est quędam gratiarum actio & vicissitudinis nonnulla similitudo. Hęc autem similitudo mortis, obedientia est vsque ad mortem.

Galfridus.

Qualiter pastores fieri debeant forma gregis.

¶Seniores obsecro pascite qui in vobis est gregem dei. Sic ille primus pastor pastores obsecrat: sicut & coapostolus eius Paulus peccatores obsecrans clamat. Obsecro vos pro Christo reconciliamini deo. Si ergo illi sic obsecrant, quanto magis dignum est: vt secundum quod sapiens ait, Pauperum obsecratione loquatur? Ego pręcipere habeo nec docere scio nec sufficio vel monere. Ceterum doceat apostolus Petrus. Qui pascere & puidere monet & spontanee secundum deum. Voluntarie quoque non turpis lucri gratia, neque ambitu dominationis: sed forma facti gregis ex animo. Etsi alia fuerit forsitan gregis actio, ea tamen sit pastoris intentio: vt studeat talis videri quem expediat æmulari. Neque enim spontaneus ille est quem paupertatis vrget dura necessitas. Aut voluntarius, quem cupiditas trahit. Trahit non nullos: sed qui eiusmodi sunt non mirentur faciem Moysi sibi apparere cornutam. Mirantur quamplurimi quomodo in ecclesia pecuniarum amor dissuadetur: quem sectari hodie ecclesia pene tota videtur. Vnde enim vitulus terrę cultor sic colitur? Quia ab Aaron aurum in ignem mittitur, & sacerdotum exemplo agitur vt ardenter ametur. Nam etsi magna de contemptu mundi dicantur, plus tamen attendunt homines quid agatur. Vident mensas dapibus simul & opibus oneratas, supellectiles varias, promptuaria plena, gazas multiplices, vel glorianter possideri: vel ardenter appeti: vel optari. Hoccine est pascere gregem domini? Nulla eis hæc ędificatio: nulla refectio spiritualis: nulla (inquam) ędificatio: nisi vt ipsi quorum infirma est conscientia: Idolothyta manducent. Nam auaritia idololatria est. Pascite (ait) gregem domini prouidentes. Alioquin in pascua quamlibet vberi pastor improuidus non tam ouium pastor est quam luporum. Non enim putent sufficere si prędicando gregem pascunt nisi prouidentes. Prouidere ergo necesse est & peruigiles excubias facere: feras abigere: caulas instruere: oues etiam ęgras curare: dispersas colligere errantes ad gregem reducere vel etiam reportare: lupum claua percutere: ouem cædere virga: Canem vnctum fune tenere: videlicet frænare zelum: nec quamlibet simplicium dissimulare peccata: nec vlli parcere tyrannorum. Facti (inquit) forma gregis. Nam formam illam in factis esse necesse est factitiam non fictitiam: sculptam non pictam. Vbi hodie forma gregis? Informis magis hæc vita est & deformis: modo signat calicem domini: modo talos agitat: versat aleam scacos mouet: aut in auibus cęli ludit: modo canes instigat in leporem, modo angelicum reformat alleluia.

Vt terribiliter nimis in eorũ aliquẽ vltio diuina peessit: q ipsa sacrificii hora dũ secretas orationes dicere debuisset, venatorias voces (vt aiunt) quibus fuerat assuetus cœpit audientibus oibus personare. Et cũ apparuerit princeps pastorũ nolite esse securi: qa exiget de cõmissis ouibus rationẽ. Apparebit sol iustitię: & oia simul faciet apparere. Q̃ beati q tunc pcipient immarcessibilem gliæ coronã. Q̃ vero miseri qui festinãt coronare se rosis anteq̃ marcescãt: vt immarcessibilẽ nõ pcipiant, pastorꝫ principe apparente, coronã. Nullum inquiunt, pratũ sit qđ nõ pertrãseat luxuria nostra. Transibit pfecto & ptransibit luxuria: sed nõ pœna.

Finitur Epistola b. Petri prima.

Sequitur Epistola b. Ioannis Prima.

Galfridus.

Q̃ Christum quiuis hominũ valeat imitari.

ca. 1. K

Qui dicit se in Christo manere debet sicut ipse ambulauit & ille ambulare. Ad hoc vẽit, ad hoc missus est a patre, apostolo teste. Quos pſciuit & predestinauit conformes fieri filii sui. Null⁹ vero est q veraciter possit dicere ꝙ Christũ sequi nõ possit. Sequi potest etiã qui nõ põt sequi quocũqꝫ ierit. Oẽs possumus imitari eũ cui nullus equari. Quis humilior, qs sublimior Christo? Quis tã diues: qs tã paup existit? Deniqꝫ qs tã sanct⁹, qs tam multiplicũ vel tã grauiũ onerat⁹ põdere pctõrũ? Patiẽter sustinete charissimi: nõ blasphemor? Nec Iudei qd possent oblog inuenerunt cũ diceret. Quis ex vobis arguet me de peccato? Peccata Christus nõ habuit sua, sed nr̃a portauit. Nec suã ei mater placẽtã fecit, vt nobis oibus coueścatur. Heu q̃ grauis esca aceto, felle, myrrha amarior, digna admiratiõe: plena dilectione cõmunio. Nullã tibi domine mater tua placẽtam fecit. Talem genuit ꝙ in nullo tuũ placitum, tuam veneris facere voluntatem.

Bernardus.

Quę sunt quæ a mũdi amatoribus requirũt.

2. L

Omnia quę in mũdo sunt, sũt cõcupiscẽtia carnis cõcupiscẽtia oclorũ & ambitio sclі. q̃ nõ sunt (inquit) ex p̃re sed ex mũdo. Viderit hic qsqꝫ cui⁹ sit spũs, qd diligat qd cupiat, qd sequat. Ecce eñ speculũ veritatis: tãtũ ne cõsiderato vultu cõsciẽtię suę ꝑtereat, & qualis fuerit obliuiscat. Ambitio curiositas & voluptas nõ ex patre sunt sed ex mũdo. Aut certe qa mlti codices habẽt nõ ambitionẽ sclі: sed supbiã vitę: in cõcupiscẽtia carnis vniuersã accipe corporalium sensuum delectationẽ: qua quidẽ nec ipsa curiositas caret: ac deinceps in cõcupiscẽtia oculorũ quęcũqꝫ ad humanũ diẽ & secularẽ gloriã & extrinsecã ꝑtinent veritatem. Porro in supbia vitę elationem cordis intellige. Hæc tria qui diligit, mũdũ diligit, & dei constitutus est inimicus.

Adam de Persen̄.

Quibus laqueis diabolus totũ mũdũ irretiuit.

¶Omne qđ in mundo est, est cõcupiscẽtia carnis, concupiscentia oculorũ, & supbia vitę. Ecce quib⁹ laqueis vniuersum orbem pene diabolus sibi irretiuit. Bestia hęc triformis non tam ascensura est q̃ iam de abysso ascendit, os habẽs, loquens ingẽtia, & nominibus plena blasphemię: totũ pene genus hoĩm tribus dictis cornib⁹ ventilauit: certatim properans sibi imprimere imaginẽ bestiæ, huius charactere se signari. Eius imago & character est quicqd exterius patet in homine qđ non deceat Christianum. Secularis vitę species, & flagitiorũ impudentia, inuerecunda turpium executio, bestialis huius seculi characterẽ appellamus. Quocirca apostolus habentibus spiritum dei formã eius bestię interdicit inquiẽs. Nolite cõformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus vestri. Elidat ergo cõcupiscentiã carnis sobrietas mater cõtinẽtię. Eliminet cõcupiscẽtiã oculorũ curiositatis inimica sanctę grauitas disciplinæ Amor paupertatis humilitatis nutricius exufflet superbiam vitę. M

Bernardus.

Q̃ pnia vel charitas pctã operiat electorum.

Omnis qui natus est ex deo nõ peccat. 4.
Hoc dictũ est de predestinatis ad vitã, nõ ꝙ oĩno nõ peccent, sed ꝙ peccatũ ipsis nõ imputet vel ꝙ punit cõdigna pœnitentia vel in charitate abscõditur Charitas quippe operit mltitudinẽ peccatorũ. Neqꝫ enim possumus hic penitus sine peccato esse seu miseria: possumus tamẽ iuuãte gratia nec peccato superari nec miseria. N

Q̃ predestinatus ad gloriam non permanet in peccato.

¶Ois q natus est ex deo nõ peccat, sed generatio cęlestis cõ. illũ. Nõ peccat inqt. i. nõ ppetrat nõ pmanet in peccato qa cõseruat illũ vt perire nõ possit ea quę falli nõ potest cęlestis generatio. Siue nõ peccat. i. tãtũdẽ est aeſi nõ peccet. O

Pro eo, s. q̃ nõ imputabitur ei peccatũ. Generatio em̃ cę. con. illũ. Sed generationẽ istam quis enarrabit? Quis põt dicere, Ego de electis sum? Ego de p̃destinatis ad vitã? Ego de nũero filiorũ? Quis inquã dicere põt reclamante scriptura: Nescit homo vtrũ dign9 sit amore an odio? Certitudinẽ nõ habemus: sed spei fiducia cõsolatur nos: ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quędam & indicia manifesta salutis, vt indubitabile sit eum esse de numero electorũ: in quo ea signa permanserunt.

Quę sint in electis signa salutis.

P ¶Porro inter ea quę fiduciã pręstant & materiam spei, maximũ est hoc q̃d dñs ait. Qui est ex deo verba dei audit. Nonnullos em̃ sic interdum audientes inuenies acsi nihil ad eos ptineant quę dicãtur: non intrare cor suum, non discutere mores suos, nõ cogitare ne forte q̃d audiũt dictum sit p̃pter eos. Magis autẽ si forte sermo dei viuus & efficax, qui suo & nõ ei9 qui loquitur arbitrio fertur quocũq̃ voluerit: si inquã manifeste aduersus vitia illa p̃cesserit quibus se illi sentiũt obligatos, dissimulant: & auertunt oculos cordis, aut qualibet adinuentione palliant vitia: & seducunt miseri semetipsos. In his ergo salutis signa nõ video. Magis autẽ vereor ne forte propterea nõ audiant verbum dei: quia nõ sint ipsi ex deo.

Bernardus.

De duplici dilectione.

Q ¶Nolite diligere verbo neq̃ lingua, sed opere & veritate. Est dilectio in actu, est & in affectu. Et de illa quidẽ quę operis est, puto esse legem datam hominibus, mãdatũq̃ formatũ. Nam in affectu quis ita habet vt mandat? Ergo illa mãdatur ad meritũ: ista in præmiũ datur. Cuius tamẽ initiũ profectũq̃ vitã quoq̃ pręsentẽ experiri diuina posse gratia nõ negamus: sed consummationẽ futurę deferimus felicitati. Aut si placet tibi de affectuali magis datũ fuisse mandatum, nõ inde contẽdo, dummodo acquiescas & tu mihi q̃ minime in hac vita ab aliquo hominũ possit vel poterit adimpleri. Quis em̃ sibi arrogare hoc audeat, q̃d se Paulus ipse fatet̃ nõ cõprehendisse? Nec latuit pręceptorẽ pręcepti pondus hominũ excedere vires: sed iudicauit vtile ex hoc ipso suę illos insufficientię admoneri: & vt scirent ad quẽ iustitię finem niti pro viribus oporteret. Ergo mãdando impossibilia nõ preuaricatores hoies fecit sed humiles vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mũdus deo: quia ex operibus legis nõ iustificabitur oĩs hõ corã deo. Accipiẽtes q̃ppe mãdatũ & sentiẽtes defectũ clamabim9 in cęlũ, & miserebit̃ nr̃i de9. At hoc dixerim, si consenserimus affectualem charitatẽ lege fuisse mãdatã. Sed actuali id poti9 cõuenire videt̃. Maxie ex hoc: q̃ cũ dixisset dñs, Diligite inimicos vr̃os: Mox de operib9 infert: Bñfacite iis qui oderũt vos. Item scriptura. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitit, potum da illi. Et hęc de actu nõ de affectu. Et item dñs. Si diligitis me inquit sermonẽ meũ seruabitis. Atq̃ hic ad opera mittimur: p̃ iniunctam obseruãtiã mandatorum. Sic te ergo necesse est accipere q̃ iuberis diligere proximũ tuũ sicut teipsum: etsi nõ ita aperte expressum sit. Neq̃ hoc dico vt sine affectione simus: cũ inter magna & grauia hoim mala enumeret apostolus, sine affectione esse.

De triplici affectione.

¶Sed est affectio quã caro gignit. Et est quã ratio regit. Et est quã condit sapientia. Prima est quã dicit apostolus legi dei nõ esse subiectam nec esse posse. Secũda quã perhibet legi dei cõsentientẽ qm̃ bona est. Longe ab vtraq̃ tertia distat: quę gustat & sapit quoniã suauis est dominus: primam eliminans, secũdam remunerans. Nam prima dulcis, sed turpis. Secunda sicca, sed fortis. Vltima pinguis & suauis. Igitur per secundam opera fiunt: & in ipsa charitas sedet. nõ illa affectualis quæ sale sapientiæ condita pinguescens magnã menti importat multitudinẽ dulcedinis domini: sed quædam potius actualis: quę etsi nõdum dulci illo amore suauiter reficit: amore tamen amoris ipsius vehemẽter accendit. De hac dictum est. Nolite diligere verbo neq̃ lingua: sed opere & veritate. Vides quomodo caute incedit inter vitiosum atq̃ affectuosum: ab vtroq̃ pariter hãc distinguẽs actualem & salutiferã charitatẽ. Nec linguę mẽtientis in hac dilarione recipit fictũ: nec rursum afficientis exigit sapiẽtię gustum. Opere (inquit) diligamus & veritate. q̃ scilicet moueamur ad bene operãdum magis quodã viuidę virtutis impulsu q̃ sapidę illius charitatis affectu.

Cassianus.

Q̃ malũ põt suggerere diabolus non vrgere.

S ¶Maior est qui in nobis est: q̃ qui in mundo. Nullus hominũ posset oĩno vitare peccatũ q̃d cũq̃ maligni spiritus cordibus nostris inijcere voluissent: si eis queadmodũ ad suggerendum ita ad cõpellendum facultas violenta suppeteret. Quãobrem sicut in illis est inuestigationis copia, ita nobis virtus respuẽdi siue acquiescẽdi libertas est attributa. Quorũ tamẽ potentiã & impugnatiões si pertimescimus, etiã p̃tectio

nes atq adiutoria dei econtrario cōferamus. de quo dicit. Maior est ei qui in nobis est, q̄ qui in mūdo. Cuius etiā auxilia multo vehementiori virtute militēt p̄ nobis, q̄ aduersum nos illorū multitudo confligit. Nam bonarū rerum non tantū suggestor, sed etiā factor atq impulsor est de⁹: ita vt nōnunq̄ nos etiā inuitos & igno rantes attrahat ad salutem.

Bernardus.

Hominem esse in deo: & deū in homine, opus est charitatis.

4 T Deus charitas est: & qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Per charitatē homo in deo: & deus in homine est. Sed homo quidē ab ęterno in deo tāq̄ ab æterno dilectus, qui tñ de prædestinatis sit. Deus vero in hoīe ex quo dilectus ab homine. Et si ita est, homo quidē in deo est, etiā quando in homine deus nō est. Deus aūt in homine nō est, qui non sit in deo. Manere em̄ in dilectione non potest: & si forte ad tempus diligat, non dilectus: sicut habes: quia ipse prior dilexit nos. Porro cū iam diligit q diligitur, homo in deo & deus in homine est. Qui autē nunq̄ diligit, nūq̄ dilectus est: ac per hoc nec ipse in deo, nec deus in ipso.

Q̄ ppter se solū deū diligere debeam⁹

V ¶Diligamus deū quoniā ipe prior dilexit nos. Non aliter ad verā perfectionē conscendere poterimus: nisi quemadmodū nullius alterius rei nisi nostræ salutis gratia prior nos ille dilexit: ita eū nos quoq nullius alteri⁹ rei nisi sui tm̄ amoris dilexerimus obtētu. Verū q sic eum diligit, superata omni impugnatione vitiorū pacis iam securitate perfruit: & transit in ipsius virtutis affectum, iugēq statū ipsius boni, cuius iam totus est, retentat: quia damno intimę castitatis nihil credit esse damnosius. Nec em̄ carius aut p̄ciosius quicq̄ pręsenti indicat puritate. Cui pœna grauis est, vel virtutū perniciosa transgressio, vel ipsius vitii virulenta contagio, huic nunq̄ nec reuerentia humanę p̄sentię adiiciet quicq̄ honestatis, nec minuet solitudo: sed vbicūq secum semp circunferens arbitram, non solū actuū, sed etiā cogitationū suarum conscientiā, ipsi potissimū studere contendit, quam nec circunueniri, nec falli, nec subterfugere se posse cognoscit.

Gillebertus. De triplici timore dei.

X ¶Perfecta charitas foras mittit timorē, velut inutilem & superuacuū: sed non timorē illum qui castus permanet in se.s. Est em̄ timor quē foras mittit veritas. Primus caut⁹. Secūdus castus & non permanens in se.s. Terti⁹ castus & permanens. Primus veret pœnam. Secūdus offensam. Tertius totus libera quędā & secura reuerentia est. Primus metuit puniri: secundus priuari, terti⁹ neutrū. Primū perfecta charitas exterminat. Secundū ad tēpus tolerat. Tertiū sibi indiuise collaterat. Frigidus timor est, & pigre incedit, satis habens tm̄ impune euadere. hunc timorem perfecta charitas foras mittit. Amor fastidiū nescit: feruidus est: & in anteriora extentus. Quid em̄ timebit charitas? Veteres offensas? Sed charitas operit multitudinē peccatorū. Infirmitatis proprię cōscientia timebit ne decidat? Sed fortis est vt mors dilectio. Tēporales p̄ Christo timebit molestias? Sed ne quidē æternæ si fuerint, defatigari & euanescere poterit cōsummata dilectio. Non ideo amat charitas vt pereat, sed mauult foris pœnaliter inęternū perire, q̄ vsu ęterni amoris priuari. Et quid mirū? Quid em̄ videbis in Christo qd̄ nō eius & nobis charitatē exhibeat & nostrā exigat? Totus est nobis charitatis illecebra: irritamentum amoris. Nullū in se meticuloso relīqt locū affectui. Totus amari vult, qui tot⁹ meret amari. Ociosus debet esse timor vbi tot īsignia relucent amoris. Proinde dedignat charitas timoris cōmerciū cogi nesciēs q̄ nesciat cōpesci.

Bernardus.

Q̄ cœlestem generationē tentationis victoria testetur.

Omne quod natū est ex deo vincit mūdum. Quotquot sunt cōcepti cū Christo, eos mūdus odit: sed cū Christo superatur pariter & ab ipsis. Confidite inqt, ego vici mundū. Sic manifesta est sermonis illi⁹ veritas quem apostolus ait. Quos p̄sciuit (iquit) haud dubiū qn deus pater hos & p̄destinauit cōformes fieri imagini filii sui. Vide cōformitatem: post ipsum adoptant vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Post ipsum odit eos mundus. Bene ergo qd̄ natū est ex deo vincit mundū: vt sit testimoniū cœlestis generationis victoria tētationis. Victores igit sumus, sed in ipso qui cōfortat nos: quia hæc est victoria quę vincit mundū fides nostra. Fide quidē in dei filios adoptamur. Fidē in nobis mundus in maligno posit⁹ odit atq persequit. Fide quoq vincitur & a nobis. Sequitur. Quis est em̄ qui vincit mundū nisi qui credit quia Iesus est filius dei? Certum est oēm qui non credit in filiū dei ex hoc ipso iam non modo victū esse sed etiam iudicatū. Verūtamen multos vide mus credētes Iesum filium dei esse, adhuc tamē mundi nihilominus cupiditatib⁹ irretitos. Sed dico. Putasne filiū dei Iesum credit q̄squis ille homo q ipsius nec terret cōminationibus, nec attrahit Y

promissionibus, nec pceptis obtēperat: nec con silijs acquiescit? Nōne is etsi fateat se nosse deū factis tamen negat? Porro fides sine operibus mortua est. Nec igitur mirum si nequaq̄ vicit qui nec viuit. Quęris quęnā viuida & victoriosa fides? Illa sine dubio per quā Christ⁹ habitat in cordibus nostris. Christus em̄ & virtus est, & vita nostra.

Sequitur.

Q͛ Christus non solum congregauit populum, sed & redemit.

Z ¶Hic est qui venit per aquā & sanguinē Iesus Christus. Non in aqua solū, sed in aqua & sanguine. Hoc ad differentiā Moysi arbitror accipiendū. Moyses siquidē in aqua venit, a qua & nomē accepit vt Moyses vocaret. Manifeste aūt plus q̄ Moyses hic: vtpote q venerit nō in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Aquę multę populi multi. Venit ergo in aqua tātū q cōgregauit populum, sed populū non redemit. Nam & ipsa quoq; de seruitute ægyptia liberatio, non Moysi sed agni sanguine facta est.

Sequitur.

De triplici testimonio quod datur in terris.

A ¶Tres sunt qui testimoniū dant in terra, Spūs aqua, & sanguis. In aqua baptismum intellige. In sanguine martyriū. In spiritu charitatē. Spiritus em̄ est qui viuificat: & fidei vita dilectio. Deniq; si quęris, qd spiritui & charitati? respondeat Paulus: Quia charitas diffusa est in cordibus nostris p spiritū sanctū qui datus est nobis. Necessario quoq; spiritus addit aquę & sanguini: cū teste Apostolo, sine charitate quicqd habeas nihil profit. Iam vero qui baptismū aqua, martyriū diximus sanguine designari: memēto & vnicū & quotidianū esse baptismū: similiter & martyriū. Est em̄ martyrii genus, & effusio quædā sanguinis in quotidiana corpis afflictione. Est & baptismus aliquis in cōpunctione cordis, & lachrymarū assiduitate. Sic quippe infirmis & pusillis corde necesse est vt quem semel pro Christo ponere non sufficiunt, saltem mitiori qdē sed diuturniori martyrio sanguinē fundant. Sic & baptismi sacramentū, quoniam iterari non licet, iis qui sępius in multis offendunt, frequēti oportet ablutione suppleri. Vis nosse qui vincit mundum? Siquidē hoc ipsum beatus iste Ioannes indicat dicens. Nolite diligere mundū neq; ea quæ in mūdo sunt. Omne em̄ quod in mundo est, cōcupiscētia carnis est & cōcupiscentia oculorū, & ambitio seculi. Hæ sunt tres turmę quas fecerunt Chaldęi. Nobis igitur aduersus triplex genus tentationis triplici opus est munimento, vt carnis cōcupiscētia ipsius mortificatione vincatur: quam in sanguinis testimonio diximus intelligendam. Oculorum vero concupiscentiam superet studium compunctionis, & assiduitas lachrymarum. Ambitionis autē vanitatem virtus charitatis excludat, quæ sola castificat animā, sola purgat intentionem. Certū quippe triumphati mundi testimonium est, si corpus castiges, & subiicias seruituti, ne perniciosa libertate seruiat voluptati, si fletui pbeas oculos magis q̄ petulātiæ vel curiositati: si spiritali dilectione flagrās nulli animū dederis vanitati. Merito sane vnus est qui in terra pariter & in cœlo testimonium phibet spiritus: quia siue corporis afflictio cessabit, seu lachrymarum fons exsiccabitur: charitas nunq̄ excidit. Verūtamē licet maneat post aquam & sanguinem spiritus (Aqua quippe & sanguis regnū dei non possidebunt) interim tamen aut vix aut nullo modo inuenire est spiritum sine illis: quoniā hi tres (inqt) vnū sunt. Vt quolibet ex his tribus deficiente, adesse cætera non pręsumas. Simul vero iuncta testimonia ista credibilia facta sunt nimis: nec poterit cui in terris suppetunt hęc, carere testimonio vel in cœlis.

De triplici testimonio quod datur in cœlo.

¶Tres autem sunt qui testimoniū dant in cœlo, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Et ne quā forte dissonantiam suspiceris, hi tres vnū sunt. Magnum profecto habituri sunt testimonium quos in cœlo pater susceperit tanq̄ filios & heredes, filius asciuerit tanq̄ fratres & cohęredes, Spiritus sanctus adhęrentes deo vnum spiritum fecerit esse cum eo. B

Q͛ in terris triplex testimonium phibetur electis.

¶Tres sunt qui testimonium dant in cœlo. Et tres qui testimonium dant in terra. Vt mihi videtur, triplex testimonium in cœlo stabilitatis est signum. Triplex in terra, reparationis. Illud angelos: istud homines. Illud beatos a miseris: istud iustos discernit ab impiis. Angelis si quidem qui in prima illa præuaricatione superbiente Lucifero steterunt, merito testimonium perhibet visio trinitatis: hominibus quos diuina miseratio saluat, spiritus, aqua, & sanguis. Tres enim sunt qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis. Scitis quia in primo homine peccauimus omnes, & in ipso cecidimus vniuersi. Cecidimus sane in carcerem luto pariter & lapidibus plenum. Exinde iacebamus captiui, inquinati, conquassati, donec ve- C

niret desideratus gentibus, qui nos redimeret, ablueret, adiuuaret. Hic est enim qui sanguinem proprium dedit in redemptionē: aquam simul produxit de latere suo in ablutionem. Emisit deinde de excelso spiritum suum, qui adiuuaret infirmitatem nostram. Vis ergo nosse an hæc aliquid operentur in cœlis: ne forte reus sis sanguinis domini quē euacuas q̄tum in te est: sed & aqua ipsa quę mundare debuerat, in sordibus permanenti iudicium damnationis accumulet: Spiritus quoq; cui resistis, non liberet maledictum a labiis suis? Cauendum enim ne sint tibi infructuosa, quia necessario essent pariter & damnosa. Quis est autem qui testimonium habet effusi non sine causa sanguinis Christi, nisi qui continet a peccatis? Seruus enī peccati est qui peccatum facit, vt si deinceps cōtinere potuerit, & iugum abiicere miseræ seruitutis: certissimum sit testimonium redemptionis, quā operatur sine dubio sanguis Christi. Verum non sufficit peccatori continentia, si non assit etiam pœnitentia. Habet ergo & ab aqua testimoniū, qui laborat in gemitu suo, lauans per singulas noctes lectum suum. Sed qd erit q longo catenarum vsu & carceris habitatione crudeli confracti atq; collisi defecimus in via vitæ? Inuocemus spiritum viuificatorem & adiutorem, confidentes quia dabit pater qui in cœlis est, spiritum bonum petentibus se. Sane nouum superuenisse spiritum certissime cōuersatio noua testatur. Iam (vt breuiter repetam) a sanguine & aqua & spiritu habes testimonium: si contines a peccatis, si dignos agis pœnitentiæ fructus, si facis opera vitæ.

Q in cœlo, in terra, & in inferno, triplex testimonium prębeatur.

D ¶Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Filiꝰ, & Spiritus sanctꝰ. Et tres in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. Similiter tres in inferno. In Esaia legimꝰ. Vermis eorū non morietur: & ignis eorū nō extīguet. Duo mala sunt vermis & ignis. Altero roditur conscientia, altero concremantur corpora. Tertium additur desperatio, quæ vel eo intelligitur quod dicitur. Non morietur & non extinguetur. Iis qui in cœlo sunt, datur testimonium beatitudinis. Iis qui in terra, iustificationis. Iis qui in īferno, damnationis. Primum est testimonium gloriæ. Secundum gratiæ. Tertium iræ.

Finitur Epistola prima beati Ioannis Apostoli.

Sequitur Epistola beati Iudę Apostoli.

Bernardus.

Q spiritum vitæ non habeat quisquis ab vnitate diuiditur.

I sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes. Nihil æque offendit angelos sanctos, quomodo dissensiones & scandala. Videre est animam hominis quemadmodum vniuersa corporis membra viuificet sibi cohærentia. Separa ergo quoduis a iūctura cæterorum, & vide an deinde illud viuificet. Sic est omnis qui dicit anathema Iesu. Quia anathema separatio est. Sic est (inquā) omnis qui ab vnitate diuiditur, ne dubites q̄n ab eo recesserit spiritus vitæ. Digne ergo contentiosos, & qui separant semetipsos, apostoli carnales & animales vocant spiritum non habentes. E

Finitur Epistola beati Pauli· Iudę. Apostoli.

Sequitur Apocalypsis beati Ioannis.

Bernardus.

Q a domino calidus diligit, euomitur tepidꝰ, frigidus toleratur.

Tinā frigidus esses aut calidus. Deus hominem inuenire cupit aut sui consideratione calidum, & charitatis igne flagrantē: aut sui ipsiꝰ cognitione frigidū, & aqua cōpunctionis ignita diaboli iacula restinguentem. Alioquin verendum est homini ne tepidum & nauseam prouocantem euomat ex ore suo. ca. 3 F

Cassianus.

Qualis periculi sit cū quis de feruore conuertitur in teporem.

¶Vtinā calidus esses aut frigidꝰ &c. O magna multitudo dulcedinis dei: & iustos ī ore tenet, & peccatores nō ante euomit q̄ denunciet euomendos. Verum non immerito eos dominus quos iam receperat in visceribus charitatis, noxie tepefactos cum quadam auulsione sui pectoris euomendos esse pronunciat: qui cū salutarem quodammodo ei prębere potuissent sub G

stantiam, euelli ab illis visceribus maluerũt: tã to deteriores effecti illis qui nunq̃ ori dominico illati sunt, cibis: q̃to id quod nausea compellente proiicim⁹, odibilius detestamur. Quicq̃d eñ frigidum est etiam ore nostro susceptũ, vertitur in calorẽ & salutifera suauitate percipit. Quod autem vitio semel pernicioso teporis est abiectũ, non dicã labiis admouere, sed etiã eminus ĩtueri sine ingẽti horrore nõ possum⁹. Rectissime ergo tepidus frigido pronunciatur deterior: quia facilius ad salutarẽ conuersionem, ac perfectionis fastigiũ carnalis quis. i. secularis vel gentilis accedit, q̃ is qui professus monachũ nec tamen viam perfectionis arripiẽs secundũ regulã disciplinę, ab illo semel spiritualis feruoris igne discessit. Dicit ei in corde suo qui eiusmodi est, Diues sum & locuples, & nulli⁹ egeo Cui illud quoq; qđ subsequitur consequenter aptat. Tu aũt es miser & miserabilis & pauper & cęcus & nudus. In eo fact⁹ etiã seculari deterior ꝙ nec miserũ se nec cęcũ aut nudũ aut emẽdatione dignum vel egere monitis alicui⁹, aut institutione cognoscit. Et ob hoc ne exhortationem quidẽ vllã verbi salutaris admittit: non intelligens ipso monachi se noĩe ꝑgrauari ac deprimi opinione cunctorũ, quia dũ creditur ab omnib⁹ & velut dei famulus colitur, necesse est vt in futuro vehementiori iudicio pœneq; subdatur. Postremo quid diuti⁹ immoramur in iis quę nobis experimento satis cõperta sunt ac ꝓbata? Frequenter vidimus de frigidis atq; carnalibus. i. de secularibus atq; paganis spiritualẽ peruenisse feruorem: de tepidis atq; animalib⁹ omnino non videmus.

Gillebertus.

Q₂ sancti licet deum semper habeant, semper tamen quærunt.

H ¶In medio & in circuitu sedis dei. Hoc de beatis illis oculatis animalibus & pẽnatis legitur. In medio & in circuitu sedis dei. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipo in ipsum: ire & redire: ire desiderio, delectatione redire: dum semper eius qđ experientia desiderat, præsentia satiat: vt mẽs possidentis & contuentis et illi sit per appetentiam intenta, & illo sit sufficienter contenta. In medio inquit, quia voti sui perducunt ad intima. Et in circuitu: quia semper voto rediuiuo ferunt in eadẽ ipsa. In medio, quia eorum iam completum est votum. In circuitu, quia non sufficiunt cõprehẽdere totum. In medio sunt admissa per gratiam. In circuitu sunt exclusa per differentem naturam. Quæ est eñ sedes ista, nisi ea de qua loquit Apostolus: Lux inaccessibilis quam inhabitat deus? Deniq; q̃tũ libet oculata sint beata illa animalia, tamen illuminat ea, vt q̃tum possint capiãt, & excedit ne ad totum sufficiant.

Bernardus.

De septẽ sigillis quibus signatus est liber vitę.

Vidi in dextera sedẽtis super thronum librum signatum sigillis septẽ, & non erat qui legeret vel aperiret. Et ego flebam multũ &c. Et vnus de senioribus dixit mihi. Ne fleas. Ecce vicit leo de tribu Iuda &c. Et vidi, & ecce in medio throni agnum stantẽ tanq̃ occisum: & venit & accepit de dextera sedentis in throno librum: & aperuit librum: & facta est lætitia magna. Leonem Ioannes audierat, & agnum vidit: agnus occisus est, agnus aperuit librũ, & aperuit leo. Deniq; dignus est (aiunt seniores) agnus qui occisus est, accipere fortitudinem. Non mansuetudinem amittere, sed accipere fortitudinem. Vt & agn⁹ maneat & leo sit. Plus dico: vt mihi videtur, idem etiã liber est qui non poterat aperiri. Quis eñ dignus inueniretur aperire hunc librum? Indignum se profitetur ipse Baptista Ioannes: quo in natis mulierum nemo maior surrexit. Venerat enim ad nos sapiẽtia, sed in libro clauso vtiq; & signato. Sed quid dicimus super his septẽ sigillis? An forte triplex animę virtus, ratio, memoria & voluntas, & quadrifaria corporis compositi ex quatuor elementis, in his septẽ intelligenda est: vt nihil de veritate humanitatis defuisse nouerimus saluatori? An magis humanitatis eius ipse est liber: & q̃renda sunt signacula septem? Septẽ eñ quędã arbitror inueniri q̃bus maxime celabat in carne ꝓsẽtia maiestatis, vt non possit aperiri liber, & sapientia q̃ latebat agnosci. Sunt autẽ quę occurrunt interim, matris desponsatio: qua part⁹ virginis & cõceptionis veritas velabatur: ita vt hoĩs fabri filius fabricator hoĩs putaretur: & infirmitas corporis qua plorãs & vagiens lactens & dormiẽs & cæteris subiacens necessitatibus carnis iacebat inter hæc virtus diuinitatis. Sic & circuncisionis signum suscipiens, peccati remedium, ęgritudinis medicinam, q morbum omnẽ tollere venerat & peccatũ. Et item in Aegyptum fugiens a facie Herodis reguli: nec dei filius agnosci poterat, nec rex cœli. Quid trina illa tentatio inimici, in deserto, in pinnaculo, supra montem? Si filius (inquit) dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Et item: Mitte te deorsum. Neutrum Christus fecit, vt signaretur liber, & falleretur astutus. Deniq; eousq; seductus est, vt haberet iam pro constanti, hominem purum esse: & in tantam insaniam superbia cæca prorum

peret vt non diceret vltra. Si filius Dei es: sed, Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Sextum est signaculum crucis, vbi pependit inter latrones. Clausit & sepultura librum hūc nec vllum omnino signaculum sic astrinxit. Sepulto em̄ domino sola restare desperatio videbatur. Adeo vt discipuli ipsi dicerēt: quia nos sperabamus. Quis non illo fleret in tēpore clausum alti⁹ librū & nō esse q aperiret? Sed dignus est agnus qui occisus est: Leo q surrexit. Postremo liber ipse dignus est aperire seipsum. Resurgens nimirum a mortuis, resurgens autē virtute propria, & post tres dies sicut prædixerat, testimonium perhibentibus inimicis: & resurgens in tanta maiestate & gloria, indicat manifeste quæcunq̧ p̄diximus signacula vel operimenta, voluntaria non necessaria: nec conditionis fuisse: sed dignationis.

Qz altare sub quo clamant occisi Christi dicatur humanitas.

6. k SVbtus altare Dei audiui voces occisorum. Quas voces? Vindica domine sanguinem &c. Vox precis non laudis est ista. Sed quid est hoc altare? Ego p̄ meo sapere altare istud nihil aliud arbitror esse q̄ corpus ipsum domini Saluatoris. Credo ego q̧ super hoc, sensum eius habeam: cum audiā eū in euangelio promittentem. Vbicunq̧ fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ. Interim ergo sub humanitate Christi, feliciter sancti quiescunt: in quam desiderant angeli ipsi prospicere: donec veniat tēpus quādo iam non sub altari collocentur: sed exaltentur super altare. Sed qd dixi. Nūquid humanitatis Christi gloriam, non dicā hominū: sed vel angelorum asse qui poterit quis, nedū superare? Quonā igitur modo super altare dixerim exaltandos eos qui nunc subtus altare quiescunt, visione vtiq̧ & contemplatione, non prælatione. Ostendet em̄ nobis filius vt pollicitus est, semetipsum non in forma serui: sed Dei. Ostendet etiam nobis patrem & spiritum sanctū: sine qua visione nihil sufficeret nobis.

Qz in vita beata tripliciter Dei visione fruemur.

L ¶Tripliciter em̄ in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo, videntes eum in omnibus creaturis, habētes eum in nobisipsis, & qd ineffabiliter iocūdius fit atq̧ beatius, ipsam quoq̧ cognoscentes in semetipsa trinitatem, & gloriam illam sine vllo ænigmate mundo cordis oculo contēplantes. Hæc vero cognitio est summa beatitudinis: tritici medulla: adeps frumenti quo ciuitas sancta Hierusalem satiatur.

Qz non nisi plenæ ecclesiæ dabitur beatitudinis plenitudo.

¶Sustinere modicum tempus donec impleatur numerus fratrum vestrorum. Aut sic. Dictum est illis vt quiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur cōserui eorum, & fratres q interficiendi sunt sicut & illi. In plenam & perfectam beatitudinem nec sine nobis intrabunt sancti cum corporibus suis, nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Et merito quidem. Neq̧ enim præstari decet integram beatitudinem donec sit homo integer cui detur: nec perfectione donari ecclesiam imperfectam. Acceperunt tamen sancti iam singulas stolas: sed non vestientur duplicibus donec vestiamur & nos: Deo melius prouidente pro nobis, vt non sine nobis consummētur. Stola enim prima ipsa est (quam diximus) felicitas & requies animarū. Secunda vero immortalitas & gloria corporū. Vnde & dicunt. Vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Non tanq̄ vindictæ cupidi, nec de propriæ vltionis zelo: sed ex desiderio resurrectionis & glorificationis corporum suorum, quam vsq̧ in diem iudicii differendam esse non dubitant.

Quomodo stolæ martyrum in agni sanguine dealbentur.

LAuerunt stolas suas & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Candidas 7. prorsus in sanguine: quia exiuit cum M eo & in eo aqua dealbans. Aut certe candidas in sanguine agni nouelli: sanguine inquam lacteo, cādido, & rubicūdo. Sicut ait sponsa in Cāticis Canticorū. Dilectus meus candidus & rubicūdus. Inde est etiā q̧ i stola cādida & fulgureo vultu testis quoq̧ resurrectionis apparet.

Bernardus.

Qz consultius sit oculos liquari in lachrymas q̄ in superbiam eleuari.

¶Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctoꝝ &c. Felices lachrymæ quas benigna N manus conditoris absterget. Et beati oculi qui talibus liq̄ri fletibus elegerunt, q̄ eleuari in superbiam, q̄ omne sublime videre: q̄ auaritiæ & petulantiæ famulari.

Qz angeli vota nostra Deo perferant, eius ad nos gratiam referentes.

8. O AScendit fumus aromatum in conspectu dn̄i de manu angeli. Ministrant angeli: sed de alieno: offerētes deo opera nr̄a bona, nobis ei⁹ gratiā referētes. Vn̄ merito p̄misit scriptura data fuisse angelo icēsa multa. Et addidit. Ascēdit fumus aromatū. Nostros

eñ sudores nõ suos, nřas non suas lachrymas offerũt deo. Nobis quoq; ei⁹ mũera referũt nõ sua. Nõ sic minister ille sublimior cũctis, & humilior vniuersis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis: qui patri offerẽs animam suam nobis ministrat vsq; hodie carnẽ suã. Hui⁹ ita ꝙ tanti ministri gratia nihil mirũ si dignanter nobis immo & libẽter angeli sancti ministrent. Ipsi eñ amant nos: quia nos Christus amauit. Dicitur certe vulgari quodã prouerbio. Qui me amat, amat & canem meũ. Nos vero o beati angeli catelli sumus domini illius quẽ tanto affectu diligitis. Catelli inquã cupientes saturari de micis quę cadunt de mensa dominorũ, qui estis vos.

Q; beatam virginem: amicta sole & stellis coronata mulier designauit.

Ignũ magnũ apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedib⁹ ei⁹ & in capite eius corona stellarũ duodecim. Vehementer nobis vir vnus & mulier vna nocuere, sed gratias deo per vnum nihilominus virum & mulierẽ vnam omnia restaurant: nec sine magno fœnore gratiarũ. Nec eñ sicut delictum, ita & donum: sed excedit damni æstimationem beneficii magnitudo. Sic nimirum prudentissimus artifex quod quassatũ fuerat non confregit, sed vtilius omnino refecit: vt videlicet nouum nobis Adam formaret ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam. Et quidem sufficere poterat Christus. Siquidẽ & nunc omnis sufficientia nostra ex eo est. Sed nobis bonum non erat esse hominem solũ. Cõgruum magis vt adesset nostrę reparationi sexus vterq;: quorum corruptioni neuter defuisset. Fidelis plane & prępotens mediator dei & hominum homo Iesus Christus: sed diuinã in eo verentur homines maiestatem. Deniq; quia deus noster ignis consumens est: quidni vereretur peccator accedere: ne queẽadmodum fluit cæra a facie ignis: sic pereat ipse a facie dei? Ita ꝙ iam ne ipsa mulier benedicta in mulieribus, videbitur ociosa? Opus eñ mediatore ad mediatorem istum. Nec alter nobis vtilior q̃ Maria. Quid eñ ad Mariam trepidet humana fragilitas? Nihil austerum, nil terribile, tota suauis est: omnibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentius euangelicæ historiæ seriem vniuersam: & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod deniq; signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis. Q; si (vt vere sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quę ad eam pertinent, inueneris: age gratias ei qui talem tibi mediatricẽ benignissima miseratione præuidit, in qua nihil possit esse suspectum. Deniq; omnibus omnia facta est: sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricẽ se fecit. Omnibus misericordiæ sinum aperuit, vt de plenitudine illius accipiant vniuersi: Captiuus redemptionem: æger curationẽ: tristis consolationem: peccator veniam: iustus gratiã: angeli lætitiã: tota trinitas gloriam: Filii persona carnis substantiam, vt non sit q se abscõdat a calore ei⁹. Putasne ipa est sole amicta mulier? Esto siquidem vt de pręsenti ecclesia intelligendum propheticę visionis series ipa demonstret sed id plane nõ inconuenienter Marię videbitẽ attribuendum. Nimirũ ipsa est quæ velut alterum solẽ inducit sibi. Queẽadmodũ eñ ille oritẽ indifferẽter super bonos & malos: Sic ipsa quoq; præterita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem: omnibus clementissimam prębet: omniũ necessitates amplissimo quodã miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea & qcqd fragilitatis seu corruptionis est, excellentissima quadã sublimitate pręceteris omnibus excedit & supergreditur creaturis: vt merito sub pedibus eius luna esse dicatur. Alioqn nihil magnũ dixisse videbimur, vt sit luna ista sub pedibus eius, quã sup oẽs angelorũ choros super Cherubim & Seraphim exaltatam nefas est dubitare. ¶Solet autẽ luna non modo defectum corruptionis, sed etiam stultitiam mẽtis, nonnunq̃ vero ecclesiam p̄sentis temporis designare. Illam quidẽ propter mutabilitatem: hãc propter susceptũ aliunde splendorẽ. Vtraq; vero (vt ita dixerim) luna sub pedibus Marię cõgrue satis intelligi potest: alio tamen atq; alio modo. Siquidẽ stultus vt luna mutatur: Sapiẽs permanet vt sol. In sole feruor & splendor stabilis: in luna solus splendor, atq; omnino is mutabilis & incertus. Iure ergo Maria sole amicta phibetur, quæ profundissimã diuinæ sapientiæ vltra q̃ credi valeat penetrauit abyssũ, vt q̃tũ creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immensa. Candidissimus sane, sed calidissimus huius mulieris amictus. Insipientia vero omnis longe sub pedibus eius. Vt penit⁹ hæc longe sit a collegio virginum fatuarum. Iã si ecclesia lunę magis videtur intelligenda vocabulo, ꝙ videlicet non ex se splendeat, sed ab eo qui dicit, Sine me nihil potestis facere: habes mediatricem quã tibi paulo superius commendauimus euidenter expressam.

Quæ sit corona qua virgo virginum coronatur.

¶Sequit. In capite ei⁹ corona stellarũ duodeci. Q Dignũ plane stellis coronari caput, qd & ipsis

lōge clarius micans, ornet eas poti⁹ q̄ ornet ab eis. Quid ni coronēt sidera quā sol vestit? Sicut dies verni circūdabāt eā flores rosarū, & lilia cōuallīū. Quis illas æstimet gemmas? quis stellas numeret, qb⁹ Mariæ regiū diadema cōpactū ē? Supra hoīem est coronæ huius rōnē exponere: indicare cōpositionē. Nos tñ modulo nostræ exiguitatis abstinentes a periculoso scrutinio secretorum, non incongrue forsitan. xii. stellas istas. xii. prærogatiuas gratiarum intelligimus quibus Maria singulariter adornatur. Siquidē inuenire est in Maria p̄rogatiuas cœli, Prærogatiuas carnis, Prerogatiuas cordis. Et si fuerit ternarius iste p quaternariū multiplicat⁹, habebimus forte stellas. xii. qbus reginæ nostræ diadema p̄fulgeat vniuersis. Mihi sane rutilat fulgor primo quidem in Mariæ generatione: secūdo in angelica salutatione: tertio in spiritus sancti superuētione: Quarto ī filii dei inenarrabili cōceptione. Sed & in his quoq̧ siderum radiat decus: q virginitatis primiceria, q sine corruptione fœcunda, q sine grauamine grauida, q sine dolore puerpera. Nihilominus etiam spirituali quodam splendore in Maria coruscant, mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitatis credulitas, martyrium cordis. Quid ergo sidereum fulget in generatione Mariæ? Plane q ex regibus orta: q ex semine Abrahæ, q generosa ex stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde q generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis, diuinitus noscitur esse cōcessa, q lōge ante easdem patribus cœlitus repromissa, q mysticis præfigurata miraculis, q oraculis præmunita propheticis. Merito signū hoc magnum in cœlo apparuisse scribitur, qđ tanto ante de cœlo noscitur fuisse promissum. Iam in eo q tam reuerenter atq̧ officiosissime ab angelo salutata est: vt iam in regali solio supra omnes cœlestium ordines legionum exaltata videretur: & paulominus adoraturus fœminam quę solebat ab hoībus hactenus æquanimiter adorari: excellentissimum virginis nostræ meritum & singularis gratia commendatur. Fulget etiā nouus ille cōceptionis modus vt superueniente spiritu sola de sola sanctificatione Maria conciperet. Nam q verum Deum & Dei filium genuit, vt idem ipse Dei atq̧ hominis vnus omnino Deus & homo prodiret ex Maria: Abyssus luminis. Nec facile dixerim q vel angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non caliget. De cætero sane virginitatem carnis & propositum virginitatis, ipsius quoq̧ p̄positi nouitas euidēter illustrat: q videlicet in libertate spūs legis Mosaicæ decreta trāscēdēs illibatā deo corporis simul & spiritus sanctimoniā vouit. Probat ei p̄positi inuiolabile fundamētū: q tā cōstanter p̄mitteti filiū angelo respōdet. Quomodo fiet istud &c. Forte em̄ primo turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio: q benedictam sese audisset in mulieribus, quę benedici in virginibus semper optabat; Et hæc benedictio iam videbatur esse suspecta. Vbi vero in promissione filii manifestum virginitatis periculum videbatur: non potuit vltra dissimulare quin diceret, Quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco. Merito proinde illā meruit benedictionem, & hanc nō amisit: vt longe gloriosior fiat & virginitas ex fœcunditate, & ex virginitate fœcunditas: ac mutuis sese illustrare radiis hęc duo sidera videātur. Magnum enim est virginem esse: sed virginem mattem longe amplius. Iure etiā illud molestissimum tedium quo reliquæ omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur sola non sensit, quæ sola sine libidinosa voluptate concepit. Vnde & in ipso suæ cōceptionis initio quando cæteræ mulieres potissimū miserabilius affliguntur, Maria tota alacritate montana conscendit. Sic & in partu q̄ lucidum est, q noua exultatione nouam edidit prolem, sola inter mulieres a communi maledicto & dolore parientium aliena. Si rerum precia ex raritate pensamus: nihil his potest rarius inueniri. Siquidem in omnibus istis, Nec primam similem visa est nec habere sequentem. Cæterū quæ restant adhuc imitationem requirūt. Nā precedentia non communicat nobis, sed secretum suum recipit sibi. Itaq̧ nihil horum exigitur a nobis. Sed nunquid si defuerit nobis etiā mansuetudo pudoris, si humilitas cordis, si magnanimitas fidei, si compassio mentis, negligentiam nostram singularitas excusabit? Gratissima sane gemma in diademate, micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. Pudibunda fuit Maria: ex euangelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax, vbi præsumptuosa fuisse videtur? Foris stabat loqui quęrēs cū filio, nec materna auctoritate aut sermonē interrupit, aut habitationem irrupit in qua filius loquebatur. ¶In omni textu quatuor euangeliorum (si bene memini) nō nisi quater Maria loquens auditur. Primo ad angelum, sed cū semel atq̧ iterū iā allocutus eam fuisset. Secundo ad Elisabeth, quando vox salutationis eius Ioannem exultare fecit in vtero. Tertio ad filiū cum esset annorum. xii. Quarto in nuptiis ad filium & ministros. Et is quidem sermo certissimus index ingenitæ māsuetudinis & virginalis verecundiæ fuit. Aliorum quippe verecūdiam suam reputans, sustinere non potuit, nec

vini dissimulare defectum. Deniq; legis in acti-bus apostolorum, ꝙ redeuntes a monte Oliueti vnanimiter perseuerabant in oratione. Si forte Maria affuit, nominetur prima: quæ supra omnes est tam filii prærogatiua q̃ priuilegio sanctitatis. Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes, & cæteri qui sequuntur, hi omnes perseuerabant vnanimiter in oratione cum mulierib⁹ & Maria matre Iesu. Ita ne & mulierū sese vltimam exhibet vt nouissima omnium poneret? Merito facta est nouissima prima: quæ cum prima esset, omniū sese nouissimam faciebat. Merito super angelos est exaltata: q̃ & infra viduas & pœnitentes, infra eam de qua eiecta fuerant septem dæmonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Et quidem manifesta satis in virgine ex hac ipsa mansuetudine virtus humilitatis elucet. Veruntamen licet in sua æstimatione tam humilis esset, nihilominus tamen in promissionis credulitate magnanimis fuit: vt quę nihil aliud q̃ exiguam sese reputabat ancillam: ad incomprehensibile hoc mysterium nullatenus tamen se dubitaret electam, & veram Dei atq; hominis genitricem crederet mox futurā. Agit hoc nimirum in cordibus electorum gratiæ prærogatiua diuinæ, vt eos nec humilitas pusillanimes faciat, nec magnanimitas arrogantes. Martyrium sane virginis quod inter stellas diadematis eius. xii. nominauimus: tā in Simeonis prophetia, q̃ in ipsa dominicæ passionis historia commendatur. Tuam ipsius animam pertransibit (inquit) gladius. Vere tuam animam pertransiit vis doloris virgo beata: vt plusq̃ martyrem non immerito prædicemus: in qua corporeæ sensum passionis, excesserit cōpassionis affectus. An non tibi plusq̃ gladius fuit sermo ille, reuera pertransiens animam, & pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, Mulier ecce filius tuus? O commutationem. Ioannes tibi pro Iesu traditur, seruus pro domino, discipulus pro magistro, filius Zebedei pro filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo nō tuam affectuosissimam animam pertrāsiit hæc auditio? quādo & nostra licet saxea licet ferrea pectora, sola recordatio scindit.

Hugo de Sancto Victore.

Q mors Christi prius profuerit q̃ fuerit.

13. S Agnus qui occisus est ab initio seculi. Agnus occisus est ab initio seculi. i. iis qui fuerūt ab initio seculi. Hoc est, ad redemptionem, ad salutem, ad recōciliationem eorum qui fuerunt ab initio. Vt per hoc ꝙ dicitur ab initio, determinetur tempus non occisionis: sed salutis. Etiam inconueniens nullum erit, si semel & ab initio occisus esse dicatur. Prius enim mors eius profuit q̃ fuit.

Bernardus.

Q sequi agnum sit eius iudicium in omnibus venerari.

Si sequuntur agnum quocunq; ierit. 14. T Vere necesse est animas dilatari, quibus ipse vndiq; sequendus est agnus. Quo enim vadit? Attingit profecto a fine vsq; ad finem fortiter, disponens oīa suauiter. Vis adhuc nosse quo eat agnus? Et quo necesse habeāt beatę animę sequi eum? In omnibus requiē quæsiui. Hæc est plane requies domini, non intercisa, non circa aliqd certum restricta: quoniā in omnibus gaudet, in omnibus delectatur, in omnibus requiem quærit & inuenit. Nam & bona ei placēt in seipsis: & delectatur nihilominus bona ordinatione malorum. Diligit misericordiam & iudicium: nec modo in bonorū gloria sibi complacet: sed in ipsis quoq;, vtpote iustis, suppliciis. Putasne poterit humana anima in hoc gaudium domini sui & in hanc eius requiem intrare: vt & ipsa quoq; in omnibus delectetur: nec aliqua iam priuata affectione cōtrahatur in rugam: sed transeat in affectū quēdam generalem atq; diuinum? Poterit sine dubio, si fidelis inueniatur super pauca q̃ accepit militiæ suæ tēpore. i. super artus super sensus quos suscepit regendos: vt his probetur q̃ fidelis sit domino suo.

Gillebertus.

Q contemplationis ocium opus habeat non laborem.

¶ Beati mortui qui in domino moriuntur. A V modo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Spiritus hoc dicit, collatę vtiq; quietis exhibitione ex effectu gratiæ quomodo & ipse testimonium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit, quia spiritus hoc efficit. Amodo iam dicit spirit⁹ vt requiescāt a laboribus suis. A laboribus inquit non ab operibus. Opera enim illorum sequuntur illos. Opera sequunt spiritum, sicut calor ignem, vmbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu, non opus habet sectari opera. Opera enim sequuntur illum. Opera illorum. Quæ sunt opera illorum? Quę sunt opera quiescentiū? Opera mortuorum in Christo, consepultorum cum Christo, opera sabbatizantium. Festiua sunt, feriata sunt. Ocium valent opera ista. Festina ingredi in hanc requiem: in hunc sabbatismum. Sed vide ꝙ nō relinquitur sabbatismus nisi cō sepultis cum Christo. Nō relinquitur nisi post sextam diem. In qua aut vetus homo crucifigi

gitur, aut nouus perficitur. In hoc igitur sabbato, in hoc ocio sapientiã scribe, ne forte sabbata tua derideãt hostes. Scribe illã sup latitudinẽ cordis tui. Latũ em̃ ẽ cor qđ curę nõ arctãt.

Hugo de Sancto Victore.

Q; ad exemplar libri vitæ, libros conscientiæ vel scribere vel corrigere debeamus.

20. X Libri aperti sunt &c. Libri sunt corda hominum, liber vitæ est sapientia dei. Libri aperiuntur quãdo fiunt secreta cordiũ manifesta, liber vitæ aperietur quando vnicuiq; luce interiori manifeste patescet om̃e qđ faciendũ est. Et mortui ex his qui in libris sunt, non qui in libro iudicantur: quia peccatores ex suis operibus iudicabuntur. Libri nostri ad librum Dei scripti sunt, quia corda nostra ad similitudinem sapientiæ Dei condita sunt. Sicut dicitur. Signatum est super nos lumen vultus tui dñe. Adhuc scribi debẽt libri nostri secundum exemplar libri vitæ: sicut ait apostolus. Estote imitatores Christi sicut filii charissimi. Et si sic scripti non sunt, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaq; libros nostros cum hoc libro, vt si aliquid aliter habuerint corrigantur: Ne in illa vltima collatione, si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur.

Bernardus.

Q; Christus & sponsus sit in capite, & sponsa in corpore.

21. Y Idi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, a deo paratam tanq̃ sponsam, ornatã viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: & habitabit cum eis. Ad quid? Credo vt sibi acquirat sponsam ex hominibus. Mira res: Ad sponsam veniebat, & absq; spõsa nõ veniebat. Quærebat sponsam, & sponsa cũ ipso erat. An duæ erant? Absit. Vna est colũba mea. Sed sicut de diuersis ouium gregibus vnum facere voluit, vt sit vnũ ouile & vnus pastor: ita cum haberet sponsam sibi inhærentem a principio multitudinem angelorum, placuit ei & de hominibus cõuocare ecclesiam, atq; vnire illi q̃ de cœlo est: vt sit vna sponsa, & sponsus vnus. Ergo ex adiecta ista perfecta est illa, non duplicata. Porro vnã conformitas facit: nunc quidẽ in simili deuotione: postea vero etiã in pari gloria. Habes itaq; vtrunq; de cœlo: & sponsum. s. Iesum, & sponsam. s. Hierusalẽ. Et ille quidẽ (vt videtur) semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. At illã in quanã putamus forma seu specie, aut in quo habitu vidit descendentẽ ille qui vidit? an forte in frequentia angelorũ quos vidit descẽdentes & ascẽdentes super filiũ hominis? Sed melius dicimus q; sponsam tunc vidit: & agnoscẽs duos in carne vna. Dum enim sanct⁹ ille Emmanuel terris intulit magisteriũ disciplinæ cœlestis: dum supernæ illius Hierusalem (quæ est mater nostra) visibilis quædam imago & species decoris eius per ipsum nobis & in ipso expressa innotuit: quid nisi in sponso sponsam perspeximus, vnum eundẽq; dominũ gloriæ admirantes: & sponsum decoratum corona & spõsam ornatã monilibus suis? Ipse igit̃ q̃ descẽdit ipse est & qui ascẽdit: vt nemo ascendat in cœlum nisi qui descẽdit de cœlo. Vnus idẽq; dominus & sponsus in capite, & spõsa in corpore. Nec frustra ĩ terris visus est homo cœlestis: cum de terrenis cœlestes q̃plurimos fecerit sibi similes: vt sit qđ legit̃: Qualis cœlestis tales & cœlestes. Extũc & deinceps in terra viuitur more cœlestiũ: dum instar supernę illius beatæq; creaturæ, hæc quoq; q̃ a finibus terræ venit audire sapientiã Salomonis, cœlesti viro nihilominus casto inhæret amore, etsi necdum quõ illa iũcta per speciẽ, tamẽ sponsata per fidẽ.

FINIS.

Deo sint Gratiæ.

Habes itaq; lector studiose, allegoriarum & moraliũ sententiarum vtriusq; tam noui q̃ veteris instrumenti (excepto Psalterio, in quod seorsum paratur volumen) Collectanea, solerti indagine, & acri iudicio ex triginta claris & sanctitate & doctrina auctoribus decerpta: & industria ac impensis Iodoci Badii Ascensii in lucem edita. Cui cautum est speciali priuilegio & gratia ne quispiam alius triennio proximo imprimat &c.

Ad Idus Feb. M D. XX.

supputatione Romana.

Tropologiarum mysticarumqꝫ

enarrationum in utriusqꝫ divine legis testamentum libri
vigintiquatuor Venerabilis patris Petri Bertorij
Pictauiensis sacrarum literarum et Benedictine reli-
gionis Laudatissimi professoris Opus iuxta bibliorum
ordinem digestū et miscellanea expositione cōcinnatū
omnibus sacram scripturā vel intelligere vel interpre-
tari cupientibus imprimis cōmodum: nuperrimeqꝫ
Campestri censura ab erroribus repurgatum innumeris.

Epiſtola nuncupatoria huius operis.

FRATER LAMBERTVS CAMPESTER THEOLOGVS IOANNI COBERGO CIVI NORIMONTANO. S.D.

MAgnum eſt preſtantium viroꝝ grãm demeruiſſe: qm̃ id non aliter fieri poſſe ꝙ virtute credat. Huius muneris mi Coberge videris nõ imemor qui vt orbi chriſtiano bene cõſulas nec impenſas fugis nec operas: quo fit vt honoris virtutiſq; nomẽ per oẽm Germaniã futuris tranſmittis nepotibus. Facturꝰ ergo operepreciũ reor ſi (quãtum mee ſunt partes) honeſtis votis tuis aduero. Moralitatũ Petri Berthorij liber (ita eñ nuncupant) nuper in manus incidit meas: opus plane tum eruditũ tum venerandũ. Qd' cũ vidi per bybliopolas diſtrahi diuẽdiq; miro conatu, nũ tante frugis foret viſurus inieci ocellos: vidiq; opus oĩbus numeris laudabile. Ceterũ qd' nunc expetitur ſupræme correctionis vmbilicũ nõdũ ſortitũ. Tam & ſi eñ Adam petrus (vir alioqui apprime doctus) nauiam operi impenderit haud penitendam: videtur tñ magnus nonnunq̃ dormitaſſe Homerus eo ꝙ titulos ſuperliminares ſine librorum delectu affinxerit: & enarratiões hyſtoricas: allegoricas: anagogicas: vocabulo moralitatũ tranſegerit: quo quidẽ operis huius bona pars tũ honos tum profectus intercidit. Equidem qm̃ id primum habeo morem gerere Cobergoꝝ familie / idq; nõ ſegniter Siriaco meo Cobergie domus Anegotiis: curaui vt res quãto ſerius / tãto abſolutius ꝑdiret (& qd' dicitur) pulchellam nãciſceret coronidem. Nunc ergo tropologiarum librum mundis manibus prehendite tyrones euangelici: myſticum ſacre ſcripture ſenſum percũctemini: nec verborum ſimplicitati (que temporis vitio prouenit) autori abſterreamini. Porro ſi ſub iuſto iudice lis eſt (licet certẽt grãmatici) oratio eſt medio taliter trutinata examine: vt vltra citraq; nequeat cõſiſtere rectũ: Res imprimis eſt ardua / que ornari neget cõtenta doceri: vtq; ſemel dicamus reliquie ꝓſtant: licet vilibus inuoluant lyntheolis. Id eñ quatenus ipm Berthoriũ ſubinde proloquentem audite.

❡PROLOGVS TOTIVS LIBRI AVTORIS SVI EXPRIMENS INTENTVM.

CVM IAM PER OPACAM NATVRAE SyLVAM FLORES proprietatum lecturus percurrerim: & ipſius rerum naturæ maieſtate ſcrutata: poſt laborum & ſudoꝝ moleſtias: iam appropinquẽ ad litus: Reſtat poſt moralizatas ꝓprietates creaturaꝝ: figuras: necnõ ſuperadditas expoſitiões morales ænigmatũ poetarum: moralizare: & exponere figuras & parabolas ſcripturarum. Quia enim ſcriptum eſt ꝙ auditor ſapiens animaduertet parabolam & interpretationem: verba ſapientũ & ænigmata eoꝝ: occultaq; prouerbioꝝ exquiret & in abſconditis parabolarum conuerſabitur. Dignum mihi viſum eſt vnum tractatulum de moralizatiõe aliquaꝝ figuraꝝ Bibliæ huic operi meo inſerere: & paucas e multis eligere: & præter expoſitiões oẽs quæ poſitæ ſunt a doctoribus & a glo. aliquã moralẽ expoſitionẽ ad creatoris laudẽ & gloriam ordinare. Proteſtor igitur / ꝙ non intendo me intromittere vel curare de literali intellectu figuraꝝ hiſtoriaꝝ & ænigmatũ. Cũ reuera tenuitatẽ ingenii mei non deceat: ꝙ mittat ad tam ardua manũ ſuã: præſertim cũ ſancti doctores nihil intactum voluerũ dimittere: nec iuſtũ ſit ꝙ nitar ſolem facibus adiuuare. Solũ ergo aliquas figuras magis notabiles eligere intendo quas ſuperficialiter quãtum ad ſimpliciũ informationẽ vtiles iudicauero: ad mores applicare ꝓpono. Nec oĩa quæ pono hic / mihi attribuo: quinimmo multorum dicta me confiteor: & in multis paſſibus ipſoꝝ me verbis vel ſententiis vti humiliter recognoſco. Nunq̃ eñ mihi placuit alienã gloriam mihi attribuere: nec alioꝝ ingeniis derogare. Scio eñ ꝙ vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat: ſecũdũ Apoſtolum. Et ideo nõ ignoro ꝙ homini naturaliter diſplicet ſi alius eius labores & opera ſibi attribuat & aſcribat: & alieno pallio ſeſe tegat.

¶ Opus insigne tropologiarum siue mysticarum enarrationum sacre scripture: promptum industria reuerēdi patris petri Berthorij bñdictine religionis professoris: ꝛ bonarū literarum scientissimi.

¶ Libri Genesis primum Capitulum: textus: In principio creauit deus celum ꝛ terram. Autoris moralitatum Capitulum. I

Historia

Deus in mundi creatione ante oīa tanq̄ magis necessariam: primo dierum oīm lucem fecit: virtute cui9 tenebras effugauit. Tandem vero die secunda firmamentum in medio aquarum constituit: quo aquas superiores ab inferioribus diuisit. Aquas enim die tertia in locum vnū coercuit: ꝛ aridam apparere mādauit. Et aridam vocauit terrā: aquas autem q̄ congregatas: maria nominauit. Postea autem incepit terra herbā virentem: ꝛ ligna fructifera germinare: lignaq̄ ꝛ herbe ceperunt fructus ꝛ semina procreare. Deinde die quarto deus duo luminaria magna in firmamento posuit. Duoq̄ luminaria magna: scꝫ solem ꝛ lunā: vt alter diei: alter nocti preesset formauit. Quinta vero die in aquis creauit pisces: qui in aqua remanserunt: ꝛ volucres: qui sursum ad aera volauerunt. Sexta vero die deus in terra iumenta: reptilia ꝛ bestias: ꝛ tandē hoīem creauit: ipsumq̄ in paradiso locauit: ꝛ sic in sex diebus sua opera consummauit: ꝛ mundum ſm creaturarū distinctionē formauit. In septimo vero die legit quieuisse: ꝛ nihil preter illum diem ꝛ eius sanctificationē fecisse.

Allegoria pulchra. ¶ Recte videt: ꝙ sicut deus se habuit in istius mundi maioris creatiōe sic quotidie se habet in minoris mundi: scꝫ hominis creatione: et moralis hoīs compositione. Dico ergo ꝙ lux est fides: firmamentum est spes. Aque superiores sunt a deo immisse tribulationes: Aque vero inferiores: sunt a carne nascentes tentationes. Terra est corpus: herbe ꝛ arbores sunt bona opera: fructus et semina sunt virtutes ꝛ merita: luminaria significant discretionem. Sol eternorū sapientiam: luna: eternorum noticiam: Pisces qui semper sunt in aqua: significant deuotionem. Volucres vero celestium cōtemplationem. Iumēta: pauperum adiutorium ꝛ subuētionem. Reptilia aliorū dolorum cōpassionem. Bestie significant demonum ꝛ vitiorū consyderationē.

E Homo vero ad imaginem dei factus: designat moralis hoīs compositionē: ꝛ mentis moralem perfectionem. Paradisus vero denotat finalem beatificationem: ꝛ glorie consecutionem. Dico ergo ꝙ ad hoc ꝙ minor mundus. i. vir perfectus moraliter constituat: primo necessaria est lux fidei: vt scꝫ mentē illuminet: ꝛ (Ac.9.a.) veritatem ostendat: ꝛ errorem ꝛ tenebras dissipet ꝛ cōfundat. Vñ dicitur: Circūfulsit eum lux de celo. Secūdo debet in ipso fieri firmamentum. i. spes: que scꝫ firma ꝛ solida debet manere: ꝛ inter aquas superiores tribulationum: ꝛ inter aquas inferiores tentationū (Eccle. 34.c.) immobilis perdurare. Spes enim in deū vtrobiq̄ iuuat: quia sicut dicitur: Qui timet dn̄m: nihil trepidabit: qm̄ ipse est spes eius. Sequitur: Protector sapientie: firmamentum virtutis: regnū ardoris: vmbraculum meridianum. Tertio ibi debet apparere arida: idest: penitentie ariditas: ꝛ aquarum: id est deliciarū carnalium debet cohiberi fluxibilitas: q: pro certo aque inferiores: idest carnis delectationes maria vocantur: pro eo ꝙ ipsas multe amaritudines concomitantur: sicut patet in luxuriosis: qui pro carnis delectationibus habendis multas molestias patiuntur Unde dicit: Et multi hominū mortui sunt ex aquis: (Apo.8.d.) quia amare facte sunt. Arida vero terra: que naturaliter et solida dicit: pro eo ꝙ penitētie ariditas in mētis soliditatem mutatur: inquantū scꝫ vt cōmuniter ille qui per abstinentiā ꝛ penitentiam a carnis voluptatibus est aridus: fortis est ꝛ stabilis. Ps. Fundauit terram super stabilitatē suā. (Psal. 103 a. f) Quarto debet in isto mundo scꝫ homine: poni luminaria clare ꝛ lucentis discretiōis: q: scꝫ ibi debet esse sol. i. sapientia de spūalibus: luna. i. sciētia de tēporalibus: stelle. i. sciētie de naturalibus. Ad virum perfectū pertinet: ꝙ ipse sit illuminatus ꝛ instruct9 in spūalibus ꝛ tpalibus ꝛ naturalibus. Vñ dicitur: Sol ꝛ luna steterunt in habitaculo suo. (Aba.3.) Quinto dico ꝙ ibi debēt esse pisces: qui valde sunt vigiles. i. diligētia vite actiue: aues volantes: idest: sublimitas contemplatiue: quia pro certo iste debet esse diligēs ꝛ mobilis: quantū ad ministrationem virtuose actionis: altus vero volucris ꝛ sublimis: quantū ad volatū contemplationis. Psal. Volucres celi ꝛ pisces maris: qui perambulant semitas (Psal. 8.b.) maris. i. pambulare debent semitas conscientie amare ꝛ deuote. Sexto debēt esse iumenta: idest: adiutrix proximorū compassio: reptilia. i. vitiorū que in nobis repunt meditatio: bestie: idest: demonū crudelium timor ꝛ consyderatio: vt sic dicat hō illud Psal. Mee (Psal. 49.b.) sunt omnes fere syluarū: iumenta in montibus ꝛ boues: Talibus etiam creaturis spūalibus preambulis frequēter creat homo ad imaginem dei: homo dico interior: idest: interior ratio ꝛ moralis perfectio: christiq̄ imago: ꝛ imitatio: qui finaliter ponitur in paradiso: idest in ecclesie militantis statu ꝛ officio: ꝛ finaliter in paradisi celestis gaudio ꝛ solatio. Vñ dicit: Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis (Gen. 2.b.) a principio: in quo posuit hominē quē formauerat. (G) Et sic sequitur septima dies: idest mentis tranquillitas ꝛ quietatio: ꝛ etiam eterna requies ꝛ consolatio. Sex enim diebus: idest: sex pfectionis gradibus: oīa que ad minoris mūdi: idest: interioris hoīs constitutionē spectāt: possunt spūaliter fieri. Et sic dies septima: idest. quies mētis in hac vita: vel eterna tranquillitas in patria potest sequi. Vñ homini dicitur: Sex (Exodi 23.b.) diebus operaberis: septimo autē die cessabis. Et ibidem dicit: Sex annis seminabis terrā: septimo autem dimittas vt quiescat:

¶ Vel dicamus ꝙ mundus est ecclesia: in cuius scꝫ cōpositione cōcurrunt multa genera creaturarū. idest: personarū. Et primo quidē est (Allegoria.) ibi lux: idest: natura angelica: que habet hoīes illuminare: ꝛ errorum obscuritatē fugare. Sunt ibi aque inferiores ꝛ superiores: idest: sancti qui sunt in patria ꝛ iusti qui degunt in via. Est etiam ibi firmamētū inter vtrasq̄ aquas mediū. i. status prelatorū ꝛ ecclesiasticorum: qui scꝫ inter deum ꝛ populum medius currit: ꝛ inter superiora ꝛ inferiora firmus in fide ꝛ moribus persistit. Itē ibi sunt herbe virentes: idest: simplices populares: arbores fructificātes: idest: boni actiui ꝛ seculares: stelle lucentes: idest clerici atq̄ docto-

res: pisces natātes.i.viri deuoti. Aues volātes.i.viri
contēplatiui. Ibi est sol.i.christus: qui ꝑ charitatem
calefacit: luna: idest beata virgo: que noctē.i.peccato
res per pietatē humectat ⁊ rigat: terra seu arida: idest
viri sicci seu abstinentes: maria: idest: viri amari ⁊ pe=
M nitentes. Ibi sunt iumenta: idest illi qui ꝑ eleemosy
nas alios iuuāt. Reptilia.i.illi qui circa terrā repunt
scꝫ illi qui agriculture vacant: bestie ⁊ fere: idest nobi
les qui liberi ꝑ mūdi syluā ꝑambulāt: homo ad ima=
ginem dei factus.i.iusti qui ꝑfectionē christi ⁊ mores
in se ⁊ suis actibus representāt. Iste est ergo ille mun
Io.9.a dus de quo dicit dn̄s: Quādiu sum in mūdo: lux sum
Io.1.a. mundi. Et illud: Mundus per ipm̄ factus est. ¶ Uel
Aliter. dic ꝙ firmamentum est bonus prelatus: qui scꝫ debet
esse solidus ⁊ firmus inter aquas superiores: idest in=
ter deum: angelos ⁊ sanctos: ⁊ aquas inferiores: idest
fideles ⁊ subditos est mediator ⁊ medius: et duobus
magnis luminaribꝰ.i. duabus spiritualibus virtuti
bus: scꝫ sole indefectibili.i. iustitia: luna mutabili.i.
clementia: ⁊ stellis lucentibus: idest: prudentia debet
esse munitus. Iste ergo debet esse firmamentū per cō=
stantie firmitatem: medius inter deū ⁊ populū ꝑ ora=
tionis suffragium: ⁊ per prelationis autoritatē: me=
diator vero inter alios per concordiā ⁊ charitatē illu=
minatus: ⁊ stellatus per sapientiā ⁊ sagacitatē: per iu
stitiam ⁊ pietatē: necnō per multiplicitatē virtutum.
Gen.1.b Unde: Fiant luminaria in firmamēto celi. ¶ Uel dic:
Aliter. ꝙ aque superiores que sunt crystalline: solide ⁊ luci=
de: sunt viri iusti: qui super celos spe et contemplatio
ne morantur: ⁊ qui per sapientiam lucidi: ⁊ per cōstā=
Psal. tiam solidi dinoscuntur. Psal. Benedicite aque suꝑ
148.a. celos sunt dn̄o. Aque aūt inferiores que in vnum sunt
⁊ Dan. congregate: ⁊ maria ab amaritudine sunt dicte: ⁊ flu=
3.c. ctuose: ⁊ tumultuose: significant peccatores: qui scꝫ ꝑ
A malam amicitiā inuicē congregati: per inuidiā ama=
ricantur: per inconstātiam sunt fluctuosi: ⁊ per discor=
Esa.57. diā tumultuosi. Unde dicitur: Impij quasi mare fer=
d. uens: quod quiescere non valet. Firmamētū igitur.i.
bonus prelatus debet istos ab inuicē diuidere: ⁊ inter
eos dijudicare ⁊ distinguere: ⁊ ab inuicem eos separa
Matt. re. Unde: Diuidet agnos ab hedis: ⁊ ponet agnos a
25.c. dextris: hedos autem a sinistris. ¶ Uel dic ꝙ aque de
Aliter. quibus tam pisces ꝙ̄ volucres sunt creati: significāt
istam mortalem vitā: vel etiā istius seculi voluptatē:
que scilicet est principium ⁊ origo pisciū.i.malorum:
⁊ volucrū.i. bonoꝝ: sed ꝓ certo pisces.i.voluptuosi:
in istis aquis per complacentiā remanserunt: volu=
cres vero.i.contemplatiui ⁊ iusti: sursum ad bona spi
ritualia ⁊ eterna per affectum euolauerūt: ⁊ aquas vo
luptatis seculi in quibꝰ fuerant nati: reliquerūt. Ma
li enim non solent locum natiuitatis sue scilicet mun
dum dimittere: sed ibi gaudent more piscium enata=
Abac. re. Unde dicitur. Facies hominis sicut pisces maris.
1.d. Boni vero istum locū solēt fugere: ⁊ ad paradisi glo=
riam euolare. Unde canitur in hymno: Qui ex aquis
ortum genus partim remittis gurgiti: partim leuas
Aliter. in aera. ¶ Uel si vis: dic ꝙ illi qui sunt volucres.i.sciē
tifici ⁊ spirituales: libenter relinquunt patriam suā ⁊
Luc.4. natiuitatis sue locum: scientes illud: ꝙ nemo prophe
d. ta acceptus est in patria sua. Pisces aūt.i.voluptuo=
si: imbecilles ⁊ ignari: nesciunt patriam suam dimit=
B tere vel exire ⁊c. ¶ Uel dic ꝙ deus in principio fecit lu
Allego cem primordialem de qua dicit historia scholastica:
ria luc. ꝙ ipsius materia in solem cessit: itaqꝫ de ea sol postea
factus fuit. Ista igitur ꝙ̄uis sole eēt prior in tēpore:
fuit tamen minor in opere: quia licet nō erat ita clara
ista lux primaria que precessit: sicut sol postea qui suc=
cessit. Talis lux videtur esse beata virgo: que reuera
fuit purissima more lucis. Unde dicitur: Uidit deus Gen.1.
lucem ꝙ esset bona. De ista enim fuit factus sol iusti= a.
tie christus: quia ab ipsa fuit humanitꝰ incarnatus.
Illa ergo ꝙ̄uis in tempore ipso sole christo homine
fuit prior: in virtute tamen et efficacia fuit minor. Un
de ista potest dici: Fons paruus creuit in fluuium ma Hest.
gnum: ⁊ in lucem solemqꝫ conuersus est. ¶ Uel dic ꝙ 10.c.
ista lux que precessit solem: et ante solis creationē vi= Allego
ces ipsius exercebat: significat legem ante gratiam: ria ioā=
Ioannem ante christum: gratiam ante gloriam: ini= nis.
tium ante perfectionem: Ioannem ante saluatorem:
quia scilꝫ ista tanꝙ̄ minora et imperfectiora precesse=
runt: illa vero tanꝙ̄ maiora et magis vtilia successe=
runt. Unde Augustinus in homilia: Premittitur in=
quit Ioānes ante christum: paranymphus ante spō=
sum: seruus ante dominum ⁊c. Senarius numerus
in hoc videtur priuilegiatus: quia deus omnia ope=
ra constitutionis ⁊ creationis mundi: sex diebus cō=
pleuit. In hoc etiam ꝙ christus sexto die ⁊ sexta hora
diei mortuus fuit: et quia etiam homo sexto die fuit
creatus. Et quia dies iste septime diei que significat
requiem: fuit coniunctus: per istum numerū possum
intelligere laborem bone operationis. Unde dicitur. Exodi
Sex diebus operaberis: quia pro certo iste numerus: 23.b.
idest bonus labor bene numeratus ⁊ mensuratus no= C
bis in hoc commendatur: quia deus ipsum mundū
creando sacrauit: ⁊ ipsum recreando per sue passiōis
ministerium benedixit. Istum etiā dies septimus.i.
eterna requies immediate sequitur: quia scilicet post
honestum laborem iustum est ꝙ celi requies habea=
tur. Unde dicitur: Amodo iam dicit spiritus vt requie= Apoca.
scant a laboribꝰ suis. Sexta ergo die fuit creatus ho= 14.c.
mo: ad denotandum ꝙ ipse debet esse labori bonorū
operum deditus: quia dicitur: Sex dies sunt: in qui= Lu.13.c
bus operari oportet. Et Iob: Homo nascitur ad la= Iob.5.
borem. b.

¶ Capitulum secundum Textus: Igitur perfecti sunt celi et terra. Moralitatum Capitulum. II

Sicut dicitur in Genesi: Dominus a princi= Gen.2.b
pio paradisum voluptatis in orientali pla= Hysto=
ga plantauerat: ⁊ ibi posuit hominem quē ria.
formauerat. Erat autem paradisus ille ter=
restris locus amenissimus prope globum lunarem
positus: ⁊ in secreta mundi parte locatus diuersis ar=
boribus consitus: fontibus ⁊ fluminibus irrigatus.
Ibi enim est fons qui ascendebat de terra: irrigans
superficiem paradisi: qui tandem in quatuor flumina
diuiditur: que ad diuersas mundi partes mittuntur.
Ibi erat lignum vite: de cuius esu vita poterat con=
tinuari. Ibi etiam erat lignum scientie boni et mali:
per cuius esum intellectus poterat illuminari: ⁊ mēs
scientijs informari. Homo igitur formatus ibi poni=
tur: ⁊ vt videtur: paradisum operetur et seruet: et ibi
dominus deputetur. ¶ Paradisus potest significare Allego
virginem gloriosam: que proculdubio in oriente lu= ria vir=
cis gratie fuit sita: sursum ad celestia per affectum et ginis.
contemplationem erecta: a mundo per contemptum
diuisa: in se solitaria ⁊ secreta: aquis gratiarum irri=
gata: ⁊ virtutum arboribus fecundata. In ipsa enim
⁊ in eius medio fuit lignum vite.i. charitas: lignum
sciētie

scientie.i.veritas: fons cuncta irrigans: idest pietas: quadruplex fluuius.i.sue pietatis quadruplex ꝓprietas. Fons enim misericordie virginis benedicte in quatuor partes est diuisus/⁊ in quatuor flumina dispertitus: quia scilicet vnus de suis fluuijs vadit ad angelos ⁊ ad sanctos/vt letificentur: alius ad miseros/vt in tribulationibus consolentur: alius ad iustos/vt in bono fortificentur: alius ad peccatores/vt a criminibus releuētur. Bernardus eniꝫ dicit: ꝙ ista omnibus omnia facta est: et ꝙ in ipsa inuenit angelus letitiam/iustus gratiam/miser consolationem/peccator veniam. Unde legitur: Flumina eius manabant in circumitu eius. In isto ergo horto deliciaruꝫ posuit deus pater hominem: quem formauerat.i.christum: ⁊ ipsius fecit ipsum principalem custodem ⁊ dominum: quod scilicet factum est/cum verbum extitit incarnatum. Psalmista: Homo natus est in ea: ⁊ ipse fundauit eam altissimus. ¶ Uel dic ꝙ paradisus est ecclesia sancta ⁊ alta: et super sectas alias eleuata: et in oriente fidei constituta: vbi scilicet est fons sapiē‍tie/verbum dei scilicet christus: qui per quatuor flumina.i. quatuor euangelia aquam sue gratie nobis fundit: vbi lignum vite.i.crux que viuificat peccatores: vbi lignum scientie.i.fides/que sciētificat ignorātes. Ibi igitur ponitur homo.i. q̈libet fidelis/vt nutriatur ⁊ viuat: quia alibi non est salus. Uel etiam ibi debet poni ⁊ prefici in prelatum ⁊ dominum homo.i. persona rationabilis ⁊ iusta: vt eum operetur ⁊ exerceat/vt eum seruet ⁊ custodiat. Homo enim debet eē/⁊ nō fera: idest rationalis ⁊ humanus: cui paradisus committitur/cui custodia ⁊ regnum ecclesie commēdatur. ¶ Uel dic ꝙ paradisus est conscientia viri iusti alta/secreta/illuminata/irrigata: ibi est fons/scilꝫ gratie: ⁊ quatuor flumina.i. quatuor virtutes cardinales: lignum vite.i. memoria crucis: etiam lignum scientie.i.virtutis fidei ⁊ discretionis: atqꝫ sic homo.i. christus/istum paradisum per gratiam libēter intrabit: ipsumqꝫ custodiet ⁊ seruabit. Psal. Dominus custodit te/dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. ¶ Quatuor flumina fuerunt in paradiso terrestri: que per diuersas orbis partes se vndiqꝫ diffundebant. Primum enim flumen erat Phison/qui circūit terram euilath: vbi est aurum optimum/bdellium ⁊ onychinus. Secundum est Gion/qui circūit Ethiopiam. Tertium flumen est tigris: quod vadit contra assyrios. Quartum autem est Eufrates. Ista quatuor flumina possunt significare quatuor virtutes/que in paradiso cordis nostri esse debēt. Phison enim qui interpretatur oris mutatio/significat confessionem: que scilicet terrā euilath/qui interpretatur dolens: idest contritionem debet circūire: vbi scilicet aurum.i.sapientia: bdellium stringens.i.abstinētia: onychinus/qui oculos facit tremulos: idest timor ⁊ tristitia debet esse. Gion/qui interpretatur luctatio.i. consyderatio: que scilicet contra spirituales hostes debet luctari: que debet ethiopiam.i. vitiorum ⁊ inferni caliginem circūire. Tigris qui interpretatur velocitas/est diligentia que debet opera bona velociter exercere. Eufrates qui interpretatur frugifer/est eleemosyna: que fruge sua debet pauperes enutrire. Ista enim quatuor flumina.i. iste quatuor virtutes debēt a fonte penitentie deriuari: vt inde possit paradisus conscientie irrigari. Unde dicitur: Ex corde quatuor oriuntur.

[Margin: Quatuor flumina. — Ezech. 31.a. — Psal. 86.a. — Aliter. — E — Aliter. — Psal. 120. — Tropologia. — f — Eccli. 37.c.]

¶ Capitulum secundum Textus: Sed et serpens erat callidior. Moralitatum Capitulum. III

Homo positus in paradiso/omnia ligna habuit in sua potestate: ⁊ ipsum lignum vite/quod erat in medio paradisi: excepto tamen ligno ⁊ fructu scientie boni ⁊ mali: et quod solum sibi deus interdixit. Uerūtamē sic factum est/ꝙ de nullo legitur comedisse nisi de illo quod fuerat sibi interdictum. ¶ Quod ad hoc potest applicari/ꝙ homo naturaliter nititur in vetitum. Auidus eniꝫ appetit homo illa que sibi sunt libera et concessa: licꝫ plus valeāt q̄ illa que fuerunt denegata: quinimmo res eoipso concupiscitur quo negatur. Sicut narratur de quodam qui cētenarius vixerat: nec vnq̄ ciuitatem suam exiuerat. Quod rex admirans/vocauit eum: ⁊ sibi interdixit exitum ciuitatis. Qui statim exire tentatus fuit: nec quieuit/quousqꝫ rex exeundi licētiam sibi dedit. Unde dicitur: Stulti ea que sibi sunt noxia cupiunt. Unde apostolus: Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omneꝫ concupiscentiam. ¶ Uel dic ꝙ lignum vite est diuina gratia: lignum scientie/est rerum notitia: que scilicet pro eo homini interdicitur: quia scilꝫ non est bonum ꝙ circa scientias animus plus debito occupetur: q̇nimmo necesse est ꝙ a nimio scientie appetitu/per debitam prudentiam refrenetur. Apostolus: Non plus sapere q̄ oportet sapere: ⁊ hoc/quia scientia inflat: charitas autem edificat: sicut dicitur alibi. Ueruntamen quidam sunt sicut Adam: qui plus diligunt scire q̄ viuere: et citius ad scientiam/q̄ vitam vel gratiā currunt: et potius appetunt fieri docti q̄ boni esse: sicut sunt illi qui querunt scientias curiosas ⁊ damnatas. Sicut etiam sunt illi qui pro scientia dimittunt horas vel similia: ⁊ propter hoc tales de paradiso/idest de statu salutis eijciuntur: ⁊ a ligno vite quam contempserunt/idest a vita eterna: gladio diuine sciētie/⁊ igne gehēne finaliter excluduntur. Apostolus: Nō plus sapere q̄ necesse est. ¶ Uel dic ꝙ lignum vite est sacra scriptura: lignum vero scientie/est mundi scientia ⁊ doctrina: hoc est verum ꝙ Adam et Eua qui erāt in paradiso ⁊ in statu ecclesie militantis: citius cucurrerunt ad lignum scientie mundane ⁊ lucratiue/q̄ ad lignum vite sacre scripture et gratie diuine: propter quod digni fuerunt abinde eijci/et bonis ecclesiasticis spoliari. Iuxta illud: Quia tu scientiam repulisti/expellam te ne sacerdotio fungaris mihi. ¶ Deus de vtero/idest de limo terre sine semine virili sexta die formauit Adam: quem quia nolebat esse solum/decreuit sibi dare simile adiutorium: et ideo ipsum in soporem misit: et de costa eius Euam formauit: quam vxorem et sociā sibi dedit. ¶ Terra ista inuiolata est virgo immaculata/de qua scilicet secundus Adam christus. sine virili semine: sexta die/idest sexta etate fuit factus. Unde illud Ezechielis. Illa terra inculta est quasi hortus voluptatis. Tandē vero sopor mortis in ipso immittitur: et Eua/idest sancta mater omnium fidelium ecclesia: de eius costa/idest de eius latere constituitur ⁊ formatur: que cum ipso per fidem socialiter desponsatur. Unde: Sponsabo te mihi in fide. ¶ Uel dic ꝙ in hoc ꝙ mulier facta est de viri latere/non de capite vel de pede: datur intelligi ꝙ vir debet vxorem suam tamq̄ sibi collateralem ⁊ sociam diligere: ⁊ eam

[Margin: Historia. — Moralitas. — G — Negata appetuntur magis. — Narratio. — Prou. 1.c — Ro. 7.b — Aliter. — Roma. 12.a. — 1.Cor. 8.a. — Ro. 12.a — Allegoria. — H — Ozee. 4.b. — Textus ca. 11.c. — Allegoria. — Eze. 35.a. — Ozee. 2.b. — Aliter.]

non sibi preficere/nec ei obedire: qꝛ de viri capite non
est facta: nec eam plus debito vilipēdere debet: quia
de pedibus non est creata: sed eam debet quasi sibi si-
milem honorare: ⁊ eam sociam reputare: quia de me-
dio/scilicet de latere est formata. Unde dicitur. Mu-
A lier quam dedisti mihi sociam/dedit ⁊c. ¶ Vel si vis
Ge.3.c. allega contra loquacitatem mulierum: ꝙ vir creatus
Aliter. est de terra/que est muta ⁊ non sonora. Mulier vero fa
Loq̄ci- cta est de osse: de re scȝ que est sonora ⁊ dura. Plenus
tas mu enim saccus terre sonat: plenus vero saccus ossibus tu-
lierum. multuat: ⁊ inde fit ꝙ mulieres q̄ de ossibus facte sunt
sunt loquaces. Viri vero de terra sunt formati sunt ta-
Textus citurni. ¶ Cum adam ⁊ eua essent in paradiso positi:
Ca.3.a. ⁊ ad producēdum prolem inuicem coniugati: serpēs
Histo- qui erat sapientior cūctis animantibus terre/accepit
ria. de fructu ligni vetiti. Et primo decepit mulierē: pro-
mittens ei si comederet/scientiam ⁊ aliqualiter deita
Ge.3.a. tem/dicens: Eritis inquit sicut dij/scientes bonum ⁊
malum. Mulier enim decepta comedit: ⁊ viro suo po-
mum comedendum tradidit: que etiam ad mulieris
vocem cōtra preceptum domini manducauit: ꝓpter
quod vterq; maledictionem incurrit: ⁊ de paradiso
eiectus fuit: ⁊ deus etiam ante paradisum angelum ⁊
ignem: idest murum igneum ⁊ gladiuȝ versatilem ad
Allego custodiendum ianuam collocauit. ¶ Allegorice per
ria. adam principem vel prelatum magnum intelligo: ꝑ
Euam vxorem eius aliquem consiliarium ⁊ collatera
lem ipsius assumo: serpēs autem inferiores balliuos
denotat: pomum vero vetitum substantiam designat.
Dico ergo ꝙ adam est quādoq; in paradiso: idest pn
ceps vel prelatus in suo deliciarū palatio/vel sue au-
toritatis fastigio: vbi pro certo semper vt cōmuniter
habet Euam coniugem: idest aliquem magnum con
B siliarium: idest collateralem: sibi igitur ⁊ collaterali
suo a deo omnis rapina interdicitur: ⁊ ne comedant
poma ligni scientie: idest ne deuorent vel rapiant bo
na subditorum: ⁊ maxime clericorum/religiosorum/
⁊ scientificorum virorum/eisdem denegatur. Unde
Ezech. dicitur: Sufficiat vobis principes israel: iniquitateȝ
45.c. ⁊ rapinas intermittite: iudicium ⁊ iustitiam facite.
Sed quid? pro certo serpentes venenosi: idest inferio-
res balliui: lignum scientie cum fructu suo pulchro:
⁊ ad vescendum suaui: idest diuites subditos cū suis
diuitijs primo Eue: idest illi principali cōsiliario ma
gistri sui deferūt ⁊ ad poma: idest ad bona eorum ra-
pienda eos inducunt: occasionesq; faciendi exactio-
nes ⁊ affligendi populum ipsis significant: ⁊ osten-
dunt illis dicentes ipsis illud quod ibidem sequitur:
Si comederitis/nequaq̄ moriemini: idest si rapue-
ritis bona talium/nequaq̄ peccabitis: quia scilicet
in hoc ⁊ in hoc deliquerunt: quia etiam bona subdi-
torum in necessitate sunt vestra ⁊c. Huiusmodi vero
inquiunt si sic feceritis/eritis sicut dij: idest apparebi
tis aliorum domini ⁊ magistri. His ergo ablatis et
delatis/Eua idest malus consiliarius: Ade viro suo
idest principi vel prelato/illud ipsum loquitur: et sic
de comedendo pomo vetito: idest de exigendo a sub-
ditis indebita subsidia/de imponendo falso crimine
inter eos conseritur. Quapropter ⁊ serpens deferens/
⁊ Eua consulens/⁊ Adā consentiens/⁊ autoritatem
C prestans: idest balliui ⁊ consiliarij ⁊ magistri a deo
Apoca. maledicuntur: erumnis culpe ⁊ pene finaliter suppo-
21.b. nuntur: ⁊ a paradisi gaudijs excluduntur. Et si vis/
dilata etiam contra seculares officiales ⁊ principes:
qui consilia facere non cessant/quomodo bona cleri
corum (que tamen sunt eis vetita) comedant ⁊ con-
sumāt. ¶ Vel dic ꝙ Adam est ratio vel spiritus: Eua Aliter.
sibi coniuncta est caro/sensualitas siue corpus: po-
mum est temporalis delectatio: serpens vero est dia-
bolus ⁊ tentatio. Igitur dico ꝙ Adam et Eua: idest
spiritus ⁊ caro inuicem coniunguntur: vt prolem bo
norum operum Eua: idest caro pariat: cum caro seu
corpus sit principium operandi/inuicem desponsan-
tur. Sed pro certo serpens: idest diabolus: pomum
vetitum: idest malam delectationem: primo mulieri:
idest carni presentat: que viro suo: idest spiritui vt cō
sentiat statim portat. Sic ergo Adā (Eua mediante)
comedit: quando animus: carne instigāte: male de-
lectationi consentit: quapropter vterq; paradisum:
idest salutis ⁊ gratie statum perdit: ⁊ maledictionem
vterq; incurrit: quia ⁊ spiritus amaritudinem/caro
vero miseriā inde sentit. Ignis vero ⁊ gladius: idest
cancupiscentia ⁊ desperatio ipsis opponitur: propter
que ab ingressu paradisi: idest a reditu ad gratiaȝ ex-
cludūtur. Psalmista: In ignem deijcies eos: ⁊ in mi- Psal.
serijs non subsistent. Constat enim ꝙ Adam et Eua 139.c.
idest anima ⁊ caro: postq̄ serpenti diabolo consenti-
unt/⁊ pomum vetitum comedunt: idest opus prohi-
bitum faciunt: non solum paradisum: idest statum
salutis ⁊ gratie perdunt: immo miseriam mentis et D
corporis/concupiscentiam ⁊ iracundiam/tamq̄ ignē
⁊ gladium incurrunt: necnon difficultatem peniten-
di/⁊ ad paradisum gratie reuertendi sentiunt: ita ꝙ
laboribus ⁊ miserijs extra subsunt: idest incurrunt.
Unde: Abraam autem portabat in manibus suis Gene.
ignem ⁊ gladium. ¶ Postq̄ Adam ⁊ Eua peccaue- 22.b.
runt/aperti sunt oculi eorum: et cagnouerunt se nu- Ca.3.b.
dos: ⁊ ad vocem domini timuerunt: et se quia nudi Histo-
erant/absconderunt: ⁊ folijs ficus suas turpitudines ria.
absconderunt. Reprehensi autem a domino/veniam
non petierunt: sed se excusantes: Eua in serpentem/
Adam vero in Euam/⁊ etiam in deum culpas suas
retorserunt: propter que paradisi palatium perdide-
runt. ¶ Sic vero peccator videns se reprehensum/et Mora-
cunctis gratijs viduatum ⁊ nudatum: vocem ⁊ con- litas.
sortium bonorum metuit: quapropter quantum pōt
se excusare contendit: ⁊ sub diuersarum palliationuȝ
folijs se abscōdit: nec vero dum redarguitur/veniam
petit: sed peccatum suum in alium repercutit ⁊ refun
dit: quapropter veniam non meretur/immo paradisi
gloriam perdit iuste: quia proculdubio qui turpitu-
dines suas occultat ⁊ celat: ⁊ de peccatis suis veniaȝ
non petit/sed ea potius operit ⁊ excusat: iustum est
ꝙ paradisi gloriam amittat ⁊ perdat. Unde dicitur: Prou.
Qui abscondit scelera sua/non dirigetur a domino. 28.b.
Qui autem confessus fuerit ⁊ dimiserit ea/miserico- E
diam cōsequetur. ¶ Angelus qui custodiebat viam Histo-
ligni vite ⁊ ianuam paradisi: habebat gladiū igneuȝ ria.
⁊ versatilem/ad prohibendum ne Adam post pecca- Ca.3.e.
tum de ligno vite sumeret/⁊ ne aliquis peccator pa-
radisum intraret. ¶ Sic vero angelus: idest prelatus
cui committitur custodia paradisi terrestris: idest ec-
clesie militantis: summe debet cauere ne Adam post
peccatum: idest ne quicunq; peccator aut indignus in-
grediatur ibidem: ⁊ ne quocunq; modo sumat de li- Mora-
gno vite: idest de officijs vel beneficijs que sūt in pa- litas.
radiso ecclesie: ⁊ propter hoc talis angelus vel prela-
tus debet habere gladium seuere iustitie: que tamen
debet

debet esse ignea/idest charitatiua: ⁊ debet esse versati
lis. i. vertibilis et/discreta: vt scilicet possit idignos
ab ingressu ecclesie cohibere: ⁊ ipsis lignuz vite/idest
fructus ecclesie denegare. Gladius enim iustitiam si
gnificat/qua delinquentes punit ⁊ truncat. Ista ta=
men debet esse ignea per charitatem: versatilis vero
per mutationis diuersitatem. Prelatus enim quan=
do iustitiam vel seueritatem facit: vel quando aliquē
gladio percutit: semper hoc debet ex charitate facere
ipsumqꝫ gladium iustitie non semper equaliter infli=
gere: immo vertibiliter/nunc vno modo/nunc alio/
nunc interimendo/nunc remittendo: debet enim va=
riare/sic ꝙ gladius iustitie versatilis dicitur/quādo
2.Re.10 d. f. fm conditionem locorum/temporum/causarum et
personarum diuersimode variat. Unde dicitur: Ua=
rius est euentus belli: ⁊ nunc hunc/nunc illum con=
sumit gladius.

¶ Capitulum quartum Textus: Adam vero cognouit vxorem suam Euam: que concepit et peperit Cayn: dicens: Possedi hominem per deum. Moralitatum. Ca. IIII

Historia. Adam et Eua primo genuerunt Cayn/qui
fuit malus: postea Abel/qui fuit bonus.
Deus enim munera Cain contempsit: ad
Abel vero ⁊ ad eius munera respexit. Tan=
dem vero Cain inuidia motus/Abel occidit: propter
quod ipsum deus maledixit/⁊ signum scilicet tremo=
Mora. rem capitis in facie eius posuit. Ipse vero extunc va
gus ⁊ profugus factus fuit. ¶ Adam est pater no=
ster deus: Eua est synagoga/que fuit primaria eius
Exo.4. f. vxor. Cain primogenitus fuit populus iudeorum: de
quo dicitur: Primogenitus meus israel. Abel vero
Allegoria. innocens fuit christus. ¶ Dico allegorice: ꝙ Adam
idest deus: primo Euam/idest synagogam habuit in
Ozee.1. 1. vxorem: de qua dicitur: Accipe tibi vxorem fornica=
riam/⁊ fac filios fornicationum. Et primo in ista vxo
re sua pessimum Cain filium/idest durissimum po=
pulum iudaicum genuit: tandem vero fratrez ipsius
b Cain/scilicet Abel/idest christum innocentissimum
produxit: ad cuius scilicet opera/sacrificia ⁊ munera
respexit deus: ipsaqꝫ pro redemptione humani gene=
ris acceptauit. Cain vero/idest ipsius populi iudaici
Esa.1.d munera/idest sacrificia ⁊ opera/que neminem iustifi=
cabant/contēpsit. Unde Esaias: Non offeratis mihi
sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi.
Cain igitur/idest populus iudaicus/Abel fratri suo
idest Christo/eiusqꝫ sanctitati ⁊ miraculis inuidet:
Mat. 27. dum de Pilato scriptum est: Sciebat enim ꝙ per in=
uidiam tradidissent eum: ipsumqꝫ per crucem occi=
dit ⁊ mordet. Quapropter iste Cain/iudaicus popu=
lus vagus ⁊ profugus super terram ad litteram effi=
citur: ⁊ signum in eius facie ponitur/vt ab omnibus
cognoscatur. Iudei enim ad literam cognoscuntur
in facie: ⁊ propter peccatū mortis fratris sui Christi/
vagi ⁊ profugi sunt in orbe. Unde dicitur per prophe
tam: Abiecit eos dominus deus: quia non audierūt
Ozee.9. b. eum: ⁊ vagi erunt in nationibus. ¶ Uel si vis: dic ꝙ
Adam est spiritus/Eua caro. Isti ergo ante Abel pro
Aliter. ducunt Cain: quia scilicet prius faciunt mala opera
ꝙ bona: ⁊ magis naturale est mala facere ꝙ honesta.
Unde Seneca dicit: ꝙ virtutes magistro indigent:
sine magistro vitia discuntur. ¶ Uel dic generaliter Aliter
contra inuidos: qui scilicet quandoqꝫ vident alios Cōtra
magis acceptos inuident eis/⁊ dolent: vnde quantū inuidos.
ad vitam vel famam occidūt eos. ¶ Uel dic ꝙ Cain Aliter.
qui interpretatur possessio/est auarus: cuius caput b
est tremulum: quia scilicet auarus semper est in ti=
more. Iuxta illud Senece: Quantum accessimus ad Aliter.
successum/tantum accessimus ad metum. Tales etiā Job
sunt vagi super terram: quia nunꝙ sunt solidi/nec in 40.c.
aliquo statu fixi. ¶ Uel dic ꝙ Adam est deus: primo
genitus eius est lucifer: qui est principium viarum
dei. Iste ergo inuidens/secundum filium/idest ho=
minem occidit. Ipse vero nunc vagus ⁊ profugus ꝑ
hunc mundum discurrit.

¶ Capitulum sextum Textus: Cumqꝫ cepissent homines multiplicari super terram: et filias procreassent: vidētes filij dei filias. Moralitatum. Capitulum. V.

Genesis sexto dicitur/ꝙ videntes filij dei fi=
lias hominum ꝙ essent pulchre: acceperunt Historia.
vxores ex omnibus quas elegerant. Exinde
autem geniti sunt gigantes: qui in seculo
fuerunt viri famosi ⁊ potentes. ¶ Filij dei sunt viri
ecclesiastici: qui per spiritualem vocationem a deo
sunt in ecclesia generati. Isti tamen quandoqꝫ vident Moralitas.
filias hominum esse pulchras: ⁊ exinde accipiunt cō
cubinas: filij autem sui adulterini gigantes sunt/in=
quantum scilicet patres eorum de bonis ecclesie ali=
quotiens ditant eos: ita ꝙ in seculo magni fiunt.
¶ Uel dic ꝙ filij dei sunt quicūqꝫ fideles: filij homi= Aliter.
num sunt carnis delectationes: quas pro certo dum
in vxores accipiūt: gigantes/idest mala ⁊ monstruo
sa opera generant ⁊ producunt: quia pro certo omnis
filius/idest omne opus quod a carnis delectatione
prouenit: naturam giganteam/idest enormem ⁊ irra A
tionabilem sapit. ¶ Cum diluuium immineret su= Textus
per terram: precepit dominus Noe ꝙ faceret arcam Ca.6.c.
de lignis leuigatis: vt saluaretur vniuersuz semen in Historia.
ea. Facta est ergo cum mansiunculis ⁊ tristegis suis.
Et habuit trecentos cubitos in longitudine: quin=
quaginta cubitos i latitudine/⁊ triginta i altitudi=
ne. Linita fuit bitumine intrinsecus ⁊ extrinsecus:
ostium fuit inferius in latere: sursum vero fuit fene=
stra crystallina in summitate. Arca etiam deorsum
erat lata: sursum autem stricta/⁊ in cubito consum=
mata erat. De omni viuentium genere fructuum
atqꝫ seminum in arcam introducuntur. Ueruntamen
men deorsum animalia/sursum vero volatilia sta=
tuuntur: de istis etiam viuentibus posita sunt in
arcam de mundis septena/de immundis autem
bina: scilicet masculus et femina/tam de volucri=
bus/reptilibus ꝙ de iumentis. Esce autem con=
gregate sunt in arcam pro animalibus nutrien=
dis. Sicqꝫ factum est ꝙ animalia que in arca fu=
erunt/sunt saluata: cuncta alia in aquis diluuij
sunt delata. Tandem vero diluuium quod quadra=
ginta diebus incessanter durauerat/omnemqꝫ car=
nem consumpserat/cessare incepit. Arca autem su=
per montes armenie requieuit: sicut omnia ponun=
tur Gen.vij. cum explanatiōe: quam ponit magister Allegoria.
in historia scholastica. ¶ Dicamus igitur allegorice

ꝙ arca ista significat ecclesiam militantem: que scilicet de lignis leuigatis idest de personis bonis do-
B latis/et a superfluitatibus vitiorum absterſis consti-
tuitur: et in qua Noe cum filijs idest christus/vel aliquis bonus prelatus cum suis subditis dominatur et ab ipso prelato pro viribus ad saluationem efficitur fidelium et formatur: que proculdubio bitumine charitatis et gratie interius quantum ad affectionē/
Exo.25: et exterius quantum ad operationem inungitur ⁊ li-
d. nitur. Unde dicitur: Facies enim arcam de lignis sethim: interius et exterius deaurabis eam. Ista arca habet cenacula/mansiunculas et tristegam. idest diuersas statuum distinctiones: scilicet officia/ bene-
Joan. ficia / dignitates / conuentus / collegia / religiones
14.a. ⁊c. quia sicut dicitur in euangelio. In domo patris mei mansiones multe sunt. In istis tamen tristegis positi sunt ex omni genere animalium et volatilium idest ex omni genere personarum: quia scilicet ibi inueniuntur animalia munda et immunda idest boni et mali: scilicet volatilia viri contemplatiui. Iumenta idest viri actiui: reptilia idest peccatores et defectiui. Sed de istis istud est certum/ꝙ in tristegis idest in statibus ecclesie animalia reptilia debent esse deorsuz in statu subiectiōis: volatilia vero idest viri spirituales et contemplatiui/debet esse sursum in statu prelationis. quia reuera dignum est ꝙ in gradibus eccle-
Aliter. siasticis ille qui plus valet/sit superior: ille vero q̄ minus/sit inferior. ¶ Uel etiam animalia sunt actiui: q̄ occupantur deorsum circa terrena: volucres sunt con-
Pro.25 templatiui/qui occupantur circa celestia et suprema
d. vnde in Prouerbijs. Celuz sursum et terra deorsum.
C Item ista arca ecclesie habet ostium inferius per quod intratur/ hoc est fides: et fenestram superius/ p quam lux veritatis videtur: hec est visionis species. Hic enim inferius ambulamus per fidem: sursuz autem in patria ambulamus per speciem: quia scz nūc
1.Co.13 videmus per speculum et in enigmate: tunc autē fa-
d. cie ad faciem in claritate: sicut dicit apostolus. Item ista arca habebat longitudinem fidei: que habet tricentos cubitos propter trinitatem quam credit: altitudinem spei. que habet triginta cubitos propter fructum tricesimum/sexagesimum ⁊ centesimum. i. propter triplex celeste premium/quod expectat: latitudinem charitatis. que habet quinquaginta cubitos/
Ephe.3 propter spiritum sanctum qui datus est die quinqua-
d. gesima/qui eam inflammat. Apostolus. Possitis intelligere que sit lōgitudo/latitudo/sublimitas ⁊ profunditas. Item ista arca ecclesie inferius fuit lata/⁊ sursum stricta: ibi notatur ꝙ deorsum est lata in militante/inquantum multi sunt vocati: sursum stricta ī
Allego- triumphante/inquantū pauci sunt electi. ¶ Uel etiā
ria. dic/ꝙ ista deorsum est lata in militante / inquantum multi sunt subditi / multi actiui / multi imperfecti.
Esa.54. Sursum vero stricta/inquantum pauci sunt prelati
a. contemplatiui/pauci perfecti. Esaias. Multi filij deserte magis ꝙ̄ eius que habet virum. Breuiter arca ista ecclesie continet volucres contemplatiuos / animalia actiua: masculos perfectos feminas imperfectas: et mundos bonos/immundos malos. Cibum
D tamen bonorum temporalium et scripture et gratie habet pro omnibus nutriendis/et pro electis ⁊ repro-
Da.4. bis educandis. Unde dicitur. Esca vniuersorū in ea.
a. Ista est ergo que in cubito. i. in christo cousummat̄ ⁊ perficitur: ⁊ que in diluuio tribulationū ⁊ cōtemplationum per quadragenam vite presentis fluctuat et concutitur: vbi etiam quicūqꝫ in futuro per fidem et gratiaz inuentus fuerit/saluabitur: quicūqꝫ vero per pfidiaz vel peccatum extra manserit/ peribit et dānabitur: finaliter tamen super montibus situabitur et quietabitur/scilicet in iudicio: quando presens tribulationum diluuium auferetur. Psalmista. Fundamēta eius in montibus sanctis ⁊c. ¶ Uel dic ꝙ anima est arca/vel etiam vir perfectus: qui debet habere longitudinem fidei/ altum spei / latum charitatis ⁊c. sicut supra que bitumine diuine gratie debet esse linita: intus in conscientia/et exterius in apparentia: que de lignis leuigatis idest de bonis affectionibus debet constitui: inferius quantū ad alios debet per elesymonam esse lata: sursuz vero quantum ad se per abstinentiam debet stringi. Inferius debet habere ostiū hospitalitatis ad pauperes introducendos. Sursuz vero debet habere fenestram discretionis ad lucem veritatis speculandam. In hac ergo debent esse volucres. i. mūde cogitationes: animalia. i. viue operationes: semina/idest scientie et virtutes: ⁊ sic diluuium tribulationum et tentationum istam arcam non subuertet: sed finaliter in supernis montibus requiescit Allegatur vt supra. Psal. 86.a. Aliter.

¶ Capitulum octauum Textus: Recordatus autem dominus noe. Moralitatum. Capitulum. VI E

Cum diluuiū cessisset/ dimisit noe colūbā: q̄ cū sit mūda auis/⁊ nō inuenisset vbi requiesceret pes eius. nisi sup fetētia cadauera: q̄. s. tangere nō volebat. reuersa est ad noe iterū: q̄ apta fenestra ipsam itroduxit in arcā. Tādē emisit coruū q̄ inueniēs humani gnis cadauera/ad arcā redire noluit: sz cū cadaueribus foris māsit. ¶ Noe sigt deū patrē/q̄ reuera colūbā ⁊ coruū. i. bonos ⁊ malos p creationē emittit. Ipsosqꝫ ad huius mūdi diluuiū. i. ad fluctū tētationū vel tribulationū dirigit ⁊ trāsmittit: verūtn̄ qr mediāte isto tētationū vel tribulationū diluuio/q̄si totus mūdus plenus est cadaueribus. i. īmūditijs ⁊ carnalitatibus: iō colūba. i. psona simplex/ bona et colūbina. nō inueniēs in mūdo. i. in mūdanis negotijs ⁊ delicijs: vbi pes affectionis eius requiescere debeat iuxta illud Michee. Surgite et ite: qr nō habebitis hic requiē: Uoluntarie redit ad patrem suū deū/ scilz ad secreta consciētie per conpūctionē ad bona eterna per cōtēplationē/affectionē ⁊ orationē: refugiens deliciarum cadauera: negotiorūqꝫ ⁊ vitiorū diluuiū vilipēdēs: dicens illud Joannis: Exiui a patre/⁊ veni in mūdū: iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad prēm. Sz reuera coruus. i. homines coruini/carnales ⁊ immūdi: de reditu ad deū vel ad conscientie secretū non curāt: immo exterius in cadaueribus. i. in mūdi īmūditijs ⁊ carnalitatibus se delectant: quapropter in arcaz salutis ⁊ paradisi vñ exiuerāt/nūq̄ intrāt ⁊ ad noe. i. ad deuz q̄ ipsos p creationē emiserat/ redire p penitētiā refutāt: dicentes illud Hiere. Indurauerūt faciē suā sup petram: noluerunt reuerti. Isti igitur arcaz paradisi seu statum salutis intrare refutāt: ⁊ in suis delectationibus ⁊ vitijs extrauagantur. Psalmista. Quibus iuraui ī ira mea: si ītroibūt in requiē meā. Ista potissime apparēt de religiosis/q̄ de arca. i. de claustri emittūtur ad tpalia ministrāda. Carnales vero ⁊ coruini: q̄ scilz

Historia. Anagoge pulchra. Mich. 2.c. Joā. 16 f. f Hiere. 5.a. Psal. 94.b.

qui scilicet more corui semper procrastinant peniten-
tiam/dicentes: Cras/cras ex toto manēt in mūdo: bo
ni vero in mundi negotijs aut delicijs requiē aut de-
lectationem non inueniūt: quandoqꝫ redeunt ad de-
uotionem ⁊ ad claustrū/qui secū deferunt ramū oliue
.i. misericordie bonum opus. ¶ Uel dic de apostatis:
Aliter quoꝝ quidam ex toto remanent circa cadauera .i. cir-
ca immundiciam luxurie. Alij vero redeunt ad noe .i.
ad prelatum in arcam .i. in ecclesiam vel in claustrū.
Tales igitur ramū oliue (qui misericordiam signifi-
cat) secum portare dicuntur: ꝓ eo ꝙ isti qui ad penitē
tiam redeūt/misericordiā ⁊ pacem merētur. Unde di-
Luce citur: Surgam ⁊ ibo ad patrem meū/⁊ dicam: Pater
15.d. peccaui in celum ⁊ coram te. Et ideo dicitur ꝙ noe ex
tensa manu apprehendit columbā: pro eo ꝙ prelatus
debet tales misericorditer recipere/⁊ ipsis concedere
veniam ⁊ tutelam: dicens illud Hieremie: Reuertere/
Hiere. ⁊ ego suscipiā te. Et illud Canticoꝝ: Ueni electa mea
3.a. ⁊c. ¶ Columba fuit emissa ante ad videndum/si ces-
Cant. sassent aque diluuij super terram. Que vespere redijt
1.d. ad noe/ferens ramum viridis oliue in ore suo ⁊ dilu-
ca.8.b. uium cessasse signans: ⁊ pacem redditā humano ge-
Mora- neri designans. ¶ Si vero dudum cum iam diluuiū
litas. peccati ⁊ damnationis genus consumpsisset huma-
num: missus est a Noe .i. a deo patre de ipsa arca para
disi columba .i. christus benignissimus atqꝫ mitis: q̇
scilicet in hoc mundo ramum oliue virētis .i. portio-
nem nostre humanitatis assumpsit: quam tandem in
ascensione in arcam paradisi ad noe .i. deum patrem
detulit: ⁊ eius virtute cessasse ⁊ consummatum fuisse
Tobie vitiorum diluuium intimauit/dicens illud Tobie:
12.d. Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me. ¶ Uo-
ca.9.b. lens deus inire pactum cum genere humano: ꝙ dece
tero non esset futurum diluuium: nec per diluuiū cō-
sumenda omnis caro: promisit arcum suum ponere
in nubibus: vt esset signum federis prelibati. Arcum
inquit meum ponam in nubibus: ⁊ erit signum fede-
Allego. ris inter me ⁊ inter terram. ¶ Sic deus volēs huma-
Psal. num genus assecurare: ꝙ diluuium eterne damnatio-
7.c. nis nūqꝫ amplius inuolueret mundum vniuersum:
arcum suum tetendit ⁊ parauit illum/scilicet filium
benedictum: ipsumqꝫ in nubibus .i. in purissimis ma
rie visceribus posuit: ibiqꝫ colores duos principales/
H rubeum scilicet ⁊ celestem assumpsit. Rubeus vero co
lor significat carnem: celestis vero significat animā.
Sic ergo fuit deus pater mediante isto arcu huma-
no generi cōfederatus homo vero a dānationis dilu
Eccli. uio est liberatus. Uñ de christo dicitur: ꝙ ipse est q̄si
50.a. arcus refulgens inter nebulas glorie. Et sicut arcus
iste designat pluuiam. Uide in titulo suo.

¶ Capitulum nonum Textus: Benedixitqꝫ deus noe et filijs eius. Moralitatum. Capitulum. VII

Noe cepit esse vir agricola/et exercere terrā: plantauitqꝫ vineam: bibit vinum ⁊ inebria tus est: et nudatus iacuit in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham filius eius/ verēda patris nō cooperuit: sed deridens patrē nuda- tum: hoc Sem et Japhet suis fratribus nunciauit. Qui statim pallium humeris suis imponentes: auer sa facie vsqꝫ ad patrem retrocesserunt/ipsumqꝫ ope- ruerunt: et eius turpitudinem nō viderunt. Propter quod cum euigilasset: Cham cum posteritate sua ser- uitute ⁊ maledictione dānatus est ab ipso. Sem vero et Japhet a deo benedictionis gratiam meruerunt.
¶ Istud potest applicari/ꝙ vtile est quandoqꝫ vitia ⁊ Mora.
defectus hominum dissimulare: periculum vero ipa
detegere vel videre. Quandoqꝫ vero noe .i. aliquis p̄-
latus vel princeps vino in quo est luxuria .i. vitijs et
carnalitatibus ebrius/in tabernaculo domus sue re- A
quiescit/et delectatur: turpitudinemqꝫ luxurie sue et
alioꝝ vitioꝝ ita oībus manifestat/ꝙ nudus sine vela-
mēto iacere videtur: ⁊ (qđ deterius est) ab alijs se vide
ri nullatenus opinat̄: cum tñ vitia eoꝝ nuda ab oīb9
videantur. Hieremias: Nudaui femora tua ante fa- Hiere.
ciem tuam: ⁊ apparuit ignominia tua. Sed pro certo 13.d.
tales nullo modo volūt videri nec explorari: q̇nimmo
si ad notitiā suā veniat ꝙ aliquis hō defectus sue tur
pitudinis viderit: solēt dolere/⁊ ipsis publice vel oc-
culte maledictionē vel punitionem inferre: ⁊ maxime
qñ sciunt ꝙ ille q̇ videt/deridet talia facta sua: ⁊ nitit̄
alijs publicare. Unde dicitur: Non est em̄ necesse tibi Eccli.
ea que abscondita sunt/videre oculis tuis. Et ideo q̇ 3.c.
sunt sapientes filij: tales turpitudines ⁊ infamias de
magnatibus/⁊ maxime de suis patribus .i. de suis pre
latis ⁊ p̄ncipibus audiant: ipsas videre vel explorare
non querāt. Juxta illud Michee: Nō queras iniqui-
tatē in domo impij. Immo palliū dissimulatiōis in-
duunt: ⁊ ab inquisitione retrocedūt: ipsosqꝫ quātum
possunt excusant atqꝫ tegūt/ne appareāt ꝓpter qđ ta-
les a talibus defectuosis magistratib9 bñdictiones ⁊
glorias acquirūt. Mali em̄ superiores illos potissi-
me solēt diligere/qui crimina sua studēt abscōdere et
celare: ⁊ sub dissimulationis pallio trāsire/⁊ ne appa-
reāt excusare. ¶ Uel dic ꝙ noe est pater ⁊ prelatus no- Aliter.
ster: q̇ scꝫ si in delicijs dormiat: ita ꝙ turpitudo suoꝝ B
defectuū in aliquo appareat: Sem et Japhet .i. boni
filij ⁊ subditi ipsum operire ⁊ excusare nitunt̄. Cham
vero .i. mali ⁊ ꝓterui subditi ipsum deridere: ⁊ turpi-
tudines defectuū suoꝝ alijs ꝓdere: ⁊ eas ī libellis ⁊ ap
pellationibus reuelare conantur: quapropter tales
seruitute ⁊ aduersitate dānantur. Boni vero ⁊ pacifi-
ci prosperitate fruūtur: cum scriptum sit in Leuitico: Leui.
ꝙ qui reuelauerit turpitudines patris sui/morte mo- 18.a.
riatur. ¶ Uel dic ꝙ noe decimus ab adam (qui inter- Allego.
pretatur requies) christum significat: qui decalogū pulchra
legis impleuit: et requiem paradisi donauit. Uinea
enim quā plantauit/domus israel est: vt dicit Esaias:
Ista enim est que expectata est vt faceret vuas: fecit Esa.5.a
autem spinas: quia scilicet ista vinum consolationis
domino debuit offerre: ipsa tamen ipsum spinis vo-
luit coronare: et acetum mordacis tribulationis ei-
dem studuit propinare: et eum in cruce aceto potare.
Psalmista: In siti mea potauerunt me aceto. Quia
pro certo ista est que ipsum creatorem ⁊ plantatorem Psal.
suum christum vino tormentorum inebriauit: ita ꝙ 68.c.
ipsum in lecto crucis per mortem nudum dormire fe-
cit: ita ꝙ cham filius eius .i. malus populus iudai-
cus videns turpitudinem eius .i. humanitatem eius
mortuā: ipsum derisit/cum dicitur: Uah qui destruis
templum dei salua temetipsum. Uerūtamen boni filij Mat.
ei9/Sem ⁊ Japhet .i. apostoli ⁊ christiani: verēda pa- 27.c.
tris .i. mortem ⁊ mortalitatem ipsius operuerunt: in-
quantum ipsam dignis rationibus esse necessariam
monstrauerūt: quapropter chanaan filius cham ma-
ledicitur: quia iudeoꝝ posteritas ꝓpter christi passio
nem maledictione dānatur: sicut ipsimet dixerūt: Sā

guis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Boni ve-
ro filij.ſ.chriſtiani ⁊ apoſtoli/benedictione tam tem-
porali ꝙ̃ perpetua perfruuntur. Jdeo de iſta vinea cō-
Hiere. queritur dominus: Ego plantaui te vineam meā ele-
2.d. ctam omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa
es in prauum vinea aliena?

¶ Capitulum vndecimum Textus: Erat autem terra labij vnius. Moralitatum Capitulum. VIII

Hiſto- Cum gigantes eſſent ſuper terram/decreue-
ria. runt in campo ſennaar edificare turrim: cu-
ius ſummitas celum tangeret: vt ſcʒ in celuʒ
aſcenderent: et nomen ſuum inter homines
celebrarent. Habuerunt ergo lateres pro ſaxis/⁊ bitu
Turris men pro cemento. Jgitur cum edificarent: ⁊ iam tur-
babylō. rim illam in ciuitate babylonica vſqʒ ad duorum mi-
liariorum extuliſſent altitudinem/ſm Oroſium ⁊ ſm
Hieronymum ſuper Eſa.xiij. Jndignatus dominus
linguas eorum confudit: ita ꝙ alter alterius verba
nullatenus intellexit. Quapropter ab inuicem ſepa-
rati ſunt: ⁊ per mūdum ſm linguarum diſtinctiones
Mora- ſe diuerſimode diuiſerunt. ¶ Tales gigantes ſunt ſu-
litas. perbi/qui turrim.i.faſtigioſum ⁊ altū ſtatum in cam
po ſennaar: qui interpretatur fetor.i.in iſto mundo
D fetido edificare nituntur: ſurſumqʒ ad altitudinē celi
ideſt altos gradus ⁊ ſtatus vltra ꝙ̃ requirunt ipſorū
merita/aſcēdere moliuntur. Et hoc vt melius faciāt/
plures quandoqʒ in eandem ſocietatem cōueniunt: ⁊
ad hoc cōmuniter occupantur. Quapropter ſepe fit
ꝙ dominus contra eos indignatur: ipſorumqʒ malā
concordiam rumpit: ⁊ ipſos per mortem vel per infor
tunia diuidit: ⁊ ſic occulte faciente domino opus ma
Job.5. lum quod ceperant impeditur. Unde Job Diſſipat
b. cōſilia malignorum: ne poſſint manus eorum imple-
re quod ceperant.

¶ Capitulum duodecimuʒ Textus: Dixit autem dominus ad abraam: Egredere. Moralitatum Capitulum. IX

Hiſto. Cum abraam eſſet in vr: que eſt ciuitas chal-
deorum: apparuit ei dominus/dicēs: Egre-
dere de cognatione tua/et de domo patris
tui: ⁊ veni in terram quā monſtrauero tibi: ⁊
faciam te in gentem magnam. Abraam igitur in ter-
ram chanaan ducitur: vbi altare domino edificauit:
⁊ vbi dilatatio ſui ſeminis/totiuſqʒ illius terre poſſeſ-
+ Vr. Mora- ſio ſibi promittitur atqʒ datur. ¶ Uir qui interpreta-
litas. tur ignis/ſignificat mundum: qui ſcʒ vr chaldeorū di-
citur: pro eo ꝙ igne concupiſcentie mundus cōtinue
inflāmatur. Abraam autem eſt homo: cuius terra eſt
terrena poſſeſſio. Cognatio eſt carnalis delectatio.
Domus patris ſiue parentum eſt amicoruʒ affectio.
Terra vero quam deus nobis oſtendit: eſt vita ſpiri-
tualis/religio ⁊ perfectio. Dico igitur ꝙ abrae.i.cui-
libet peccatori: qui in vr chaldeorum.i.in mundo vel
E in igne concupiſcētie habitat: a deo precipitur/ꝙ in-
de quantū ad effectum exeat: ꝙ terram.i.terrenorum
amorē: cognationē.i.proprie carnis delectationē: ⁊ de-
corem domus patris ſui.i.proprij generis nobilitatem
⁊ honorē contēnat penitus ⁊ dimittat: ꝙqʒ ad terram
quam ipſe deus monſtrat.i.ad ſtatū penitentie vel ad
vitam ſpiritualē ſe transferat ⁊ tranſducat. Sic enim
ſibi promittitur dilatatio gratie/promotio ⁊ exultatio
glorie/⁊ poſſeſſio celeſtis patrie. Sicut etiā patʒ Chri-
ſto dicente: Uos qui reliquiſtis omnia: ⁊ ſecuti eſtis Mat.
me ⁊c. ¶ Uel dic allegorice/ꝙ abraaʒ eſt chriſtus: ter- 19.d.
ra eſt iudea: cognatio eius fuit iudeorū populus: do- Allego
mus ſua tēplum ⁊ ſynagoga. Jgitur predicta verba ria.
potuerunt eſſe patris dei ad chriſtum dicētis: Egre-
dere/quantū ad fidem ⁊ quantum ad credulitatē: de
terra tua/cognatione ⁊ domo.i.de ſynagoga/de tem
plo ſeu iudaico populo: ⁊ veni in terrā chanaan.i.po-
pulum gentilē: quā monſtrauero tibi: vbi ſcilʒ altare
tuū.i.eccleſiā edificabis: ⁊ ibi per fidem dilataberis ⁊
valebis. Unde dicitur: Jn illo tēpore erit altare dñi in Eſa.19.
egypto. ¶ Uel videtur ꝙ talia verba dicit diabolus c.
homini/quē videt in ſtatu religionis vel gratie. Mo Aliter.
net eñ hominē ꝙ terram ſuā.i.ſtabilitatem ſuā dese-
rat: ⁊ ꝙ cognationē ſuam.i.bonorū ſuorum ſocietatē
dimittat: ⁊ de domo patris ſui.i.de religione per apo
ſtaſiā fugiat: ⁊ recedat ⁊ ad terram chanaan.i.ad mū
dum mente ⁊ corpore ſe deflectat: et ibi promittit ſibi F
diabolus per vanam ſpem/ꝙ faciet eum in gentē ma-
gnam.i.ꝙ faciet ipſuʒ totaliter diuitem ⁊ potentem:
ꝙqʒ ipm in tēporalibus dilatabit: ⁊ ꝙ terrā chanaan
i.mundum in poſſeſſionibus cōtinuo ſibi dabit: ſicut
ſupra videbatur dixiſſe mulieri: Quacūqʒ die comede Gen.3.a.
ritis eritis ſicut dij. ¶ Fame inualeſcente in terra cha Textus
naan: deſcendit abraam in egyptum/vt peregrinare- ca.12.c.
tur ibidem. Pharao autem rex ſibi ſuam mulierē ab- Hiſto.
ſtulit: ſed tandem immunē ſibi eam reſtituit. Jpſe ve-
ro fame ceſſante in terram promiſſionis redijt. ¶ Sic Mora
vere cum quis vrgente fame auaritie: terrā promiſſio- litas.
nis.i.clauſtrum vel deuotionem dimittit: ⁊ in egyptū
i.in mundū ⁊ mundi negocia deſcendit: ſtatim adeſt
pharao rex egypti.i.diabolus princeps mundi: qui vxo
rem eius.i.diuinā gratiā ſibi tollit. Uerūtamen quā-
doqʒ deus ipſum ad penitentiam reducit: ⁊ vxorē ſuā/
ſcʒ gratiam ſibi reddit: ⁊ ceſſante fame auaritie/iterū
in terram promiſſionis.i.ſtatum ſalutis vel religionis
vel ad clauſtrum perducit: ita vt dicere poſſit illud pro- I.re.2.a.
phete. Dominus mortificat ⁊ viuificat: deducit ad in-
feros ⁊ reducit.

¶ Capitulum decimumtertium Textus: Aſcendit ergo abraam de egypto. Moralitatum Capi. X

Loth ⁊ abraam cū quis eſſent amici ⁊ fratres:
nequibant tamē habitare cōmuniter: quia Hiſto.
erat poſſeſſio eorum nimia. Loth igitur di
uiſus ab abraam/regionem circa iordanē
que irrigabatur vt paradiſus elegit: vbi cito poſt cuʒ
alijs captus fuit. Quatuor enim reges contra ſodo- G
mam vbi habitabat/venerunt: qui ipſum cum popu- ca.14.a
lo captiuauerunt. Abraam tamen occurrens aduer-
ſarijs obuiauit: ⁊ loth de eorum manibus liberauit.
¶ Sic vero quotidie fit/ꝙ illi quorum eſt poſſeſſio Mora.
nimia/ſcilicet diuites huius mundi: ſimul ſeu con-
corditer habitare non poſſunt: immo ab inuicem per
lites et controuerſias diuiduntur. Terrena enim poſ-
ſeſſio eſt diuiſionis occaſio. Sepe enim fit ꝙ loth qui
interpretatur declinans: ideſt aliquis qui ab abraam
ideſt a bonorum vicinorum ſocietate declinat: et ex
hoc circa iordanem mundane proſperitatis poſſe ha
bitare ſe putat: qui tamen ab hoſtibus: ideſt a vitijs
et tribulationibus captiuatur: ita ꝙ oportet ꝙ ab
abraam quem dimiſerat: ideſt ab illo fratre/ſocio vel
amico

amico/cuius societatem dereliquerat ꝛ contempserat/adiuuetur. Igitur non est bonum/bonam societatem et concordiā dimittere: nec solum seu solitariū manere: nec mundi prospera vltra debitum affectare: sed simul per concordiam quiescere ꝛ manere. Unde
Ge.2.c. dicitur: Non est bonum hominē esse solum.

Capitulum decimūquintum Textus: His itaqꝫ transactis factus est sermo dn̄i. Moralitatum Capitulum. XI

Dominus precepit abrae ꝙ sacrificaret sibi vaccam/capram/ꝛ arietem triennes/colūbāqꝫ ꝛ turturem. Abraam ergo animalia diuisit: volucres sine diuisiōe/ad partem pob suit. Tandem aues celi cadauera sacrificij volebant comedere: sed abraam eas abegit. In sero vero clibanus ardens apparuit: qui sacrificium consumpsit: dominus vero multa bona abrae promisit: ꝛ sibi secreta
Moralitas: plurima reuelauit. Reuera videtur ꝙ in istis sacrificijs significantur omnes illi quos sibi dominꝰ vult spiritualiter imolari. Ibi enim sunt aues. i. contēplatiui: animalia. i. actiui. Aues igitur precipiuntur non diuidi: pro eo ꝙ contemplatiui nec per mundi negocia/nec per affectiones varias sunt diuisi: immo per contemplationem in deum tendunt integri et pfecti.
Leui.1. Unde dicitur: Auem non secabit/nec ferro diuidet. Iste etiam aues scilicet contemplatiui/dicuntur turtures propter castitatem quā seruant: dicuntur colūbe propter simplicitatem quā amant. Isti etiam pro domino dicuntur oblati/scilicet par turturū aut duo pulli columbarum. Animalia autem (sicut dictum est) sunt actiui: qui scilicet circa terram. i. circa terrena negocia solēt occupari ꝛ manere: In istis vero est vacca iugo subdita/q̄ significat subditos: aries dux gregis/qui significat prelatos: capra macilenta/que significat penitentes laboriosos. Igitur quilibet istorū debet esse triennis: quia videlicet vacca. i. subditi/debēt eē triēnes p fidē trinitatꝭ quā debēt simpliciter credere. Uel per tria vota religionis: obedientiam scilicet/paupertatem et castitatē: que debent firmiter cōtinere. De quo dicitur. Funiculus triplex difficile rūpitur. Aries. i. prelati debent esse triennes/per tres vir
Eccles. 4.d. tutes theologicas: fidē/spem/et charitatē: quas debent habere veraciter: de quibus apostolus. Nūc au
1.Co.13. tē manēt fides/spes ꝛ charitas tria hec. Capra vero. i. penitentes debent esse triēnes/ſm tres partes penitētie: scꝫ cōtritionē/cōfessionē ꝛ satisfactionē: q̄s debēt
Exo.3.f veraciter implere: de quibus dicitur. Uiam triū dierum ibimus in solitudinem. Ut et sic quilibet istorū
Eccl.25 dicat illud. In tribus beneplacitum est spiritui meo
a. Talia igitur sacrificia. i. tales persone ab auibus. i. a demonibus tentantibus impetuntur: sed ab abraam i. a deo vel a bono prelato defendūtur. Clibanus etiā ardēs. i. charitas perfecta tales inflāmat: ipsosqꝫ deo immolat et presentat.

Capitulum decimūsextuꝫ Textus: Igitur sarai vxor abraam. Moralitatum Capitulum. XII

Moralitas. Cum sara vxori abrae sterilē se videret: tradidit ancillam suā abrae viro suo/vt sibi in ea filium generaret: que tandē inter genua sua pareret et ascriberet sibi partum. Agar autē concepisse se videns/contempsit dominā: quā cum affligeret/fugam inijt agar: quam tamen in deserto angelus vagantem et fugientem inuenit/sibiqꝫ dixit. Agar ancilla sarai vnde venis/et quo vadis? Consulit ergo angelus ꝙ rediret: ꝛ ꝙ sub manu domine sue ceruicem supponeret: et ne amplius superbiret cōtra eam. Filium etiam ex ea generandū predixit: ꝛ ab ipō duodecim duces processuros promisit. Istud po
Mora. B test exponi moraliter: ꝛ dici ꝙ abraam est homo/qui reuera habet vxorem et ancillam: qꝛ scilicet sarai vxor sua significat animā. Agar vero ancilla significat carnē. Sarai ergo. i. anima/de se est sterilis: quia scilicet anima de se/nec per se nihil potest operari vel facere: nec partū cuiuscūqꝫ boni operis generare: cū non habet organa. et ideo oportet ꝙ ancilla eius scꝫ caro/pariat filium. i. faciat bonum opus: quia licet a mēte pcedat boni operis ordinatio sicut a domina: tamen a carne procedit executio boni operis/sicut ab ancilla. Uerumtamen quia ista ancilla. i. caro: concepisse/ꝛ aliquid boni fecisse se videns: quandoqꝫ in superbiā erigitur: domināqꝫ suā contēnens/in deserto mundi circa bona terrena vagatur: ideo angelus. i. deus vel bonus predicator/vel prelatus: ipsam reprehendit tā de cōtemptu domine q̄ꝫ scilicet de fuga. Dicit ergo sic Agar ancilla sarai vnde venis/ꝛ quo vadis? O tu Moralitas. agar que interpretaris somniū vigilie. i. o caro q̄ semper somnias vigilias et ludibria huius mundi: q̄ es ancilla Sarai. i. anime: rogo vnde veneris aduerte: ꝛ quo vadis: ꝛ qualis est natiuitas tua/et qualis mors vnde nasceris: qualiter morieris: q̄ꝫ vilis ingrediēdo et q̄ꝫ flebilis moriendo: et caue ꝙ de cetero animā tuā dominam non contemnas: sed ei seruias/obedias et intendas: quia scilicet dicitur in psalmo: Oculi ancil Psal. 122. le debent esse in manibus domine sue. Uel dic qō quando domina anima laxat frenū ancille. i. carni: Aliter. ita ꝙ ipsam domina permittit concumbere carnaliter cū abraā/idest aliqua carnali vel temporali vo C luptate: tunc statiꝫ concipit hismaelem idest malum propositum: quod scilicet contra isaac idest cōtra virtutes quotidie facit bellum. concipit etiam quandoqꝫ diuitias/delicias et seculares scientias/et alia mūdi bona ita ꝙ tunc ista superba efficitur. intantum ꝙ domine sue anime nequaq̄ꝫ obedire dignatur. q̄nimmo si domina anima ipsam velit a superbia reprimere/et per abstinentiam affligere: statim solet ad desertum vitiorum transire: et a iugo virtutum fugere et abire. Unde dicitur. A seculo confregisti iugū: rupisti vincula: dixisti nō seruiam. Ista etiam per an Hie.2.d geluꝫ: idest predicationem vel religionē vel confessorem est reducenda: ꝛ sibi dicendum est: Agar ancilla ꝛc. per omnia sicut supra. Uel dic recte Sara signi Tropologia. pncipū. ficat mihi aliquos magnos consiliarios principum vel magnatum. qui quandoqꝫ habent aliquam ancillam. i. aliquam personā vilem et seruilem/scilicet de humili plebe natam: quā diligunt: et ipsam abraam viro suo supponunt: ꝛ in eius seruitio ponunt: et vt ipsi exinde filium suscipiant idest vt exinde lucrum et obsequium habeant: ipsas cum magistris promouēt et extollunt: qui tamen statiꝫ vt ceperint per diuitias impregnari/incipiunt superbire. ꝛ saram dominam suam illum qui ipsas ad officia promouent/ingrate solent contemnere: et de eo non curare: quapropter sepe fit qō tales solent eos affligere: et propter ingratitudinem ad fugaꝫ/idest ad amissionem statꝰ/quem eis procurauerunt compellere et vrgere. Et iō recte potest talibus consuli/ꝙ erga dominam idest benefactorem humilientur: et contra ipsum insur

Eccli. 4.a. gere non conentur. Unde dicitur: Magnato humilia caput tuum. ¶ Uel dic q sara significat prelatum:
Aliter qui ancillam suam.i.subditum suum pmittit immo etiam pcurat divitijs et beneficijs aliquotiens impregnari: quapropter sepe fit/q talis concepisse se videns/ et divitias vel scientias acquisivisse: contra eum superbit: ipsummet et eius mandata contemnit: intantum q si sara vel ipsum affligere vel corrigere nititur: statim p apostasiam/vel per appellationem ad desertum mundi et ad romanam curiam cito fugit: et vagabundus per mundum perambulat et incedit. Angelus igitur: idest quicunqz bonus debet talibus consulere/q redeant: et q sare.i.prelato suo obtemperent: et q humilitate previa ipsius pacem querant: dicendo illud
Hiere. 31.d. Hieremie: Revertere ad civitates tuas vsqzquo delitijs solueris filia vaga. ¶ Uel dic q prima vxor abrae
Allego. synagoge. fuit synagoga: que a principio fuit sterilis: et in fine isaac.i.christum: qui interpretatur gaudium: generavit. Ancilla sua est gentilitas vel ecclesia collecta de gentibus: que se concepisse spiritum salutis videns: dominam suam: idest ecclesiam de iudeis natam: pro eo q dominum crucifixerant/contemnebat: sicut dicit apostolus. Illam ergo tamq dominam alij honorare iubentur: et contra eam superbire vetantur. Unde
Ro.3.a postq apostolus dixit/q in ecclesia non est differentia greci et iudei: sequtur: quid ergo habet iudeus greco amplius? multum per omnia. ¶ Uel dic q etiam
Aliter. E nos qui sumus ex gentibus/non debemus synagogam/ quis induratam et sterilem/vilipendere: sed eam quadam reverentia honorare: pro eo q ab illa scripture et fidei principia habuimus. Que etiam papa facere dicitur: quia scilicet rotulam legis moysi a iudeis oblatam in die consecrationis sue osculari nullatenus dedignatur.

¶ Capitulum decimumseptimum Textus: Postq vero nonaginta et novem annorum. Moralitatum. Capi. XIII.

Histo-ria. Abraam preceptum fuit/q octava die omne masculinum circumcideretur: et q certa portio de sui carne preputij auferretur: vt sic po-
Allego. pulus dei a gentibus distingueret. ¶ Octava dies est tempus gratie: quod post sabbatum legis succedit. Nos igitur qui sumus in isto octonario.i. statu et tempore gratie: debemus esse a cunctis superfluitatibus circumcisi: et maxime a pputio carnis nostre.i. a pcupiscentia carnali: et sicut soli masculi/non femine circumcidebant: sic etiam hodie masculi.i.pfecti: non feminei.i.impfecti se a vitijs circumcidunt: et sicut in circumcisione nomen imponebat: sic boni qui a vitijs circumcisi sunt/nomen bone fame pre alijs consequunt. Unde dicit:
Eccle. 15.b. Nomine eterno hereditabit illum dns deus noster.
Aliter ¶ Uel dic q octonarius est tps future resurrectionis: vbi p certo caro nostra a cunctis superfluis passionib9 circumcidetur: et a cunctis defectibus secludetur. Unde:
Lu.2.c. Octava die venerunt circumcidere puerum. ¶ Anteq
Histo-ria. ca.17.a. et.c. abraam et sarai isaac generarent: precepit dns q nomen suum cresceret/et diceretur abraam: sarai quoqz nomen suum minueret et diceretur sara. ¶ Per abraam intelligitur intellectus: per sarai aut vxorem/intelligo vo-
Mora. f luntatem. Isti enim duo scz abraam et sarai debent simul isaac.i.bonam plem et bona opera parere: et fructum virtutum dno generare. Sed revera ad hoc requiritur/q abraam.i.intellectus crescat/veritatem cognoscendo. Sarai.i.voluntas decrescat/se a pcupiscentijs refrenando.

Intellectus enim quantum pot debet in actu suo.i.in agnitione veritatis crescere. Voluntas aut in actu suo.i.in concupiscentia boni/debet se rationabiliter moderare. Scriptum est enim: Post pcupiscentias tuas non eas: et Eccle. 18.d. a voluptate tua avertere. Si prestas anime tue pcupiscentias suas: faciet te in gaudium inimicis tuis. Debet ergo dicere sarai de abraam.i. voluntas de intellectu/ illud Joannis: Illum oportet crescere: me autem minui. Jo.3.d. ¶ Uel dic de piugibus: q quando vir crescit p boni- Aliter tatem: mulier vo decrescit p humilitatem: tunc faciunt isaac.i.risum et gaudium p communem iocunditatem: tunc enim piugium psperatur/qn mulier subijcitur/et homo dominatur etc. Quod tn est contra multas dominas hodiernas/que viris dominari nitunt. Unde dicit: Mulieres dnate sunt eis. ¶ Uel dic q vir est prelatus: q de- Esa.3.d. Aliter. bet crescere virtute et auctoritate: mulier est subditus: que debet minui humilitate: vt sic simul generent isaac i.risum: hoc est dictu: vt sic pseverent in gaudio et pspe ritate. Debet enim prelatus crescere/et se magnum ostendere: ne familiaritas pariat contemptum. Subditus vero debet humiliari et minui: ne superbia pariat despe- G ctu: vn dicit: Humilia te sub manu domine. Gene. 16.a.

¶ Capitulum decimumoctavum Textus: Apparuit aut ei dns in convalle mambre. Moralitatum. Capitulum. XIIII.

Sodomite populi pessimi dicebantur: qui scz Histo. per horribilem infectionem luxurie/viris abutebantur: advenas et pauperes recipere dedignabantur: et abundantia panis/et vite supbia fruebantur. Propter quod qz ipsos deus delere decre Ezech. 16.f. uerat: locutus fuit dominus abraam/dicens: q descendere volebat/vt videret si crimen illor fame et clamori hoim respondebat. Abraam autem audita dni voluntate/pro loth nepote suo qui habitabat in sodomis sollicitus: cum domino allegare incepit/q non decebat deum q perderet iustum cum impio. Sibi vero dicit dominus/q propter decem iustos si invenirentur ibi/ civitati toti parceret: benignitatem iugiter repromisit. ¶ Ista autem possunt exemplariter allegari: quo- Mora. modo mundi prosperitas causa est multorum malorum: quia sicut dicitur in Ezech. Hec fuit iniquitas Ezech. 16.f. sodome sororis tue/abundantia panis/et superbia vi- Aliter. te: et manum pauperi non porrigebant. ¶ Item potest allegari: q iudex non debet verbis credere/immo ad inquirendum veritatem criminis debet personaliter descendere: licet tamq privatam personam constaret veritatem facti ipsum scire: sicut scilicet constat: q dominus crimen istorum sciebat: et tamen velle descendere pro veritatis scrutinio se dicebat. ¶ Item potest Aliter. H allegari: q quando infortunium est futurum/quilibet debet esse sollicitus pro amicis: exemplo abraam/ Aliter. qui amore Loth cum domino disputabat. ¶ Item potest allegari: q iustus non debet orare pro iniusto q liberetur a pena/quamq sit propinquus: quia abraam non legitur orasse pro loth/nec pro eo allegasse: nisi inquantum supponebat eum iustum. ¶ Item Aliter. potest allegari: q pauci iusti sunt quandoqz causa salvationis magni populi: sicut patet hic: vbi dominus promittit se civitati parcere/si decem iusti invenirentur ibidem. Ista aliter exponere non oportet. ¶ Tres angeli missi a deo pro zodoma destruen- Histo. ca.18.a. da/inventi sunt ab abraam: et ad convivium invitati. Qui scilicet sub arbore quieverunt: pedes laverunt: et panes subcinericios et vitulum comederunt:

runt: qui tandem sibi generationem Isaac promise-
Mora-litas. runt. ¶ Sic vero quando abraam .i. homo offert deo
sacrificium ⁊ conuiuium spirituale .s. loturam pedum
.i. confessionem mundificatiuam: vmbram arboris .i.
crucis memoriam refrigeratiuam: subcinericium pa
nem .i. mortis cōsyderationem incineratiuam: lac .i.
deuotionem: vitulum .i. spiritalem cordis exultatio-
nem: tunc pro certo Isaac: idest risus eterne glorie si-
bi promittitur: ⁊ sibi a deo ⁊ angelis eternum gaudiū
Esa. 35. d. ⁊ leticia propinatur. Unde dicitur: Leticia sempiter-
na erit eis: gaudium et exultationem obtinebunt.
Anagoge. ¶ Uel dic ꝙ abraam est deus pater vel prelatus: qui
scz inuitat angelos .i. viros angelicos ⁊ iustos ad cō-
A fessionis loturā: ad arboris .i. crucis memoriā ad lac
deuotionis: ad recordationez future incinerationis /
⁊ comestionem vituli christi in sacramēto altaris. La
uentur (inquit) pedes vestri / ⁊ requiescite sub arbore
⁊c. ¶ Cum duo angeli in forma iuuenum / zodomam
ca. 19. a. Hystoria. aduenissent / ⁊ in platea mansissent: Loth recepit eos
hospitio. Sed cum viri ciuitatis / vt ipsi iuuenibus
abuterentur: fores domus irrumperent: Loth vero ꝓ
angelis quos credebat homines / a tanta immundi-
cia liberandis / vxorem et filias virgines ipsis malis
hominibus ad satiandā suā libidinem obtulit: quas
recipere non volebant: immo fores ipsius cōfringe-
bant: tandem percussi sunt ab angelis cecitate: ita ꝙ
ostium inuenire non valebant. In crastino vero ange-
li ipsum Loth / vxorem ⁊ filias eduxerunt: sed duo ge-
neri loth / submersionem vrbis future credere nolue-
runt: immo cum eis diceretur a Loth ꝙ exirēt: ipsum
loqui delyratorie crediderūt: quapropter ⁊ ciuitas et
ipsi cū populo / igne ⁊ sulphure in crastino perierunt.
Moralitas. ¶ Istud em̄ poterit allegari sine altera expositiōe ad
tria videlz ꝙ in peccato contra naturā mēs hominis
plus ꝙ̄ alijs vitijs excecat. Tales em̄ homines dicū-
tur cecitate percuti: pro eo ꝙ super omnes homines
hi sunt ceci. Isti etiā malefici ostiū non inueniunt: qr
ꝓ certo isti ostium paradisi / vbi sunt Loth et angeli /
Esa. 56. b. nō intrabūt. Esa. Palpauimus quasi ceci parietē. Et
ꝓpter hoc zodoma bn̄ interꝓ̄tatur muta: qr scz tales
B in iudicio erunt muti: ꝓ eo ꝙ excusationē aliquā nō
Psal. 30. e. habebunt. Ps. Muta fiāt labia dolosa. Itē allegari
pōt ꝙ minus malū tolerandū est ꝓ maiori malo vitā-
do: sicut Loth ꝓstitutionē vxoris ⁊ filiaꝝ sustinere vo
lebat / vt crimē sodomiticū vitaret. Item pōt allegari
ꝙ impossibile est eū a morte eripere / quē etiā occulta
dei ꝓuidētia decreuerat punire: sicut ptz de istis gene
ris Loth: q̄ noluerūt credere vt exirēt disponēte dn̄o /
Eccl's 7. b. ꝙ cū alijs cū q̄bus deliq̄rant interirēt. Unde dicitur:
Nemo pōt corrigere quē deus despexerit. Hoc em̄ quo-
tidie ꝑcipitur: quasi scz homo volūtarius i fata ruit:
ita ꝙ non obstāte ꝯsilio cōtrario ad infortunia letus
currit: ſm ꝙ occulta dei iustitia seu ꝓuidētia ipsum
ducit. Uel allega ista exēplariter ad bonū hospitalita
Heb. 13. a. tis: que liberationē sui ⁊ suoꝝ meretur. Unde apl's:
Hospitalitatē nolite obliuisci: per hāc q̄dam placue
runt angelis hospitio receptis.

¶ Capitulum decimūnonum Textus: Ue neruntq̄ duo angeli zodomam vespere.

Moralitatum Capi. XV.

historia. CUm deus ciuitatez zodome cum alijs qua-
tuor ꝓpter horrenda crimina sua igne ⁊ sul-
phure delēdas decreuisset: dictū fuit Loth /
ꝙ vna cum vxore ⁊ filiabus ciuitatem exiret:
ꝙꝙ in omni circa regione nullatenus remaneret: sed
in monte potius se saluaret. Dictum etiam fuit eis /
ꝙ non respicerent retro cum incederēt: sed ꝙ ad mon
tem recto itinere properarent: verūtamen quum iam
micarent fulgura / ⁊ audirētur tonitrua: ⁊ ignis ⁊ sul-
phur de celo mitterētur in vrbē: sicut testat Solinus / C
qui de zodoma loquēs dicit ꝙ ipsam de celo tactā te-
statur humus nigra. Uxor Loth reuersa retro respe-
xit: quapropter qr inobediēs fuit / statim in salis sta- Moralitas.
tuam versa fuit. ¶ Ciuitates iste mundum designāt /
⁊ etiā mundi status: vbi qr plurima crimina abunda
re noscunt: ꝓpter q̄ deus subuersionē ⁊ ignem ⁊ dāna-
tionem eisdē cōminat: cōsulit dn̄s deuotis hominib9
suis / ꝙ inde quantū ad effectū exeant / ⁊ in montē reli-
gionis ⁊ ꝑfectionis ⁊ etiaz contēplationis ascēdant:
ꝙꝙ in omni circa regione .i. in mundi negocijs ⁊ offi
cijs ⁊ delitijs non maneant / sed recedant: ⁊ ꝙ omnino
caueant / ne retro se respiciant: ⁊ ꝙ scz ad vitia que cō-
fessi fuerunt / ꝑ recidiuationē non redeant: nec ad mū
di bona quibus renunciauerunt / per desyderia retro-
cedant: nec per apostasiam se ab itinere salutis / quam
professi sunt / retrouertant. Quia sicut dicitur: Nemo Luce
mittens manum ad aratrum ⁊ respiciēs retro / aptus 9. g.
est regno dei. Retro em̄ non debet respicere penitens
recidiuando / religiosus apostatando / contemplati-
uus in mūdi se negocijs implicando: quinimmo ipse
debet continuare iter suum in bonum proficiēdo. Sz
ꝓ certo quidam sunt sicut vxor Loth: qui scilz toni-
trua tentationum audientes / ignem concupiscentie
sentientes / fulgura tribulationum videntes / retro re
spiciunt: ad vitia seu bona tēporalia que dimiserant D
se conuertunt: iter quod inceperant dimittunt: et per
inconstantiā vite retrocedunt. Sicut etiā de infideli-
bus amicis ptz: qui scilz audita modica tribulatione
vel difficultate / ab incepta fidelitate desistunt. Tales
em̄ sunt religiosi / qui scz ad bona mūdi quibus renū-
ciarunt / libenti animo retrocedunt contēpto religio-
nis ⁊ contēplationis monte / versus vallē mundi ne-
gocioꝝ respiciunt ⁊ accedunt. Tales igitur in statuā
salis mutantur: inquantum scz peccatores insensati /
duri ⁊ obstinati efficiuntur: ⁊ inquātum in viros ini-
quos vertunt. Ideo dicit dominus: Qui in agro est / Luce
non respiciat retro: memores estote vxoris Loth. 17. g.
¶ Cum loth de zodomis fugeret / ne igne ⁊ sulphure ca. 19. c.
deperiret: petijt a dn̄o ꝙ liceret sibi ciuitatem Segor Hystoria.
paruulā introire: sz qr ibi fiebat creberrim9 terre mo-
tus: necesse habuit exinde fugere / ⁊ ad montē ascēde-
re ⁊ ibi se saluare. ¶ Zodoma est vita carnalis / q̄ igne Moralitas.
⁊ sulphure luxurie fetet. Segor vita coniugalis / que
terremotus multarum sollicitudinuz sustinet: mons
vero est vita contēplatiua ⁊ ecclesiastica vel claustra-
lis / que stabilis ⁊ tuta manet. Loth igitur qui interꝓ̄
tatur declinans: est ille qui iuxta psalmiste consiliuz / Psal.
declinat a malo vt faciat bonum: qui scilicet ignem ⁊ 36. c.
sulphur carnalis vite fugit: ⁊ in Segor .i. in statu cō-
iugali tutus manere credit. Sed finaliter attento mo
tu tentationum / tribulationum et miseriarum istius
ciuitatis: ad montem religionis vel ecclesie ascendit:
⁊ sic a carnali inflammatione se liberat ⁊ euadit. Esa. Esa. 2. a
Uenite ad mōtē dn̄i. ¶ Loth in zodomis legitur bo- Hystoria.
nus fuisse: nec vnq̄ luxurie et ebrietati vacauisse: in
monte tamē vbi ꝓ se saluando fugam inijt / legitur se ca. 19. g.
inebriasse: ⁊ cum ꝓprijs filiabus incestū ⁊ adulterium E
cōmisisse. ¶ Sic vero hodie sunt multi alij qui de val Moralitas.
le ad montem .i. de mundo ad religionem / vel de secu-

lari statu ad ecclesiasticū ascendūt: ⁊ sic periculū dam
nationis euadere: ⁊ ibidē se saluare credūt: qui tñ ibi
dem ebrietati ⁊ luxurie vacātes: deteriores fiunt: ⁊ dā
nationis periculum plus incurrunt. De hoc cōque-
Hiere. ritur dñs: Quid est: inquit: ꝙ dilectus meus in do-
II.c. mo mea facit scelera multa.

Capitulum vicesimumprimuz Textus: Uisitauit aūt dominus Sarā sicut promi-serat: ⁊ impleuit. Moralitatū Cap. XVI.

Abraam duos filios habuit: scʒ Isaac de li-
bera: ⁊ Hismael d ancilla. Hismael aūt fuit
Histo-ria. ferus homo: venator ⁊ sagittarius: de quo
dicit supra. xvj. ꝙ manus eius cōtra oēs: ⁊
manus oīm cōtra eū: ⁊ e regione fratrum suorū figet
tabernacula. Isaac aūt fuit bonus ⁊ mansuetus. Ue
Gal.4. rūtamē Hismael (ſm Paulum aplm) semp fratrē suū
d. Isaac opprimebat: ⁊ eidē molestias magnas infere-
bat: qua propter cū Sara mater Isaac hoc quadam
die cerneret: dixit ad Abraā: Eijce ancillā ⁊ filiū eius:
Nō enim erit heres filius ancille cū filio libere. Igit
Agar cū filio hismael eijcit: vter aque ⁊ panis sibi ab
abraā in scapulis imponit: ⁊ dimissa p deserta sitiens
ꝙ vagat aqua ꝯsumpta. Angelus vero dñi apparens
f ostendit puteū sitienti: ⁊ sic eā cōsolat. ¶ Abraā signi
Tropo ficat bonū prelatū: q̄ reuera in domo sua. i. ecclesia ha
logia bet duo genera filiorū: quosdam bonos more Isaac:
prelati quos. s. diuina gratia generauit: quosdam vero ma-
boni los more hismael: quos sibi vxor ancilla. i. diabolus
vel simoniaca ambitio: vel carnalis affectio pcreauit
Sed reuera inter istos semp solent esse iurgia: q̄ his-
mael q̄ significat malos ⁊ maxime discolos ⁊ puersos
q̄ reuera p ꝯtradictionē ⁊ rebellionem: inuidiā ⁊ de-
tractionē oībus se obijciunt: ⁊ e regione fratrum suo
rum tabernacula sua figunt: inquantum oīm aliorū
voluntatibus cōtradicunt: ita ꝙ manus eorū contra
I.Thes. oēs: ⁊ manus oīm eis obsint. Unde apostolus. Deū
2.d. nō amant: ⁊ cunctis hominibus aduersant. Isti di-
co semp solent psequi isaac: q̄ scʒ mali semp sunt solli
Eccle. citi bonos offendere ⁊ eis inimicari. Ideo dicit: Con
33.b. tra bonū malum est: ⁊ contra vitam mors: sic ⁊ cōtra
virū iustum pctor. Sed quid? pro certo isti non debēt
esse heredes in ecclesia: nec quantū ad bñficia tempo
ralia: nec quantū ad bona spūalia. Ideo abraā. i. pre
latus: debet eos eijcere: ⁊ vna cum matre sua simonia
vel affectiōe carnali ab ecclesia segregare: dicēs illud
Judi. Judicū: Heres in domo nostra esse nō poteris: q̄ de
II.a. adultera natus es. ¶ Uel dic etiā moraliter loquēdo
Aliter ꝙ due iste mulieres: Sara libera: Agar ancilla: signi-
ficant animam ⁊ carnē: ⁊ Isaac filius significat ope-
ra bona q̄ ab aīa producunt. Hismael aūt filius ancil
le: significat opera mala: que a carnis cōcupiscētia p
creant. Isaac igitur ab hismaeli impugnari dicitur:
q̄ constat ꝙ carnis opera solent spūalibus operibus
G inimicari: ⁊ cōtra ea preliari. Unde aplus: Caro cōcu
Gal.5.c piscit aduersum spūm: ⁊ spūs aduersus carnē: hec em̄
sibijnuicem contrariantur. Sequitur: manifesta sunt
opera carnis. Abraam. i. homo: qñ videt istos duos
filios. s. hismael. ⁊ isaac. i. malos affectus: cogitatus:
⁊ opera cōfligere cōtra bonos: ⁊ in domo cordis sui
videt ipsa opera carnis: opera spūs molestare: statim
oportet ancillā ⁊ filiū eius. i. carnē ⁊ opera carnalia eij
cere ⁊ deprimere: ⁊ ad desertū penitentie mittere ⁊ pa
nem ⁊ aquā per abstinentiā sibi imponere ⁊ sic ibi an
gelum testamenti christum poterit inuenire. qui pu-
teum misericordie sibi poterit demonstrare.

Capitulum vicesimumsecundū Textus: Que postꝙ gesta sunt tentauit deus. Moralitatum. Capitulū. XVII.

Uolens deus tentare Abraam: pcepit sibi ꝙ
filiū suū quem diligebat Isaac tolleret: ipm
ꝙ sup quendā montē quē sibi ostenderet: oc Histo-
cideret: ⁊ ei immolaret. Tulit ergo Abraam ria.
secū filium suū Isaac vna cū duobus iuuenibus ⁊ asi
no: quos scʒ ad pedē montis dimisit. Ipse aūt Abraā
⁊ filius eius: q̄ ligna q̄bus erat sacrificandus porta-
bat: montē ascēdit: ignē ⁊ gladiū in manibus tenuit:
⁊ ligna sacrificio preparauit. Succensis aūt lignis: ac
cepit abraā filiū suum: ⁊ piecit sup arā Cumꝙ manū
ad gladium extenderet p filio occidendo ⁊ domino
immolando: statim affuit angelus qui phibuit: ⁊ q̄
arietem q̄ herebat in monte inter vepres: cornibus: lo
co pueri interficere sibi iubet. Sic ergo fit ꝙ dū aries H
occidit: Isaac liberat: sanusꝙ ad iuuenes reuertitur:
a q̄bus inferius aduētus ipsius expectabat. ¶ Abraā Allego
est de⁹ pater: Isaac dei filius: aries ipsius dei filij cor- ria pul
pus: ligna: vepres ⁊ ara: crucē designant: gladius ⁊ lā cherri-
ceam ⁊ clauos: ignis etiā passionis ardorē significat: ma.
duo iuuenes remanētes: duos pplos significant nō
credentes: iudeos scʒ ⁊ gentiles: asinus aūt qui eos
comitatur: significat stulticiā qua increduli hebetan
tur. Dico igit ꝙ Abraā q̄ interpretat de⁹ pater: isaac
filium suū immolandum in ara crucis decreuit: ita ꝙ
gladiū ⁊ ignē idest ipsius passionis asperitatem ꝯtra
eū preparauit: accidit tñ ꝙ isaac. i. filij deitas nil pati
tur: aries vero. i. christi sola hūanitas immolat: dum
scʒ cornua eius. i. manus ad modū cornuū extente in
ter vepres. i. inter ligna crucis clauotenus alligant: ⁊
crucis cornibus astringunt. Unñ dicit Cornua in ma-
nibus ei⁹. Duo vero iuuenes. i. duo ppli: iudei videlʒ Abac.
⁊ gentiles: in infidelitate sua p maiori pte manserūt: 3.a.
inquantū ad montē fidei nō ascenderunt: nec incarna
tionis aut passionis mysteriū cognouerūt. Qui etiā
asinū. i. stulticiā habuisse dicunt: p eo ꝙ isti in sua stul
ticia obstinati legunt: nec credidisse que credēda fue
rant pbant. Unñ: O stulti ⁊ tardi corde ad credenduʒ Luc.
in his q̄ locuti sunt pphete. Apls: Dicentes se esse sa 24.d.
pientes: stulti facti sunt. Roma.

Capitulum vicesimumquartū Textus: Erat aūt abraam senex dierūꝙ multorum. Moralitatum. Cap XVIII.

1.c.
B

Postꝙ Abraā de Sara vxore sua filium suum
isaac genuisset: ipsumꝙ filium immolare tē
tasset: ⁊ in loco filij arietem occidisset: filius
vero nihil mali passus fuisset: accidit ꝙ Sa
ra eius vxor mortua est. Quod videns Abraā: sicut di Histo.
citur hic: Seruū suū eliezer misit in mesopotamiā: ter
ram scʒ gentiliū: vt ⁊ filio suo isaac pcuraret vxorem. Gen.
Uenit igit in ciuitatem Nachor: vbi erat puella pul- 24.a.
cherrima scʒ rebecca: filia bathuelis: que descendit ad
fontem: vt impleret hydriam suam. Ab illa igit puel
la aquam sibi dari petijt. Que non eū solum: sed etiā
⁊ camelos suos adaquauit. Iste ergo seruus causam
legationis sue rebecce parentibus aperuit: ⁊ eaʒ filio
domini sui tanꝙ procurator: ducit in cōiugem: datis
ꝙ sibi armillis ⁊ ornamentis: ad domum domini sui
ducit: vbi isaac meditantem in agro repetit: que viso
eo statim de camelo descēdit: et pallio se inuoluit: ipe
vero

vero puellam factis nuptijs sibi matrimonialiter copulauit: eā℥ in tabernaculo sare matris sue introduxit: ⁊ eam tantum dilexit/ ꝙ amore eius mortem matris sue obliuioni dedit: ⁊ tandem duos filios/ esau. s. ⁊ iacob generauit: quorum Esau malus fuit: Jacob vero sanctus ⁊ optimus homo fuit. ¶ Sic vero postꝙ
Allego. abraam deus pater de vxore sua sara. i. de synagoga genuisset isaac. i. christum filium benedictū: aries℥ i. christi humanitas immolata fuisset in cruce: ipse℥
B isaac. i. ipsa filij diuinitas nihil passa fuisset: accidit ꝙ vxor sua synagoga per infidelitatem mortua fuit: inq̄tum scʒ fidem incarnationis filij non recepit. Vñ
Jo. 1. a. dicitur: In ꝓpria venit: ⁊ sui eum non receperunt. Et
Ezech. 14. c. Ezechiel: Mortua est vxor vespere: quapropter abraā deus misit seruum suum. i. apostoloꝝ ⁊ predicatoruʒ cetum ad terram ⁊ ciuitates gētiles: vt scʒ puellā nobilem/ scʒ ipsam ecclesiam de ipsa gentilitate natā/ filio suo christo in vxorē acciperet: qui scʒ hāc predicando rogāt vt de puteo ⁊ hydria naturalis philosophie quā habebat: ⁊ de aqua scientiarum quā ꝯtinue hauriebat/ camelos suos. i. fideles populos adaquaret: quia reuera ecclesia collecta de gentilibus puteo suo i. sciētijs physicis multum adaquauit fideles ⁊ multum etiā fugauit hereticos infideles sicut in Augustino apparuit: q̄ etiā ante fidem clericus inter gentiles magnus fuit. Igitur iste seruus. i. predicatoꝝ cetus: isti puelle. i. ecclesie primitiue armillas et ornamenta gratiarū ⁊ virtutū donauerūt. Isaac vero. i. christus/ q̄ iam ad meditādū in agro paradisi per ascēsionē ascēderat: ipsam puellā sibi matrimonialiter copulauit: eā℥ in tabernaculo matris sue. i. p̄ sacrā scripturaʒ q̄ fuit tabernaculum synagoge/ matrimonialiter introduxit: inq̄tum sibi scripturarum dogmata reuelauit. Ipsa vero ecclesia. i. puella/ viso isaac. i. cognita christi maiestate: de camelo/ idest de superbia gētilis fastus sehumiliando descendit: et pallio bonoꝝ operum se inuoluit/ exemplo hester: que viso Assuero dicebat:
Hester. 15. Vidi te dñe sicut angeluʒ dei/ conturbatum℥ est cor meū pre timore glorie tue: valde es admirabilis dñe: et facies tua plena est gratiarum. Sic igitur fit ꝙ ab Isaac ⁊ rebecca. i. a christo ⁊ ecclesia plures filij. i. plures christiani gignuntur quorum quidā iacob/ q2 boni:
C alij vero Esau/ q2 mali/ dici merentur: q2 reuera filij christi et ecclesie diuiduntur in duo: q2 quidam sunt iacob. i. boni ⁊ deo amabiles. Alij vero sunt esau. i. mali/ ⁊ deo odibiles. Unde Malachias: Jacob autem
Mala. 1. a. dilexi: esau vero odio habui. ¶ Cum Rebecca s̄m ꝙ dicitur hic cap̄. xxv. duos filios concepisset/ scilicet esau
ca. 25. c. Histo. malum/ ⁊ iacob bonum: ⁊ tēpus partus instaret: collidebant pueri in vtero suo ac si inuicem dimicarent quis eorum nasceretur prius: tamē factum est ꝙ esau qui malus est/ natus est primus: Jacob vero bonus/ natus est vltimus. Fuit ergo esau venator et ideo pater ipsum amabat: eo ꝙ de venationibus suis comedebat. Jacob vero qui erat simplex ⁊ agricola/ qui venationes non portabat: a patre non intantū dilectus
Mora. erat. ¶ Pater iste Isaac est prelatus: mater vero est ecclesia vxor sua. Igitur dico ꝙ ista mater ecclesia in vtero suo. i. in collegio vel in claustro quando℥ concipit plures filios: idest plures subditos: quosdaʒ scʒ Esau. i. malos: et quosdam vero similes iacob. i. bonos. Sic ergo fit ꝙ quando tempus appropinquat/ vtpote quando vacat aliquod beneficium: ita ꝙ aliquis ꝓmoueatur/ ⁊ ꝙ exterius pariatur: et per ꝓmotionem ad exterius beneficium emittatur: incipiūt in lucē isti pueri/ scilicet subditi collidere/ ⁊ parētes alter alteruʒ impugnare: ⁊ hoc q2 vult quilibet primus ad ꝓmotionem exire. Sʒ quid? Pro certo Esau qui fuit pilosus/ primus exisse dicitur: q2 scʒ hodie illi q̄ priores D exeunt/ dum tamen sint pilosi. i. diuites: primi ad beneficia ꝓmouentur. Illi vero qui sunt iacob. i. boni et simplices/ impromoti in claustri vtero dimittūtur: vel saltem alijs postponuntur. Breuiter enī istud est verum hodie: ꝙ illi qui sunt mali/ dum tamen sint venatores et exactores: et de venationibus diuitiarum suarum ipsis suis magistris munerū oblatores sunt ab eis p̄dilecti. Illi vero qui more iacob sunt simplices/ ⁊ pilis diuitiarum nudi: nec venationi rapinarū dediti/ ab eis sunt neglecti. Prelati enim ⁊ principes nullum subditum ⁊ officialem vel familiarē diligūt: nisi illum de cuius venatione comedunt/ vel a quo lucra vel munera ac emolimenta percipiunt: ⁊ de cuius rapina partem suam assumunt: nec alium in officijs suis libenter tenent/ promouent vel extollunt. Unde Mich. 3: b.
Michee: Si quis non dederit in ore eorum q̄ppiam: sanctificāt super eum p̄liū. Vide supra cap̄. de vipera. ca. 26. d
De quibus fit mentio Geñ. xxvj. ¶ De puteis quos Histo. abraā et serui eius/ Isaac ⁊ serui eius foderunt/ quos ei philistei pro viribus obstruebant: Potest dici ꝙ abraam est deus pater: serui eius fuerunt prophete: Isaac dei filius: serui eius fuerunt apostoli ⁊ euāgeliste. ¶ Igitur dico ꝙ isti puteos scripturarū fecerunt: Mora. q2 scʒ illi vetus testamentum/ isti vero nouū cōposuerūt. Sʒ p̄ certo palestini. i. iudei istos puteos nostros nituntur terra obstruere: dum intellectum scripturarum per terrenum sensum ⁊ peruersum exponendo conantur occupare.

¶ Capitulum vicesimumseptimū Textus: Senuit autem Isaac: et caligauerunt oculi eius. Moralitatum. Capitulum. XIX.

Isaac senex ⁊ cecutiens/ dum duos filios haberet: scilicet Esau primogenitum/ ⁊ Jacob vltimo genitum: ⁊ p̄mogenito suo benedicere decreuisset: vocauit eum/ precipiens ꝙ arcum et pharetram suā sumeret/ ⁊ ꝙ in venationem iret/ ⁊ cibos sibi gratos pararet: de quibus comedēs/ benedictionis gratiam sibi daret. E Historia. Igitur dum Esau pilosus ad venationem foris ꝓperans/ iussa patris exequit: Jacob frater eius iunior domi remanēs/ benedictionem suā surripit ⁊ furatur: de ꝯsilio enī matris rebecce duos hedos preparat: vestibus optimis esau se ornat ⁊ manus suas vt videatur pilosus/ hedorum pelliculis circūligat/ ⁊ sic cibos nomine Esau patri p̄sentat: qui tangens manus eius: pilosas esse sentiens/ filium primogenitum ip̄m putat dicens: ꝙ licet haberet vocem iacob/ ꝙ tamē manus erant Esau: ⁊ cum cibum comedisset paratū benedictionē sibi ⁊ suo semini statim donat: primogenitus vero qui iussu patris venabatur in agro: postea veniens nil reportat. Sic ergo factum est/ ꝙ virtute benedictionis iunior primogenito est p̄latus/ ⁊ minori fratri primogenitus est subditus: ꝙ℥ pater cecutiens/ dum minorē filiū p̄mogenitum credidit: vnū ꝓ alio benedixit: ⁊ sic iacob bñdictionem esau a patre habuit: virtute cuius in terra ꝓmissionis/ que de iure debebatur primogenito/ mox successit: ⁊ sic iacob: idest supplantator dict9 est: quia supplantauit fratrem taliter. Juste (inquit) vocatum est nomen eius iacob. ¶ Per istum isaac cecutiētem Mora. possum intelligere prelatum carnalem ⁊ ignorantē/ ⁊

parū per rōnem videntē: p vxorē eī rebeccā q̄ interp̄tatur/multū accepit: intelligit̄ carnis affectio seu ambitio/que sc̄z hodie accipit vniuersuz. Vn̄ Abacuch: Totum in hamo subleuauit. Per duos vō filios intelligitur subditoꝝ suoꝝ duplex ꝯditio: q2 sc̄z quidam sunt p̄mogeniti.i.boni/q̄ sunt filij ecclesie senes ⁊ maturi/exterius venationi dediti.i.in negotijs ecclesie occupati. Quidā vero sunt iuuenes ⁊ insciij: sicut sunt cognati et nepotuli/intus in domo ecclesie quiescentes: et circa patrem ⁊ prelatum in aliquibus officijs cōmorantes. Igitur dico ꝙ quādoqꝫ accidit ꝙ isaac: idest malus p̄latus per carnis affectionē/vel per ignorantiam cecus factus vult aliquā benedictionē.i.promotionem impēdere: ⁊ p̄mogenitū filiū.i.aliquē antiquum q̄ satis seruiuit ecclesie: intēdit p̄ma facie promouere: ita ꝙ sibi precipit ꝙ venationi ⁊ negotioꝝ administrationi vacet/vt benedictionē.i.promotionē reportet: dicens illud apostoli: Labora sicut bonus miles christi. Quia sicut dicitur in libro sapie: Bonoꝝ laborum gloriosus est fructus. Verūtamē sepe fit/ꝙ dum tales primogeniti exterius iussa patris ⁊ vtilitatē ecclesie faciunt: tunc instigante matre sua.i.carnali affectione ⁊ ambitione: iuuenes domi remanentes/ p̄mogenitos esse dicunt: inq̄tum sc̄z sibi debere dari promotiones asserunt: q2 cibos.i.munera simoniace: patri.i.prelato offerunt: ⁊ manus.i. opera obsequiaqꝫ et seruitia que fecerunt/ostēdunt vna cū pelle carnalis affectionis/vel ꝯsanguinee ꝯiunctionis quā pretendunt. Sic ergo fit ꝙ taliter decipiūt patrē.i.prelatū: qui se faciūt p̄mogenitos.i.magis bene meritos credere: ⁊ sic solent benedictionē.i.promotionem que debebatur p̄mogenitis ⁊ antiq̄oribus reportare. Sicqꝫ iuniores antiquiorib9 preferunt. Primogeniti vero boni ⁊ laboriosi/qui post venationis et laboꝝ studia p remuneratiōe reuertunt ad patrē: in subiectione remanent: ⁊ supplantatores ⁊ impij promouent: ⁊ terram p̄missionis.i.bona ⁊ pinguia beneficia consequūtur. Unde Eccl's: Vidi seruos in equis/⁊ principes ambulantes sicut seruos super terram. Mater eī eoruz.i. ambitio que optime parare cibos nouit: quibus prelati libenter vescuntur: duos hedos.i.munera duplicata ⁊ magna accipi mandat: vestesqꝫ optimas: idest exteriorem pompam recipi consulit: ⁊ tādem manus pilis.i.diuitijs ⁊ muneribus circumuolui precipit. Quibus tactis manualiter.i.apprehēsis iste pater.i. prelatus ipsum esse primogenitum asserit atqꝫ dicit: Nunquid tu es filius meus primogenitus esau? Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Tactui eī magis credidit q̄ auditui: q2 isti plus volunt munera tāgere/q̄ promissiones audire. Filij (inq̄t) accede ad me/vt tangam te. Accessit ⁊c. Statimqꝫ vt sensit vestimētorum eius fragrantiam/benedicens illi ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni/cui benedixit dominus: Seruiāt tibi tribus: esto dominus fratrum tuorum. Vide ibi. ¶Vel dic ꝙ isaac.i. malus prelatus quando vult dare benedictionē.i.beneficium vel prebēdam/vocat primogenitum predilectū ⁊ ab eo preelectum ⁊ sibi dicit/ꝙ ad venationē vadat/ ⁊ sibi cibos offerat.i.ꝙ munera sibi procuret: ⁊ querat vbi beneficiū quod vacat/det sibi per benedictionē pro munere. Verūtamē sepe fit ꝙ dum procurat venationē suam.i.munera que debet sibi offerre/ab alio anticipetur: qui oblatis hedis.i. muneribus pro primogenito acceptatur/⁊ alius spe fraudatur. Sicqꝫ fit ꝙ ille qui prius cibos offert/⁊ q̄ pri9 munera symoniaca patri profert/ benedictionē et promotionē ab eo prius refert: ⁊ vt qui prior apportat/prior habeat: ⁊ q̄ prior offerat/reliquias prior tangat. Solent ergo isti mali et pessimi superiores alijs superuenientibus se excusare. Venit (inquit) german9 tuus fraudulenter/⁊ abstulit bn̄dictionē tuā. Benedixi ei et erit bn̄dictus. ¶Vel dic ꝙ iste pater est iudex: quia reuera illū non vere cognoscit. quē mediāte pilo.i.mediātib9 muneribus vel affectione examinat atqꝫ tangit: ⁊ ideo fit ꝙ talis bn̄dictionē alterius reportat/dū pro ipsa iudex iniuste iudicat: ⁊ alterius iustitiā sibi donat. Cōtra quod Esa. Ve qui iustificatis impiū p muneribus/⁊ iustitiā iusti aufertis ab eo. ¶Vel dic ꝙ isaac est de9/q̄ sc̄z duos filios habuit.i.duos populos/ sc̄z iudaicū pplm p̄mogenitū. Ozee: Primogenitus meus israel/et gentilez etiā iuniorē. Sed dū esau.i.ppl's iudaicus exteri9 circa sensum literalē scripture remanet: iunior gētilis domi remanēs.i.interius sensum scripture penetrās: patris benedictionē/sc̄z fidē christianā habet: ⁊ celi bn̄dictionē p̄cipiet. Iste eī dū patri suo deo ad instinctum matris sue gratie cibū virtutū cū pellib9 bonorū exēploꝝ p̄ntat: bn̄dictionē fidei et glorie que fratri suo primogenito.i.populo iudaico debebatur/reportat. Unde dicitur. Multi venient ab oriente ⁊ occidente/⁊ recumbent cum abraam/isaac ⁊ iacob: filij aūt regni ejcientur foras. Esau aūt p̄sequitur Jacob benedictum: ⁊ iudaicus populus odit ⁊ persequitur christianum. ¶Vel istud potest allegari de occulta dei prouidentia: q̄ preter et contra voluntatem ⁊ spez hominum suū introducit effectum. Decreuerat enim deus se Jacob benedictionem daturum: quapropter ipse fecit ꝙ contra propriam intētionē/ipm Isaac benediceret: ⁊ ꝙ frater suus tunc temporis foris esset: q2 scilicet sepe fit ꝙ deus hominem propter intentionez tanq̄ instrumento suo vtitur: vt finis quem intendit efficaciter consequatur. ¶Vel allega cōtra hypocritas. qui similes sunt Jacob: quia scilicet man9 idest opera sua cooperiunt pellibus idest fictis palliationibus: quapropter sepe fit ꝙ benedictionem idest promotionem reportant. ¶Vel dic ꝙ de hypocrita potest dici/ꝙ vox inquit vox iacob est/sed man9 manus sunt esau: q2 scilz vocē habent bonā et verba honesta/sicut iacob q̄ fuit bonus: manus autē impias habēt ⁊ opera mala/sicut esau q̄ fuit malus.

[Margin notes, left column: Abac. 1.d. — 2. Tim. 2.a. — Sap. 3.c — G — Eccle. 10.b. — Mat. 3.c. — Aliter. — H]
[Margin notes, right column: Aliter. — Esa. 5. — Allega fra. — Osee. 11. — Mat. 8. b. — Aliter. — Aliter. — Aliter.]

¶Capitulum vicesimumoctauum Text9

Vocauit itaqꝫ Isaac Jacob. Moralitatū. Capitulum. XX

Sicut dicitur Geñ xxviij. Jacob fugiens irā Esau fratris sui/recessit in Mesopotamiaz ad Laban auunculum suum/ vt sic a fratris impetu saluaretur. Dū igitur esset in via supposito lapide capiti suo/obdormiuit: ⁊ in somnis scalam celum tangentem aspexit/et angelos per scalam ascendentes et descendentes/dominūqꝫ innitum scale vidit. Tandem vero venit ad puteuz: cuius os grādi lapide claudebatur/vbi oues et cameli adaquabātur: post hoc Lyam ⁊ Rachelem vxores accepit: ⁊ ipsi Laban multas diuitias acquisiuit. ¶Reuera sic debet facere iacob supplantator idest quilibet qui vult diabolum supplantare. Si enim videt ꝙ Esau. frater suus idest diabolus vel etiam corpus propriū ipsū persequatur in patria patris/scilicet in mundo. ⁊ eū per diuersa vitia conetur occidere. debet statim patriam et mundum per contemptum exire: ⁊ ad Labā idest ad

[Margin notes: Historia. — B. — Moralitas.]

idest ad deũ ꝑ orationẽ/⁊ ad matris sue.i. diuine grẽ
mandatũ dꝫ in terrã alienã/scꝫ ad religionẽ vel eccle=
siã/vel ad morũ ꝑfectionẽ transire. Supra.xij. Egrede
re de terra tua ⁊ de cognatione tua/⁊ veni in terrã quã
monstrauero tibi. Dũ ergo talis viã ꝑfectionis ag=
gredit̃: necesse est ꝙ a mundi tumultibus q̇escere vo
lens/capiti suo supponat lapidem.i.christũ: q̇ est pe=
tra firma/scꝫ ipsi per spem et desideriuꝫ innitat̃: qḋ si
fecerit: in pace per mentis tranq̇llitatem q̇escet: scalã
plenã deo ⁊ angelis ꝑ quã in celũ ascendit̃.i. viã virtu
tum q̇ christus est: vbi ⁊ viri angelici ascendũt in celũ
cognoscet: tandẽ puteũ sacre scripture: q̇ grandi lapi
de/idest grãdi difficultate clausus ẽ: ⁊ q̇ pro adaquã
dis ⁊ potandis camelis ⁊ ouib9.i. magnis ⁊ ꝑuis or=
dinatus est reperiet: ⁊ tandẽ duas filias Laban / scilꝫ
Rachelẽ ⁊ Lyam.i. duas vitas filij dei/cõtẽplatiuam
⁊ actiuaꝫ in vxores accipiet: ⁊ ipsius Laban diuitias
C i. virtutes ⁊ merita vel glĩam eternã a deo ꝑcipiet et
Ge.41. acq̇ret: ⁊ sic poterit dicere illud Geñ. Crescere me fecit
b. dñs in terra paupertatis mee. Sꝫ sicut videmus ꝙ ia
cob q̄uis esset valde ditatus. Esau tñ fratrem suũ si=
bi occurrentẽ timebat: nec ipm̃ habere voluit sociuꝫ
vel vicinũ. Sic dato ꝙ hõ virtutibus sit ditat9 / semꝑ
debet fratreꝫ suũ scꝫ corp9 vel diabolũ timere/⁊ occur
sum ei9 scꝫ tentationũ suaꝝ impetum formidare: pro
Geñ.32 pter qḋ debet dñm exorare/dicens illud Geñ. Libera
c. me dñe de9 de manibus fratris mei: q̇ꝛ valde ipm̃ ti=
Aliter. meo. ¶ Uel dic ꝙ Jacob est christus: q̇ scꝫ ad instin=
ctũ ⁊ ad p̄ces matris sue.s. synagoge/patriã suam scꝫ
paradisum dimisit: ⁊ ad Laban.i. ad mundum ꝑ icar
nationem venit: vbi scalam q̄ celos tangit.i. crucẽ in
uenit: ⁊ ibi supposito lapide sepulchri dormiuit. Fa=
ctũq̃ est ꝙ duas filias mũdi.s. aiam ⁊ carnem sibi co=
Ge.32. pulauit vxores: ⁊ duas turmas ouiũ.i. gentes dupli=
c. cis ppl̃i acq̇siuit/iudeos.s. ⁊ gentiles ⁊c. Iste est eñ q̇
dicit: In baculo meo transiui iordanem istũ/⁊ nũc cũ
duabus turmis regredior. Qꝛ scꝫ christ9 iordanẽ mor
tis trãsiuit: ⁊ tãdem cũ duabus turmis.i. cũ fidelib9
vtriusq̃ ppl̃i ad p̄rem in ascensione rediuit/dicens il
Luc.15. lud Luc. Surgam ⁊ ibo ad patrem meum. ¶ Uel dic
d. ꝙ scala quam vidit Jacob/est beata virgo: q̇ stans in
Aliter. terra corporaliter/celos tangebat cordialr̃: ꝑ quã ⁊ q̄
mediante angeli ad nos descendere noscuntur: et cui
dñs ꝑ beatã incarnationem innixus fuisse comproba
Aliter. tur. ¶ Uel dic ꝙ scala ista est crux/cui scilicet dñs per
D sonalr̃ fuit innix9 ⁊ q̄ angelos.i. viros angelicos i ipã
ꝑ deuotionẽ deambulantes ꝯtinet: ⁊ stans in terra ce
Ca.32.f los virtualiter tangit et obtinet. ¶ Angelus volẽs da
Histo= re cõstantiam Jacob/ne esau formidaret: ꝑ noctẽ/cũ
ria. eo luctatus est. Sꝫ cum ipm̃ superare nõ posset / sicut
facietenus p̄tendebat: tetigit angelus femur ei9 /⁊ sta
tim emarcuit.s. neruus suus: ita ꝙ extunc Jacob fa=
ctus fuit claudus: et qꝛ angelum viderat/de Jacob
israel fuit dictus: ⁊ ne timeret esau/ꝑ angelum est mo
nitus. Dictuꝫ est eñ sibi: Non vocaberis vltra iacob
sꝫ israel erit nomen tuum: si inq̇t cõtra deuꝫ fortis fui
sti/quantomagis contra hoies fortis eris? ¶ Israel
qui interpretat̃ videns deuꝫ/significat illuꝫ qui hꝫ cõ
Anago templationem vel btificam visionẽ. Jacob vero illũ
ge pul= q̇ adhuc hꝫ p̄ntẽ luctam ⁊ huius vite tribulationes.
chra. Igitur dico ꝙ quãdo Jacob.i. hõ mortalis et peni=
tens/qui scꝫ est sollicitus de euadendo periculo ⁊ tẽ
tatione Esau.i. diaboli fratris sui/ab eodem patre ge
niti ⁊ creati: plerũq̃ accidit ꝙ angelus.i. deus luctat̃
cum eo.s. aliquas tribulationes immittit. ⁊ fit dum

neruum sui femoris.i. carnis eius potentiam marce=
facit/ipsumq̃ debilitat ⁊ restringit: ⁊ ita q̄tuꝫ ad cor=
poris virtutẽ ipm̃ claudicare cõpellit: fortitudinẽ ad
resistendum esau diabolo sibi tradit: eumq̃ finaliter
de iacob in israel mutat/qñ post luctam huius vite/
celi visionem sibi donat: vel inq̄tum ꝑ cõtemplatio=
nem ipm̃ ad deũ videndum eleuat ⁊ mutat. Tunc eñ
hõ de iacob israel.i. de viatore cõprehensor/vel de acti
uo cõtemplator efficitur: qñ neruus femoris.i. forti/
tudo carnis ⁊ voluptatis ipsius maceratur. Aposto= E
lus. Cum enim infirmor/tunc fortis sum. ¶ Uel dic 2.Cor.
ꝙ angelus est animus/iacob corpus: que inuicẽ pu= 12.d.
gnãt. Quia sicut dicit apostolus: hec sibiinuicem cõ= Aliter.
trariantur. Uerũtamen angelus.i. spiritussanct9 car/ Gal.5.c
nem superat: qñ femur eius.i. carnis voluptatem de=
bilitat: tunc etiam Jacob iste israel dicitur: ⁊ ad vidẽ
dum deum ꝑ fidem ⁊ cõtemplationeꝫ instruit̃: qñ ner Ro.8.c
uus femoris.i. voluptas carnis ipsius macerat̃. Apo
stol9: Si spũ facta carnis mortificaueritis/viuetis.

¶ Capitulum vicesimumnonum Textus: Profectus ergo Jacob venit i terram oriẽ talem. Moralitatum Capitulum. XXI

Cum Laban promisisset Jacob filiam suam Histo=
pro seruitio septem annorum quod fecerat: ria.
sic factum est qḋ cum die nuptiarum cũ Ra
chelem sibi debet reddere/que erat pulcher=
rima: supposuit sibi Lyam/q̄ erat turpis ⁊ lippa: in
alijs etiam mercedibus scilꝫ in ouibus sibi promissis
fuit sibi merces mutata: ita ꝙ Laban nunq̄ libenter
volebat reddere que per ipsum fuerant repromissa. Ge.31.f
Immutasti enim inquit mercedem meam decem vi= Mora=
cibus. ¶ Laban qui interpretatur candidatio/signi= litas.
ficat mundum: q̇ more rei candide visum discretiõis
obtũdit: vel etiã est diabol9/q̇ ꝑ delectamẽta dulceꝫ ⁊
candidum se ostendit. Igitur isti sunt quidã dñi/qui
nunq̄ qḋ ꝓmiserũt cõsueuerũt reddere: immo seruito
rum vel laboratorũ suorum solẽt stipẽdia cõmutare:
qꝛ scꝫ ꝓ Rachele reddunt Lyam: ꝓ p̄mio reddunt pe G
nã/ꝓ albis ouib9 reddunt nigras/ꝓ virtutib9 reddũt
culpas. Et reuera quotidie ꝑcipit̃ ꝙ ille q̇ mundo ser=
uit/nunq̄ attingit ad bonũ qḋ ab eo sperabat̃. Nulla
eñ est in reb9 fortune ꝯstantia: immo cõiter fit/ꝙ vbi
arridẽdo bona ꝓmiserit/reddit mala. Ideo tales mũ
di dilectores possunt dicere illud Esa. Expectauimus Esa.59.
lucem/et ecce tenebre ⁊c. Et alibi. Nunquid reddetur b.
pro bono malum? ¶ Uel si vis istud allega cõtra mo Hie.11.
dernos dominos/qui seruitoribus raro reddunt pro d.
missa: qꝛ scꝫ cum homo seruierit ꝓ Rachele idest pro Aliter.
bono beneficio: finaliter recipit Lyam. idest aliquod
bñficiũ parum valẽs: ⁊ qñq̃ quod est deterius/⁊ qñq̃
nihil habet. ita ꝙ iam proprie potest dicere illud Esa. Esa.49
Inuacuum laboraui/sine causa ⁊ vane consumpsi for a.
titudinem meam. ¶ Cum Jacob primo seruisset pro Ec d ca.
Lya/⁊ tandem pro Rachele/dicitur ibi ꝙ amorem se H. sto=
quentis p̄ori pretulit. ¶ Sic vero hodie cõe est cuiq̃ ria.
ꝙ si habeat aliquam vxorem/idest aliquem amicum Mora=
vel familiarem: ⁊ sibi superueniat alius magis nou9/ litas
primum quodãmodo respectu alterius contemnet:
⁊ vltimũ prediliget atq̃ volet. Apostolus. Aufert pri Heb.10.
mum vt sequens statuat. Cõtra quos dicitur. Ne de= b.
relinquas amicum antiquum. nou9 eñ non erit similis Eccl.9.
illi. ¶ Uel dic ꝙ lya lippa sed fecunda/est vita actiua c.
que est fructuosa. Rachel pulchra est vita contempla Aliter.
tiua/que est preciosa. Igitur dico ꝙ quãdo Jacob.i.

mortalis hõ q̃ est in hoc mundo/luctatur de lye cõnu
bio: transit ad Rachelis amplex9.i. de vita actiua trã
sit ad vitã cõtẽplatiuã: ⁊ de seculi negotijs ad celestia
ↄtẽplanda transfertur. Constat ꝙ primã vxorẽ.i. vitã
f actiuã et secularẽ paꝝ reputat: qñ ad Rachelẽ.i. ad vi
te ↄtemplatiue brachia se transportat: parũqꝫ reputat
terrena/qñ gustat q̃ sunt celestia: vilipẽditqꝫ vite secu
Leui. laris bona/qñ per cõtemplationez celestia gustat do
226. b. na. Vñ dr. Nouis superuenientib9 vetera pꝛjcietis ⁊c.

Capitulum tricesimum Text9: Cernẽs autem Rachel qꝺ infecunda esset. Moralitatum Capitulum: XXII

Historia. Cum Laban ↄcessisset socero suo ꝓ premio
sui seruitij oues: q̃ in grege suo qñqꝫ nascebã
tur nigre/qñqꝫ nascebant̃ albe/qñqꝫ nascebã
tur varie: sicut dr Gen. xxx. Jacob magna
cautela vsus est: q̃ scꝫ cũ oues tꝑe ꝑgnationis ad cana
les aquaꝝ ad aquare venirent: si volebat ꝙ fet9 albos
ↄciperent/virgas ex toto decorticabat/ipsasqꝫ in cana
lib9 añ oculos cõspicientiũ ponebat: ⁊ sic ouis ad aspe
ctũ albe virge fetũ albũ ↄcipiebat. Ecõtra qñ volebat
fet9 nigros producere/tunc solebat virgas cum pelle
in canalib9 ponere. Si vero varias habere cupiebat/
virgas partim decorticabat/⁊ partim cum cortice di
mittebat. Jmaginatio em̃ aĩalis ad aspectum virge
Allegoria. mouebat̃: ⁊ sic qualis erat virga/talis part9 ↄcipieba
tur. ¶ Dic ꝙ iacob significat deũ: virga qua median
te de9 pastor regit mundũ/significat prelatũ: oues ve
ro significant eccl'iam vel collegiũ: filij vero ouiũ desi
h gnãt subiectũ ppl'm. Jdõ dico ꝙ a qualitate virgaꝝ.i.
ꝑlatorũ sequat̃ qualitas agnorũ subiectorum. Oues
em̃.i. eccl'ie tales part9.i. tales subditos ↄcipiũt/qua
les virgas.i. quales ꝑlatos ↄspiciunt: qꝛ reuera agni
i. subditi tales efficiunt̃ q̃les virge.i. quales ꝑlati vel
suꝑiores vel ecclesiastici coꝝ aspectibus offeruntur.
Cum virgis em̃ nigris sunt nigri: cum albis albi/⁊ cũ
varijs varij: cum bonis boni: cum malis mali: cum
Ps. 17. d. mediocribus medij. Ps. Cum sancto sanctus eris.
¶ Vel dic ꝙ oues sunt simplices: qui reuera dum ad
Aliter. canales.i. ad predicatores sacre scripture veniunt: vt
puta qñ ad audiendos sermones accedunt: solent ta
les fetus.i. talia proposita et oꝑa ↄcipere/ quales vir
gas.i. quales exemplares regulas ibi solent videre:
ꝯm em̃ virgam.i. ꝯm exemplum quod in canali.i. ĩ pre
dicatore cernitur: fetus operis vel propositi in audi
Aliter. torib9 generatur. ¶ Vel dic ꝙ si virga.i. ꝑdicator vel
prelatus sit cortice bonorum temporalium/⁊ omnis
male cõuersationis nudatus: ⁊ omni affectu terreno
rum priuatus: solent oues.i. auditores simplices qui
talem aspiciunt/concipere albos fet9.i. facere bonos
actus. Econtra vero quando ꝑlati male cõuersatiõis
cortice sunt vestiti: tunc fetus et actus ouiuꝫ.i. simpli
Na. 2. c. cium subditorum/vitiorum nigredine sunt fedati.
Aliter. Unde dicitur. Facies eorũ sicut nigredo olle. ¶ Vel
dic ꝙ virge significant oꝑa et rigorem diuine gratie
et iustitie/quibus verberat filios pestilẽtes. Ps: Vir
gã virtutis sue emittet dñs ex siõ. Jste em̃ virge qñqꝫ
ps. 109. a. sunt nude et decorticate/inq̃tũ manifesta est dei iusti
tia: qñqꝫ cortices sunt oꝑte inq̃tum dei iudicia sunt
A Dico igitur ꝙ solo aspectu taliũ virgaꝝ/idest ex sola
cõsyderatione iudicioꝝ dei ⁊ sue iustitie operũ: oues
i. boni simplices: debent bonũ propositum concipere
et bona opera ꝑturire sol9 em̃ aspectus iustitie: ⁊ vir
ge rigoris sui/et tribulationũ quas imittit: facit ho
minẽ ↄciꝑe spm̃ salutis: ⁊ finaliter parere oꝑa grẽ vel ve
ritatis siue virtutis: qꝺ etiã de bonis subditis aparet
qꝛ scꝫ nõ debẽt expectare qꝺ a prelato virga percutian
tur: immo solo aspectu bene oꝑari tenentur. Esa. Do
mine a timore tuo concepimus. Esa. 26. c.

Capitulum tricesimũquartum Textus: Egressa est autem dina filia Lye. Moralitatum Capitulum. XXIII

Dina filia iacob volens videre mulieres re
gionis chananeoꝝ/exiuit ad videndũ. Quã
cũ vidisset sichẽ filius emor principis terre/ Historia.
adamauit eã: rapuitqꝫ et dormiuit cũ illa/vi
oprimẽs virginez. ¶ Reuera dina filia iacob signifi Moralitas.
cat aĩam filiã dei patris regio ista est mundus: vbi.s.
chananei gẽtiles/idest pctõres morant̃. Sichẽ autem
est diabolus: ⁊ emor est lucifer pater eius/ qui ĩ hoc
seculo principatur. Vñ dicitur. Venit em̃ princeps
mũdi huius ⁊c. Jgit̃ dico/ꝙ qñ filia iacob/idest aĩa
christiana/ vel etiã aliqua ꝑsona religiosa cupit vide Jo. 14. d.
re mulieres chananeorũ/idest delectatiões/ ludibria
et mollicies pctõrũ. ⁊ sic de domo religionis/idest de
secreto cõsciẽtie ad mũdi religionẽ ꝑ aliquã malã cõ
placẽtiã trãsit: ⁊ in aliquibus mũdi negotijs/nõ cre
dẽs malefacere/sed bñ estimans suã seruare virgini B
tatẽ: idest sue cõscie integritatẽ/se ingerit ⁊ immittit:
statim adest sichẽ.i. diabolus: q̃ per malos cõsensus
eam rapit: ⁊ ꝑ mala opera violat ⁊ corrũpit: ⁊ virgi
nitatem spũalis pudicitie sibi tollit: eãqꝫ secum ad do
mũ patris sui/scꝫ ad infernũ ꝓtrahit atqꝫ ducit. Vti
le ergo est ꝙ anima domũ cõscie nõ exeat: qꝺqꝫ exteri9
ad mũdi negotia nõ trãseat: ne forte diabolus ipsam
rapiat ⁊ corrũpat. Vñ Lu. Jn quãcũqꝫ domũ intraue Lu. 9. a
ritis/ibi manete ⁊ inde non exeatis. ¶ Vel dic ad li Aliter.
teram contra iuuenculas/q̃ domũ patris exeũt ꝓ vi
dendis mũdi ludibrijs: ad mũdi festa ⁊ conuiuia va
dũt: vbi scꝫ a iuuenibus luxuriosis facile decipiunt̃: ⁊
mẽte vel corpore corrũpuntur. Jdẽ vero est demonia
libus: q̃ plus volũt ꝑ mũdũ penes amicos circũire/
q̃ in claustro manere. Vñ sepe fit ꝙ corrũpuntur/⁊ ca
stitatis pudore priuant̃. Apl's. Discunt circũire do
mos: ⁊ cũ luxuriate fuerint/querunt nubere. 1. Ti. 5. b

Capitulum tricesimumseptimũ Textus Joseph cum sedecim esset annorum. Moralitatum Capitulum XXIIII

Cum igitur Joseph fili9 Jacob iunior a pr̃e Historia.
plus alijs fratribus diligeret̃: ꝓpter qꝺ tu
nicã talarẽ ei fecerat: ip̃mqꝫ secũ domi/cũ fra
tres irẽt ad pascua/detinebat. Et factũ est ꝙ
somniauit/ꝙ sol ⁊ luna et stelle vndecim ipsum vene
rabãtur ⁊ qꝺ manipuli fratrũ suorũ suũ manipulum
adorabãt: propter qꝺ ipsi fratres sibi q̃ plurimum in
uidebant. quapropter cũ pater ip̃m in pascuis ad fra C
tres visitandos misisset: ip̃mqꝫ de Sichẽ in dothaim
transiuisse cõperisset: statim quãdo eũ viderũt/in mor
tẽ ipsius cõspirare ceperũt. Jpsum ergo talari tunica
exuerũt/et in cisterna veteri eũ incluserũt: ⁊ tunicam
eius in hedi sanguĩe statim tingũt: ⁊ eã ad patrẽ mit
tẽtes/puerũ a feris occisum fingũt. Jp̃m vero puer
hismaelitis mercatorib9 vendũt. qui tãdẽ ad egyptũ
eũ deferũt: ibi deo operãte dñs egypti efficit̃: ita ꝙ pa
ter et fratres ꝓpter famẽ suam releuandam: ad eum
finaliter descendunt: et vadunt: ⁊ iuxta somnij visio
nem sibi obediunt et seruiunt. ¶ Jsta allegorice expo Allego.
nuntur

nuntur cōmuniter de christo. Iste est Joseph filius
iacob/idest dei p̄ris. ab ipso super oīa p̄dilect⁹. Uñ
Mat. dicit. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus. Et tunica talari. i. hu
17. manitate vestitus: ab eterno somniās ꝛ p̄uidēs q̄ a
stellis ꝛ fratrib⁹ idest ab angelis ꝛ hoib⁹ erat merito
adorādus. Fratres igiꝫ istius quos pater ad pascen-
dos greges miserat/erāt pharisei: quos. s. de⁹ ad sim
plices instruēdos in scripture pascuis ordinauerat.
Isti tñ de sichē/q̄ interpretatur causa: in dothaim/
q̄ interpretaꝫ defectio/trāsiuerat: inq̄tū de bona cau
sa in defectū/de lege in pctm̄: de bono intellectu i ma
lū/improbe se mutarūt. Missus ergo ioseph. i. chri-
stus: in pascua mūdi hui⁹: pro suis fratribus visitan
dis/et pro hoib⁹ redimēdis/ipsos in dothaiz reppe-
rit: inq̄tū. s. in defectiōe pluriū vitioꝝ eos immersos
Deu. 32 inuenit. Unde. Inuenit eos in terra deserta: in loco
b. horroris ꝛ vaste solitudinis. Isti inuidētes sibi/ tu-
D nica humanitatis ipm̄ exuūt occidēdo: et eā sanguie
cruentāt ipm̄ flagellādo: in cisterna eūponūt corpus
sepeliēdo: hismaelite tñ. i. apostoli/ eum emunt ipz p̄
fidē recipiēdo: q̄ in egyptū. i. in gentilitatis pplm̄ eū
deferūt predicādo: vbi tandē dn̄s efficiꝫ/fidē suā ꝛ ec-
clesiā dilatādo: ita q̄ fratres sui. s. iudei: qui prius eū
vendiderāt/finaliter ad ipsum venient/ se sez ad eū cō
uertendo. ꝛ hoc q̄si fame. i. paupertate ꝛ inopia labo-
rauerūt per mundū vagando. Psal. famē patiētur vt
Ps. 58. canes: ꝛ circuibūt ciuitatē. Ipsi cōuertētur ad mādu-
b. candum. ¶ Uel allegari possunt/exēplariter: quomō
prouidētia dei hꝫ diuersos modos occultos sua ope
ra faciendi: ꝛ quō nō est possibile/ q̄ possint p̄ hoiem
Anago immutari: q̄nimmo sepe fit per easdē vias q̄b⁹ hō dei
ge. ordinationē impedire nitiꝫ/ad plenū effectum ipsius
peruenit. Isti em̄ visionē somnij sui/ne adorarent euz
impedire volētes/ipsum exterius vēdiderūt. Ubi tan
dē post labores et carceres dn̄s egypti factus est: ita
q̄ ipsum vbi non sperabāt/adorauerūt. Dn̄s em̄ mul
tas tribulationes et miserias quādoq̄ʒ immittit: nec
curat si hoiem vel ad pctm̄ laxari vel tribulationib⁹
Ps. 137 fatigari permittit: q̄ꝛ q̄d et qualis finis consequi de-
b. beat/ipse sentit. Excelsus em̄ dn̄s: et humilia respicit:
et alta a lōge cognoscit. Uñ ēt ipē Joseph dicit fratri
Ge. vl. c bus suis. Nolite timere inq̄t: nunquid possumus re
E sistere dei voluntati? vos cogitastis de me malum et
dn̄s vertit illud in bonū/vt exaltaret me. Duodecim
fuerunt filij iacob: duodecim fontes in helim: duode
cim lapides preciosi in veste aaron. xij. lapides insecti
in altari. xij. panes propositionis. xij. lapides de ior-
dane sumpti/ꝛ in signum positi. xij. boues sub mari
eneo constituti. xij. stelle in corona mulieris. xij. porte
xij. anguli. xij. fundamēta noue ciuitatis. xij. hore diei
xij. menses anni. xij. fructus ligni. xij. signa celi. ¶ Re
Allego. uera per istuz numerum. xij. possunt intelligi. xij. apo
stoli: vel etiam quicunq̄ʒ fideles. xij. apostolis creden
tes: ꝛ. xij. apostolos imitātes: q̄ꝛ pro certo isti sunt. xij.
patriarche: q̄ alios spiritualit̄ generauerūt. Sūt. xij.
fontes: qui alios gratia ꝛ doctrina irrigauerūt. Sūt
xij. preciosi lapides. q̄ vestes sacerdotis: idest ecclīam
ornauerunt. Sūt. xij. insecti altaris ecclesie lapides:
qui ipsum altare. i. fidem ecclesie sustinuerunt. Sunt
xij. panes: qui famelicos satiauerunt. Sūt. xij. boues
qui sub mari sacre scripture triturauerunt. Sunt. xij.
stelle: que mundum illuminauerūt: ꝛ in corona mu-
lieris. i. ecclesie reluxerunt. Sunt. xij. anguli: qui fun
damenta ciuitatis ecclesie stabilierunt. Sunt duode
cim fundamenta: que ecclesiam fortificauerunt. Sūt
duodecim hore diei: que diem diuine gratie distinxe-
runt. Sunt duodecim menses: qui solem: idest chri-
stum per gratiam continuerunt. Sunt duodecim fru
ctus: qui doctrina sua sana alios nutrierūt. Sūt duo
decim signa: que gloriam bonis: penā reprobis signi
ficauerunt. Isti ergo potuerunt dicere illud Geñ. Fra
tres sumus filij viri vnius. Ge. 42. e. f

Capitulum tricesimumoctauū Textus: eo dem tēpore. Moralitatū. Capitu. XXV

Cum thamar in habitu meretricum sederet
in biuio: accidit q̄ patriacha iudas trāsiēs Histo-
cum ea cōcubuit: q̄ pro arrabone anulū ꝛ ar ria.
millā ꝛ baculū propriū sibi dedit: q̄ sez du-
plicē prolē phares ꝛ zarā in ea genuit. Et cuz propter
adulteriū duceretur ad ignē: ondēdo p̄dicta pignora
q̄ sibi iudas dederat/liberata fuit: de viro inq̄t cuius Allego
hec sunt cōcepi ꝛc. vide pleni⁹ historiā Geñ. xxxviij. ria pul-
¶ Judas iste significat christū: qui leo de tribu iuda chra.
dicitur. Ista vero mulier significat animā: q̄ cum ha
bitu meretricis idest cum multiplici pctō: ꝛ cuz male
cōuersationis cōtagio in biuio mūdi sedet: q̄ mūdus
recte dicitur biuium: q̄ꝛ ibi homo facile deuiat. Sed
quid? pro certo plerūq̄ʒ cōtingit q̄ ver⁹ nr̄ iudas idest
christus/istā p̄ miam respicit ꝛ iuenit: secūq̄ʒ p̄ gratiā
cohabitat ꝛ cōcubit: anulūq̄ʒ fidei ꝛ baculū spei / seu
memorie crucis christi: et armillā charitatis sibi pro
arrabone concedit. duplicīq̄ʒ fetu. s. bona affectiōe in
terius/et bona operatione exterius eā impregnat. Et
vbi demones istā ad ignē pene ꝛ culpe nituꝫ trahere
misericorditer ipsam saluat: quia pro certo nunq̄ ani
ma igne male cōcupiscentie in p̄senti cōburiꝫ: vel etiā
igne gehenne nūq̄ post mortē dānaꝫ dū tñ predictā
arrabonē/sez anuluz/ armillā ꝛ baculū ostendere me-
reaꝫ. Ita q̄ tūc poterit dicere illud. In baculo isto Ge. 32. c
trāsiui iordanē ꝛc. In baculo em̄ crucis vel spei. Jor-
danis. i. flux⁹ mortalitatis nostre pōt tute trāsire aīa
et duplex partus duplexq̄ʒ turma bonorū operū/scilꝫ
interiorū et exteriorū/poterit in ea parturiri. ¶ Uel
dic q̄ talis mulier est falsus cōsiliari⁹ vel hypocrita: Aliter.
qui ne cognoscaꝫ/pallio falsarū palliationū ꝛ fraudū G
se velat: vt sic cōcubitū iude/idest familiaritatē dn̄oꝝ
habeat: ꝛ vt diuitijs impregneꝫ: ꝛ pastorali baculo et
anulo epāli/armillaq̄ʒ dignitatis ditetur. ¶ Uel dic Aliter.
q̄ hodie dato q̄ aliqua persona cōburi meruerit: si tñ
arrabonē ostēderit/idest si bona munera iudicib⁹ ob
tulerit/salua erit. Est em̄ vn⁹ lapis preciosus/q̄ cōbu-
ri vel puniri hoiem nō p̄mittēs: dicit illud. Esa. Cum Esa. 43
ambulaueris per aquā/tecū ero: cū pertransieris per a.
ignē: nō cōbureris. ¶ Uel dic q̄ iudas est iniquus iu Aliter.
dex: qui sepe alios punire nititur de eo crimine quo
ipsemet innodaꝫ. Uerūtñ q̄n crimē in ipm̄ inflectitur
q̄uis hō sit culpabilis/ipm̄ conatur liberare.

¶ Capitulum tricesimumnonū Textus: Igitur Joseph ductus est in egyptū. Mo ralitatum. Capitulum XXVI

Legiꝫ q̄ cū vxor phutifaris oculos iniecis- Histo-
set in ioseph/ita q̄ ipsi⁹ petisset cōcubituz: ria.
q̄ cū ꝛ ille negasset: ꝛ fugiens palliū dimi
sisset. Illa vero se vidēs cōtēptā: cōtrariū vi
ro suo dixit: et q̄ eā Joseph opprimere voluerat/accu
sauit: ꝛ palliū dimissuz in argumētū fidei ostēdisset:
propter quod vir ille nimis vxori credul⁹/ioseph car
ceri mancipasset: de quo tandem dn̄s miraculose eux Mora.
expediuisset. ¶ Pōt allegari cōtra fallaciā mulieris:

q̄ nō timet q̄nq̄ȝ ipudice libidinē appetere: nec timet
falsum crimē iponere: ⁊ argumēto fidei mlta fingere
⁊ pretēdere: nec facit ꝯsciam inocētē dānare: Uñ dr.
Ecc. 25. c. Nō est malitia sup̄ malitiā mulieris. ¶ Pōt ēt allega
ri cōtra viros modernos: q. s. nimis suis credūt vxori
Aliter. bus: ⁊ maxime vbi agit̄ d̄ pudicitia cōiugali. ¶ Pōt
ēt allegari ꝙ q̄cūq̄ȝ iustꝰ exēplo ioseph se dȝ potiꝰ pmit
tere diffamari/ ⁊ icarcerari q̄ legē dñi p̄terire: ⁊ maxie
qr dñs solet tales expedire/ ⁊ ad maiorē gloriam pmo
Aliter. uere: sicut apparuit in Susanna et in isto. ¶ Uel pōt
3. Esdre 3. c. allegari pro veritate ⁊ pro innocētia: que q̄uis aliq̄n
supprimitur/ finaliter tamen vincit. Unde dicit̄. Sup
omnia vincit veritas.

¶ Capitulum quadragesimū Textꝰ: His itaqȝ gestis accidit vt peccarent. Moralitatum Capitulum. XXVII

Historia. Uo familiares Pharaonis regis egypti in
carcere regis positi cū Joseph/ scȝ magister
pincernarū/ ⁊ magister pistorū/ viderūt som
niū vna nocte. Magister em̄ pincernarū vi
debat corā se vitē/ in qua erant tres propagines/ in q̄
bus vue florebant ⁊ maturescebāt: ita ꝙ ciphū Pha
raonis accipiebat ⁊ ibi vuas exprimebat/ ⁊ poculum
regi dabat. Magister vero pistorū tria canistra fari
ne portare se somniabat: ⁊ in superiori qd̄ oēs cibos q̄
fieri solent arte pistoria/ cōtinebat: aliisq̄ȝ excelsius p̄e
minebat: aues cibos comedere ꝯspiciebat. Ista ergo
somnia fuerūt a ioseph exposita/ taliter ꝙ pincerna in
fra tres dies debebat ad pristinū officiū restitui: ⁊ po
tū regi porrigere. Pistor vero debebat suspēdi: ⁊ aues
A Anago. carnes eiꝰ comedere. ¶ Pharao rex egypti deū sig̃t ce
li regē. Carcer aūt eius sig̃t istū mūdū: q̄ scȝ ꝯtinet pin
cernā ⁊ pistorē. i. poplm̄ bonū ⁊ malū: pincernā pro
pter defectū p̄mi parētis boni ⁊ mali: q̄ de domo pha
raonis. i. de p̄adiso fuerūt eiecti/ ⁊ in huiꝰ mūdi carce
re vinculati. Sȝ pro certo vterq̄ȝ somniat in carcere. i.
vterq̄ȝ cogitat de futuris. Boni em̄ q̄ in pīcerna figu
rātur: vidēt vitē. i. deū: q̄ hȝ tres propagines. i. tres p
sonas: q̄bꝰ accipiūt vuas. i. fidē: de qua. s. ipsi exp̄mūt
vinū. i. bona opa/ q̄ infundūt in calice regis christi/ in
Ps. 103 b. q̄tū ista letificāt regē christū. Ps. Uinū letificat cor
hoīs. Mali vero q̄ p pistorē designant̄/ vident ꝙ ipsi
habēt tria canistra. i. triplicē cōcupiscentiā ⁊ genus ci
Baruc. 3. b. borū. i. carnis ⁊ oris ingluuiē: ⁊ aues desup volantes
idest ⁊ vanitatē ⁊ superbiā. Uñ: In auibus celi ludūt.
Quis ergo finis ambor̄? proculdubio s̄ȝ expositiōeȝ
ioseph. i. s̄m sctōr̄ doctrinā boni sunt p̄miādi: qr. s. pi
cerna. i. cetꝰ bonor̄ post tres dies. i. post tria tpa hu
ius vite/ scȝ in die iudicii ad gradū pristinū. s. ad bti
tudinē ⁊ imortalitatē restituent̄: ⁊ in domo regis. i. in
paradiso recipient̄: ⁊ ad ꝓpinādū vinū letitie cū ange
lis admittent̄. Ecōtra vero mali post eosdē tres dies/
s. in die iudicii/ in iferni patibulo suspēdent̄: ⁊ eor̄ aie
Deute. 32. d. ab auibꝰ. i. a demonibꝰ comedētur: vñ dr: Consumen
tur fame: ⁊ deuorabūt eos aues morsu amarissimo.

¶ Capitulū quadragesimūprimū Textus: Post duos annos vidit Pharao somnium. Moralitatum Capitulum XXVIII

B Historia. Uidit pharao somniū. s. septē vaccas piguis
simas/ q̄ pascebant̄ i locis palustribꝰ. Post
q̄s erūpebāt septē alie macie cōfecte: q̄ con
sumptis ⁊ deuoratis prioribꝰ/ nullū saturi
tatis dedere vestigiū: sȝ simul macie ⁊ squallore torpe
bāt. Uidit ēt ꝙ septē spice pullulabant e culmo vno
plene atq̄ȝ pulcherrime. Alie vero septē p̄cusse vredie
oriebātur e stipula: q̄ prior̄ pulchritudinē deuorabāt
¶ Primo sciēdū est ꝙ numerꝰ septenariꝰ vniuersitatē Mora.
sig̃t/ s̄m Greg. eo ꝙ vniuersa tpa p septenariū dierum
currūt: ⁊ sic dicā ꝙ septē vacce pingues significāt vni
uersos diuites. Septē vero spice plene signāt vniuer
sa eor̄ tp̄alia bona. Uacce vero signāt d̄monū vniuer
sitatē. Septē vero spice squallide designāt illā q̄ ā et
inferūt/ vniuersalē aduersitatē: ⁊ sic igitur dico/ ꝙ in
ripa fluminis prospitatis mūdane iueniūtur hodie se
ptē vacce/ mūdi diuites diuitiis ip̄regnati: q̄ septē spi
cis. i. vniuersitate bonor̄ tp̄aliū sunt refecti. Sȝ reuera
ex alia p̄te/ scȝ post morte/ isti iueniūt septē vaccas ma
cras. i. vniuersitatē tormētor̄: a q̄bꝰ iste vacce pigues
cū spicis suis deuorabunt̄: ⁊ eternaliter ꝯsument̄. De
mones em̄ diuites deuorabūt: ⁊ sequentes aduersita
tes p̄cedētē ꝓsperitatē vastabūt: vñ sequit̄ ibidē. Ue
niēt septē anni tāte sterilitatis: ita ꝙ obliuioni det̄ cū
cta retro abūdātia. Ideo contra istas vaccas loq̄tur
Amos dicēs. Audite verbū dñi vacce pingues/ q̄ estis Amos
in mōte samarie: q̄ calūniā facitis egenis: ⁊ confringi 4. a.
tis paup̄es/ dicētes: afferte vt bibamus: qr ecce dies
venēt dicit dñs. ⁊ eleuabūt vos in cōtis/ ⁊ reliq̄as ve
stras in ollis ferueētibꝰ. ¶ Uel dic ꝙ iste vacce pmo si
C Aliter. gnificāt aliquos hoīes pingues/ diuites/ ⁊ sibi suffi
ciētes: sicut sunt q̄dā q̄ in ripa huiꝰ mūdi tenuerūt de
suis redditibꝰ bonos statꝰ. Septē vero macre sequen
tes significāt malos eor̄ filios ⁊ successores: q. s. q̄nq̄ȝ
ita sunt pauperes/ macri ⁊ infortunati: ꝙ pinguedinē
p̄decessorū suor̄/ ⁊ bona q̄ acq̄sierūt/ cōsumunt deuo
rāt atq̄ȝ vēdunt: ⁊ tñ nullā satietatem atq̄ȝ sufficientiā
proinde recipiunt aut acq̄rūt: ⁊ sic fit ꝙ squallor vre
do/ macies ⁊ infortuniū ipsorū/ vacuitasq̄ȝ stipular̄. i.
paup̄tates ⁊ tenuitas bonor̄ suor̄/ alior̄ plenitudinē
deuorat: ⁊ q̄cq̄d boni alii p̄decessores sui cumulaue
runt/ malor̄ successor̄ infortunitas deuastat: vñ dicit̄
Alii laborauerūt: ⁊ vos in labores eorum introistis.
Joan. 4. c. ¶ Uel dic ꝙ vacce iste macre sunt auari/ balliui ⁊ offi
Aliter. ciales vel p̄ncipes/ raptores ⁊ vorato res: q̄ scȝ tāte sūt
tenuitatis ⁊ paup̄tatis/ tātarūq̄ȝ expēsarum ⁊ isatiabi
litatis/ ꝙ nihil penitꝰ sufficit eis: q̄nimo dato ꝙ oēs
vaccas pingues patrie. i. oēs diuites hoīes sibi subie
ctos soleāt rapinis ⁊ exactionibꝰ deuorare ⁊ cōsume
re ⁊ vastare: nullum tñ saturitatis vel sufficientie vesti
giū in eis apparet: immo paup̄tate ⁊ miseria semp sūt
Prou. 11. c. repleti. Uñ dr. Alii diuidunt propria ⁊ ditiores sunt:
alii rapiūt nō sua: ⁊ semp in egestate sunt.

¶ Capitulum quadragesimūtertium Textus. Interim fames omnem terram vehementer. Moralitatum Capitulū. XXIX

Historia. D Enesis. xlii. dicit̄: cū fratres Joseph ad ip̄m
in egyptū vbi dñabat̄ venissent: ipse ibi fr̄es
suos cognoscēs/ nō est agnitꝰ ab eis. fecit er
go eis ꝯuiuiū. Et qr sciebat q̄ erāt primoge
niti: fecit eos ad mēsam p̄ores sedere/ s̄m ꝙ erāt anti
q̄ores: ⁊ dato ꝙ ibi esset Beniamin adolescentulꝰ/ ab
eo precipue p̄dilectus: eo ꝙ frater erat ipsiꝰ vterinus
ip̄m tñ antiq̄oribꝰ fratribꝰ nō preposuit: imo qr erat
Mora. iunior/ locum vltimū sibi dedit. ¶ Talis Joseph est
Ge. 49 c. christꝰ. Uñ dr: Filius accrescens Joseph. Fratres sui
sunt oēs christiani. Aplus. Primogenitus in multis
Ro. 8. f. fratribꝰ. Uterini ⁊ magis dilecti sunt religiosi ⁊ cleri
ci: qui sibi spūaliter sunt cōiūcti. Dico igit̄ ꝙ Joseph/
idest christus:

idest christ9:quis hodie sit a fratrib9.i.a fidelib9 ab
scōdit9 ⁊ ignot9:ipsos tñ inuicē diligit ⁊ cognoscit:⁊
q̄ sit eoꝝ etas.i.eoꝝ ꝑfectio/optime iudicat et discer
nit.Etas eñ virtutē ⁊ ꝑfectionē sigt:in qua quāto q̄s
est ꝑfectior/tāto honore paradisi est dignior. Uñ dr:
Sap.4 b. Cani sunt sensus hois/⁊ etas senectutis vita imacu-
lata.Qñ igit isti fratres christifideles in cōuiuio Jo
seph.i.in paradisum sunt locandi:optime cōsyderat
ipse christ9 etatē.i.merita singuloꝝ:ipsosq̧ ꝰm ꝑmo-
genita sua.i.ꝰm virtutes q̄s habēt/solet ordinare/⁊ ꝑ
mos vel vltimos collocare.⁊ hoc sine quacūq̧ acce-
ptione ꝑsonaꝝ:qꝛ pro certo fratres vterini.i.viri ec-
clesiastici nequaq̄ preferunt:quimmo si in moribus
sint ceteris minores/vltimiores ponunt.Ibi eñ non
E Aliter. est acceptio seu distinctio iudei ⁊ greci quinimo sepe
fit ꝙ greci q̄ primi sunt/sunt nouissimi/et nouissimi
primi.¶Uel dic ꝙ Joseph est ꝑlatus:q̄ reuera sūme
debet cognoscere etatē.i.merita subditoꝝ:⁊ dato ꝙ
ipsi eū nō cognouerunt.i.non visitauerūt nec obtule
rūt munera:nec adulādo applauserūt:ipse tñ dꝫ eos
cognoscere/⁊ eoꝝ sufficientias cogitare.Ergo qñ ipse
facit cōuiuiū.i.prouisionē aliquā:ipse debet in mensa
bñficioꝝ ecclesie ipsos collocare priores/q̄ in etate.i.
in virtutibus sūt maiores:qꝛ vere dato ꝙ beniamin/
idest q̄ illi habeāt aliquos fratres vterinos/idest ali
quos sanguineos/nepotes vel amicos: si tamen sint
Ps.67. g iuniores.i.morib9 imꝑfectores:nūq̄ dꝫ eos bonis et
prouectis ꝑponere:sꝫ premissis meliorib9 ipsis vlti-
Hester. i.b. mū locū dare.Ps.Ibi beniamin adolescētul9 ⁊c.Uñ
Hester:Bibebāt oēs in aureis poculis ⁊c.¶Dato ꝙ
Eo.ca. Text9 g Historia. Joseph fratres suos ordinate ꝰm etates suas collo-
casset ad mēsam:⁊ sic beniamin ꝑdilect9 ⁊ vterin9/eo
ꝙ esset iunior vltim9 locaret:nihil tñ propter hoc sibi
deperijt:imo portio ciboꝝ quā sibi ioseph dedit/por-
Moralitas. tionē alioꝝ fratrū in quinq̧ ꝑtib9 excessit.¶Sic vero
cū ītēs ioseph.i.fideles ecclie/nūc in locis graduū et
dignitatū diuersimode sint locati:ita ꝙ sepe fit ꝙ illi
q̄ sunt vterini.i.christo magis ꝑ charitatē cōiuncti/⁊
ab eo potissime ꝑdilecti:i mēsa bonoꝝ ecclie sunt vl
f timi ꝯstituti:qꝛ vero hodie plerūq̧ accidit: qꝺ illos
quos christ9 verus ioseph plus diligit: et quos sibi
charitas seu sctitas magis iūgit vltimos in ecclesia
Lu.14. b. vel mūdi dignitatibus ponit/dicēs illud Lu. Recū-
be in nouissimo loco.Ex hoc tñ nihil sibi deperit pro
pter ista:qꝛ ꝑ certo post mortē qñ christ9 distribuet ci
bos glie paradisi/isti alijs ꝑficiētur.⁊ portio glie quā
habebūt/alioꝝ glie ꝑferet:qꝛ reuera Christ9 illos qui
sunt mō vltimi/depressi ⁊ paupes:alijs q̄ mō sunt alti
Mat. 11.b. et diuites ꝑferet:ita ꝙ glia eis data alioꝝ gloriā pre
Aliter. cellet.Uñ dr.Erunt nouissimi primi ⁊c.¶Uel dic ꝙ
talis ioseph esse videt defectuosus prelatus : qui re-
uera de bonis ecclie solet suis fratrib9 vterinis.i. fi-
lijs/nepotibus et cōpatriotis et familiarib9 magis
Ephe. 5.f dare dato ꝙ alij antiq̄ores et meliores noscant esse:
sicut dicit apl's:ꝙ nemo vnq̄ carnē suā odio habuit:
sed nutrit ⁊ fouet eā.Ciph9 ioseph inuēt9 fuit in sac-
co beniamin iunioris fratris et minoris:ad denotan
dū ꝙ ciph9 diuie sapie in sacco.i.in corde humilium
inuenit:qꝛ quāto q̄s ē ꝑ humilitatē minor/⁊ ꝑ purita
Psal 67.f. tē iunior:tāto calice sapiētie plus potatur.Exēplū de
b.Joāne:q̄ erat apl's iunior:⁊ tñ intellectu fuit altior
Ca.37.c Ps.Beniamin adolescentul9 in mētis excessu.¶Si
Mora. cut dr in Geñ.Joseph emit ppl'm egypti in seruitu-
tē regis/dando eis frumētū regis.¶Sic vero predi-
cator.q̄ est dispensator frumēti/idest scripture ⁊ sciē
tie christi regis:ppl'm fideliū in ipsius regis christi
acq̄rit seruitutē:dū frumētū suū/idest doctrinā suam Psal. 80.c.
vel etiā eucharistiā ei pandit.Psal.Ex adipe frumē-
ti saturauit eos.¶Uel dic ꝙ ppl's pharaonis.i.dia- Aliter.
boli seruus efficitur:dum frumēto ei9/idest bonis tē- G
poralib9 satiatur.Unde in Prouer.Qui accipit mu Prou. 22.a.
tuum/est fenerator.

¶Capitulum quadragesimumoctauū Textus:His itaq̧ transactis: nunciatuꝫ est. Moralitatum Capitulum. XXX

Jacob in breui moritur9/voluit bñdicere duo- Historia.
bus filijs ioseph/scꝫ ephraiꝫ ⁊ manasse: vñ cū
esset in lecto cecutiēs:adduxit eos ioseph sibi
bñdicēdos ad lectū.Cū ergo primo genitū po
suisset ad dexterā/⁊ secūdo genitū ad sinistram:pater
manus supposit9 cācellauit:⁊ dexterā secūdo geni
to/q̄ erat sinister anteposuit:Sinistrā vero super pri
mogenitū assignauit:⁊ sic cācellādo ⁊ mutādo ma-
nus/dexter filioꝝ sinister/sinister vero dexter fact9 est
et bñdictionē primogeniti reportauit.¶Reuera iste Allegoria.
Jacob patriarcha pōt mihi significare deū. Joseph
vero significat mūdū vel quēcūq̧ q̄ hꝫ alios promo-
ueri/principē vel prelatū:ꝑ dexterā intelligitur ꝓspe-
ritas/ꝑ sinistrā vero aduersitas:ergo istud cōstat/qꝺ
Joseph.i.mūd9 aliquos ponit ad dexterā aliquos cō
stituit ad sinistram:qꝛ scꝫ diuites ponit in dextera ꝓ-
speritatis/paupes vero in sinistra aduersitatis. Sed Ps.83. b.
reuera iacob.i.christus in die iudicij/qñ bñdictionē
dabit legislator:⁊ ibunt de virtute in virtutē.et vide-
bitur de9 deoꝝ in sion:tūc manus sue munificētie cā-
cellabit/⁊ etiā eos ꝑmutabit.Sicq̧ fiet ꝙ dexterā pro
speritatis illis dabit/q̄ nunc sunt in aduersitatis sini
stra.Sinistram vero aduersitatis his dabit/qui nūc H
sunt in ꝓsperitatis dextera:⁊ sic fiet ꝙ dexteri fient si- Mar. 20.b.
nistri/et ecōuerso:⁊ qꝺ primi erunt nouissimi/et no-
uissimi primi.Esurientes impleuit bonis : et diuites Lu.1.e.
dimisit inanes.Joseph vero noluit sepeliri in egy- Ge.50. b.
pto:imo rogauit fratres/qꝺ in terram promissionis
portarent:quod finaliter factū est. Sic vero nec nos Exo.3.d
debem9 velle sepeliri ꝑ malā ꝯsuetudinem in pctō:im Psal. 141.b.
mo debemus rogare fratres.i.religiosos⁊iustos/qꝺ
inde suis doctrinis/exēplis et orationib9 nos educāt
Psal.Educ de carcere animā meam.

¶Moralitatum super Genesim finis.

¶Moralitatum liber secundus super exodum.

¶Capitulum primum Textus : Hec sunt nomina filioꝝ Israel.Moralitatum Capitulum I

Surrexit rex no Historia.
uus super egyptum/qui non no-
uerat opera Joseph seu beneficia
que egypto contulerat : propter
quod filios israel per magistros
operum q̄ plurimum opprime-
bat:ipsosq̧ sibi seruire in luto et
Capitulum decimumquintum Textus: Locutus est dominus ad moysen: dicens: Loquere ad filios. Moralitatū. Ca. XII

Hic ponit q q̄dā inuentus est qui sabbato ligna cedebat et colligebat: qui inclusus est in carcere quousq̄ sciret de eo quid domin9 imperaret. Precepit ergo dominus qō lapidaretur: et quod pter violationē sabbati lapidib9
Mora-litas. opprimeretur: Istud applica contra illos qui sabbata et festa non custodiunt: sed in eis opera seruilia/
f et maxime peccata faciunt et cōmittunt/et errāt: tales enim in inferno lapidabuntur: et lapidibus duris. i. perpetuis tribulationibus obruentur. Uel dic qō Aliter
sabbatum significat statum religionis: vbi debet esse quies. i. trāquilitas affectionis et tribulationis. Qui igitur tale sabbatū. i. religionis statū violauerit: et ibi ligna collegerit. i. mūdana negocia tractare psumpserit/lapidibus dure dei sententie finaliter cesus erit. Unde dicit. Memēto ergo vt diem sabbati sanctifi- ex0.20.b.
ces. Uel si vis istud allega/ad ostendendū qō legis Aliter
transgressores acrius in principio puniunt/vt sic ipa lex obseruari discat: sicut etiam plurimis antiquorꝫ exemplis patet/scꝫ de Romulo: qui fratrē suū occidit pro eo qō contra edictum ipse muros vrbis transilijt: et de illo qui filium proprium peremit/pro eo qō/ contra hostes pugnasset/licet victor extitisset. Istud Allego-ria.
etiā pōt allegari/ad probandū qō deus antiquitus erat valde rigorosus et punitiuus: qui tamen modo ī tempore legis noue est pius/patiens et benignus: qr lex antiqua dicit lex rigoris et timoris. Lex aūt noui testamēti dr̄ lex gratie et amoris. Hic precepit domi- Eo.c.d.
nus qō filij israel ex quatuor angulis palliorꝫ suorꝫ faciāt sibi fimbriam de vittis hyacinthinis: vt cū eas viderint (inquit) recordent mandatorꝫ domini: et non sequantur cogitationes suas/et oculos per res varias fornicantes: sed recordent pceptorꝫ domini/et faciant ea: sintq̄ sancti deo. Quod bm Comestorem ita stricte g
seruauerūt pharisei/qō in angulis palliorꝫ spinas ponebant/vt eorꝫ punctionibus legem domini memorarēt. Et adhuc in pallio quo vtunt in synagoga in quatuor angulis vitte sunt hyacinthine: qui quidem pannus coloris celestis est/ad recordationē legis que de celo eis extitit data. Per palliū intelligit cōuersa- Mora-litas.
tio: per quadraturā intelligit quatuor virtutū cardinalium perfectio: per vittā hyacinthinā intelligit celorꝫ vel celestium dei mandatorꝫ adimpletio: per extremitatē pallij intelligit perseuerātia scē cōuersatiōis et cōtinuatio: per spinas intelligit diuini timoris punitio et stimulatio. Igit dico qō quilibet debet ī pallio ɔuersationis sue habere quatuor angulos. i. quatuor v̄tutes cardinales: necnō cum extremitate pseuerātie cum vittis hyacinthinis. i. cum cōsyderatiōe celestis vite et mansionis: et cum spinis. i. cum timore et cōpunctione infernalis damnationis. His em̄ mādatis dei recordamur et ea pficimus: et cogitationes malas et vagas non sequimur/sed reprimim9 et oculos cordis ne p res varias diuersis desyderijs fornicent/cohibemus et reprimim9. Sic etiā deo nostro sancti sumus atq̄ viuimus. Constat enim quod per spinas diuini timoris/et per hyacinthu͂ celestis amoris/sensus nostros a malis appetitibus cohibemus: et mandata dei recordamur facilius et implemus.

Capitulū decimumsextum Textus. Ecce aūt Chore filius Isuar: filij Caath. Moralitatum. Capitulum. XIII.

Chore quidam magnus leuitici generis/ad- h
iunctis sibi ducentis quinquaginta viris/ Histo-ria.
cum dathan et abiron qui erant inter rubenitas maiores/murmurauerunt contra moysen et aaron contribules et fratres suos: et inuidentes quod aaron propter sacerdotium/moyses propter ducatum/plus ceteris honorabantur: se et dictos complices suos leuitas dignos sacerdotio aiebant. Dathan vero et Abiron quia erant de genere Ruben

primogeniti/duces debere fieri ptendebant. Igit dathan ⁊ abiron ad moysen venire contepserut vocati: sed potius ad resistendu sibi/se ⁊ affines suos ptribules parauerut: quapropter orante ⁊ flente moyse/ ⁊ eorum inuidiam puniri postulate: factus est vehemens terremotus. Precepit itaq moyses populo/ꝙ separarent se a tabernaculis hominu impiorum: statimq aperta est terra/⁊ ipsos cum vniuerso supellectili ⁊ familia ⁊ congregatioe deuorauit ⁊ absorbuit: ⁊ tande iterum ipsa vorago patula se reclusit. Tuc etiam Chore ⁊ illi ducenti qui sacerdotiu ambiebant/a moyse vocati fuerunt: hausto igne in thuribulo suo/aaron similiter in suo/coram domino stabant: ⁊ quem eligeret dominus in sacerdote/expectabant. Reprehenderat eni eos moyses de huiusmodi ambitione/dicens. Multu erigimini filij leui. Nunquid parum vobis est/ꝙ separauit vos dominus ab omni populo: ⁊ iunxit sibi ⁊ ordinauerit/ꝙ quilibet cu thuribulo suo coram domino

A staret: ⁊ voluntatem domini vtru illi vel ipsorum aliquis vel aaron eligi deberet ad sacerdotiu/expectaret? Tuc ergo cum terra dathan ⁊ abiron absorbuisset: ⁊ isti qui cum suis thuribulis stabant/igne ab ipis thuribulis exeunte/sunt coram domino deuorati: aaron vero inter ignes illesus permasit.

Moralitas. Ista possunt allegari literaliter: ꝙ in quo peccat quis/in hoc etiam punitur isti eni peccabat appetendo rem spiritualem/scz sacerdotium: ideo igne tanꝙ re magis spuali cosumpti sunt. Dathan vero ⁊ abiron peccauerunt appetendo rem terrena ⁊ spualem: scz populi ducatum: ⁊ ideo a terra puniti ⁊ absorpti fuerut.

Tropologia. Uel dic generaliter contra inuidiam/que non potest pati prosperitatem alterius etiam bonoru vel melioru/vel a deo specialiter electorum: ⁊ hoc in nullo eos ledentiu vel nocentiu: sicut etiam hic moyses legit dixisse. Ne respicias (inquit) sacrificiu ipsorum: tu dne scis/ꝙ nec asellum quide acceperim ab eis: nec afflixerim quepiam ipsorum. Unde Seneca dicit: ꝙ si nullos inimicos facit iniuria: multos tn facit inuidia. Isti ergo igne proprij thuribuli.i.dolore proprij cordis ⁊ corrosione inuidie comburunt in hac vita: finaliter vero absorbent in infernali miseria.

Aliter Uel dic qd iste due secte significat duo genera ambitiosoru: quidam eni ambiunt ad sacerdotiu.i.ad ecclesiasticum statum: sicut sunt religiosi ⁊ clerici: ⁊ isti figurantur in Chore ⁊ suis sequacibus/qui erant leui

B te. Alij ambiunt ad ducatum.i.ad iudicaturas preposituras ⁊ singularem principatum: ⁊ isti figurantur in dathan ⁊ suis complicibus. Omnes enim tales de suis sufficientijs presumunt: ⁊ se dignos talibus officijs ⁊ statibus esse credunt. Illos vero qui talia officia ex dei voluntate tenent/despiciunt ⁊ contemnunt: ⁊ se eis preficere/ipsosq de suis statibus abijcere conantur/satagunt ⁊ contendunt: ⁊ eos habere dominos vilipendunt. Tales ergo presumptuosi et rebelles ⁊ iniuti ac ambitiosi: qui etiam vocati a moyse.i. a superioribus/venire nolunt: sed potius murmurat/rebellant ⁊ contradicunt: solet dns terribiliter punire. Ignisq ire ⁊ discordie de suis pprijs thuribulis.i.de suis cordibus ⁊ domibus: inter se solet aliquotiens exire: ⁊ ipsos ⁊ eorum statum solet consumere ledere ⁊ vorare. Terra finaliter eos deuorat: ⁊ infernus eos deglutit/destruit atq damnat. Et non solum ipsos/sed ⁊ eoru sequaces ⁊ complices sic castigat. Ps.

Ps. 105.c. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan: ⁊ operuit super congregationem abiron. Quia igitur sequaces taliu cum talibus pereunt: precipit dns vt talium consortia fugiamus: ⁊ quod ab eorum tabernaculis ⁊ familiaritatibus recedamus/ne forte cum eis pereamus. quia reuera quando videmus conspiratores vel detractores contra moysen ⁊ aaron.i. contra bonos prelatos ⁊ principes congregatos ⁊ ad detrahendum ⁊ machinandum compositos: non est tutum talibus se adiungere: qr scilicet prelatis vel principibus preualentibus contra tales/solent eorum sequaces ⁊ complices penas similes luere vl deflere. Bene ergo dicit. Recedite a tabernaculis impiorum hominu/⁊ nolite tangere que ad eos pertinent: ne inuoluamini cu eis. Nu.16.

C Aliter Uel dic quod terra que Dathan ⁊ suos suscipiebat: significat ambitiosorum terrenam prosperitatem ⁊ statum vel etiam illam terram vel patriam quam occupant: que pro certo ipsos quandoq deuorat/inquantum scilicet damnationis ⁊ tribulationis eorum materiam administrat. Quod quide videmus spiritualiter in multis: qui essent boni ⁊ virtuosi: nisi terra.i.terre prosperitas ⁊ fluctus negociorum ipsos per vitia deuoraret ⁊ sensum eorum ⁊ ingenium absorberet. Unde Seneca in epistola decimanona. Ingeniosus fuit Mecenas: magnum exemplum eloquentie daturus/nisi eu felicitas inuoluisset. Quod etiam temporaliter videmus in alijs. Constat enim quod de tyrannis ⁊ malis dicimus quod propria terra in qua stant/propria ciuitas vel patria quam occupant/ipsos finaliter occidit ⁊ deuorat: ⁊ eos quandoq cum suis sequacibus ita tollit de medio/quod nullum vestigium restat. Supra decimotertio. Terra quam vidimus/deuorat habitatores suos. Uel istud allega si vis/contra aliquas abbatias vel etiam ciuitates/que scilicet prelatum vel iudicem sustinere nequeunt: sed omnes qui ibi stant/etiam cum afflictionibus deuorare contendunt: sicut patet de cultoribus vinee: qui seruos patrisfamilias vnum post aliuz occiderunt ⁊c. Uel dic ꝙ Chore ⁊ sui sequaces sacerdotium ambientes: ignem ⁊ thuribula habuisse leguntur ad denotandum: qd ambitiosi pro habendis dignitatibus ⁊ thuribulis suffragijs.i.adulationibus ⁊ igne.i.muneribus: alios per auaritiam inflammantibus vtuntur: [illegible] confidere dinoscuntur Cum Chore suisq sequacibus sacerdotium ambientes: ⁊ ante deum thurificare volentes: iusto ⁊ mirabili dei iudicio igne de suis proprijs thuribulis exeunte fuissent combusti: ⁊ propter [illegible]tionem puniti. Precepit dominus quod illa thuribula in laminas fabricarent: ⁊ altari holocaustorum affigerentur: vt sic quicunq sacrificantes ⁊ videntes laminas terrerentur ex punitione dicti criminis: ⁊ a simili ambitione metu similis supplicij retraherent. Ista autem possunt applicari quod pena vnius debet esse terror multorum. Potest etiaz allegari pro illa consuetudine illorum qui sceleratos in locis publicis suspendunt: vel in locis eorum aliquod signum sue punitionis ⁊ nequitie constituunt: vt omnes qui talia signa vident: timeant: et a simili delicto caueant. Et inde etiam est quod historie antique malorum hominum depinguntur: pro eo quod ex eorum aspectu homines a criminibus coerceantur. Unde etiam de Xerxe rege legimus: quod quendam malum iudicem fecit excoriari: ⁊ pelle eius sedem iudicialem cooperiri: filiumq eius loco eius iudicem constituit: ⁊ vt in dicta sede super corium patris sedendo iusta iudicia redderet: imperauit. Hoc ergo fecit: vt quotiens aliquam sententiam daret: punitionis patris sui memoriam haberet: et sic ab iniustitia deuiaret

uiaret. Igitur dico quod in altari ecclesie debent ma-
lorum ⁊ ambitiosorum pene scribi ⁊ depingi: vt scili-
cet terrore suppliciorum possint alij a similibus neq̃-
E tijs retardari. Quod etiã de altari sacre scripture dici
potest: in quo ꝓ certo multoꝝ maloꝝ hominũ / ⁊ sua-
rum punitionũ signa ⁊ historie recitant: vt oẽs qui in
tali altari sacrificãt. i. qui in sacra scriptura student:
dum hec aspiciant / terreant. i. a sĩlibus arceant. Apo.
Qui in mari operant longe steterũt ⁊ clamauerũt / vi-
dentes locũ incẽdij eius. Aaron qui erat iuste promo
[illegible] a deo electus q̃uis esset in medio eoꝝ qui ꝓpter
suam ambitionẽ incendio periclitabant: tñ non legit
[illegible] lesus. Sic vero iusti q̃uis sint in medio malorum
igne sue cupiditatis ⁊ auaritie: tñ nullatenus ledunt:
sed [illegible] ipsos bonos ⁊ synceros seruãtes / innocẽter viue
[illegible] comprobant. ¶ Hic dicitur qd̃ cum populus pro-
pter mortem Chore / Dathan ⁊ Abiron ⁊ suorum / vel-
let Moysen ⁊ Aaron lapidare: statim apparuit glo-
ria domini: que ipsos fugientes ad tabernaculum /
cooperuit ⁊ protexit: populum vero murmurantem ⁊
ad seditionẽ mouentem: ira dei puniuit: ipsosq̃ incen
dium mox inuasit. Simile ponitur supra: vbi cũ popu-
lus vellet lapidare moysen: apparuit gloria dñi: que
populũ terruit / ⁊ moysen de manibus populi libera
uit. ¶ Istud etiam allega: ꝙ tũc summa apparet dei
benignitas: quando magis instat periculũ ⁊ necessi-
tas: tuncq̃ magis solet auxiliari: quando videt bo-
nos ab impijs molestari. Solet enim quandoq̃ in ip
so actu persecutionis bonos protegere: ⁊ malos incẽ
dio tribulatione ⁊ infortunio molestare. Unde Apo-
stolus. facit cũ tentatione prouentũ. Quod scꝫ in pas
sionibus martyrum comprobatur pluries accidisse.
Unde dicit. Iustus de angustia liberabit: ⁊ tradetur
impius pro eo. ¶ Cum populus combureret: ⁊ incen
dium pateretur: pro eo qd̃ contra Moysen murmura-
uerit: Aaron ex precepto Moysi ad locum incendij
occurrit: ⁊ stans inter mortuos ⁊ viuentes: thymia-
ma deo obtulit: orans pro populo: incendium dimi
nuit ⁊ extinxit. ¶ Sic vero quando incendium vitio-
rum vel tribulationum vastat populum subditorum:
statim debet adesse aaron id est prelatus vel ecclesia-
sticorum populus: qui pro certo debet contra huius-
modi incendium concurrere: ⁊ sic inter mortuos ⁊ vi-
uentes id est inter peccatores ⁊ iustos medium pone-
re scilicet mortuos possit ad gratiam resuscitare:
viuentes vero id est iustos ne tali incendio pereant libe
rare. Debet ergo thymiama orationis pro populo do
mino offerre: ⁊ sic poterit vitiorum vel infortuniorum
incendium superare. Et sic de bonis prelatis po-
test dici illud Apostoli. Obturauerunt ora leo-
num: extinxerunt impetum ignis: effugauerunt
gladii aciem.

¶ Capitulũ decimumseptimum Textus
Et locutus est dominus ad moysen dicens
Loquere ad filios [illegible] Mora. Ca. XIIII

Volens dominus sacerdotium Aaron con-
firmare: et murmur populi sedare: et
volens ostendere ipsum Aaron specialis-
simum electum suum esse. Precepit quod
singulas virgas aridas singule tribus cum super-
scriptione singulorum nominum tribuum in taber-
naculum ponerent: Aaron autem suam virgam siccã
cum inscriptione ꝓprij nominis sue tribus poneret
cum eisdem. Cunq̃ omnes ille virge coraꝫ domino ꝑ
noctem fuissent dimisse / ⁊ in crastinũ producte: inuen
ta est virga aaron germinasse: necnõ frondes ⁊ flores
⁊ fruct⁹. s. amygdala ꝓtulisse. Quo signo sacerdotiuꝫ
aaron fuit a domino confirmatum. Uirga quoq̃ sic-
ca que floruit / est in tabernaculo et in arca ad perpe-
tuum monimentum reposita. ¶ Sic vero si tu vis sci- Moralitas.
re qui sacerdotes. i. superiores et prelati debent esse a
deo preelecti: respice virgas eorum. i. iustitiam vel iu-
risditiones quibus regunt pplm: ⁊ ille cuius virga. i.
iustitia erit arida sine humore carnalis affectionis: re
cta sine curuitate vel declinatione ꝑsonalis acceptio-
nis: germinans per bonam cogitationem / frondẽs ꝑ
latam dilectionem / florens per bonaꝫ conuersationẽ /
fructificans per bonaꝫ operationem. Talis pro certo
erit aaron dei electus. i. prelatus iustus et bonus / di-
gnus / sufficiens ⁊ acceptus. Alij vero quoruꝫ virga seu
iuridica iustitia remanet sicca: ⁊ a germine / frõde / flo-
re / fructu predictis sterilis ⁊ vacua: digni sũt repudia-
ri a sacerdotio prelatione ⁊ promotione vel officio re-
tropelli: ⁊ sic poterit illis dici illud: Uirga equitatis ps. 44. a.
virga regni tui ⁊c. Et dic ꝙ aaron interpretatur mõs heb. 1. b.
fortis: ad denotandum ꝙ prelatus qui tali virga iu-
dicat / est vt communiter mons. i. altus ⁊ honoratus:
⁊ fortis. i. solidus ⁊ confirmatus: qr scꝫ tales quorũ iu-
stitia talis est / vt ꝓmissi sunt apud hoies alti ⁊ hono-
rati ⁊ i statu suo timere debet / qui scit ⁊ vult iustitiã ex- h
ercere / ⁊ virgã floridam ⁊ fructiferaꝫ domino pñtare.
Uñ dicitur: facte sunt ex eo virge solide sceptrum do- eze. 19. c
minantum. ¶ Uel dic quod Aaron significat pplm Aliter
iudaicum. Uirga sicca significat virginem benedictã
Mariam / ab omni humore carnalis voluptatis pe-
nitus alienaꝫ. Ista ergo sicca germinauit / floruit / frõ-
duit / fructificauit. i. virgo ꝯcepit / peperit ⁊ generauit
illum qui est germen grẽ / fons leticie / flos mundicie /
fructus iustitie. i. dei filium benedictum christũ. Chri-
stus amygdalum potest dici: qui est fructus medici-
nalis: pro eo ꝙ iste mundum sanat ⁊ redimit a morbo
peccati ⁊ nequitie. Et breuiter alijs virgis / id est alijs
virginib⁹ siccis ⁊ sterilibus manentibus: ista sola flo
ruit / ⁊ sine semine viri deũ ⁊ hominem parturiuit. Uñ
dicitur: Egredietur virga de radice Iesse / et flos de esa. 11. a.
radice eius ascendet / ⁊ requiescet super eum spiritus
domini. Ista enim ad literam fuit de radice. i. de ge-
nere iesse / qui fuit pater dauid. et de radice. i. de cor-
pore huius virge ascẽdit flos iustitie dei filius: super
quem requieuit spiritussanctus. ¶ Aduerte hic si vis
quod dixit dominus Moysi. Illius quẽ elegero ger-
minabit virga ⁊ tamen ipse plus reddidit q̃ promisit
quia scilicet virga illa non solum germinauit / immo
frõduit / floruit ⁊ fructificauit: ad denotandum quod
deus superabundantius premiat quam promittit: si-
cut apparuit in Salomone: qui solum petebat sapi- 3. re. 3. b
entiam: sed dominus non solum sapientiam / immo
etiaꝫ diuitias et gl'iaꝫ sibi dedit. Unde dicitur / ꝙ ipse A
dat oibus affluẽter / et nõ iproperat. ¶ Uel dic ꝙ exẽ- Iac. 1. a
plo eius q̃libet vir ꝑfectus plus debet facere q̃ ꝓmit- Aliter
tere: et abundãti⁹ bñfacere q̃ ausus fuit dicere vl' as-
serere. Quod est cõtra multos / qui multa ꝓmittunt Ecci. 20 b.
⁊ pauca reddunt: de q̃bus dicit Exigua dabit / et mul-
ta improperabit. Et alibi: Ubi verba sũt plurima / ibi prouer. 14. c.
frequenter egestas.

¶ Capitulum decimũoctauum Textus: Di
xit dominus ad Aaron. Tu et filij tui et do
mus patris tui. Moralitatũ Capitulũ. XV.

Historia D Ictum est Aaron: Tu et filij tui custodite sa
cerdotiū vestrū: et oīa que ad cultum alta-
ris pertinēt/sacerdotes illud ministrabunt
Si quis extraneus accesserit / occidet. Po-
nitur etiam hic/ꝙ leuite debebāt habere decimas de
omnibus bonis filiorum israel. Ipsi vero leuite de deci-
mis pceptis debebant pcipere decimam partē/et dare
sacerdotibus: nihilqꝫ debebant hereditatis habere
Moralitas. in pplo/decimarū oblatiōe cōtenti. ¶ Sic vero sacer
dotes.i. sacri duces/scꝫ boni et sancti viri: debent cir
ca altare dñi scilicꝫ i officijs ecclesiasticis ministrare:
nullusqꝫ extraneus/id est nullus peccator/simoniac9
vel indignus se debet ad hoc ingerere quoquo modo
Leuite etiā ꝛ clerici et religiosi nō debent mundanas
hereditates et opes querere: sed decimarū oblatione
idest suorum puentuum ecclesiasticorū perceptione
B debent contenti esse: ꝛ adhuc de illis debent suis sa-
cerdotibus.i. suis maioribus / primitias.i. subuenti-
ones ꝛ seruitia debita ministrare: quod tamē est con-
tra multos ambitiosos clericos: quibus decime/id ē
beneficia ecclesiastica nō sufficiunt immo tēporales
dignitates/regiaqꝫ officia ambiunt atqꝫ cupiunt: et
Nu.z.e. terrenas possessiōes p se ꝛ suis accumulant et acqrūt.
Cōtra quos dicit: Contēti estote stipēdijs vestris. Et
hic dicit etiā sic. In terra eorum/scꝫ secularium/nihil
possidebitis: nec habebitis: partem inter eos. Ego
Eo.ca.d enim hereditas vestra sum in medio filiorum israel. ¶ Hic
dicitur ꝙ oīa que offerebātur dño vel ministris eius
siue essent decime siue donaria/debebant esse optima
Moralitas. electa deo. Et debebant meliora dare/ꝛ nō egregia et
pinguia reseruare. ¶ Quod tamen est contra illos/q
deo et religioni dant filios deformes/fatuos et pter
nos. Dic etiam contra illos qui deteriores fructus p
decima soluunt deteriorē denariū offerūt: et de vesti-
bus ac victualibus deteriora pauperibus pro christo
tribuūt: et quicquid est egregiū vel electū/sibi retinēt
Mal.1.d et assumunt. Debent tñ isti attendere illud Malach.
Maledict9 qui habet in grege suo masculū: ꝛ offert
domino debile.

¶ Capitulum decimumnonum Textus. Locutusqꝫ est domin9 ad moysen ꝛ Aaron dicens: Ista est religio Moralitatum. Capitulum. XVI.

Historia. H Ic ponitur ꝛ replicat de sacrificio vacce ru
fe: sed de hoc vide Leui.xvi. Hic vero atten-
de vnum mirabile. Dicit enim hic/ꝙ de cine-
ribus vacce cōbuste fiebat aq̄ expiationis:
ex qua scꝫ omnes immūdi purificabant: et cum tali
aqua mundare immūdos a domino iubebat. Verūta
men sic fiebat/ꝙ vir mundus q carnes comburi facie
bat: ꝛ ille q collectos ꝛ mūdificatiuos cineres in loco
mūdo reponebat: vel qui imundū aqua mundificati
ua aspergendo mūdabat/immundus fiebat: et rē mū
dā ꝛ mundificantē tangēdo/et i mundo mūdiciā dā
Allegoria do etiā imundiciā cōtrahebat. Propter qd vt mund9
fieret/in vespere saluabatur. ¶ Per cineres mūdifica
tiuos/q erāt de cineribus vitule combuste/intelligo
mysterium passionis christi/vel altaris sacramentū/
vel alia sacramenta: que mixta cum aqua lachrima-
rum mundant immūdos.i. de peccatoribus faciunt
iustos. Cinis enim remanet post conbustionem: Sic et
memoria post passionem ꝛ sacramentum eucharistie/
et alia sacramenta post christi mortem et resurrectio-
nem. Igitur illi q tractāt illos cineres.i. sacramenta
ecclesie: et q istis mediantibus immundos et peccato
res mūdificāt: q vitulā cōburunt.i. qui christi cōbu-
stionē ꝛ passionē considerant: ꝛ q cineres istos cum
aqua sacre scripture ꝛ doctrine in alios aspergunt et
pdicāt: ꝛ imūdi efficiunt ad tactū mūdicie quā mini-
strant/indignos ꝛ immūdos se putant: quicūqꝫ ꝙ
mūdus ꝛ sanctus sacramēta ecclesie administrat: seu
qui onus mundificādi alios in cōfessione portat: seu
qui sacrā scientiā alijs pdicat: et inde aspergit alios
atqꝫ rigat: proculdubio in sua exercitatione debet im D
mūdiciā cōtrahere/inqꝫtū scꝫ se nō digne administrasse
semp debet credere ꝛ timere: ꝛ ideo p imūdicia.i. pro
tali indignitate se debet p confessionē abstergere ꝛ la Lu.17.c.
uare. Vñ: Cū oīa bene feceritis/dicite: serui inutiles Aliter.
sumus. ¶ Vel dic contra malos sacerdotes: qui dum
alios predicādo et sacramenta ministrādo mundifi-
cāt a peccatis/ipsi immūdi peccatores efficiūt/inqꝫtū
scꝫ indigne suū ministeriū exequūtur. Constat enim qd
multi simplices ex simplicitate sua mūdi ꝛ boni sunt
qui tamen si cineres tangere/id est sacramēta ecclesie
ministrare presumpserint: vel officiū ecclesiasticū/et
potissime officiū prelature cum ad hoc indigni sunt/
immundi ꝛ peccatores fiunt: ꝛ sic fit ꝙ ille qui in mi-
noribus erat mūdus/dū ad maiora vehit/fit immun- Eo.ca.b
dus. Allega sicut vis. ¶ Hic dicitur ꝙ quicūqꝫ tan-
gebat mortuum/vel domū eius intrabat: vel aliquid
de domo sua tāgere psumebat/imūdus erat: et tertio
ꝛ septimo die abstergere se debebat. Qui enim tertio
die nō aspergebat/nunqꝫ in die septima mūdabatur. Moralitas
¶ Numerus ternarius significat fidē trinitatis. Se-
ptenarius vo numer9 significat septem sacramenta/
vel etiā septē vtutes/vel septē opa misericordie. Aqua
expiationis que habebat/significat penitētiā/ꝛ mor-
tis memoriā lachrymosam. Igit illud est/ꝙ illi q ex E
tactu mortui/id est ex cōsensu ꝛ opatiōe mortalis pec
cati efficiunt imūdi: nunqꝫ p aquā expiatiōis/id est p
penitentiā mūdant/nisi die tertio.i. in fide trinitatis
ꝛ in die septimo.i. septenario sacramētorum/virtutū et Ja.2.c.
operū ista expiatio ꝛ ablutio.i. mūdificatio pagatur. Hebre.
Nihil enim valꝫ ternari9 sine septenario ꝛ ecōuerso. Quia 11.a.
scꝫ nihil valꝫ ad salutē fides/nisi habeat opa: nec ēt sa Eodem
cramēta vel opa valēt aliqd sine fide. Vñ dicit: Fides cap.
sine opibus mortua est. Et apls: Sine fide impossibi
le est placere deo. ¶ Itē hic dicit sic: Vas ꝙ nō habue Tropologia.
rit operculū vel ligaturā desup. imūdū erat. ¶ Sic ve
re vas cordis reputat imūdū: qñ p custodiā vl chari-
tatē nō est ligatū/nec per timorē dñi coopertū/vel p ti-
morē dñi abscōditū vel velatū: ꝛ ideo illi q cor suū om
nibus manifestant: qui per iactantiam vel per vanā
gloriā/vel p iracundiā interiora sua dilatāt: et affe-
ctus suos cohibēt: nec moderant: immundi merito di Aliter
cēdi sunt. ¶ Vel dic etiā ꝙ vas istud significat os: qd
scꝫ p loquendi moderantiā nō fuerit ligatū: vel per
verecūdie reuerētiā nō fuerit coopertū. dici debet p cer-
to ꝙ est fetidum ꝛ imūdū. Os enim qd semper est ad lo-
quēdū apertū ꝛ deligatū: id ē a termino tēperātie solu
tū: necesse hꝫ esse in multis imūdū ꝛ dissolutū. Vñ dici Prouer-
tur: Sicut vrbs patēs ꝛ absqꝫ murorum ambitu: sic hō bi.25.d.
q nescit in loquēdo spiritū suum cohibere. Psal. Se Ps.5.d.
pulchrum patens est guttur eorum ꝛc.

¶ Capitulum vicesimum Textus: Veneruntqꝫ filij israel ꝛ omnis multitudo in desertum sin. Moralita. Ca. XVII.

Cum popu-

Moralitas

Cum popul9 venisset in cades/mortua est ibi maria: ⁊ defecit aqua ppl'o: et cōtra deū murmurauit. ¶ Cades interptatur cōmutata vl' mare tollens: et significat mundi ꝓsperitatem: que mare/id est mortis amaritudinē de mēte tollit: ⁊ faciliter mutat̃ ⁊ deperit. Maria interpretatur amara: que significat penitentiā/que per contritionē amaricat atq; rodit. Igit̃ istud est verū/qđ quādo homo venit ad cades/id est ad statū mundane et mutabilis ꝓsperitatis: ꝓ certo statim maria/id est penitentia sibi moritur: quia nunq̃ penitentie amaritudinē amplexat̃: ⁊ propter hoc aqua diuine gratie tunc deficit: propter qđ murmur ⁊ cōtentio sepe venit. Prosperitas eñ penitentiā interficit: ⁊ ꝑ mortē penitētie aq̃ gratie deficit: ⁊ ꝓpter eius defectū murmur et discordia in populo vel in mente nascitur atq; crescit. Et iđ de maria matre iesu dicitur/ꝙ in nuptijs vbi ipsa fuit aqua nō defuit: immo etiā in vinū mutata fuit ¶ Hic ponitur quomō aqua de petra ꝓducit̃/vt biberēt homines et iumenta: sed vide Exo. xvij. vbi simile ponit̃: quod ibi exposui. ¶ Popul9 israel volens transire ꝑ compendiū ad terrā ꝓmissionis: rogauit regē edom ꝙ ipsum ꝑ terrā suam transire ꝑmitteret: ꝓmittēs qđ per viā tritā/publicam ⁊ regiā ꝑgeret: nec ad dexterā nec ad sinistrā diuerteret: aquā de suis puteis nō biberet: agros ⁊ vineas nō itraret. Quod si de bonis terre sue accipere ipm aliquid ꝯtingeret/mox iustū p̃cium sibi daret. Rex aūt edom hec oīa denegauit: ⁊ dare transitū fratri suo israel noluit/sed ad preliandum contra eum se parauit. Propter quod Israel ab eo se diuertit: et per viā aliā magis longā ad terrā hierusalem ꝓperauit. ¶ Israel et edom/iacob et esau/ qui fuerūt fratres/pñt significare aīam et carnem: q̃ sicut fratres inuicē sunt cōiūcte. Isrl' eñ vidēs deum: edō aūt sanguine9 interptat̃: q2 sc3 anima pōt deū cognoscere caro v̄o ex sāguine dinoscit̃ viuere et cōstare. Cū ergo israel .i. aīa habeat ire ī terrā ꝓmissionis/id est in paradisum/vel etiā in ꝑfectionis statū: ⁊ necesse habeat ꝑ terrā fratris sui/sc3 corꝑis siue carnis transire valde timet ꝙ ab eo impediat̃: et ꝙ a carne a virtutū itinere retardet̃. Iste ergo israel/id est spūs. ꝑ viā recte penitentie/vel ꝑ viam publice misericordie vel elemosyne/ꝑ viā regiā iustitie ꝓponit ire. Aquas deliciarū nō ꝓponit bibere: ꝑ agros et vineas/id ē ꝑ extrema negocia nō intēdit icedere: nec ꝑ aliquā iniustitiā ꝓponit ad sinistrā seu ad dexterā declinare. Quod si aliquid de bonis ipsius terre: id est de mundi delicijs gustauerit: ꝓmittit satisfacere/⁊ ꝑ penitentiā emēdare Sed quid? Reuera iste Edom: id est caro cū populo suo: id est cū gula et vitijs carnalibus: talia pacta renuit: et israel: id est anime seu mēti contēplatiue transitum prestare contradicit: immo ad ei obuiandum se continue: preparat ⁊ premunit. Non transibis inquit per me: alioquin armatus occurram tibi. Inde ergo sepe fit: quod mens seu anima necesse habet aliam viam magis latam et cōmunem querere: et ipse

b edom .i. carnis impugnationes: a via compendij .i. a statu et vita perfectionis et abstinentie retroire. Iđ bene dicit Apostolus: quod caro concupiscit aduersus spiritum: et spiritus concupiscit aduersus carnē ¶ Hic precipit dominus quod Aaron vadat ad patres suos: et quod sanctis vestib9 denudetur: et ipsius filius eius Eleazar induatur in monte hor. Eleazar igitur a Moyse ducitur: et ibi sacris vestibus induitur: et summus sacerdos constituit̃. Aaron autem ibidē moritur/qui triginta diebus a populo deploratur

Moralitas

¶ Sic vere cū quis ad sacerdotiū sumēdus est: ⁊ loco patris/id est prelati substituēdus debet supciliū montis/id est mētis cōtēplationē ascēdere: vestes sacras/id est virtutes induere: ⁊ sic mediāte moyse/id est adiuuāte diuina lege digne poterit sacerdotiū ⁊ ecclesiasticū gradū seu officiū obtinere. Hor eñ iterptat̃ lumē seu mōs: q2 ꝓ certo iste lumen cōtemplatiōis ⁊ montē ꝑfectionis ascēdit/qui digne aaron/id est sācto p̃lato vel epo p̃decessori succedere q̃rit. Bñ ergo dicit̃: Circunda tibi decorē ⁊ in sublimi erigere: ⁊ esto glorios9: ⁊ speciosis induere vestib9. Aaron mortuus est/⁊ ꝑ triginta dies est a populo deploratus. Sic ⁊ nos in religione terrena ꝓ mortuis facim9: ⁊ ꝑ triginta dies missas ꝓ mortuis facimus: ⁊ decantamus. iob 40. b.

¶ Capitulum vicesimumprimum Textus: Quod cum audisset chananeus rex Arad qui habitabat ad meridiem: venisse scilicet per israel exploratorum viam. Moralitatuz Capitulum. XVIII.

A Hystoria

Populum circūeuntem terram edom/cepit tedere itineris ⁊ laboris: dicebatq; moysi: Cur eduxisti nos de egypto/vt moreremur ī solitudine? Deest panis: nō est aq̃. Aīa nostra nauseat sup cibo isto leuissimo: sicut añ fecerat ille ppl's similem murmurationē/ dicēs: Quare nos ascēdere fecisti de egypto: ⁊ adduxisti in hūc locū pessimū qui seri nō pōt: q̃ nec ficū gignit/ nec vineas/nec malogranata: insup ⁊ aquā nō habet ad bibēdum. Igit̃ indignatus dñs/ꝓ murmure misit in populū ignitos serpentes: ad quoꝝ plagas mortesq; plurimoꝝ/venit populus ad moysen dicēs: Peccauimus: quapropter ꝓ ipsis sanandis precepit dñs fieri serpentē eneum/⁊ eū in palo suspendi: vt percussi a serpentib9 dū in istū serpentem aspicerent/sanarent̃. Sic ergo fiebat ꝙ illos quos aliq̃s serpēs viuus ⁊ venenosus mordebat/ serpēs innocuus mortu9 ⁊ ereus in palo suspens9/dū respiciebat̃ sanabat. ¶ Iste popul9 murmurās gen9 humanū designat: qui sc3 in solitudīe huius mūdi: qui reuera est locus pessimus: qui ꝑ p̃dicationem nō seritur: pane verbi nō reficitur: aqua gratie nō bibit̃: ficubus/malogranatis .i. bonis spūalib9 ⁊ virtutib9 non ditat̃: a principio nō cessauit cōtra dñm murmurare/ ⁊ eidem ꝑ mala opera repugnare. Quapropt̃ ignitis serpentibus .i. a demonibus ⁊ vitijs ipsum ꝑmisit dominus ꝑcuti: qui nō cessauerūt eos ab Adam vsq; ad christū miserabiliter mordere/⁊ spūaliter necare: tamē ꝓpter plagas tribulationū et vitiorum/cum antiqui populares plangerent ⁊ clamarent voluit dominus ꝙ serpens eneus/id est Christ9: qui more eris p̃dicādo resonaret/in virginis vtero sicut in quadā fornace cōflaret̃: ⁊ ꝙ ꝑ moysen .i. per ppl'm iudaicū: ī palo/idest in cruce suspenderet̃/ etiā insuper moreret̃: et ꝙ percussi a serpētib9/ idest demonib9/ vitijs ⁊ tentationibus per aspectū ⁊ per fidē ipsius sanarent̃. Iste etiā serpēs mortuus/visus ⁊ credit9: humanū genus ab illis plagis sanauit: quib9 antiqu9 serpens/id est lucifer/in ꝑsona Ade totū genus humanū lethaliter vulnerauit. Et quod loquēdo moraliter quotidie efficitur/ꝙ illi qui ab ignitis serpētib9/sc3 a mundo/carne ⁊ a diabolo igne triplicis cōcupiscentie inflāmant̃/si serpētem in palo pendentē/id est Christū ⁊ eius humanitatem

Nume. 20. a.

Allegoria.

B

in cruce morientem/per compassionem ⁊ deuotionem
He.12.a aspiciūt:sani et liberi statim fiunt.Ideo Apostolꝰ mo
net nos ad hunc aspectū dicens:Aspicientes in aucto
rē fidei et cōsummatorē Iesuz:qui ꝓposito sibi gau=
dio sustinuit crucē/confusione contempta.Cōsidera=
te eū ⁊c.¶Sicut hic innuitur:filijs israel terram edō
circūeuntibus iuxta terminos Moab duo mirabilia
contigerunt.Unū de flumine seu torrēte zareth/qui
ante eos est siccatus:et sicut mare rubrū coram eunti=
bus est diuisus.Aliud iuxta arnon de ꝗbusdā rupibꝰ
et scopulis/qui ad coruz aduētū gestierūt:et signū leti
cie dātes/seipsos inclinauerūt/trāseeūdi spatiū ꝓbue
rūt:⁊ ideo ſm scolasticā historiam/et ſm iudeos hic
C dicitur:scopuli torrentiuz.Et in Ps.dicitur.Mōtes
ps.113.a exultauerūt vt arites:et colles sicut agni ouiū ¶Ista
Moralitas possunt exponi mystice:⁊ dici quod filij Israel signi=
ficant religiosos:qui scilicet per solitudinem religio=
nis circūeundo terram edom.i.mundū:properāt ad
terram future promissionis.Sed ꝓ certo isti duo in=
uenerunt nocumenta:scilicet fluuiū zareth/qui signi
ficat carnis fragilitatem:⁊ montes arnon /qui signi=
ficant penitentie difficultatem.Et reuera ista duo so=
lent nos a progressu bonoruz operuz impedire:scilicz
fragilitas/et voluptatis fluxibilitas ex parte nostra/
et asperitas ⁊ difficultas ex parte rei.Sed quid?Pro
certo si fuerimus veri filij israel.i.veri cōtemplatiui
et iusti:ista duo impedimēta tollentur:qꝛ scilicet flu=
uius nostre fragilitatis siccabitur ⁊ solidabitur.Sco
pulus vero asperitatis et difficultatis nobis gestiet ⁊
letabitur:⁊ facilis ⁊ meabilis efficietur:qꝛ reuera bo
ni inueniunt in solitudine religionis et penitentie dif
Matt. 11.d. ficilia esse leuia/⁊ facilia esse fortissima.Unde dicitur
Iugum enim meuz suaue est et onus meū leue.

¶Capitulum vicesimumsecundū Textus: Profectiqꝫ ⁊ castrametati sunt in cāpestribꝰ moab.Moralitatū.Capi XIX

Historia Hic ponitur de morte Og ⁊ Seō regis amor
reoruz.sed nihil ibi notabile iudicaui.Ui=
dēs Balach rex Moab /quō victi ⁊ destru
cti fuerūt amorrei /timuit ppl'm israel:⁊ iō
ꝓ maledicēdo sibi Balaam ariolūz adiuit.Dū ergo
Balaā ad balach ꝓperat:spe munerū(vt dicūt aliꝗ)
et contra dei voluntatem predictuz populuz maledi=
cere proponeret:occurrit sibi angelus in via euagina
to gladio contra eum.Quem videns asina/diuertit
ab itinere:et fuste cesa angelo cum gladio occurrente
et in stricto quodam loco qō declinare nequibat assi=
stente:tantuz adhesit parieti/qō pedem sedentis attri
uit.Asina vero angelū cum gladio videbat:ipse vero
Balaaz non videbat angeluz.Incepit ergo asina lo
qui:aperuit enim dominus os illius/ ⁊ cepit prophe
taz reprehendere:⁊ de hoc quod ipsam fuste percus=
serat vituperare:Quare me percutis ecce iam tertio?
Extunc etiaz dominus oculos prophete aperuit/⁊an
geluz cum gladio vidit.Qui viam ipsius reprehēdit
⁊ ne populuz domini maledicerет/imperauit.¶Ista
Allegoria. allegorice possunt dici de iudeis et gentilibus.Ba=
laam enim propheta potest significare iudeos/qui
legem et prophetas habuerunt.Asina vero significat
gentiles:ꝗ bestialiter ⁊ brutaliter vixerūt.Angelꝰ si=
gnificat christū vel etiā eiꝰ fidez:ꝗ gladiuz sue seueri
tatis et iustitie secum portat.Ista ergo est veritas/ꝙ

asina prius vidit angelum quaz ꝓpheta.i.gētiles pri=
mo crediderūt christo:⁊ ipm citius ꝑ fidē viderūt ꝙ̄
iudei:quia scz gentiles ipm ꝑ fidem viderūt:⁊ iudei
in perfidia remanserūt:qui prius erāt bestiales ⁊ ceci
fuerunt illuminati:et illi qui priꝰ clare viderant/sunt
excecati:iuxta illud quod dicit:Ego in hunc mūdum Jo.9.g
veni/vt qui non vidēt videāt:et ꝗ vidēt/ceci fiāt.In fi
ne tū balaam angelū videt:qꝛ iudaicꝰ ppl's finaliter E
ꝯuertetur/⁊ credet in Christū:⁊ eius fidem ꝑcipiet et Esa.60.
cognoscet.Uñ Esa.Tūc videbis ⁊ afflues.¶Uel dic a.
ꝙ Balaā ꝓpheta/qui interpretat turbās eos/vel de= Tropologia
uorās populū/sine substātia eorū:significat mūdi su=
periores/id est ꝑlatos principes/⁊ etiam clericos vel
diuites:quia scz isti licet sint ꝓphete/id est sapiētes et
sciētifici respectu alioꝝ:ipsi tū ꝑ discordias populuz
turbant:Patet de aduocatis/ꝗ nutriūt oēs lites:pro
pter rapinas ppl'm deuorant:et tamen sine substantia
eorū sunt finaliter:inquātum scz tales rapinarū diui=
tie nunꝙ̄ diu apud eos perseuerāt:sicut patet tales vt
cōmuniter sunt pauperes:aduocati vero ⁊ alij fraudu
lenti/ꝗꝙ̄ de substātia populi sint diuites:tamē apud Prouer.
heredes eorū minime diu restant.Quia ſm Prouer. 11.d.
Alij cōgregāt nō sua:⁊ semper in egestate sunt.Asina
vo potest populum subditū/bestialem ⁊ simplicem si
gnificare:quam scz Balaā/id est superiores nō cessāt
equitare cōtemnere ⁊ calcare.Igit dico/ꝙ asina ho=
die melius videret angelum ꝙ̄ ꝓpheta:qꝛ ꝓ certo ho
die inferiores ⁊ subditi melius vident deū/et melius
cōsyderant gladiū sue sentētie/ꝙ̄ ipsi sui equitatores:
id est ꝙ̄ clerici/ꝓphete ⁊ religiosi/principes et ꝗcūqꝫ
superiores.Gladius eñ diuine sentētie hodie ꝑterꝙ̄
a simplicibus nō timet ⁊ angelus testamēti Christus
ab ipsis/nō a mūdi sapientibus ⁊ potentibꝰ cōtēplat.
Unde Esa.Non videbo dominū deū in terra viuētiū.
Asine ergo/id est simplices per aspectū gladij diuine Esa.38.
sententie:quādo scz in arto loco mortis iter parietes b.
finalis necessitatis/a quo declinare nō possunt:Chri= f
stum cū gladio expectare cōminantē conspiciūt:a ma
la via iniustitie diuertūt:verberari tribulationibꝰ ci
tius se ꝑmittūt ꝙ̄ peccare:iuxta illud Iob:Fugite er= Job.19
go a facie gladij:quoniā vltor iniꝗtatū gladius est:⁊ d.
scito te esse iudiciū.Mali vero ꝓphete id est mali cle=
rici et superiores:quia deū nō vident neqꝫ cogitāt:au
dacter contra ipsum peccādo properāt:⁊ gladiuz sue
sentētie nō formidāt.Sic ergo fit ꝙ asine ꝓphetas re
prehēdunt/dū simplices meliꝰ ꝙ̄ literati:laici melius
ꝙ̄ clerici:subditi melius ꝙ̄ prelati operāt ⁊ viuūt.Uñ
isti hodie contra naturam loqui/deum laudando vi=
dentur/vbi maiores tacere noscuntur.Unde de beato
Antonio legitur:ꝙ cuz per deserta videre Paulū per
geret:⁊ homuntionez secū loquacē reppisset/ dixisse
fertur.Ue tibi alexandria:qꝛ bestie christū loquūtur:
hoies vero ipm ignorāt.¶Uel si vis dic ꝙ si homo Aliter
ducit asinā suā/id est aliquē familiarē vel subditū ad
aliquod malū opus/scz ad maledicenduz populo do
mini/scz ad pauperes molestandū:si videt angelū cū
gladio/id est Christum cum sua dura sententia cōtra
se stare:⁊ viā illaz seu opus illud angelo/id est deo dis
plicere cognoscat sibi rebellē ⁊ contrariū esse deū sta=
tim debz a tali itinere vl' opere resilire,nec ꝓpter domi
ni sui minas aut penas' debet vltra procedere:immo
debet pedem/id est affectum ⁊ volūtatem dñi sui atte= G
rere et affricare:et eidem potius displicere/dicens il= Actuū.
lud:Obedire oportet deo magis quam hominibus. 5.c.

Aliter. ¶Vel dic ꝙ asina significat hoiez humilē ⁊ patiētē: q̄
licet habeat sustinere a superiore: tamē cū nimis ꝓuo=
catur: et ꝑ iniurias a sessore suo/id est a supiore vel pre
lato plus debito stimulat̄: nō est miruz si eius patiētia
dirumpat̄: et si contra dn̄m suuz murmuret et loquat̄.
Subditi em̄ ꝙꝙ patientes: non tamen possunt semꝑ
iniurias superiorū tolerare: imo qn̄ nimis cōuiciant/
necesse habēt contra eos reclamare. Quare inquit me
Iob.6. percutis ecce iā tertio? Vn̄ isti dicunt illud Iob: Que
est em̄ fortitudo mea vt sustineā? aut quis finis meus
vt patiens agam? Nec em̄ fortitudo mea vt fortitudo
lapidis: nec caro mea enea est. ¶Vel si vis dic morali
Aliter ter ꝙ balaaz est voluntas/q̄ est potentia libera/⁊ tn̄ ce
ca. Asina vo est potētia cognitiua/et tamē subdita et
serua. Que scz vidēs ꝙ angelus.i. de⁹/gladio infirmi
tatuz vel infortuniorū ipsam persequit̄: ipsam vexat: ⁊
ad mūdi ꝓspera pertrāsire deprehendit Balaā/id est
voluntatē ad istum gladiuz non attendentem/sed ad
suas ꝯcupiscentias ꝓperantē monet vt declinet a via
Ecc.1.a mala. Vn̄ dicit̄: Infirmitas grauis sobriam facit ani
mam ⁊c.

¶Capitulum vicesimumquintum Textus:
b Morabatur autem eo tpe israel in sethim.
Histo= Moralitatum Capi. XX.
ria.

Filijs israel existentibus in sethim: venerunt
in castra mulieres madianite seu filie moab
cū quib⁹ fornicatus est ppl's: ⁊ vocauerunt
eos ad sacrificia sua: ⁊ adorauerunt etiā de=
os suos: ꝓpter qđ iratus dn̄s/p̄cepit qđ quilibet fra=
trē suū occideret/et idolatriaz vindicaret. Principes
etiā populi q̄ populū nō punierant/precepit dn̄s sus=
Mora pendi/et ꝯtra solē in patibulis poni. ¶Allega exem=
litas plariter si vis/ꝙ vnū pctm̄ ad aliud trahit. Mala em̄
societas ⁊ cohabitatio maloꝝ/vitiorum est occasio.
Luxuria enim traxit istos ad fornicationē/fornicatio
ad idolatriā: idolatria vero traxit ad mortē. Quia ſm
Grego. Pctm̄ quod ꝑ penitentiā nō diluit̄/mox suo
Aliter. pōdere ad aliud trahit. ¶Vel allegari pōt ꝯtra prela=
tos/principes siue iudices negligētes: q̄ reuera si po=
pulū nō puniūt cum delinquit: ⁊ peccare ipsum nō im
pedit qn̄ posset/in inferno suspendi merent̄: ibi ad so
Aliter lem/id est ad ardorem perpetuū exponētur. ¶Vel pōt
illud allegari: ꝙ vbi de fide agit̄/quilibet zelare iube
tur: intantū ꝙ nulli parenti vel amico parcere tūc te=
Deute. netur. Amicus em̄ amicū/et frater fratrē debet occide
13.b. re: quando videt eū in deuz impie agere: et per idola=
triaz vel heresim sibi in via moꝝ ⁊ fidei obuiare. Vn̄
Deut. Si tibi persuaserit frater tuus vt seruias dijs
alienis nō acquiescas ei: sed statim iterficias eū. Que
Eodem tamē itelligo cū iudicis autoritate/vel qn̄ est belluz cō
capi. b. mune ꝯtra hereticos vel infideles. ¶Hic ponitur de
illo filio israel/qui corā moyse ⁊ alijs tabernaculū in
A grediens/vna cum meretrice cohabitauit. Quem phi
nees subsecutus gladio confodit: et ideo sacerdotiuz
sempiternum a deo sibi pollicituz est. ¶Quod vtiqꝫ
ad hoc allegari pōt/qđ viri christiani ⁊ fideles/⁊ ma=
Mora xime ecclesiastici et sacerdotes: pro fide et moribus de
litas bent zelare: et publice fornicantes/vel quoslibet scāda
lum publice delinquentes debent redaguere et puni=
re. Et sic pro certo poterunt sacerdotium perpetuum/
Ps.109 idest honorem eternum: et hoc in alio seculo posside
b. re. Psal. Tu es sacerdos in eternum secundum ordi=
nem melchisedech. Nihil em̄ ita perpetuat sacerdotia
.i. dignitates ecclesiasticas ⁊ mundanas sicut zelus
iustitie et fidei cum habētur. Zelo ergo istius fuit do=
minus placatus/⁊ populus ab vlteriori plaga libera
tus: q̄r reuera zelus ⁊ iustitia etiaz malos punit. Psal.
Stetit phinces et placauit: et cessauit quassatio ⁊c. ps.105.
c.

¶Capitulum vicesimumseptimum. Tex=
tus: Accesserūt autē filie salphaad. Morali=
tatum Capi. XXI.

Salphaad mortu⁹ est in deserto: ⁊ cum nō ha
beret filios qui sibi possent succedere: p̄cepit Histo=
dominus quod filie sue succederent loco ei⁹. ria
Unde etiam legem super hoc dominus pro=
mulgauit dicens: ꝙ homo cum mortuus fuerit absqꝫ Mora=
filio/ad filiam transibit successio. ¶Filij significant litas.
viros perfectos: femine significant imperfectos. Igi
tur quando pater/idest aliquis prelatus moritur: tūc
si habet aliquem filium.i. aliquem subditũ perfectū
prouidum ⁊ discretuz hereditas sua/idest prelatio vel
dignitas/debet sibi distribui et concedi: ⁊ ad illam dz B
talis eligi ⁊ assumi. Verumtamen si talis filius: idest
talis perfectus deficiat: tunc necessariuz est quod in
hereditate vel prelatura: filia: idest subditus simplex
et imperfectus succedat. Melius est enim filiaz: idest
minus sufficientem: imperfectum seu simplicem elige
re: ꝙꝫ hereditatem ecclesie: beneficij vel officij sine gu
bernatore diu dimittere. Quod tamen est cōtra illos
q̄ hereditates ecclesiasticas etiā viris: id est pfectis
et sufficientibus committere nolunt: sed ipsas vacan=
tes diuturnis temporibus permittunt. Quod est etiā
contra illos: qui dato ꝙ filios: idest viros sufficien=
tes perfectos habeant: feminas tamen: idest ignorā=
tes et imperfectos: scilicet nepotes suos ⁊ amicos pro
mouent et exaltant: et hereditatem que debebatur nō
filiabus sed filijs: eis donant: cum tamen scriptum mat.15.
sit: quod non est bonuz dare panez filiorum canibus c.
ad manducandū. ¶Vel dic quod sic in bonis magis Aliter.
debz eligi mulier: dū tamē sit filia/ꝙꝫ quicūqꝫ mascu=
lus alienus. Sic vere in beneficijs ecclesie quandoqꝫ
debet mulier/id est minus perfectus eligi: dum tamē
sit filius ecclesie/idest de diocesi vel patria: quam ma
sculus/id est quicunqꝫ magis perfectus de alia gen=
te natus. ¶Vel ista possunt allegari/quod nullus po Aliter.
test esse ita mirabilis persona/que a bonis paternis
debz exheredari ⁊c. Aduerte hic quod Moyses in om
nibus arduis causis ꝯsulebat dn̄m sicut patz hic de suc
cessiōe istarū filiaꝝ/de blasphemo/⁊ supra de colligē= Leuiti.
te ligna ⁊c. In quo notari pōt/ꝙ iudex vel p̄latus in 24.c.
omni facto arduo dz ad deum mentaliter recurrere: et C
sibi ante omnia negocium cōmendare: et sic poterit
tutius iudicare. ¶Moysi morituro dictum fuit a do
mino/ꝙ mōtē altum ascēderet: et ꝙ terrā ꝓmissionis
ꝯtemplaretur ⁊ cerneret: ꝙqꝫ loco suo. Iosue filium
nun ducem popl'i substitueret: ⁊ quod ad patres suos
relicto corpore trāsmearet. ¶Sic vere prelat⁹ vel vir Anago
iustus/in monte/scz impfectionis statu moritur: inꝙꝫ gia.
tum a valle/id est a populi morib⁹ segregat̄. Moritu
rus tamen summe debet terram promissionis paradi
si contemplari et respicere: et eam totis nisibus affe=
ctare: de substituendo etiaz Iosue: id est bono succes=
sori: si sit sibi possibile debet curare: et pro hoc domi=
num exorare: dicēdo cum isto Moyse illud quod di=
citur: Prouideat dominus deus spirituum omnis Eodez
carnis hominez: qui sit suꝑ multitudinē hanc: vt pos cap.c.
sit exire ⁊ intrare ante eos. ¶Item aduerte hic: ꝙ q̄r
Moyses et aaron in dn̄m peccauerūt ad aquas ꝯtra=

dictionis/inquantum ipsum sanctificare coram po-
pulo noluerunt: ideo ne intrarẽt terram promissiõis
et ne inducerent illuc populũ/ condemnati fuerunt.
Josue ergo qui nõ peccauerat/electus fuit/et ibi po-
Allego- pulum introduxit. ¶ Dic si vis allegorice: ꝙ Moy-
ria ses ⁊ aaron significãt veterem legem/vel generaliter
omnes patres veteres. Josue vero qui interpretatur sal
uator/significat gratiam vel etiã christũ: quia pro
certo illi primi omnes peccatores fuerunt: et omnes
in dominum deliquerunt: ⁊ ideo populum dei in ter/
ram promissionis.i. in paradisum seu etiã in perfecti
onis statum intromittere nequiuerunt. Omnes enĩ
He.3.c. peccauerunt/et egẽt gratia dei. Apostolus. Nihil enĩ
He.7.c. ad perfectum adduxit lex. Necesse ergo fuit istos in
D deserto/id est in inferno remanere: quia propter Ade
peccatum ad terram paradisi nequiuerat penetrare.
Psal. Quibus iuraui in ira mea: si introibunt in re-
ps.94. quiem meam Quid ergo? Proculdubio necesse fuit
b. hominem innocentem/ scz iosue: saluatorẽ/id est chri
stum vel dei gratiam querere: qui populum posset in
paradisum intromittere/ seu introducere et saluare.
Christus enim/non moyses: gratia/non lex: nouitas/
non vetustas: ecclesia/non synagoga: nos introdu-
Ro.3.c. cit ad gloriam et ad vitam. Apostolus: Non ex ope-
ad Titũ ribus legis iustificabitur omnis caro. Et alibi: Justi-
3.b. ficati gratia ipsius heredes simus. ¶ Uel dic genera
Aliter liter/ qꝺ peccatores etiam sufficientes: et maxime illi
qui peccauerunt ad aquas contradictionis: vt discor
des/discoli ⁊ rebelles: non debẽt populi duces fieri ⁊
prelati/ domini vel rectores: sed potius Josue/id est
innocentes/prouidi et fideles. Apostolus: Talis dece
He.7.d. bat vt nobis esset pontifex sanctus/innocens ⁊ impol
lutus/segregatꝰ a peccatoribus/et excelsior celis fa-
ctus. Hic nota si vis/quod moyses non rogauit pro
aliquo in speciali/nec de cõsanguineis/nec amicis cu
rauit: sed in genere pro sufficienti successore rogauit.

¶ Capitulum vicesimumoctauum textus: Dixit quoqꝫ dominus ad moysen: Precipe filiis Israel. Capitulum vcesimũnonum Textus: Mensis etiam septimi prima dies venerabilis. Moralitatum Capi. XVII

IN. xxviii. ⁊. xxix. capitulis agitur generaliter de fe-
stis ⁊ sacrificiis eorundẽ/⁊ de libamẽtis. Cir-
ca quod nota: ꝙ scḋm ꝙ possumus colligere: do
E mino offerebatur de animalibꝰ/agnus/aries/vi
Hysto- tulꝰ/bos/hircus/vacca/capra agna/turtur/colũba/⁊
ria. passer. Itẽ de rebus nõ liquidis offerebant similã/pa-
nẽ thus sal. De rebus vero liqdis oleũ ⁊ vinũ. ¶ Reue
ra ista sacrificia pñt significare diuersas virtutes/que
sunt a nobis dño offerende. Debemus enĩ sibi offerre
Mora- agnũ.i. innocẽtiã: bouẽ qui tarde incedit/id est tẽperã
litas. tiam: hedũ q̃ libẽter ludit/id est bonã leticiã: hircũ et
caprã/quorũ pilꝰ pũgit.i. penitentiã: vaccã ⁊ agnũ/quo
rũ fimus sterilibus agris pficit/id ẽ elemosynã: vitu-
lum q̃ iugo se subiicit/ idest obediẽtiã: turturem q̃ est
auis casta/id est mũdiciã: colũbã q̃ est auis simplex.i.
modestiã Itẽ debemꝰ sibi offerre farinã/id est mũdã
cogitationẽ: panẽ/id ẽ eucharistie deuotionẽ: sal id ẽ
sapiẽtiã ⁊ discretionẽ: thus.i. charitatem ⁊ orationẽ:
oleũ.i. misericordiã ⁊ cõpassionẽ: vinũ id est spũalem
spem ⁊ ꝯsolationẽ. Et breuiter ista debẽt esse sacrificia
spũalia: qr sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus: que a
deo sũt acceptabilia atqꝫ grata. Hõ enĩ de seipso facit
agnũ/bouẽ ⁊ arietẽ ⁊ silia: qñ ipse offert deo inocẽtiã/ ps.59.a
fortitudinẽ iustitiã/⁊ bõa spũalia. Ps. Sacrificiũ lau Anago-
dis honorificabit me. ¶ Uel dic ꝙ in paradiso dño gia.
offeruntur varie res/id est varia genera psonarũ/scilicet
agnus.i. homines innocẽtes: aries/id est hoĩes iustiti
am diligẽtes: vitulus.i. spũalibus gaudẽtes ⁊c. Dic
⁊ refer omnia ad psonas. ¶ Nota hic ꝙ apud iudeos F
erant septẽ solẽnitates legales: scz Sabbatum vbi/ab
operibꝰ cessabatur Neomenia/vbi pncipium mensis ⁊
noue lune principium celebrabatur. Et dicebatur a neo qꝺ
est noua/⁊ mene quod est luna/q̃si nouilunũ. Phase
id est pasca/in quo agnus pascalis comedebatur: ⁊ dici
tur phase.i. trãsitus dñi. Pentecostes/a die quinqua
gesima post pasca: dicta a pentecon quod est quĩquagin-
ta: in qua de frugibꝰ nouis primitie offerebantur. Festũ
clangoris in principio mẽsis septimi/in quo cum cor
nibus pecorũ buccinabatur. Festũ ppiciatiõis/decima
die mensis septimi: in quo vitula rufa cõcremabatur: et Allego
cinis eiꝰ p immũdis expiãdis ad totum annũ reser- ria.
uabatur. Et festum tabernaculorum/quintadecima
mẽsis huiꝰ/quo ppls septẽ diebꝰ in tabernaculis mo-
rabatur. Et aduerte/ꝙ ista septẽ festa suas rationes ha-
bebant. Nã celebrabatur sabbatũ/quia dominus reqe-
uerat. Neomenia/quia tũc mensis legalis incipiebat
Pasca/quia tũc ppls mare rubrũ transierat. Pẽthe-
costes/quia tunc scz die quinquagesima ab exitu de
egipto ppls legem acceperat. Festum clãgoris/qr ea
die Isaac liberatꝰ fuerat: ⁊ ideo cũ cornibꝰ arietinis
clangebant/ppter arietẽ quem pater loco eius immo
lauerat. Festum ppiciationis: quia ea die post vitulũ
conflatilẽ Moyses de monte descẽdens propiciatũ Mora-
eis dñm nunciauerat. Festũ tabernaculorũ/p eo quod litas.
ppls i deserto i tabernaculis habitauerat. ¶ Dic mo G
raliter loquendo/quod talia septem festa celebrant
spiritualiter fideles in ecclesia Et sic dicamus ꝙ sab-
batum celebramꝰ quãdo a malis opibus quiescimꝰ
et cessamus. Neomeniã/id est lune nouitatẽ colimꝰ:
cum nostrã conuersationẽ in bonis moribus inno-
uamus. Pasca facimꝰ cum de mundo ad religionem
de egipto in hierusalem: de peccato ad gratiam/de
amaro seculo ad celi amicitiam ptransimus. Pente-
costen celebramus/cum legẽ dei: scientiã ⁊ fidẽ acci-
pimus: cum primitias bonorum operum sibi damus
Festũ clangoris agimꝰ/cum deũ pura mente lauda-
mus: ⁊ cum de arietis imolatione ⁊ isaac liberatione:
cessa: ⁊ inꝙtū ppl's iudaicꝰ siccus/infidelis ⁊ incredu
lus factus est/fide in gētibꝰ suscitata: Uñ dicit: Chri- Jo.9.g
stus ad hoc venit in mundū: vt q̄ non vidēt/videāt:
et qui vident ceci fiant. ¶ Uel expone de clericis et Aliter
laicis: qꝛ reuera ecclesiastici q̄ more velleris dño sunt cō-
iuncti ⁊ esse debent molles/humiles benigni: solebāt
esse rore diuine gratie pre ceteris madefacti. Area vō B
i.populi seculares respectu ipoꝝ erāt indeuoti aridi ⁊
duri. Sed vere hodie videmꝰ ꝯtrariū. Signum enim
istud retrouersum est: qꝛ.s.area magis est rorida ꝙ vel
lus: seculares deuotiores sunt ꝙ regulares/laici ꝙ cle
rici/subditi quā ꝑlati: vt comꝑtum est. Unde Grego.
exponēs illud Apl'i: Qui stat/videat ne cadat dicit: Ti 1.co.9.c
mēdū (inq̄t) nobis stātibꝰ irridet. Quotidie eñ fit si-
cut sensibiliter videmꝰ/ꝙ boni efficiunt mali: et mali
ecōtrario fiūt boni. ¶ Ul' dic ꝙ vellꝰ ⁊ area significāt Aliter.
aīam ⁊ carnem/q̄ pro certo viceuersa se habent: qꝛ scʒ
quādo aīa est rore suo.i.celesti gratia ⁊ deuotione ple
na: tūc necesse est ꝙ area/id est caro: rore suo.i.carnali
tate/voluptate ⁊ asperitate sit vacua atqꝫ sicca: ⁊ econ-
tra qñ area.i.caro: rore suo.i.carnali ⁊ tēporali volup-
tate humectat: tunc necessario vellꝰ.i.anima: rore suo
i.diuina gratia desiccat: ⁊ in siccitatē sue indeuotio-
nis ⁊ incōpassionis mutatur. Unde videtur ꝙ caro ⁊
anima possunt sibi dicere mutuo illud Gene. Si ad si Ge.13.b
nistrā ieris/ego dexterā tenebo. Si dexterā elegeris/
ego ad sinistram pergā. Uerbū fuit abrae ad Loth:
qꝛ reuera caro designatur per loth/qui interꝑtat decli
nans: ꝓ eo ꝙ quando ab ista via virtutū faciliter de
clinet/⁊ teneat sinistrā aduersitatis in hac vita/⁊ care-
at rore ꝓsperitatis: tunc anima ad sinistrā vitiorū et
tormētorum mutatur: ⁊ siccitatē ⁊ sterilitatem virtutū
sortitur. ¶ Uel dic ꝙ ista duo signa/primū scilʒ ⁊ secū Aliter
dum/significant duo tempora/presens scilicet ⁊ futu-
rum. Ista etiam duo significant duo genera persona C
rum: vellus roratum diuites / area nuda pauperes.
Isti sunt igitur qui ꝯtrario modo se habēt: quia scili Tropo-
cet vellus.i.ipsi diuites in primo signo.i. in presenti logia.
tempore/rore prosperitatis et diuitiarum sunt pleni:
area vero id est pauperes ab isto rore sunt sicci: et per
bonorum tenuitatem sunt aridi atqꝫ macri. Sed vero
quando venit secundum signum.i.tempus futurum:
tunc mutabitur ordo rerum: quia scilicet area erit ro-
rida/⁊ vellus siccum.i. pauperes erunt bonis omni-
bus humectati: mali vero diuites bonis omnibus de
siccati. Tunc enim qui modo sunt diuites/erunt pau
peres: illi vero q̄ nūc sunt pauperes/erūt diuites. Uñ Lu.1.c.
dicitur: Deposuit potentes de sede ⁊ exaltauit humi-
les. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit ina
nes. Et sic quando loth pergit in dexteram/ abraam
tenet sinistram/⁊ ecōtra: quia videlicet loth peccator
est nunc in dextera prosperitatis: ⁊ econtra. Abraam
iustus in sinistra paupertatis et aduersitatis. Econ-
tra vō in alio seculo erit/vt patet in euangelio vbi di
citur: quod illis qui erunt ad dexteram dicetur: Ueni mat.25.
te: et illis ad sinistram: Ite ⁊ cetera. d.c.

¶ Capitulum septimum Textus: Igitur
Hierobaal qui ⁊ gedeon: de nocte consur-
gens.

gens. Moralitatum Capitulum. VI

historia. CUm Gedeon ad prelium contra madianitas ire decerneret: ⁊ ad hoc magnū populū congregaret: noluit dñs qđ haberet pliatores plu̅es/sed paucos ⁊ electos. Multꝰ (inq̄t) est ppl̄s tecum: non tradet̄ madian in manꝰ eius: ne forte gloriet̄ israel/⁊ dicat. Meis viribꝰ liberatꝰ sum. Precepit ergo qđ milites sic ꝓbaret: qđ scꝫ omnes ipsos ad aquā duceret: ⁊ ꝙ illos q̇ flexo poplite aquā inclinati biberēt/repudiaret. Illos vero q̇ genua flectere nō dedignarent̄/sed manu aquā ad os ꝓiectā sicut canes lambendo biberēt/eligeret. Sic igit̄ factū est ꝙ de decem milibꝰ trecēti solū fuerunt/q̇ aquā manu et lingua biberāt: qui cū eo ad p̄liuꝫ inierunt et madian deuicerūt: alij vero tanq̄ reprobi ad ꝓpria recesserunt

Moralitas ¶ Gedeon qui interpretatur circūiens in vtero/significat christum: qui scꝫ in vtero v̄ginis nouē mensibus circūiuit. Ille igit̄ cū exercitu fideliū ꝯtra madian. i. ꝯtra diabolū p̄liat̄: ⁊ maxime ad illud p̄liuꝫ faciendū/vniuersitatē p̄liatoꝝ/p̄dicatorū ecclesiasticoꝝ aduocat ⁊ hortatur: ita ꝙ ad ipsum iam infiniti ꝯfluere ceperūt: sꝫ ad statū ꝑfectionis nūc pauci venire cōprobant̄

1.mach.3.b. Sed q̇d: reuera deus non delectat̄ in ista multitudine bellatoꝝ: q̄r sicut dicit̄ in li. Machabeoꝝ: Nō in multitudine exercitus victoria belli/sꝫ de celo fortitudo est

Esa.9.a Esa. Multiplicasti gentem: nō magnificasti leticiam Quia ꝑ certo dato ꝙ christus multos habeat hodie in ecclesia bellatores/multos religiosos/clericos ⁊ p̄dicatores: pauci tñ inueniunt̄ sufficientes ad madian scꝫ ad diabolum debellandū/⁊ ad ipsum verbis ⁊ ope

mat.20.b. ribus impugnandum: q̄r sicut dicit̄: Multi sunt vocati/pauci vero electi. Si igitur bonos a malis/⁊ vtiles a vanis cognoscere volueris: oportet respicere qualiter in aquis scripturarum lachrymarum ⁊ misericor-

E diarum se habeāt: ⁊ inuenies ꝙ ad faciendū ⁊ implendum illa que p̄dicāt/aquas lachrimarū ⁊ penitentie/cōpassionis ⁊ misericordie/solum cū lingua tangunt: inquantū scripturarum verba libenter ⁊ diuine legis mandata lingua p̄dicant ⁊ dicūt: ⁊ inq̄tum de aquis lacrimaruꝫ/cōpassionis ⁊ deuotionis multa loquunt̄ ⁊ disserunt: quinimo etiam (sicut ex eorum verbis videtur) genua cordis ⁊ affectionis sue ad istas aquas deprimūt ⁊ deflectunt. Sed pro certo si ipsorū manus. i. opera respicis: tu inuenies ꝙ ad faciendū vel implenduꝫ illa que predicāt seu dicūt/manū apponere nunq̄ volunt ⁊ sic nunq̄ cuꝫ manu/sed cū lingua solū aquas

mat.23.a. tangunt. De quibus dicitur: Dicunt enim ⁊ nō faciūt Alligant em̄ onera grauia ⁊ importabilia ⁊ imponūt ea humeris hominum: digito enim suo nolūt ea mouere. Quapropter isti oēs a domino reprobant̄: ⁊ ad p̄liandum ꝯtra diabolum ⁊ vitia indigni ⁊ inutiles reputantur. Sed reuera aliq̇ pauci sunt ibi. s. trecēti inter decem milia: qui nō solum cum lingua/sed etiā cū manu tangunt huiusmodi aquas: illi scꝫ q̇ nō solū predicando loquunt̄: sed etiam que predicant/manualiter operantur: ⁊ ad modū canum/q̇ nō solū cū lingua/sed immo etiaꝫ opere custodiūt gregē: ⁊ pro fideliū custodia qđ verbaliter docent/exēplariter exequunt̄: Iuxta

2.para.6.c. illud: Ore locutus es ⁊ opere perfecisti. Et isti pro certo ad dictum spūale p̄lium approbant̄: ⁊ ipsis mediātibus madian cum exercitu suo. i. diabolus cum vitijs

Aliter f Tropologia. superatur. ¶ Uel dic ꝙ aqua qua ꝓbantur christi milites est mundana ꝓsperitas/vel terrena tēporalitas: q̄r scꝫ ista tp̄alia fluunt ⁊ refluunt sicut aqua: q̄r reuera mali toto affectu istas aquas appetunt: ⁊ genua cordis sui. i. mentis affectionem ad eas deprimunt ⁊ deflectunt. Et ideo isti a diuino prelio reprobi sunt: quia in statu ecclesie vbi est locus spiritualis prelij/indigne remanent ⁊ persistunt. Boni vero econtra genua affectionis et cordis ad aquas mundi delectationum non deflectunt: sed stantes et ad celestia erecti/lambēdo sicut canes. i. sicut fecerunt sancti apostoli ⁊ p̄dicatores: solum quod necessarium est/inde sumunt: et ꝓpter hoc isti sunt digni ⁊ electi/q̄uis sunt pauci/Ad p̄lia christi vadunt/⁊ hostes anime destruūt ⁊ cōfundunt: q̄r nullus ecclesiasticus qui ad mundi diuitias ⁊ delicias genua cordis flectit/dignus est cōtra vitia p̄liare: sed solū ille q̇ solū ad necessitatē d̄ istis assumit: ita ꝙ de tali ꝓbatione facta in aqua/potest dominus dicere illud Ps. In abscondito tempestatis ꝓbaui te ps.80.b apud aquas ꝯtraditionis. i. apud aquas temporaliū/que causa sunt contradictiōis ⁊ litis. ¶ Uel si vis dic Aliter ista ad l̄ram: ꝙ in bellis melius est habere paucos milites et electos ⁊ bonos/q̄ multos incompositos et indoctos: exēplo Xerxis. Unde ponit Orosius de quo dicit: quod cum infinitam haberet multitudinem: ipsum tamen pauci spartani deuicerunt. Ideo bene dicit Seneca in li. de moribus: Non vt multis placeas/sed qualiter stude. ¶ Gedeone cum madian cū trecentis electis q̇ aquas manu et lingua lamberāt properante: non legitur eis alia arma contulisse q̄ tubas/lagenas vacuas ⁊ lāpades. Isti em̄ de gedeonis mādato lagenas vacuas ⁊ infra ardētes fregerunt/⁊ tubis clamauerūt: et lāpadibus lucētibꝰ hostes taliter terruerunt: ꝙ ipsis fugientibꝰ eos fortiter deuicerunt

co... historia. G

Tropologia. ¶ Sic vere dico/qđ trecēti christi milites. i. eccl̄iastici boni ⁊ fideles: q̇ scꝫ trecēti dicunt̄: q̄r fidem trinitatis credunt: aquā manu ⁊ lingua tangūt: q̄r manu operātur quod dicūt: arma spūalia ꝯtra madian diabolum debent assumere/si volunt de eo triūphare. Uñ Apl̄s:

2.co.10.b. In carne ambulantes nō s̄m carneꝫ militamꝰ. Arma em̄ militie nostre non sunt carnalia. Habere debēt igitur lagenas terrenas vacuas. i. corpa sua vacua ꝑ abstinentiaꝫ ciboꝝ: vt habeāt interius lāpades ardētes i. splendorē v̄tutū ⁊ exemploꝝ/⁊ etiam miraculorū: habeant tubas. i. p̄dicationē ⁊ doctrinā diuine legis ⁊ mādatoruꝫ: ⁊ sic pro certo si lagenas corpoꝝ suorum abstinētia ⁊ penitentia/vel etiā morte pro christo fregerint: si splendore bonoꝝ exemploꝝ emicuerint: si tubas orationis/predicationis diuine laudis/ꝯfessiōis vel gratiaꝝ actionis ꝑsonuerint: hostes anime procul dubio terrebūt̄/⁊ ab eoꝝ aspectibꝰ fugabunt̄: vt dicatur de sanctis q̇ tubis p̄dicationis corpa sua penitentia ⁊ abstinētia fregerint: ⁊ ea etiaꝫ morti tradiderint seu exposuerint: ⁊ tunc post morteꝫ virtutibꝰ ⁊ miraculis claruerint: ⁊ ideo demones terruerint: sicut habet̄ in li. Regū: Cecinit tuba ⁊ recesserunt ab vrbe. s. demo

2.re.20.g. H nes ab ecclesia vel anima. Et etiam ipsi tyranni ⁊ crudeles qui eos occiderant/vel impugnauerāt: visis tātis miraculoꝝ splendoribus/crediderunt. Ista enim fuerunt in martyribus q̇nq꞉ per ordineꝫ. s. tuba fidei/confessio ⁊ predicatio: postea mors. i. lagene corporū fractio: postea lux. i. miraculoꝝ coruscatio: postea hostium. i. demonū fugatio/⁊ tyrannoꝝ superatio/et ad fidē cōuersio. Ista em̄ exposuit sic Stephanꝰ de lōgo tono: ⁊ etiam multi alij doctores. Illi qui cum Gedeone cum lagenis et tubis ad prelium contra madian ibant: lagenas in sinistris/tubas vero in dextris portabant. In quo notat̄ quod christi predicatores de tubis id est de predicationis gratia/quādo ipsam

se habere vident ⁊ exercere sciunt/multuz debent cura-
re: de lagenis ro.i.de corporibus paruz debet eis esse:
⁊ inde est ꝙ tubas in dextra/lagenas vero in sinistra/
tanq̄ illa de quibus minus curatur/dicebātur tenere
Item si vis dic de doctoribus ⁊ doctrina. ¶ Hic so-
mniauit quidam ꝙ panis subcinericius ⁊ hordeace9
co.ca.d. castra madian intrabat: ⁊ castra ⁊ exercitū destruebat:
per qd̄ dictū fuit gedeonē significari: qui q̄q̄ subcine-
ricius.i.vilis ⁊ rusticus esset/madianitas tñ deuicit.
Mora- ¶ Et hoc si vis allega/ꝙ qñq3 ⁊ in bellis corporalib9
litas ⁊ in factis secularibus/necnon in prelijs spūalibus.s.
in pctōrum ⁊ demonū ⁊ vitiorū impugnationib9/ma-
gna ⁊ ardua p rusticos ⁊ simplices fiunt: quia dato ꝙ
sint subcinericij ⁊ hordeacei.i.rudes/simplices ⁊ indo
cti/et de hūili plebe nati: spūs tñ domini induit gedeo
nem: sicut dicit supra: ⁊ qñq3 maiora faciunt q̄ illi qui
A gñe ⁊ scia sunt ꝓuecti. Vñ Apl's: Et infirma mūdi ele-
Iu.6.c. git deus vt confundat fortia.
1.co.1.d. ¶ Capitulū octauum: Textus. dixeruntq3
ad eum viri ephraim: Quid est hoc quod fa-
cere voluisti. Mora. Capitulum. VII

Iu.8.c. GEdeon petijt a populo inaures aureas quas
tulerat ð p̄da madianitar: de quo fecit ephot
grauiter peccans: quia fornicat9 est in eo oīs
populus israel. Erat enim indumentum sa-
Histo- cerdotale/quo mediāte dñs interrogabat: cuius vsus
ria leuitis ⁊ sacerdotibus solūmodo cōcedebatur. ¶ In
quo potest notari ꝙ seculares qui ecclesiastica officia
Mora- volunt exercere/peccant: dato ꝙ bona intētione illud
litas. faciant. ¶ Vel potest allegari ꝙ aurum gentilium nō
debet fieri ephot ecclesiasticū id est sapiens secularis
Aliter. non debet propter mundanam sapiam fieri p̄latus ec
clesiasticus vel regularis. ¶ Vel potest allegari ꝯtra
illos religiosos qui sub specie faciendi ephot.i.aliqd̄
Aliter. spūale/vt pote elemosynam vel ecclesiam vel ꝯsimile:
accumulant aurum gentilium: exigunt diuitias secu-
larium vel rapinas pauperum subditorū. Et sicut dr̄
Ec.38.c Eccl'i. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata.
rom.3.b Et Apl's dicit: ꝙ nō sunt faciēda mala/vt veniāt bona.

¶ Capitulum nonum Textus: Abijt autez
abimelech filius hierobaal in sychē Mora-
litatum Capitulum. VIII.

B HIc ponitur quō abimelech filius spuri9 ge-
Histo- deonis factus est rex a viris sichimitis: qui
ria. statiz ꝯtra fratres suos filios Gedeonis sur
rexit: ⁊ tot de eis super lapidē vnum occidit:
ita ꝙ vnus solūmodo remāsit: postea vero illosmet q̄
ipsum regem fecerant interfecit: ⁊ ciuitatem eorum cō
bussit ⁊ destruxit. Ipsum tñ finaliter dum quandam
turrim capere niteretur/⁊ ignem imponere moliretur:
quedaz mulier fragmentum mole iaciens/in capite p
cussit: ⁊ cum ad mortem vulneratū deiecit: qui mori
se sentiens: ne a muliere diceretur occisus: p armigerū
Allego- interfici se fecit. ¶ Per istū abimelech intelligitur dia
ria. bolus: qui reuera gedeonis.i.dei patris filius spuri-
us/et etiam creatura pestifera potest dici. Ille est eñ
q̄ filios p̄ris sui legitimos/⁊ viros sanctos et iustos/
qui sunt filij dei patris: et maxime sanctos martyres
supra lapidem vnū.i.supra christū in quem credebant
occidit: ⁊ super sichem q̄ interpretat robur.i.super mū
dū regnū accepit: ⁊ ipsos super quibus regnat: s.super
pctōres ⁊ mundanos diuersis vitijs interficit: ⁊ ipsius
mūdi ciuitatē flāma ꝯcupiscētie succēdit: ita ꝙ iste est

rex de quo dicit: Regnātib9 impijs ruine hoim. Fina- pro.2
liter iste malus rex istā suā ciuitatē ⁊ plebē igne ꝑpe- b.
tuo in inferno succēdet: ⁊ sic ipsis q̄ illū regez faciunt/
p̄miū triste reddet. Vñ Eccl'i. Rex insipiēs p̄det pplm Ec.10.a
suū. Sed si queris quō iste malus rex superatur? Ecce
continue eñ accidit/ꝙ iste turrē thebes.i. arcā mētis
nostre inuidie ⁊ auaricie ignem in ea accendere moli-
tur ⁊ tunc ꝓ certo non restat nisi ꝙ mulier q̄ est in ista C
turri.i.volūtas bene docta: fragmē mole.i.pōdus di
uini timoris cōtra eū iaciat: ⁊ ꝙ in capite.i.in princi-
pio: dum.s.est adhuc tētatio in cogitatione/ipm p̄cu
tiat: q2 vere sic erit ꝙ/victus deficiat atq3 cadat. Ti- Eccl'i.1.e
mor enim domini expellit peccatū. Si eñ ista mulier
sc3 volūtas debituz suū fecerit: ⁊ si timor dei istuz rep-
cusserit: statim armiger.i.christus aderit: q̄ ipm in cō
spectu nostro ꝓsternet. ¶ Vel dic ꝙ mulier est beata Allego-
virgo cum lapide quē emisit.i.cū christo lapide angu ria.
lari quē peperit/abimelech diabolū superauit: ⁊ qd̄ ar
miger.i.Paul9 vel q̄libet sctūs sibi quotidie auxiliū
facit: q̄ tñ diabolus fratres suos legitimos.i. sāctos
patres occiderat: ⁊ p magna tempa sup mūdū regna-
uerat. Vñ Judith: Quedam mulier hebrea fecit ꝯfu- iu.14.d
sionē in domo nabuchodonosor regis. ¶ Vel dic qd̄ Aliter
iste significat ambitiosum: q̄ ꝓ certo statim vt ad re
gnuz ⁊ regimen ciuitatis.i. tp̄alis officij vel ecclesie
dignitatē ꝓmotus fuerit: primū qd̄ facere nititur est
quod fratres suos legitimos.i.bonos confratres et
socios destruere: ⁊ q̄tum ad mundi ꝓsperitatem per-
dere ⁊ occidere/impugnare ⁊ deponere: ⁊ super lapi-
dem sue crudelitatis p rapinam ⁊ auariciā bonis eorū
acquisitis conatur. Non sufficit sibi qd̄ ciuitatem.i.
ecclesiā habeat: immo ꝓ certo turrim.i.aliam aliquā
altiorez dignitatem ⁊ pinguius beneficium/seu ditio
rem ecclesiam oīmode acq̄rere studet: ⁊ ideo cum exer- D
citu omnium amicoruz suorū ad acq̄sitionē eius labo
rat: ⁊ ignez auaritie per oblationez munerum ad osti
um turris.i.pro ingressu istius dignitatis offert ⁊ pre
sentat. Sed quid? ꝓ certo mala mulier fortunaq3 tur-
res seculi dignitatum tenet ⁊ regit: ipsum intrare ta-
lem turrim/hoc est talem dignitatem aliquādo nō si-
nit: immo subito fragmē mole.i.fractionem ⁊ pond9
mortis/vel etiā pond9 infortuniorū ⁊ tribulationum
immittit: ⁊ eum ad terram detrahit ⁊ prosternit. Cui
statim adest armiger suus diabolus: qui sc3 sibi hacte
nus fauerat ⁊ seruierat: qui ipsum post percussionem
mole.i.post mortem corporis gladio eterne dānatio-
nis interficit: ⁊ sic anteq̄ attingit ad statuz quem op-
tabat: mediante muliere/mola ⁊ armigero.i.median
te fortuna/morte ⁊ diabolo destructionem corporis ⁊
anime incurrit. Illud enim est verum qd̄ ista mulier
fortuna/quādo videt qd̄ homo non est contentus sta
tu suo/sed ad maiorem incessanter anhelat: mola tri-
bulationū tp̄aliū/vel mola mortis infirmitatūq3 cor-
poraliū aliqñ p̄cutit: ⁊ ipm vel tp̄aliter vel corpali-
ter ꝓsternit: Armiger autē diabolus ipm spūaliter vel
eternalr occidit. Vñ breuiter de ista muliere.s.de fortu
na dici pōt illud Eccl'i. Plaga mortis mulier nequaz. Ec.25.d
Et ideo alibi monet a tali muliere cauendum/dicens:
Auerte faciez tuam a muliere cōpta. Et ideo subditur Ec.9.b.
Quia inq̄t speciē mulieris admirati multi/reprobi fa
cti sunt. ¶ Hic ponit parabola de arboribus volenti- co.ca.b.
bus eligere regē: a quorū regimine ficus vitis ⁊ oliua
se excusauerūt: ramn9 vero acceptauit ⁊c. Unde etiam E
supra.li.xij.ca.de ramno.
¶ Capitulum vndecimum Textus: Fuit
itaq3

itaqꝫ illo in tempore Jepte Galaadites vir fortissimus atqꝫ pugnator. Moralitatū Capitulum. IX.

IEpte filius galaad a concubina vir fortissimꝰ fuit: quem fratres sui legitimi eiecerunt: sibiqꝫ talia verba dixerūt: Heres in domo nostra esse nō poteris: qꝛ de adultera natus es. Quo audito iepte a fratribus suis fugit: ⁊ in thob habitauit: et cōgregati sunt ad eum viri inopes ⁊ latrones: ⁊ quasi principem eum sequebātur. Tandē vero sic factū est, ꝙ cū filij amon pugnabant ꝯtra israel: quapropter maiores natu de galaad, iepte quē prius eiecerāt, in auxiliū suum ꝯuocauerunt. Jepte igitur vadēs ad preliū, deo vouit, si victoriā sibi daret: quicquid primū de domo sua sibi post victoriam occureret, eidem imolaret. Isti igitur obtēta victoria, redeūti vnica filia sua cū tympanis ⁊ organis gaudēs occurrit: qua visa statim scissis vestibus votum quod vouerat, sibi dixit: Filia mea decepisti me, ⁊ ipsa decepta es. Que mortis cōditionē libenter suscipiens, duos menses plorandi suam virginitatem cum suis sodalibus postulauit. Quibus cōcessis. i. expletis: deo pater virginē imolauit. ¶ Ista
Moralitas possunt allegari exemplariter ad multa: ⁊ primo ꝯtra mundanos: qui cōsanguineos ⁊ amicos despiciunt: ipsosqꝫ secū heredes vel bonorū suorū participes esse
f nolūt. Sed quādo ipsis ꝯtingit aliqua necessitas: tūc solēt ipsos quos prius contemnebāt, libenter recipere ⁊ diligere: ⁊ maxime qn̄ vidēt eos temporali ꝓsperitate ⁊ fortuna prepollere: iuxta illud Prouer. Etiā proximo suo odiosus erit paup: Amici vero diuitū multi.
pro.14.c. ¶ Uel potest allegari ꝓ bastardis ꝙ scꝫ illi q̄ de illegitimo matrimonio ꝓcreātur, fiunt aliquādo fortes et
Aliter. boni milites: q̄ etiā ita virtuose ⁊ strenue se habēt, ꝙ inter amicos ⁊ notos honorem ⁊ statum merenꝭ ⁊ obti-
Aliter. nent. ¶ Uel pōt allegari de iuramēto qualiter est obseruandū, qn̄ est licitum: ex quo vir iste tanto damno seruauit illicitum. ¶ Uel exponamꝰ allegorice de chri-
Allegoria. sto. Dicamus itaqꝫ ꝙ iste Jepte significat christum: q̄ reuera quasi ex cōcubina nascitꝛ: ꝓ eo ꝙ ex deo patre et virgine matre, q̄ erat alterius thori ⁊ fori generatꝰ videtur. Istum igitur ꝓprij fratres scꝫ iudei, repudiant:
pro.19.a. ⁊ velut de adulterio natum abominātur ⁊ fugant. Uñ dicitꝛ: fratres pauperis hominis oderūt eū. Inopes vero ⁊ latrones. i. piscatores publicani ⁊ pctōres ipsum
mat.9.b. tanq̄ ducē sequunꝭ: ⁊ fidem eius recipiūt ⁊ affectant. Unde Nō em̄ veni vocare iustos sed pctōres. Iste igitꝛ q̄uis repudiatus a iudeis: tñ contra amon. i. diabolum: princeps ⁊ dux filiorū israel. i. fidelium ꝯstituitꝛ: ⁊ pro victoria obtinenda ꝓpriā filiā. i. humanitatem deo patri immolauit: ⁊ ipsa ꝓ salute humani generis ⁊ pro victoria mortē patitꝛ: ⁊ amon: ⁊ ppl's suus. i. diabolus ⁊ vitia superanꝭ: ⁊ filij israel. i. fideles populi li-
mat.9.c berantꝛ. Uñ tūc ista pōt dicere illud Matth. Filia mea
Aliter modo defūcta est. ¶ Uel dic ꝙ Jepte est homo, cuius
G filia est ꝓpria caro: quā. s. deo debet vouere, ⁊ ꝑ pniam deo immolandā ꝓmittere: vt contra amon. i. contra diabolum ⁊ pctā possit obtinere victoriam. Quando igitur contingit ꝙ homo victoriā ꝯtra vitia vel ꝯtra tribulationes habuit: vel ꝙ a deo donū spūale reportauit: ⁊ videt filiam. i. propriā carnē cū tympanis ⁊ organis. i. cū delicijs ⁊ delectationibꝰ occurrere: ⁊ sibi in vita morū obuiare: statim ꝓ certo debet dicere ⁊ clamare: Filia mea decepisti me, ⁊ ipsa decepta es. Decepisti me dico, vitia suggerendo: sed tu ipsa decepta es, per peccatum ⁊ penitentiam ꝓmerendo. Istam igitur statim debet deo ꝑ penitentiam immolare: et sibi fletum pro ꝯque virginitatis. i. cōpunctionem ⁊ virtutū sterilitatem iniungere: ⁊ tandem virginitate seu sterilitate deplorata, debet eam per charitatem comburere, ⁊ per laborum fatigationes ⁊ penitentiam deo sacrificare vel offerre: dicēs illud quod supra dictū est: decepisti me filia. s. mihi occurrendo, ⁊ ꝯtrariando, ⁊ cū tuis organis ⁊ mundanis letitijs obuiando: tu vero decepta sis, ps.136.
penam debitā sustinendo. Ps. Filia babylonis, misera: btūs qui retribuet tibi retributionem quā tribui- b.
sti nobis. ¶ Uel dic ꝙ filia est anima peccatrix: q̄ scꝫ Aliter
cum inani mundi leticia tunc videtꝛ applaudere, ⁊ festū facere diabolo pr̄i suo: q̄ tñ ex hoc sibi nō ꝓcit: imo ipsam i inferno imolat ⁊ occidit. Hie. Usqꝫ quo delicijs hie.31.d
dissolueris filia vaga. Et iterū: Cōfusa est filia egipti. ⁊c. hie.46.f.

¶ Capitulū decimumtertiū Textus Rursumqꝫ filij israel fecerunt malum in conspectu domini. Moralitatū Capitulū. X.

Uidam vir nomine manue, vxorem habuit sterilē: cui quadā die angelꝰ dñi apparuit, sibiqꝫ nunciauit ꝙ filiū pareret qui ab vtero matris nazareꝰ esset: ⁊ super caput eiꝰ nouacula non ascenderet: nec vinū nec aliquod immundū comederet aut gustaret: q̄ etiā ppl'm israel de manibꝰ philistinorū liberaret. Et in flāma sacrificij angelus in celū ascendit. Puer vero natꝰ Sanson appellatꝰ fuit q̄ leonē tandē occidit: fauum mellis de ore eius accepit: vxorem alienigenā. s. dalilā duxit portas gaze in mōtem portauit mille viros cum mādibula asini interfecit: ⁊ tandē plures philistinorū moriens q̄ viuēs Allegoria.
occidit. ¶ Allegorice ꝑ sansonē qui interpretatur sol eorum: intelligitꝛ sol iustitie christus deus noster: q̄ ꝓ certo matri sue que erat sterilis. i. virgo: fuit per angelum nūciatus: ⁊ ad literā ꝙ nazareus. i. sāctus debebat esse: ⁊ quod ab omni immundo. i. pctō sicut sctūs ⁊ mundus haberet se cauere: ⁊ ꝙ vinū ⁊ siceram. i. carnis delicias que inebriant, non erat gustaturus: ⁊ q̄d nouacula. i. adulationes nō esset admissurus: sed populū suū sanctificaturꝰ: ⁊ a philisteis. i. demonibus liberaturus, eidē matri extitit ꝓnūciatus, vt patet in
verbis angelicis: Erit inq̄t puer magnus corā domino. Quod em̄ nascetꝛ ex te: sanctū. Ipse em̄ saluū faciet Lu.1.b.
ppl'm suū ⁊c. vide ibi. Iste est, qui leonē diabolū superauit: fauū mellis. i. humanū genus: de faucibus eius. i. de inferno accepit ⁊ liberauit: vxorem alienigenam. i. ecclesiā de gentibus desponsauit. Segetes phi- A
listinorū. i. sectas infidelium ⁊ hereticorū ꝯsumpsit: ⁊ igne vere fidei inflammauit: ⁊ mediāte mandibula asini. i. ipsa christi hūanitate multos spūales inimicos ꝓstrauit: portas ciuitatis inferni asportās ⁊ frangēs: in montē gaze. i. paradisi ascēdit: ⁊ plures hostium. i. infidelium: moriens q̄ viuens spūaliter occidit inq̄ntū post christi passionē ⁊ mortē mediātibus apostolis plures q̄ ante ꝯuerterit. Ut dicitꝛ: In vita sua
fecit monstra: ⁊ in morte mirabilia operatus est. ec.48.b

¶ Capitulum decimūquartū Textus: Descendit ergo sanson in thānata: vidensqꝫ ibi mulierem. Moralitatum Capi. XI.

SAnson descendens in thānata philistinorū vidit ibi mulierem que placuit oculis eius ad quam desponsandam descēdēs catulū leonis rugientem ⁊ seuū obuiā habuit: ⁊ irruēte

in se spiritu domini/leonem manibus/cū omnino ca-
Hysto- reret gladio/lacerauit. Post aliquos vero dies descen-
ria. dens/vt duceret mulierem quam desponsauerat: decli
nauit vt videret cadauer leonis: ⁊ ecce examen apum
in ore eius erat/et etiā fauus mellis: ⁊ accipiēs come-
dit: et patri ⁊ matri sue partē dedit: ⁊ tamen vnde mel
habuerat nō ostendit. Tandem vero cōuiuis nuptia-
Allego- ruʒ probleuma de hoc fecit. De comedēte inquit cib9/
ria. ⁊ de forti dulcedo exiuit. ¶ Ista possunt applicari ad
christum. Catulus vero leonis seuus ⁊ rugiens spirās
minaruʒ ⁊ cedis in discipulos domini fuit Paulus:
qui reuera qñ sanson. i. sol iustitie christus vxoreʒ alie
nigenam. i. ecclesiam de gentibus ꝑ fidem desponsare
voluit: ⁊ propter hoc personaliter in thānata. i. in mū
dum descendit: catulus leonis seuus. i. paulus: sibi
fortiter restitit ⁊ occurit: quapropter istū añ oīa ꝓstra-
uit cōuertendo: ⁊ ipsum spūaliter lacerauit ⁊ occidit:
inq̄ꝫtum in ipso vitā carnalē ⁊ vitia interfecit. Quo scʒ
mortuo. i. mortificato ⁊ ꝯuerso/examen apum. i. labo-
rum sedulitatem: fauum mellis. i. scie dulcedinē: ⁊ fi-
dei synceritatē in ore suo eloquētie ⁊ p̄dicatiōis inue-
nit: ita ꝙ proprie dicitur: De comedēte exiuit cibus: ⁊
de forti dulcedo ꝓrupit: qꝛ scʒ iste q̄ añ ꝯuersionē eccle
ge. 49. siam comedebat ⁊ deuorabat/ipsam post conuersionē
b. melle doctrine refecit. Uñ de isto exponit̄ illud Geñ.
Aliter. Beniamin lupus rapax. Mane comedet p̄dam: ⁊ ve-
spere diuidet escas. ¶ Uel si vis/ista dic de Dionysio
Aliter vel Augustino: vel de quolibʒ philosopho doctore ad
fidem conuerso. ¶ Uel dic ꝙ Sanson est filius dei ꝓ
vxore alienigena. i. pro humanitate vel ecclesia de gen
tibus desponsanda: descendēs leonem diabolum pro
strauit: ⁊ examen apum. i. collegiū sanctorum patrum
cum melle deuotionis ⁊ spei quā in aduentu eius ha-
bebant: in ore istius leonis. i. in inferno reperit: quos
Aliter patri suo deo rediens presentauit. ¶ Uel dic: de co-
medente diabolo vel inferno/dulcedo quaʒ absorbue-
iob. 20. rat tūc exiuit. Uñ Job: Diuitias quas deuorauit euo
b. met: ⁊ de vētre eius extrahet eas deus. ¶ Uel dic ꝙ san
Aliter. son est religiosus: qui qñ vult vxoreʒ. i. grām ⁊ glīam
accipere: necesse habet patrem ⁊ matrem. i. omneʒ affe
C ctum carnalem dimittere a via communi. i. a mundi
comuni vita/et ad religionis semitam declinare. Quod
si fecerit/leonem mortuum. i. christum inueniet: et in
ore eius. i. in verbis eius mel dulcedinis ⁊ consolatio-
nis reperiet: examen etiam apum. i. cōmunitatem bo-
norum ⁊ sanctoruʒ collegas ⁊ socios habebit: ⁊ sic vxo
Aliter. rem istam. s. dei grām ⁊ glīam sibi desponsabit. ¶ Uel
dic ꝙ quando homo patre ⁊ matre relictis/⁊ parenti-
bus ⁊ mundo spretis/semitam religionis ingreditur:
leonem sibi obuium. i. propriam carnem occidere. i. ie-
iunijs macerare tenetur. Quod si fecerit/in ore eius
mel inueniet: inq̄ꝫtum in sua tribulatione vel peniten-
tia dulcedinem ⁊ ꝯsolationē ꝑpendet. Uel leo signifi-
cat ferocitatem alicuius tribulationis. In cuius ore
mel inuenit̄/qñ in ipso tormento diuina ꝯsolatio sen-
titur. Et sic ad lr̄am de comedēte cibus/et de forti dul-
ps. 93. d cedo recipitur: vt habetur sicut apparet/in martyrib9:
qui dicebant illud Psal. Secūdū multitudinē dolo-
Aliter rum meorum in corde meo: consolationes tue letifica
uerunt aīam meam. ¶ Uel dic ꝙ leo significat aliquē
diuitem tyrannum/vel officialem rapacem/vsurariuʒ
vel crudelem: qui reuera quando a sansone. i. a deo ꝑ
mortem corporalem occidit̄: fauus mellis. i. diuitiaꝝ
copia in ore eius. i. in suis subditis reperit̄: a quo saltē
ipse sanson. i. christus in persona pauperum recreatur

Ut cōmuniter enī tales nunq̄ꝫ ꝓficiūt alijs/nisi qñ mo
riunt̄: ⁊ tūc saltē necesse est/ꝙ de bonis q̄ dimittūt/alij
recreent̄. Et sic de comedēte cibus exit/inq̄ꝫtuʒ de istis
deuoratoribus morientib9 aliqualis vtilitas reporta- D
tur: ⁊ inq̄ꝫtum multi clerici pauperes de eorū bñficijs
ditant̄/⁊ alij de eorum diuitijs recreantur. Uñ Seneca
in ꝓuerbijs: Auarus nisi cū morit̄/nihil recte facit.

¶ Capituluʒ decimumquintum. Textus: Post aliquantulū autē tēporis: cuʒ dies triticee. Moralitatum Ca. XII.

Cum exercitus philistinoruʒ ꝓ ligando san- Ju. 15. c
sone venisset: ⁊ filij iuda vt philisteis tradere Histo-
tur/duobus nouis funibus eum alligassent: ria
irruit in ipsuʒ spūs domini: ⁊ diruptis funi-
bus apprehendit mādibulam asini que in terra iace-
bat: ⁊ occidit cum ea mille viros: ⁊ philistinorum exer
citum cōuertit in fugam. Post quod maxillam in ter
ram proiecit: ⁊ cuʒ supra modū sitiret/clamauit ad de-
um ne siti inter incircumcisos periret. Tūc dñs miser
tus ei/molarem dentē d mādibula proiecta aperuit: ⁊
inde in abundātia aqua exiuit: que spm̄ ei9 refocilla-
uit/⁊ vires defecti corporis reparauit. ¶ Istud expo- Mora-
nit Grego. de christo ⁊ p̄dicatoribus. Constat enī ꝙ litas.
p̄dicatores sunt maxilla asini: qꝛ. s. maxilla q̄ est pars
oris/ipsoruʒ eloquentiam significat: asinus vero ani-
mal oneriferum ipsorum laborem denotat: ⁊ ꝙ ipsa ia
cebat mortua/ipsorū humilitatē ⁊ mortificationē desi
gnat. Ps. Propt̄ te mortificamur tota die. Dico igit̄ ps. 43.
ꝙ cum philistei. i. demones: sansonem. i. christuʒ liga- d.
re/ipsiusq̄ꝫ predicationē ⁊ miracula/virtutesq̄ꝫ ⁊ opera
impedire vellent: filij iuda. i. ipsi iudei in hoc philiste
is. i. demonibus ꝯsentientes: ipsumq̄ꝫ primitus liga-
uerūt: eiusq̄ꝫ p̄dicationē impediuerūt: duosq̄ꝫ funes. i.
tribulationem atq̄ꝫ mortē adhibuerūt. Sed vere iste E
Sanson/christus spū dñi sup eū irruente/istos duos
funes resurgendo dirupit: postq̄ꝫ maxillā asini mortui
i. p̄dicatores eloquētes/patiētes ⁊ mortificatos acce-
pit: ⁊ ipsis mediantibus mille viros. i. multiplices po
pulos philistinorū ⁊ infideles spūaliter occidit: ⁊ eis
vitam carnalem gladio spūs interfecit: inq̄ꝫtuʒ ipsos
ad veritatē fidei ꝯuertit. Uñ dicit̄: Uerte impios ⁊ non pro. 12. a
erūt. Tandē vero istā maxillā. i. scōs p̄dicatores ⁊ apo
stolos in terrā ꝓiecit/inq̄ꝫtū ꝓ ipsis non curare est vi-
sus: ⁊ in mortē eos ⁊ tyrānorū ꝑsecutionē tradidit ⁊ di
misit. Sʒ reuera cū salutē infideliū sitiret: in istis sic ꝓ-
iectis dentē molarē. i. virtutē ⁊ potētiā miraculoꝝ ape
ruit: ⁊ ab ipsis fontē aque viue. i. bñficioꝝ copiā efflue
re fecit: que extūc fidelibus cōcedere nō cessauit. Ista
maxime apparuerūt ī Paulo: quo mediāte multi con
uersi sunt: ⁊ quo ꝓiecto ⁊ moriente/de dēte molari aq̄
eloquētie sue/sciarū ⁊ doctrine effluere nō cessauerūt:
q̄ christū sitibūdū in ꝑsona fideliū refecerūt: qꝛ reuera
aq̄ doctrine q̄ adhuc de ista maxilla. i. de btō Paulo ⁊
Dionysio/⁊ alijs similib9 emanat: christū sitiētē refi-
cit ⁊ cōfortat: inq̄ꝫtū membra eius. i. fideles hmōi do-
ctrina recreat spūalr̄ ⁊ delectat. Uñ zach. Erit fons pa zach. 13.
tēs domui Jacob ⁊c. Esa. Oēs sitiētes venite ad aq̄s a.
¶ Uel dic ꝙ sanson significat aliquē tyrannū impiū ⁊ esa. 55. a
proteruum qui cum aliqua maxilla asini mortui. i. ali Aliter.
qua vili mala et iniqua persona et humili asinina seu f
rustica plebe nata: vtpote aliquo malo consiliario vel
balliuo vtitur: ad philisteos id est ad pauperes sub
ditos occidendum ⁊ damnandū ⁊ molestandum: sed
pro certo sepe fit quod talis sanson. i. talis princeps
seu tyrānus

seu tyrannus talem maxillam suam.i. talē balliuum officialez vel cōsiliariuz de officio vel statu suo deponit et proycit:et ipsum exheredat et depauperat/atqȝ punit:et fontem aque viue.i. diuitiaruz copiā apud eum inuenit:qua sitim auaricie sue tēperat/duz ipsū coibit atqȝ rapit. Istō enīz ē cōmune/ꝙ ad hoc tales eyciunt et deponuntur:vt ab ipsis sitibundis et auaris principibus fons diuitiarum suaꝝ postmodū ebibat. Unī dicitur Cuius messem famelicus comedet/ꝛ ipsum rapiet armatus:et bibent alieni diuitias ei9 ꝛc. Iob.5.a

❡Ex eodem capitulo decimoquinto Textus: Post aliquantulum autē tēporis Moralitatum Capitulum. XIII.

Uxor alienigena quā duxit Sanson in thānata inuito patre:qui ipm arguerat de hoc/ꝙ dimissis filiabus populi sui/vxorem alienigenaz accipiebat:statim postq̄ redijt ad paternam domum/duxit aliuz viruz.s. vnum de pronubis:de quo sanson ad ipsam visitandam iterum veniens/ꝛ hedū sibi de grege offerens:ꝛ cubiculū ei9 intrare volens/nisi scz pater ꝛ mater eius impediuissent/summe iratus fuit.quapropter trecentas vulpes cepit ꝛ ipsas vulpes per caudas ligauit simul:ꝛ faces ardētes ad caudas eorū accendit:ꝛ ipsis per segetes philistinorum dimissis/eas succēdit penitus ꝛ vastauit. Historia

❡Istud eñ potest allegari exemplariter/qđ non est tutum cōtrahere aliquā magnam familiaritatem cum alienis:pprijs dimissis compatriotis ꝛ vicinis. Isti enim facili occasione hominem dimittunt ꝛ ad aliud se conuertunt sicut de stipendiarijs cernimus ꝯtinue. Sicut etiam accidit de quodam rege francie:qui non proprijs hominibus:sed alienis militibus pecunias dabat:ꝛ eos sibi ꝟbis ꝛ promissionibus alligabat. Sed cum surrexisset tribulatio/omnes eum reliquerūt/ꝛ inimicis ipsi9 adheserūt:ꝛ soli cōpatriote quos prius ꝯtemnere videbat/ipm viriliter adiuuerunt. Talis igit vxor.i.talis extraneus amicus/hominez pfecte non diligit:et ad alios faciliter se cōuertit. De quo Eccl'i. Est amicus ſm tempus suum/et nō pmanebit in tempe necessitatis. Moralitas Ecc.6.a

Uel dic generaliter contra falsos amicos qui ad moduz illius vxoris nō diligunt hominem nisi sit presens.i.nisi benefaciēdo se exhibeat presentem:qz talis statim vertit dorsum:et ad domum suaz vel ad alia negocia redit:ipsuz obliuiscitur ꝛ cum alio maritatur.i. aliuz amicū querere molitur. Aliter

❡Uel dic cōtra malas mulieres/que reuera de absentibus parum curāt:sed statiz alios eligūt sibi ꝛ procurāt. Allegoria

❡Uel dic ꝙ talis vxor alienigena dicitur esse ecclesia christi:q̄ vxor de gētibus ꝑ maiori parte est assumpta/ꝛ Sansoni christo per fidez despōsata. Ista est enim q̄ post ascensionem ꝛ recessum viri sui christi ad domū patris.s.paradisuz:vnde in thamnata.i.in munduz apud gentiles pctōres ꝑ ista accipienda descenderat:parum in amore eius stetit q̄nimmo potius cito alteri viro.s.mundo/carni vel diabolo/p diuersa vitia se tradidit:ꝛ istius copulaz ꝛ amorem dimisit. Quapropter iste sanson christus/ꝯtra eā indignatus:iam vulpes cum facibus.i.tyrannos cū crudelitatis ignibus:in eius segetes.i.in eius bona temporalia currere pmittit:ꝛ populum istius vxoris sue adultere.i.clericos philisteos poculo vtentes.i. poculis ꝛ ebrietati vacantes:mediantibus huiusmodi vulpib9 malis secularibus cōtra eos colligatis/vastat/depauperat ꝛ ꝯfundit Ps. Tradidit eos in manus gentium:ꝛ dominati sunt eorum qui oderūt eos. b Ps.105.f

❡Uel ad litteram illud potest allegari contra ecclesiasticos schismaticos qui qz virum suum christum/q̄tum ad veram eius fidem reliquerunt/ꝛ diabolo p hereses ꝛ schismata adheserunt:ergo tradidit eos ipse sanson christus vulpibus.i. hereticis ꝛ falsis doctoribus:facibus male doctrine eos illuminantibus:et segetes virtutum poculoruz suorum calice exterminātibus. Unde in Cant. Capite nobis vulpes puulas q̄ demoliuntur vineas. Aliter can.2.d.

❡Uel dic qđ prout cōmuniter iste adultere ecclesie seu secte ꝛ eorum populi vniuersi a vulpibus/id est a tartaris ꝛ paganis infestantur ꝛ segetes ꝛ bona eorum ab ipsis infidelibus quibus vt communiter subiecte sunt/depredantur. Patet in grecis:qui molestantur a turcis. In armenicis et georgianis:qui subijciuntur parthis:In ruthenis:qui obediunt romanis:In nestorianis:qui captiui tenētur ab Indis. In surianis ꝛ iacobinis:q̄ violenter seruiunt egyptijs. In nubianis:qui iniurias patiūtur ab ethiopibus conuicinis. Ecce ergo quomodo adultera christi vxor:cum suis philisteis:idest cum suis infidelibus christianis a vulpibus infestatur:et quō ab infidelibus subiugatur:qz reuera sicut in Psal. dicit:Tradentur in manus gladij/partes vulpiū erūt. Aliter A ps.62.c

Ecōtra aūt videm9 de vxore legitima/q̄ thorū christi non fregit/sed fidem inuiolatā seruauit/scz de romana ecclesia vel latina:q̄ cū populis sibi subiectis/quā nulla vulpes seu infidelis suppeditat:quin potius ipsa eas quotidie subijcit atqȝ calcat:sicut ad literā videmus de polonis/vngaris et hispanis:qui q̄uis infideles habeāt cōuicinos:illis tamē nō obediūt/sȝ diuino munere ipos quotidie subijciunt atqȝ vincunt. Aliter

❡Uel dic ꝙ ista vxor ē aīa/quā christ9 fide ꝛ grā sibi copulat:que tamē p peccatum alteri viro scz diabolo se donat:ita ꝙ dato ꝙ vir suus Sāson/id est christus fideliuz sol:hedū sibi offerat:id est fetorez sui peccati ad memoriā reducat:et cubiculuz cordis eius p gratiaz intrare cupiat:pater tñ ꝛ mater vxoris istius id est mūdus ꝛ caro:introituz istū vetāt:quo indignatus vulpib9.i.demonibus et vitijs vniuersis:nocēdi sibi ꝛ populo suo licētiam administrat. Aliter B

❡Uel dic ꝙ vulpes iste sunt vsurarij et alij fraudulenti:et heretici ꝛ falsi socij et amici:quos scz Sansō diabol9 per caudas ligat:et eos inuicē associat:et faces ardentes auaricie eis administrat:et sic segetes:id est substantias philistinoruz.i.pauperuz p istos deuorat et deuastat vt patet ad literam de societatib9 vsurariorum:q̄uis mali diuersas faces:id est varios nocēdi colores habeant:in cauda tamē idest in fine et in intentione illis cōueniunt:ꝛ ad nocenduz philisteis.i. pauperibus simul volāt:vt etiaz patet de balliuis et aduocatis:qui ignez rapine ꝯtra subditos et paupes simul portant. Unđ de talibus sic ligatis pōt dici illud Treñ. Propter montē sion qz disperijt:vulpes ambulauerunt in eo. Tre.5.d

❡Uel dic ꝙ iste vulpes sunt auari. Uñ dicit: Uulpes foueas habēt. Isti igitur in caudis faces habere dicuntur:ꝑ eo ꝙ circa finem vite q̄ in cauda intelligit:magis ardent:ꝛ amplius auari esse noscūtur:ꝛ philisteos.i. paupes ꝛ eoruz segetes:id est eoruz tēporales substantias ampli9 cōburere et ledere cōprobantur. Uñ Seneca dicit:ꝙ cū cetera vitia senescunt sola auarcia iuuenescit. Unde Apoc. Aculei erāt i caudis eorum. Aliter mat.8.c apo.9.b

❡Uel dic ꝙ postq̄ Sāson christus alienigenam vxorem suam assumpsit:vulpes.i.astutos predicatores accepit:qualis scilicet erat Paulus:qui di 2.co.13 Aliter

b

cebat. Cū essem astutꝰ: dolo cepi vos. Ipsosq̧ sil' ꝑ charitatē ligauit: ⁊ caudas ad caudas. i. coꝝ intentiões sil' iunxit: et sic philistinoꝝ: id est demonū segetes et possessiões: id est infideles et pctōres igne sanctispūs et
Lu. 12. f. fidei inflāmauit: dicens illud Lu. Ignē veni mittere in terram ⁊ quid volo nisi vt ardeat?
C

¶ Capitulū decimūsextū textꝰ: Abijt quoqȝ in gazā: et vidit ibi mulierē meretricem. Moralitatū Capi. XIIII.

Historia SAmson in gazā philistinoꝝ ciuitatem descēdens: ad quādam mulierem meretricem intrauit: quē statim detinere ⁊ occidere philistijs voluerunt. Ipse vero portas ciuitatis fregit ⁊ aperuit: ⁊ exiēs secū i mōtē portauit. ¶ Sic vero cū
Allegoria christus in ciuitatē philistinoꝝ. i. in infernū ciuitatē demonū descēdisset: et mulierē meretricē. i. naturā hūanā peccatricē ibidem visitasset: philistei / idest demões ipm ibidē detinere nequerunt. qꝛ scȝ fractis ⁊ apertis
ps. 109. b. ianuis illiꝰ ciuitatis / in mōtē paradisi recessit. Psal. Quia cōtriuit portas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit.
Eo. ca. a ¶ Sāson amauit mulierē q̄ morabat in valle soreth / que dalila vocabat. Ad quā philistei venientes / suggesserunt ei q̧ Samsonē deciperet. et vbi esset fortitudo eius disceret: ipmq̧ ipsis traderet: ꝓmittentes q̄d ab eisdē ꝓmiū reportaret. Istū igit dalila primo septem funibꝰ / tādē alijs nouioribꝰ ligauit: et postea septem crines cū liciatorio in terrā infixit. Que oīa cū clamaret / philistijm sup te sanson / faciliter dirupit. Cui tandē finaliter cū gemere nō cessaret / fortitudinē in suis crinibus eē dixit. Hec igitur Samsonē super genua sua dormire fecit: et vocato tonsore septem crines sibi abrasit. Quo facto fortitudo eius defecit: ⁊ dominus ab eodē recessit. Nazareus eñi erat samson: et nouacula super caput eiꝰ nō ascēderat: ⁊ ideo summā for
D titudinem obtinebat. Ubi igit septē capillos amisit / fortitudinē etiā ꝑdidit: et in philistinoꝝ manibꝰ vxo
Tropologia ris sue fraudelētia datus est. ¶ Samson moraliter est spūs. Dalila vero q̄ interꝑtatur situla / habitās in valle soreth / que interꝑtat optima vinea / est caro: q̄ scȝ delicias sitire cognoscit: ⁊ in vinea ebrietatis habitare vt cōmuniter delectat. Quādo igit accidit q̧ Samson / id est spūs: adamat istam mulierē meretricem / scȝ carnem ꝓpriam: et in eius cōsentit lasciuiā: statim assunt philistei / idest demones suggerentes isti meretrici / q̧ ipsum suū virū / id est spiritū decipiat: ⁊ q̧ ad delectationes suas ipsum taliter trahat / q̧ spūalem fortitudinē sibi tollat. Quibꝰ libēter ista meretrix obediens statim nitit ipm septē funibus ligare i. vniuersis malis complacentijs oblectare: tādem studet nouos funes. i. nouas delectationes ⁊ complacentias adhibere: ⁊ post ea crines. i. affectiones ⁊ cogitatiões ipsius in terra. i. i terrenoꝝ conat affectiōe infigere. Que tñ oīa Samson / id est fortis spūs solet rūpere: ⁊ se de malis cogitationibus: delectationibus et affectionibus
ps. 123. a faciliter liberare. Psal. Laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus. Quia ꝓ certo q̄diu cesaries capilloꝝ id est multitudo virtutum ⁊ donorum in hoīe ꝑseuerat: tādiu etiam durat ipsius fortitudo: ita q̧ nullus funis alicuius male cōcupiscentie vel complacentie
Job. 39 b. ipsum tenet aut ligat. Unde Job: Nunquid ligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? Et ideo ista mu
E lier caro: intantū facit finaliter q̧ Samson: id est spiritus cōsentiendo in pctō: sup genua sua dormit ⁊ delectatur: ⁊ sic septē crines. i. septē dona spūssancti sibi subtrahit ⁊ furat. Quo facto statim dñs ab eo recedit ⁊ resistēdi fortitudinē ꝑdit: ⁊ a philisteis. i. demonibꝰ capit ⁊ ligatur: ⁊ sic vxoris sue meretricis id est carnis fradulētia decipit et dānat. Uñ dicit: Breuis oīs malicia sup maliciā mulieꝝ. ¶ Hic habetur q̧ postq̄ sā Ecc. 25 c.
son mediāte mala muliere Dalila fuit cesarie tonsus / ⁊ ꝑ ꝯsequens fortitudīe ꝓuatus stati philistei ipm ce Eodem ca. e.
perūt / et captū excecauerūt: ⁊ excecatum in carcere po
suerūt: ⁊ incarceratū molere / ⁊ corā se ludere fecerūt: sȝ Historia
tñ post hoc factū est / q̧ samson a philisteis excecatꝰ: q̄ ipm excecauerāt / simul in domo sui cōuiuij ruina domicilij facta sup eū / oēs perierūt. ¶ Sic vero qñ samson id est aliq̄s fortis ⁊ vrtuosus hō mediāte mala muliere / scȝ carne ꝓpria: cesariē vrtutū / et ꝑ cōsequēs resisten Moralitas.
di fortitudinē ꝑdit: statim a philisteis. i. a demonibꝰ ꝑ diuersa pctā capit: et oculis discretiōis orbat: ⁊ sic excecatus / obstinatꝰ ⁊ hebetatꝰ i carcere male cōsuetudinis includit: et tandē molere / id est ad mūdi labores ⁊ negocia circūire cōpellit: et sic coram philisteis / id est demonibus: ipsoꝝ volūtati obediēs / ludere / et ludos diuersoꝝ peccatorū facere cōprobat. Finaliter tñ in eorū cōuiuio / scȝ i inferno: vna cū ipsis morit et damnat: ⁊ sic hō ꝑ fraudulentiam mulieris quā amabat / id est proprie carnis: nō solū excecatur / immo ēt vita spiritali et eterna priuat. Unde dicitur. Concita
uit Achab regem iesabel vxor sua: et abominabilis fa 3. reg. 21 g.
ctus est. ¶ Hic habes q̧ samson mediāte dalile frau
dulentia factus cecus: dum corā philisteis luderet: a Eo. ca. g.
puero qui ipm regebat / petijt q̧ paulisper quiescēdo ipm ad colūnas domus inniti ꝑmitteret. Quod cum f
factū esset / colūnas fortiter cōcussit: et totam domū q̄ colūnis innitebatur / sup se et super philisteos q̄ ibi conuiuebant excussit: et sic se simul et eos oppressit: capillis eñi suis excrescentibus / fortitudo eius recreuerat: ⁊ ideo faciliter columnas strauit: et sic plures mo Moralitas
riens q̄ viuēs occidit. ¶ Si vis dic q̧ samson est peccator debilis et cecus: qui tunc temporis fortis efficitur / qñ per penitentiā cesaries virtutū in eo recrescere comprobat: qꝛ scȝ homo post lapsum magis q̄ ante roborat: ita q̧ columnas principaliū vitiorum cōcutiens / philisteos / id est demones vincere comprobat: ⁊ ad maiorē triumphū post casū reseruat. Apostolꝰ
Cum eñi infirmor / tunc fortis sū. Uide de dalila quō 2. co. 12. e
excecauit Samsonem / expositū supra li. xij. ca. de aranea. ¶ Uel si vis / applica ista allegorice ad christum Aliter
qui moriendo vicit aduersarium nostrū diabolū ⁊c.

¶ Capitulū decimūseptimū Textus Fuit quoqȝ eo tēpore vir quidam de monte ephraim. Moralitatum Capi. XV.

SIcut in multis passibus huius libri sepissime replicatur illud verbum. In diebus illis nō erat rex in israel: sed vnusquisq̧ faciebat Historia
quod sibi recte videbat. Et subditur in multis locis / q̧ filij israel deum dimittebant / et idola adorabant. et se diuersis vitijs implicabant. Hic autem G
in primo. vij. et xviij. ca. fit specialiter mētio de quodā micha noīe ephratheo: q̄ de pecunia sua fecit idolū: et in domo sua cōstituit sacerdotiū: ⁊ quendam leuitam fecit sacerdotē: ⁊ postea a filijs dan extitit spo Moralitas
liatus. ¶ Dic similiter q̧ qñ in israel id est in ecclesia vel patria vel collegio vel claustro / officio vel bñficio nō est rex / iudex vel ꝓlatus vel rector: sed quilibet permittit

mittitur facere ꝑ libito voluntatis sue: tūc reuera filij israel/ id est subditi ipsi faciliter deū obliuiscuntur et deserūt: ꝛ ad idola/ id est ad mūdi bona ficticia apetēda ꝛ adorāda: vel ad idola/ idest ad mulieres et ad luxuriam se cōuertunt/ multaqꝫ peccata cōmittunt et faciunt. Regulariter enī est veruꝫ/ ꝙ absentia iudicis bonivel plati multoꝝ maloruꝫ est causa: ꝛ ideo plati vel superiores non bene faciūt/ quando ꝓpter defectum pnisionis officia et beneficia dimittunt vacare: ꝛ quādo ipsorū rectores alibi ꝙ̄ in locis suis sine causa permittunt vagari vel vacare. Hiere. Pascat vnusquisqꝫ eos qui sub manu sua sunt.

¶ Capitulum decimūnonum. textus: Fuit quidam vir leuites habitās in latere. Moralitatum Capi. XVI.

Fuit vir vnus leuites de monte Ephraim, habens vxorē de bethleem: quā ad domum paternam recedentem secutus est vir suus vt reducere posset eā. Cum igiṫ reduceret eam: ꝛ iuxta Jebus ciuitatē gentiliū die aduesperascēte trāsiret ibidem remanere noluit: sed ad ciuitateꝫ gabaa que erat israelitarum/ scꝫ filiorum beniamin hospitatum transiuit: vbi tamē male sibi successit: qꝛ mali viri ciuitatis illius/ vxore eiꝰ nocte taliter sunt abusi: ꝙ dum tandem ad virū suum rediret/ ante hospitis ianuā expirauit. Tandē tantū facinus videns/ vxorem scꝫ suam taliter mortuam: ipam in duodecim ptes diuidens/ per vniuersos filios israel misit: et ad vindictam criminis oēs filios israel cōtra gabaa etiā inuitauit. ¶ Illud allega ꝙ quandoqꝫ est tutius stare in statu et gradu seculari vel inferiori ꝙ̄ ascēdere ad maiorem/ ꝛ ꝙ̄ arduam vitam eligere ꝛ dimittere cōmunē Ille enī vxorem suā/ id est carnem seu voluntatem ad vitā reducere volens: et ob hoc gentilē ciuitatem dimittens/ ad israeliticaꝫ ciuitatem ascendens/ ibidem delusionem accepit: et ab huius ciuitatis inhabitatoribus summā iniuriam incurrit: qꝛ ꝑ certo sepe fit/ ꝙ hō in statu laicali publico vel gentili/ non dignaṫ manere: sꝫ ad israeliticā/ idest spūalem genteꝫ/ id est ecclesiam vel religionem nitiṫ ascendere: et ab inhabitatoribus illiꝰ ciuitatis/ scꝫ religiosis: tot ꝛ tantaꝫ sustinet ꝙ melius sibi fuisset ꝙ in inferiori statu et gradu mansisset. Loth enī nec in Sodomis nec in segor inueniṫ peccasse: et tamen in mōte in quo saluare se credidit/ legiṫ cū ꝓprijs filiabus incestū turpiter cōmisisse. Sic vere multi sunt qui mundū deserunt/ et in monte religionis se saluare credūt: Uerūtamē tot filios belial/ id est tot hostes spūales inueniūt: ꝙ ibi grauius delinquunt. Ideo bene diciṫ Ecci. Altiora te ne quesieris. ¶ Uel dic qꝺ iste leuites significat spiritū: et vxor eius carnē: que reuera spiritus disciplinam fugiēs: libēter redit ad domum patris. i. in mūduꝫ ad mūdi diuitias ꝛ ad seculi dignitates ꝛ voluptates. Ad hanc igiṫ qn̄qꝫ vir suus. i. spūs: vxorē. i. carnem reducere ꝙ̄rit de mundo ad domum grē per penitētiā ipsaꝫ trahit: sed reuera filij belial. i. demones qn̄qꝫ sibi occurrūt: et eā per diuersa crimina ꝓsternūt: ꝛ erga eam abominationem faciūt ꝛ cōmittunt. Sic igiṫ fit qꝺ fatigata vitijs: ad virum scꝫ spiritū vel ad christū redire querit: cui vir ille cōpatiens: mortuam. i. peccatricem inuenit: ꝙ̄propṫ ipsaꝫ ꝑ frusta. i. ꝑ diuersas satisfactionū ptes diuidit: ꝛ ꝑ oēs fines isrł. i. ad oēs sctōs: ꝛ ad ola satisfactiōis opa ipaꝫ mittit vt scꝫ quot i se habuit carnalia delectamta: tot ex se faciat holocausta: sic de magdalena dicit Grego. Juxta illꝺ Apocał. Quātū glorificauit se ꝛ in delicijs fuit: tantum date ei de tormentis.

¶ Capitulum vicesimum textus: Egressi itaqꝫ sunt omnes filij israel. Moralitatum Capitulū. XVII.

Cum filij israel essent ꝯgregati contra gabaa ꝑ ipsa destruēda: ꝛ ꝓpter crimē adulterij puniēduꝫ: de mādato dn̄i iudas fuit dux eoruꝫ. Sed cū plures inissent bellū ꝯtra gabaa: sic factum ē qꝺ prima vice nō legunṫ fleuisse: ꝛ victi sunt et secunda vice fleuerunt ꝛ cōuicti sunt: tertia vo vice sederunt: fleuerūt ꝛ ieiunauerunt ꝛ sacrificauerunt: et tunc vicerūt. ¶ Istud sic exponitur. qꝺ ad hoc qꝺ hostes spūales debellare possimus: tria sunt necessaria scꝫ qꝺ iudas ꝗ interpretatur ꝯfessio: ꝓcedat qꝺ luctus ꝛ cōtritio succedat: ꝛ ꝙ ieiunium ꝛ satisfactio accedat Nō enī sufficit iudas solus/ idest confessio: nec luctꝰ supadditus/ idest cōtritio: sꝫ necesse est ꝙ intersit ieiunium et carnis maceratio: sessio. i. mētis quies ꝛ pseuerans statio: sacrificiū/ id est bonorum operū executio: tūc enī si oīa illa assint: ciuitas gabaō. i. mala ꝯsciętia destruitur: ꝛ ab hostibus spūalibus triūphaṫ. ¶ Uel ꝫm glossam Gregorij: supponitꝫ enī ꝙ isti qui volebant alios ꝑ delicto punire/ pctōres erāt: ꝛ ideo quousqꝫ se correxissent: ꝛ aquis lachrimarū lauissent alios vincere vel corrigere non possent. Nec adhoc digni inuenti sunt quousqꝫ fleuerūt/ ꝛ de proprijs criminibus penituerūt. Uñ diciṫ. Qui sine pctō est/ priꝰ in ipsam lapidē mittat. Uñ Grego. ideꝫ dicit: Reuocenṫ ad cōscientiam vt prius corrigant ꝓpria: et tunc reprehendent aliena

¶ Moralitatum libri Judi cum finis.

Moralitatum liber octauus libri Ruth.

¶ Capitulum primum Textus: In diebꝰ vnius iudicis. Moralitatū Ca. Unicū

1.Reg.19.b. Reuertatur vir in locum suum: non descendat nobiscum ad prelium: ne fiat nobis aduersarius cum preliari ce
Aliter perimus. ¶ Uel allega vltimum quod restat: scz de illis qui primo fugerant: et videntes victoriam/ se ionathe adiunxerunt: contra multos qui reuera optime sciunt se
D homini tempore victorie/ sed non tempore fuge adiungere: et aduersitatis tempore latere: cum vero hostes superati fuerint: acsi fortiter aliquid fecerint: solent ad amicos redire/ et victoribus se sociare. Unde dicitur. Populus qui fugerat/ reuersus est ad cesorum spolia de-
1.Reg.13.b. trahenda. ¶ Uel dic allegorice: quod ionathas qui inter
Allegoria. pretatur columba/ significat virum religiosum vel catholicum christianum: qui per asperam et artam viam penitentie/ et per arduam virtutum viam debet contra philisteos. i. contra demones et hereticos ascendere: et nisi prouocatus non debet contra eos disputare: et sic mediante armigero suo. i. fide vel gratia de ipsis poterit triumphare. ¶ Saul sequens philisteos fugientes/ ad-
Eo.c.d. Histo-ria. iurauit populum: ne quis vsque ad noctem comederet vt sic in hostes vindicare valeret dicens: Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperam. Populus igitur veniens ad saltum: in quo erat fluens mel super faciem agri: non applicuit manum ad os. De melle enim comedere noluit/ timens adiurationem: sed prosequendo hostes vlterius intacto melle transiuit. De isto autem melle credo, quod erat manna/ scz impressio aeris dulcis/ pinguis et alba: qualis nuper circa auinionem cadebat. Ista enim in regno georginico dicitur in tanta quantitate super herbas/ arbores et lapides in estate cadere: quod multas sarcinas solent quotidie colligere. Qualecunque igitur fuerit mel: ionathas adiurationem patris ignorans et summitatem virge/ mel intingens comedit: et illuminati sunt oculi eius: quapropter quia
E contra adiurationem patris fecerat: cum dominus ad transgressionem iuramenti respondisse nollet: forte deprehensus a patre adiudicatus morti fuit: ipsumque pater
Tropologia. occidere voluit: sed eum populus liberauit. ¶ Per mel intelligitur dulcedo prosperitatis mundane: que reuera illi qui philisteos. i. demones et vitia persequuntur/ a tali melle abstinere iubentur: et per abstinentiam cum rege suo christo hostes morum et fidei persequuntur: quin immo sepefit quod si ionathas filius regis qui causa victorie fuerat/ idest aliquis religiosus vel deuotus qui alias multa bona fecerat: ad comedendum de tali melle/ et ad gustandum de mundi dulcedine reperitur a patre suo rege christo/ morti adiudicabitur: nisi meritis et precibus populi exigentibus. i. sanctorum precibus liberetur. Illi enim qui mundi delitias gustant: et maxime illas quas pater eorum christus prohibuit: carnales delectationes amant/ que scz proprie designantur in melle: que
Prou.5.a. fauus distillans labia meretricis. Nisi sanctorum precibus adiuuentur: et nisi ipsis alia opera bonorum suf-
Apoca.10.c. fragentur: mortis perpetue penam portant. Unde Apoc. Erat in ore meo tanquam mel dulce: et cum comedissem/
Aliter amaricatus est venter meus. ¶ Uel dic quod mel est sacra scriptura: in qua quando virga intellectus intingitur/ et per studium comeditur: oculi mentis per discretionem illuminantur. Idem dic de melle deuotionis et com-

passionis et cetera. ¶ Uel allega quomodo reges inuiola- Aliter
biliter debent seruare verbum suum: et quomodo in casu iustitie non debent parcere cuicunque/ etiam filio delin-
quenti: sicut iste qui propter transgressionem filium vo- F
lebat occidere: et maxime quia iurauerat. Simile habetur
in Dan. Scito rex quia decretum medorum est atque per- Dan.6.e.
sarum: vt omne illud quod constituerit rex/ non liceat mutari. Exemplo regis iusti qui pro filio suo in adulterio deprehenso sibi vnum oculum et filio alium fecit erui: ne legem quam contra adulteros fecerat/ de perdendis duobus oculis contingeret immutari: et ne de- Eo.c.g.
lictum impunitum aliquo modo maneret. ¶ Hic habes quod quecunque viderat saul virum fortem et aptum ad Moralitas
preliandum/ sociabat eum sibi. ¶ Sic vere prelatus sibi debet associare consiliatores suos: socios et familiares facere: et in beneficijs et officijs et dignitatibus constituere et preferre: quos ad preliandum contra demones/ vitia atque hereticos cognouerit fortes esse: et quos in scientijs et moribus viderit alijs prepolere. Unde Judic. De vniuersis autem vrbibus accepit sibi auxiliatores viros fortes ad bellum.

¶ Capitulum decimumquintum Textus Et dixit samuel ad saul. Me misit dominus. Moralitatum. Capitulum XI

Historia.

Dominus mandauit (vt hic habetur) populum amalechitarum destrui: et omnia ipsorum bona/ oues et boues/ et supellectilia anathematizari: omnia demoliri: et nihil prorsus ad vitam seruari: nec de bonis eius aliquid custodiri. Nocuerat enim populus amalechitarum filijs israel ascendentibus de egypto: et ideo dixerat quod deleret amalech de sub celo: vt patet Exod. xvij. Saul ergo recensito populo contra amalech properauit: populumque eius in ore gladij interfecit: et agag regem ipsius viuum cepit.
Pepercit enim saul et populus agag regi amalech/ et op- G
timis gregibus ouium et armentis/ et omnibus que pulchra erant: nec voluerunt disperdere ea: sed quicquid vile et reprobum fuit/ demoliti sunt. Reprehensi igitur sunt saul et populus/ quod ista non consumpserant/ sed reseruauerant auariciam suam palliare volentes: dixerunt quod ista meliora ad sacrificandum domino custodierant. Quo dominus indignatus/ saul ad perdendum regnum condemnauit: et obedientiam esse meliorem victimis dixit: Melior est obedientia quam
victima: et auscultare magis quam offerre adipem arietum. Tropologia
¶ Saul rex significat mundi principes et prelatos: populus vero suus significat inferiores iudices et balliuos: que reuera dominus vult quod populus amalech: qui interpretatur lambens sanguinem. i. populus peccatorum: sanguinem. i. delitias carnales lambentium: vel etiam in sanguine crudelitatis se delectantium qui filijs israel. i. hominibus in deserto huius vite: quo de egypto tendunt in hierusalem/ et de mundo ad patrem: non cessant officere vel nocere: vel alias in virtutum itinere impedire destruatur: et ordinauit quod saul et populus suus. i. principes/ prelati/ iudices et officiales/ illos malos extirpent: et quod mediante iustitia ipsos de medio iustorum tollant: et quod eos puniant/ corrigant et castigent/ quodque de bonis ipsorum nihil penitus concupiscant: et quod iustitiam faciendo ad bona
punitorum per auariciam non respiciant aut attendant. Matt.13.g.
Mat. Exibunt angeli/ et separabunt malos de medio
iustorum: et mittent eos in caminum ignis ardentis. Sed H
reuera iste saul et populus suus/ quibus facta est ista commissio idest superiores et iudices inter istos malos puniendos/ distinctionem faciunt: que scz pinguioribus et ditioribus parcunt: quicquid vero vile et reprobum est/ idest pauperes

⁊ viles ꝑsonas demoliunt̃/ꝯsumunt ⁊ puniunt. Propter qḋ ꝓculdubio regnum spũale ⁊ eternale amittũt Quia breuiter illud est verum: ꝙ nostri superiores et iudices pauperes impotentes qui se defendere nequeunt deprecando/demoliunt̃: pingues vero ⁊ diuites sustinent: ⁊ eis etiam delinquẽtibus parcũt. Uñ Innocentius. Pauperum causas cum mora negligitis: diuitum cum instantia ꝓmouetis: ⁊ illis rigorem ostenditis: in istis ex mansuetudine dispensatis ⁊c. Uide si vis in manipulo curatoꝝ/ca. de ambitiõe. Nec valet excusatio istoꝝ que sequit̃: q: scz isti non debent vt sacrificent dño/sibi spolia amalech reseruare: ⁊ vt dent elemosynas/paupeꝝ diuitias congregare: q: reuera deus non approbat ista. Non eñ sunt facienda mala vt eueniant bona: nec sub colore iustitie vult deus laxare habenas auaricie: nec vult ꝙ quis inobediẽs sibi fiat/vt acquisitis diuitijs se velle elemosynas facere dicat. Cuius tamen ꝯtrarium quasi omnes faciunt qui pro bona causa se aggregare diuitias dicunt: vt patet in religiosis: qui scz velle edificare monasteria se dicunt: in vsurarijs ⁊ cupidis qui se velle elemosynas dare asserunt ⁊ pretendunt: cum tamen dicat̃ i li. Ecci. Qui offert sacrificium de substantia pauperis: quasi qui immolat filium in conspectu patris. ¶ Si vis allega de seueritate .i. de seua veritate dei: que qñq̃ punit pctã patrum in filios vsq̃ in tertiam ⁊ quartã generationem. Transierant eñ plus q̃ quatuor generationes/ex quo patres amalechitaꝝ nocuerant filijs israel in deserto: quoꝝ tamen nequitiam isti eoꝝ filij nunc planxerũt: iuxta illud Treno. Patres nostri peccauerunt ⁊ non sunt: ⁊ iniquitates eoꝝ portauimus. Uerũtamen supponendum est ꝙ ista sunt vera/ꝙ isti filij fuerunt imitatores nequitie patrum: vt patet de isto agag: cui dixit samuel: Sicut gladius tuus matres absq̃ filijs fecit: ita fiat sine liberis mater tua.

[Margin: Innocentius — Ecci. 34. d. — Aliter A — Treñ. 5. b. — 1. Reg. 15. g.]

¶ Capitulũ decimũsextũ Textus: Dixitq̃ dñs ad Samuelẽ: Usq̃quo tu luges saul cũ ego piecerim. Moralitatũ Cap. XII

[Margin: Historia.]

Hic habes ꝙ dauid fuit minor fratrũ/de quo non sperauit pater: quod patet: q: frẽs suos omnes per ordinem Samueli obtulit: qui ⁊ in pascuis erat/vbi oues pascebat: qui insuper ꝑcutere citharam ⁊ ꝓpulsare demonẽ nouerat: ⁊ qui fortis robore/vir bellicosus/prudens in verbis ⁊ pulcher visu/decorusq̃ facie erat: in regẽ fuit elect9 ⁊ vnctus: ⁊ ad regnum israel per dñm ordinatus: ad regis saulis seruitium assumptus: ⁊ eidem postea substitutus. Sauli eñ citharistam petenti fuit dictum de dauid: Uidi bethleemitem virum fortem/bellicosum prudentem verbis ⁊ pulchrum visu ⁊ scientẽ psallere: ⁊ dñs est cum eo: quapropter eum accersiẽs rex aduocauit/⁊ armigeꝝ suum fecit. ¶ Sic ego dico/ꝙ illi q̃ sunt ceteris minores per humilitatem: et qui a patre idest a parentibus carnalibus non preponunt̃ ꝑ carnis affectuosam sedulitatem: sed qui gregem paupeꝝ student pascere per pietatem/⁊ per elemosyne largitatem: qui sciunt citharam scripture pulsare per predicationem: qui sciunt demones .i. pctã seu vitia de cordibus hominũ expellere/per ꝯuersionem ad penitentiam: qui sunt fortes ad resistẽdum: qui sunt bellicosi ad hereticos ⁊ impios/necnon ꝯtra demones ⁊ vitia propugnãdum: qui sunt prudẽtes verbis ad discrete loquendum: cum quibus scz est dñs per gratiam ad eos adiuuandum: ⁊ qui sunt pulchri visu ad honeste conuersandum. Tales dico digni sunt ad seruitium regis christi assumi: illius substituti ⁊ vicarij in ecclesie dignitatibus ⁊ beneficijs fieri: ⁊ i reges ⁊ prelatos eligi ⁊ inungi. Uñ mandatum fuit eunucho ꝑ regem nabuchodonosor/ꝙ introduceret de filijs israel pueros de semine regio/decoros facie/eruditos sapientia cautos scientia/doctos disciplina: qui starent in palatio. ¶ Uel si vis allega ꝙ ille qui est minor ⁊ ꝯtemptibilior/⁊ de quo minus speratur/qñq̃ in regem vel prelatum eligitur: vel ad aliquã dignitatem vel gradum erigitur: ⁊ illi qui digniores ⁊ meliores esse credunt̃: ⁊ qui a patre suo mundo tanq̃ primogeniti preferuntur/in electionibus repudiant̃/⁊ a deo postponuntur Ecci. Multi tyranni sederunt in throno: ⁊ insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sũt valde ⁊c. ¶ Spiritus domini recessit a Saul: ⁊ exagitabat eum spiritus nequam: quapropter Dauid qui sciebat psallere/quesierunt: quo percutiente citharã: refocillabatur saul ⁊ melius habebat: ⁊ spiritus malignus ab eo fugiebat. ¶ Dauid est predicator: cithara est sacra scriptura. Psal. Exurge psalteriũ ⁊ cithara. Quia reuera si Saul qui interpretatur abutens .i. si aliquis ꝓpter abusum rerum temporaliũ efficiatur furibundus/vel ꝓpter malam ꝯcupiscentiam: vel exagitetur spiritu nequã per superbiam vel inuidiam/vel per aliquã malam complacentiam: spiritusq̃ domini idest spiritussanctus vel dei gratia ab eo recedat ꝓpt iniquitatem ⁊ maliciam: sepe fit ꝙ dum Dauid .i. predicator citharam scripture tangit ⁊ dicit: ⁊ sonũ bone instructionis emittit: ipm Saulem .i. peccatorem cõuertit: ita ꝙ spiritus malus .i. mala volũtas ab eo recedit: ⁊ morbus sui peccati alleuiatur ⁊ sistit. Et idẽ dic de sono orationis: cuius melodia si a Dauid .i. a viro iusto fiat/diabolus sustinere non potest: dicens illud Geñ. Uocem tuam dñe audiui il paradiso/idest orationem tuam quã facis ad dominum. ¶ Uel dic ꝙ cithare sonus significat memoriam passionis christi ⁊c. vt supra. Diabolus eñ valde odit talem sonum ideo viro sancto solet dici illud Amos: Aufer a me tumultum carminũ tuorum: cantica lyre tue nõ audiã. ¶ Uel dic ꝙ Dauid est christus qui scz mediante cithara crucis spiritum malignum/scz luciferum fugauit: ⁊ Saulem .i. Adam: quem propter abusum pomi vetiti obsederat/liberauit. ¶ Uel dic ꝙ cithara ẽ caro nostra: quam dum per penitentiam tangimus: spiritum malignum .i. pctm̃ seu etiam malam voluntatẽ a Saule abutente .i. anima peccatrice fugamus. Uñ Job. Uersa est in luctum cithara mea. ¶ Uel dic ꝙ cithara est plectrum lingue: quam pro certo si per ꝯfessionẽ sonuerimus/statim abutẽs anima sana erit. Et ideo bene dicitur Esa. Sume citharam/circũi ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bñ cane/frequẽta canticum. ¶ Uel dic ꝙ Saul insaniens significat aliquẽ diuitem seu principem iracundum. Quem pro certo si furentem ⁊ prouocatum viderimus/necesse est ꝙ ipsum cum cithara/idest cum dulcis locutiõis melodia leniamus: ⁊ spiritum malignum iracũdie ab ipso fugere faciamus. Unde in prouer. Patientia leniet̃ princeps. Illud eñ generaliter dic: quia pro certo qñ hõ est plenus maligno spiritu ⁊ voluntate: ⁊ qñ insanit/vel ꝑ ꝯcupiscentiam spũalem vel per iracũdiã actualiter melius vt cõmuniter alleuiatur/sanat̃ ⁊ corrigit̃ qñ prelatus vel predicator seu quecũq̃ castigatio cuꝫ melodia/idest cum verborum dulcedine/cum dulciq̃ inductione circa eum modulatur. Unde in Prouer.

[Margin: Moralitas B — Dañ. 1. a. — Moralitas — Ecci. 11. b. — Eo. c. c. — Historia. C — Moralitas — ps. 56. b — Tropologia — Geñ. 3. b. — Aliter — Amos. 5. g. — Aliter — Aliter — Job. 30. d. — Aliter D — Esa. 23. d. — Aliter — Prouer. 25. b.]

Rñsio

Prou. Responsio mollis frangit iram: sermo durus excitat
15.a. furorem. Quia sicut dicit Eccli. Verbũ dulce multipli-
Eccli.6. cat amicos: ⁊ mitigat inimicos. Ista aũt potissime ꝑ
tinent ad dauid respectu saulis.i.ad subditũ respectu
dñi/prelati seu regis. Vel ad filium respectu patris:
qꝛ scz iram talium debet mulcere: ⁊ cũ humilitate ⁊ pa
Ymago tientia ꝑtransire. ¶ Vel dic ꝙ Saul rex israel/ deũ vi/
dentium est deus: qui pro certo si ꝯtra nos ꝓpter pec
cata insania: cithar a nostra.i.crucis memoria / ora-
tioꝗ vel ꝯfessio ipm placat: vt supra. Hic inueni no-
tatum/ꝙ licet asinus sonum cithare libenter audiat:
E si tamen ipsam in via inueniat/cum pedibus frangit
⁊ calcat. Sic multi sunt qui verbum dei libenter audi
unt: ipm tamen transgrediendo frangunt: ⁊ vilipen-
1.Reg. dendo calcant ⁊ premunt. Vide infra qũo saul suum
18.c. citharistam voluit confodere ⁊c. ¶ In hoc capitulo
Eo.c.d. ponitur ꝙ quando dauid ad seruitium saulis regis
israel se transtulit: sibi vnum asinum plenum panib⁹
Mora presentauit. ¶ Sic vere religiosus qui seruitium regi
litas christi.i.statum religionis digne cupit intrare: debet
sibi illum asinum.i.corpus suum proprium laborib⁹
penitentie deditum/cum panibus.i.cum bonis ope-
ribus vel cum elemosynarum subuentione seu lachry
mosis singultibus presentare: dicens illud Psal. Fue
Psal. runt mihi lachryme mee panes die ac nocte.
41.a.

¶ Capitulum decimumseptimũ Textus: Cõgregantes autem philistijm agmina sua in prelium. Moralitatum. Ca. XIII

Histo- Philistini contra filios israel congregati/go
ria. liam getheum principaliorem ⁊ fortiorem in
suo exercitu habuerũt: qui scz in altitudine
sex cubitos cum palma habebat: et armis
ereis armatus erat. Cum igitur iste populum dei mo
lestaret: accidit ꝙ isai filium suum dauid ad visitãdũ
fratres suos qui erant in exercitu mitteret: vt scz illis
ephi polẽte: ephi dico.i.tres modios/decemꝗ panes
⁊ decem formulas casei deportaret. Dauid igitur vi-
dens gigantem continuo populo dei maledicere: ac-
census zelo/baculum suum sumpsit: ⁊ quinꝗ limpi-
F dissimos lapides de flumine eligens in pera sua repo-
suit: ⁊ tres ipsorum contra goliam iaciens/ipsum in
fronte percussit: ⁊ tertio ictu prostrauit: propriumꝗ
Allego gladium eius extrahens/caput eius abscidit. ¶ Alle
ria. gorice ista exponuntur de christo ⁊ diabolo. Sic enim
est ꝙ a principio philistini.i.demones pugnauerunt
contra filios israel.i.cõtra homines habentes goliã
qui interpretatur robustus.i.luciferum ductorem: qui
scz ita robustus erat ⁊ fortis: quia sicut dicitur: Non
Iob. est potestas super terram que comparetur ei. Fact⁹ est
41.d. enim vt nullum timeret. Iste em̃ est qui populum dñi
idest sanctos patres ⁊ totum humanum genus gra-
uauit: ⁊ eidem continuo insultauit: quapropter sic ac
cidit/ꝙ dauid manu fortis.i.christus: fuit in locum
certaminis.i.in mundum a deo patre suo destinatus
⁊ missus: vt fratres suos.i.fideles/tã presentes ꝙ̃ futu
ros personaliter visitaret: ⁊ tres modios polente.i.fi
dem sancte trinitatis: necnõ decem panes ⁊ decẽ for-
mulas casei.i.precepta legis: que scz panes vite ⁊ mo
rum formule possunt dici: eisdem concederet atꝗ da-
ret. Vnde dicitur: Homo quidam abijt in regionem
longinquã accipere sibi regnum. Et sequitur: Et ser-
uis suis tradidit decem minas. Iste igitur zelo salu-
tis populi sui ⁊ animarum contra goliam.i.diabolũ
baculũ crucis accepit: ⁊ quinꝗ lapides.i.quinꝗ pre-
ciosa vulnera in torrente passionis recepit: quorũ vir
tute golias iste percussus est ⁊ prostratus: ⁊ populus
fidelium liberatus. Ideo dicitur: In quibus visita- Lu.1.g
uit nos oriens ex alto: vt de manu inimicorum nostro-
rum liberati/seruiamus illi. Tandem ꝟo iste diabo-
lus gladio proprio occiditur: inquantum mũdi phi-
losophi ⁊ heretici q̇b⁹ ꝯmediãtib⁹ diabolus aĩas occi
dit: christi inspiratione conuersi sunt: ita ꝙ in caput G
primi magistri sui diaboli/seipsos retorserũt: inquã-
tum contra eum predicauerunt: ⁊ eius malicias dete
xerunt: ⁊ eum capite.i.intentione sua fraudauerunt:
qualis scilꝫ gladius fuit Dionysius et Augustinus.
ps. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et si vis Psal.
dic de armis eius golie.i.de malis clericis ⁊ religio- 36.c.
sis: qui sunt arma diaboli. Dic ꝙ omnia erant erea:
quia es habet sonum bone locutionis: sed nõ habet
sensum deuotionis vel compassionis. ¶ Vel etiam Aliter
mali qui sunt diaboli arma erei/possunt dici: qui sũt
detractores ⁊ clamorosi ⁊ brigosi. Vnde iob Ossa be- Iob.
hemoth sicut fistule eris. ¶ Hic habes ꝙ dauid ante 40.b.
victoriam golie/dixit se vicisse leonem ⁊ vrsum ⁊ gi- Eo.c.d.
gantẽ (sicut dicitur hic) ipse dauid vicit. Sic vere vir
iustus debet vincere spũaliter tria: scz goliam magnũ
rusticum.i.mundum: vrsum qui diligit dulcia.i.car-
nem: leonem.i.superbum diabolum. Istud potissime
debet esse in religioso: qui mundum vicit per votum
paupertatis: carnem per votum castitatis: diabolum Aliter
per votum obedientie ⁊ humilitatis. ¶ Vel gigas cũ
magno ventre est insatiabilis auaricia: vrsus lambẽs
est luxuria: leo erecto collo incedens est superbia: etiã Aliter
vt supra. ¶ Vel dic ꝙ dauid.i.prelatus quãdo videt
ꝙ leo ⁊ vrsus vel diabolus veniunt ad gregem fideliũ
subditorum deuorandum: statim debet occurrere pre
dicando. Idem de philistino ⁊c. qꝛ scz prelat⁹ ista tria
scz leonẽ.i.diabolũ: vrsum lambentẽ.i.hereticos: go-
liam armatum.i.tyrãnos debet vincere: ipsisꝗ se op-
ponere: ne gregem vel populum domini possint per H
vitia deuorare. Vel isti significant tyrannos ⁊c. sicut
supra. ¶ Cum dauid contra goliam gigantem singu Eo.c.e.
lare certamen intrare vellet: saul armis suis/scz galea Histo-
lorica/⁊ alijs vestimentis suis ipsum induit: sed quia ria.
non habebat consuetudioem portandi arma/ista sta
tim deposuit: ⁊ baculum ⁊ peram/necnõ quinꝗ lapi-
des de torrente accepit: quorum tribus proiectis: in
tertio ictu goliam in fronte percussum prostrauit. Mora
¶ Sic vere si contra goliam.i.diabolũ: qui continue litas.
per tentationes nobis insultat/preualere volumus:
necesse est ꝙ arma ⁊ vestes saulis.i.bona temporalia
huius mundi: qui scz saul.i.abutens dicitur: menta-
liter dimittamus: ꝙꝗ baculum.i.crucis memoriam
assumamus: ⁊ quinꝗ lapides torrẽtis.i.q̇nꝗ christi
vulnera de sue passionis torrente in pera cõscientie re
ponamus. Quia reuera si ipsum cum istis.i.cum pas
sionis christi memoria in fronte: hoc est dictu/in pn-
cipio: quando scz tentare incipit: vtpote qñ tentatio
adhuc est in cogitatione percutimus/contra ipm fa-
ciliter preualemus: qꝛ pro certo qñ homo in pncipio
tentatiõis/christi passionẽ crucemꝗ ipsius ⁊ vulnera
adducit ad memoriã faciliter de hoste reportat triũ- Heb.12
phũ ⁊ victoriã. Ideo bñ dicit: Deponentes om̃e pon a.
dus/⁊ circũstãs nos pctm̃: ꝑ patientiã curram⁹ ad ꝓ-
positũ nobis certamẽ: aspicientes in autorẽ fidei ⁊ cõ-
summatorẽ iesum: qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit
crucẽ. ¶ Vel dic ꝙ tres lapides q̇b⁹ diabolus seu ei⁹ Aliter
tentatio prosternitur/tres partes penitentie signifi-

A cant.s.ↄtritionem: que diabolum ⁊ peccatum in ca=
pite percutit: ↄfessionem que ipm in eodem veniens
loco/ictum alium sibi addit: satisfactionē/que tertio
succedens/ipm ex toto prosternit: dum tamen in fron
te.i.in principio iuuentutis vel tentationis ista ve=
niant ⁊c. vt supra. Ipse etiam diabolus cum gladio ꝓ
prio occiditur/quādo peccatum vel tentatio qua ipe
credit hominē occidere/facit hominē magis humilē
inquātum ipse se videt succumbentem ⁊ fragilem: et
ps.36.c sic ꝓprium telum suum in caput ipsius torquet. Ps.
Aliter Gladius eorum intret corda eorum. ¶ Vel dic ꝙ isti
tres lapides sunt fides/spes ⁊ charitas: quia scilicet
fides ꝑcutit fortiter/spes fortius/charitas fortissime
Aliter ¶ Vel dic quomodo ꝓuidentia dei facit ita bene vin
Aliter cere inermem sicut armatum. ¶ Vel dic ↄtra illos q̄
excusant se de armis portādis.i.de actibus virtuosis
faciendis propter inconsuetudinem/sicut dauid: Nō
possum (inquit) sic incedere: quia nec vsum habeo.
Aliter ¶ Vel dic ꝙ religiosus qui vult preualere contra car=
nem ⁊ diabolum/arma carnalia debet dimittere/et
spiritualia accipere.s.crucis memoriā ⁊c. dicēs illud
apostoli: In carne ambulantes/non ſm carnem mi=
1.Co.10 litemus. Arma enim militie nostre non sunt carnalia
a. ¶ Vel dic quo ad hoc moraliter: ꝙ dauid manu for=
Tropo tis/⁊ vultu desyderabilis/est prelatus: qui debet esse
logia fortis bene operando: ⁊ vultu desyderabilis/amica=
biliter conuiuendo ⁊ honeste conuersando. Iste igit̄
ad prelium contra philistijm/idest contra demones/
vitia ⁊ hereticos debet currere: fratres suos subditos
B idest consocios debet visitare: ⁊ victualia spiritualia
⁊ tēporalia eisdem portare: arma saulis.i.seculi pom
pam debet dimittere: baculum pastoralem debet acci
pere: ⁊ de torrēte sacre scripture debet quinq̄ lapides
idest continentia[illegible] quinq̄ sensuum/vel etiam diuine
legis doctrinā eligere: ⁊ sic poterit contra goliam.i.
Eodem contra diabolum/vel contra carnem/hereticos vel ty
cap.g. rannos viriliter triumphare. ¶ Hic dicitur ꝙ dauid
posuit arma golie quē occiderat/in tabernaculo suo
In quo notatur ꝙ quando quis de carne vel diabo=
lo preualuit: arma eius/idest peccata a quibus impu
gnatus extiterat: in tabernaculo cordis sui debet re=
ponere: vt scilicet peccata studeat perpetue memorie
commendare: ⁊ recidiuum continue formidare: vel
Ecci.5. adeptam victoriam ad gloriam dei ordinare. Unde
b. Ecclesiastici. De ꝓpiciato pctō noli esse sine metu.

¶ Capitulū decimumoctauū Textus: Et factum est cum cōplesset loqui ad saul. Moralitatum. Capitulum XIIII

CUm vidisset Jonathas ꝙ dauid victoriam
habuerat contra hostes/conglutinata est
Histo= anima eius cum anima dauid: expoliauitq̄
ria se tunica sua ⁊ vestimenta sua vsq̄ ad gladiū
Mora= arcum ⁊ baltheum/⁊ dedit sibi. ¶ Sic vere bonus re
litas. ligiosus debet per perfectam charitatem dauid/idest
christo conglutinari: ⁊ ideo vestimentis bonorum tē
poralium se debet per contemptum ⁊ abdicationem
spoliare: gladiū omnis crudelitatis dimittere: arcū
potentie ⁊ iurisditionis secularis contēnere: baltheū
glorie ⁊ magnificentie temporalis totaliter abdicare
⁊ omnia christo dare/idest amore ipsius de ipsis non
curare: ⁊ sic Jonathas/idest columba simplex et hu=
C milis Dauid: qui fecit victoriam in israel/idest chri=
sto: poterit in statu religionis vel ecclesie dignifice
adherere: maxime quando consyderat ꝙ iste est qui

goliam/idest diabolum voluit vincere: ⁊ populum li
berare/dicens cum petro: Ecce nos relinquimus oia
⁊ secuti sumus te ⁊c. ¶ Hic dicitur ꝙ cum Saul arre Matt.
ptus a diabolo insaniret/dauid citharam percutie= 19.d.
bat/vt eum de demonio liberaret. Qui lanceam arri= Eodem
piens/voluit Dauid ad parietem transfigere: sed da= cap.c.
uid sciuit prudenter lanceam declinare. Audierat em̄
Saul ꝙ mulieres sibi dauid pretulerant/quando re=
deunti de prelio acclamauerunt: Saul percussit mil=
le/⁊ dauid decem milia. A die autem illa non rectis
oculis ipsum aspiciebat: sed ipsum omnino occidere
proponebat: dato ꝙ ipse Dauid hostes ipsius conti=
nue vincebat. ¶ Illud allega/ꝙ inuidia proprio be= Tropo
nefactori non parcit: ⁊ maxime quando in laude sibi logia
prefertur: ⁊ quando virtus eius pullulat atq̄ crescit.
Non potest enim inuidus talem hominem respicere
dato ꝙ ab ipso plurima beneficia recipiat: quinimo
dato ꝙ in presentia eius citharam melodiose tangat
idest dato ꝙ dulciter tangat: hoc est/loquatur et re=
spōdeat: ⁊ ad votum sibi seruire studeat: lancea tamē
ipsum perforare/idest tribulationibus ⁊ iniurijs fati
gare nititur ⁊ tentat. Unde Seneca. Si nullos inimi
cos facit iniuria/multos tamen facit inuidia. ¶ Vel Aliter
dic ꝙ saul insaniens est peccator: qui scilicet cithari=
stam qui eum a diabolo liberare nititur/idest predica
torem qui citharam verbi dei sibi tangit: ⁊ pro ipso sa
nando/⁊ a potestate diaboli/idest vitiorum saluādo
eidem predicat/⁊ affatur: quandoq̄ transfigere/diffa D
mare atq̄ iniuriari/et sibi etiā inuidere conatur. Un̄
dicitur in Prouer. Nō amat pestilens eum qui se cor Prou.
ripit. ¶ Vel dic ꝙ Saul est diabolus: qui scilicet ci= 15.b.
tharistas/idest predicatores: summe nititur ad parie Aliter
tem/idest ad carnem per luxuriam cum lancea tenta=
tionis transfigere: ne officium predicandi ⁊ spiritua=
liter citharizandi valeat impedire: quapropter iste de
bet a tali lancea quantum poterit precauere: et ideo
tam diabolus q̄ homo durus ⁊ obstinatus/videtur Amos
dicere illud Amos: Aufer a me tumultum canticorū 5.f.
tuorum: carmina lyre tue non audiam. ¶ Vel dic ꝙ Aliter
Dauid qui erat pulcherrimus ⁊ rufus/significat hi=
striones: quorum scilicet cantus rex israel/idest prela
tus vel religiosus non debet eligere: sed eos ⁊ omnē
inanem leticiam abdicare. ¶ Vel dic ꝙ iste significat Aliter
adulatores: qui in auribus hominum citharizant/et
semꝑ verba melodiosa ⁊ placentia eis cantant. Istos
igitur debet rex israel/idest bonus princeps vel prela=
tus lancea reprehensionis percutere/et a se penitus Amos
submouere/dicens illud: Aufer a me ⁊c. ¶ Saul ma= 5.f.
ligno spiritu exagitatus/prophetauit in medio do= Eo.c.c.
mus sue. ¶ Istud exponunt quidam sic: ꝙ aliqui sūt Mora
predicatores/qui prophetant/idest predicant amore litas
terrenorum: in medio domus sue/idest propter com= Eccli.15.
modum priuatum: non sicut iustus de quo dicitur/ a.
ꝙ in medio ecclesie aperuit os suum. Isti igitur a spi Phil.
ritu maligno exagitantur/qui scilicet de spirituali ne 2.c.
gocio lucrum terrenum adipisci conant̄. Apostolus:
Omnes que sua sunt/querūt/nō que iesu christi.

¶ Capitulum decimumnonū Textus: Locutus est autē saul ad ionatham filium suū Moralitatum Capitulum XV

DAuid maritus michol filie regis de lecto in Histo=
quo credebatur esse aufugit: vt iram saul ria
declinaret. Uxor vero eius statuam in lecto
dauid loco ipsius posuit: pellemq̄ capra[illegible]
posuit

posuit super caput ipsius: ⁊ ipsam operuit vestimentis. Cum igitur rex mādauit pro dauid / venientes apparitores eius crediderunt inuenire dauid in lecto: ⁊ loco eius statuam cum vestibus et pellibus inuenerunt. ¶ Per istam regis filiam intelligitur ecclesia (Tropologia) que est filia regis christi: per dauid vero bonus ecclesiasticus ⁊ prelatus. Per lectum dauid spūalem platurā ⁊ beneficium intelligo: in quibus dauid.i. bonus prelatus quiescit. Ista est igitur veritas / ꝙ recedente et fugiente dauid.i. bono prelato de hoc mūdo ad prēz ⁊ lectum suum.i. prelaturā vel beneficiū vacuū dimittente: sepe fit / ꝙ vxor eius.i. eccl'ia ponit statuā.i. prefert aliquā statualem psonā in loco ⁊ lecto.i. in statu / gradu ⁊ officio ipsius qui recessit. Qui scz ad moduz statue nec motū bone opatiōis / nec sensum discretionis habet: sed potius qui circa caput mentis pellib9 carnalis affectiōis tegat: ⁊ vestibus tēporalis possessionis per auariciā inuoluat. Et ideo breuiter hodie fit / ꝙ ille qui in lecto ecclesie dauid.i. illi qui bonū et prudentē prelatū inuenire se credūt: ibi p certo statuā cum pellibus caprinis ⁊ vestibus.i. psonā ignorantē plenā carnali affectione ⁊ solū inuolutā aliquali honeste cōuersatiōis veste: vel aliquali possessione inueniunt: qꝛ hodie prelati circūeunt in melotis qui sunt (f Heb.11) pelles vilissime / significantes diuitias: ⁊ in pellibus caprinis / que sunt pelles fetidissime: significātes carnis delitias ⁊ delectatōes. ¶ Uel dic sm aliquos mo(Aliter)raliter: ꝙ dauid.i. vir iustus debet a lecto ɔscie ⁊ imaginationis sue recedere: inquātum.s. se non dz iustuz reputare. Uxor eni̅ sua prudētia debet in lecto cordis ponere statuā cum pellibus caprinis: qđ fit qñ facit hoiez se peccatorē ignorantē casuꝝ ⁊ fetidū existimare: ⁊ sic qñ lictores.i. demones veniūt: vt dauid.i. virꝝ iustū de presumptione tentent / mirank qñ loco dauid statuā inueniunt: ⁊ qñ loco pctōꝝ / virtutis timorem ⁊ pctōꝝ ɔsyderationē attendūt: ⁊ sic illusi sine dāno recedunt. ¶ Uidens dauid cōsummatā maliciā saulis (Eodem cap.c. Historia) contra se / fugit ad samuelem. Ad quē cū misisset saul nuncios / vt dauid raperent ⁊ adducerēt: misit illi vementes in nabaioth: dauid cum samuele ⁊ etiā pphetarum cuneū cū eis inuenerūt. Sicqꝫ factum est / ꝙ qñ ipsi lictores qui ad rapiendū dauid fuerāt missi: irruente in se spū ad pphetandū cū alijs sūt cōuersi: quibus moram trahentibus / saul alios lictores misit: q̄ ⁊ ipsi pphetare ceperūt: qđ etiam tertij silr fecerūt: ita ꝙ nulli ad suū dn̄m redierūt: sed cuz samuele ⁊ dauid prophetando remanserunt. Ad vltimū vero ⁊ ipse saul personalr venit: ⁊ statim facto sup se spiritu dn̄i / vestimentis suis se expoliauit: ⁊ nudus tota die ⁊ nocte cū (S Notandus) alijs pphetauit. ¶ Illud pōt allegari / qūo valde proficit societas bonoꝝ religiosorum: ⁊ illos videre ⁊ frequētare: ⁊ verba eoꝝ attendere ⁊ audire: qꝛ reuera sepe accidit / ꝙ etiam ipse saul ⁊ lictores.i. ipsi mali mundi principes ⁊ tyranni in ipso actu male voluntatis sue qñ bonos religiosos ⁊ sanctos psiciunt ⁊ vitā ⁊ mores eoꝝ attendunt: ⁊ eoꝝ pphetias ⁊ laudes ⁊ doctrinas ⁊ predicatiōes audiūt: statim spū dei tangunk / ⁊ in alios viros se conuertūt: ita ꝙ sepe fit ꝙ ipsi cum p phetis pphetare.i. cum eis religiose viuere volunt: ⁊ depositis vestimentis bonoꝝ tpalium / ⁊ etiam habitus secularis: christo nudi ⁊ pauperes laudes reddūt Sicut de quodā rege francoꝝ legik: ꝙ cū romam ad peregrinandū iuisset / p montē cassinū trāsiuit: ⁊ visa conuersatiōe sctōꝝ monachoꝝ / spūs dn̄i in eū insiluit ⁊ deposito regio cultu / sumptoqꝫ monachico habitu ibi cum ipsis religiose vixit. Qđ etiam de lictoribus tyrannoꝝ missis pro martyribus capiendis quotidie fiebat: qꝛ.s. auditis eis conuertebank: ⁊ cum eis martyrium patiebantur. Unde de christo legitur: ꝙ ministri missi vt eum comprehenderent: cū hoc facere ausi non fuissent / phariseis increpantibus ꝙ eum nō adduxerunt: responderunt dicentes: Nunꝙ sic locutus (Joan. 7.c.) est homo. Unde ⁊ ipsi pharisei dixerūt: Nunq̄d ⁊ vos seducti estis? ¶ Uel ista possunt etiā allegari: ꝙ spūs (Aliter) vbi vult spirat: qꝛ etiā quādoqꝫ in ipso actu male vo(Joā. 3. a.)luntatis hō cōuertik: ⁊ ppheta dn̄i efficik: vt de paulo exemplariter inuenik. Potens est eni̅ deus de lapidi(B)bus suscitare filios abrae. ¶ Ad finez ꝙ dauid posset (Lu.3.b) scire voluntatē saulis vtrū eēt ɔtra se ɔfirmata: iona(Ca.xx.a Historia)thas amicus suus certū super hoc dedit signū: hoc.s. ꝙ dauid in agro iuxta lapidē fecit abscondi: ordinās ꝙ post prandiū ipse ad spaciū ad muros ascenderet: ⁊ tres sagittas versus illam ptem trayceret: ⁊ pueruz ad querendū sagittas mitteret: ⁊ si cognosceret patrē sibi placatū / puero diceret: Intra te sunt. Si vero pr̄is videret ɔsummatā maliciā: tunc diceret / vltra te sunt Uidens aūt ionathas saulem in prandio ɔtra dauid furientē: statim post prandiū ad muros iuit: ⁊ sagittas duas in agrum vbi dauid latebat proiecit: ⁊ puerum ignorantē ad querendū sagittas misit: ⁊ cum diceret: non sunt ibi sagitte vltra te sunt: faciendi signū ⁊ recedendi spaciū dauid dedit. ¶ Istud inueni expo(Allegoria)situm allegorice sic: Per ionatham intelligitur deus pater: per dauid eius filius christus: saul vero rex inter epulas dauid mortem desyderabat: cetū sacerdotum ⁊ principum iudeoꝝ significat: qui in epulis paschalibus christi mortē tractabant. Puer vero ionathe turbam iudaici populi in etate puerili ⁊ ignorātie significat: Jonathas igitur / idest de9 pater: duas sagittas idest duo genera diuinoꝝ eloquiorum ad dauid absconditum in agro / idest ad christum latentē sub litera legis / scz psalmos ⁊ pphetas noscik dixisse: ⁊ ad sagittas huiusmodi colligendas puerum suum / idest puerum iudaicum transmisisse: qui scilicet sagittas diuinorum eloquiorum receperunt et scripserunt: et in auariciam synagoge reduxerunt. Uerumtamen (A) Dauid / idest christum: qui sub lapide tabularum legis latitabat: ⁊ in agro huius mundi occultus venerat: Esa. Uere tu es deus abscōditus: non potuerunt (Esaie 46.c.) cognoscere: nec etiam quem sagitte huiusmodi / idest litere scripturarum quas colligebant / significarent Dauid / idest christum sciuerunt animaduertere: imo absqꝫ eo ꝙ in ipsum per fidem caperent atqꝫ crederēt / (Jo.1.a.) dimiserunt abire. Unde dicitur: In propria venit: et sui eum non receperunt. In mundo erat: et mundus (Aliter) eum non cognouit. ¶ Uel dic ꝙ Dauid est peccator / qui fugit ab ira christi: saluatur etiam a lapide / idest a cordis duricia in qua latuerat: et per penitentiam egreditur: quando ionathas / idest columbinus predicator ⁊ simplex / sagittas diuinorum eloquiorum ad ipsum dirigit: ⁊ quando verbis ⁊ reprehensionibus ipsum sagittat / arguit atqꝫ ferit. ¶ Hic habes ꝙ (ca.xxi.a Historia) Dauid fugiens Saulē / venit in nobe ad Achimelech sacerdotem: petijtqꝫ ab eo panes pro se ⁊ pueris secuz ductis. Cui cum dixisset sacerdos: non habeo panes laicos ad manum / sed tn̄ panem sanctum: si mundi sunt pueri comedant / maxime a mulieribus: Dixit Dauid / ꝙ vasa puerorum sancta sunt / porro via polluta: sz dante dn̄o sanctificabik. Sibi ergo dedit sacerdos panē sanctificatū: gladiūqꝫ Golie / q̄ inuolutus

B pallio in tabernaculo a die quo Goliam occiderat/
Moralitas. semꝑ fuerat reseruatus. ¶ Sic vere q̄n Dauid ⁊ pue-
ri sui/idest christiani venīūt ad sacerdotē in paschate
pro pane eucharistie sumendo: ante omnia sacerdos
debet curare si sunt mundi atq̄ casti: debet eis dicere
ꝙ iste panis non est laicus/imo sanctus: ⁊ solū a san-
ctis ⁊ mundis hoībus assumendus. Quos cuꝫ sctōs
⁊ mūdos ⁊ bene ꝯfessos esse cognouerit: debet eis pa
nem sanctū tradere: necnō ⁊ gladium timoris dn̄i/et
etiam memoriā crucis/quo scꝫ golias.i.diabolus iu
gulatus extitit/debet eis assignare: q̄r pro certo sicut
puero datr̄ panis/⁊ baculus vt panē a cane defendat:
sic etiam christiano gladius crucis vel diuini timo-
ris cum pallio humilitatis tradit̄: vt panem istuꝫ seu
etiā sacramentū ⁊ eius virtutē/diabolus ab eo nunq̄
tollat. Isti tn̄ quāq̄ sancti sint: viam suam pollutam
dicere/inquātum respectu tanti sacramenti semper se
Iaco. debent immūdos ⁊ inutiles existimare. Vn̄ Iac. In
3.a. multis em̄ offendim⁹ oēs. ¶ Vel dic (sicut allegat sal
Aliter. uator) ꝙ istos panes sanctos quos nō licebat laicis
1. Regū comedere: sicut patet in libro Regū: Dauid laicus fa
21.a. melicus comedit: q̄r necessitas nō habet legē. ¶ Vel
Aliter dic ꝙ gladi⁹ golie est detractor: qui ē gladius diaboli
Psal. ſm ꝙ i Psal. dicit̄: Lingua coꝝ gladi⁹ acut⁹ nuncu-
56.a. patur. Isti sunt igit̄ qui in templo religionis habi-
tant: ⁊ inuoluti pallio.i.habitu religioso vel dissimu
C lato/humilitatis ⁊ charitatis zelo hoīes feriūt ⁊ cru
entant. Iste em̄ est gladius qui ꝓprium dn̄m occidit
Psal. ⁊ detractor est ille qui ꝓprio dn̄o.s.ꝓprio prelato non
36.c. parcit. Ps. Gladius eorum intret in corda ipsorum.
Tropologia ¶ Doech idumeus fortissimus pastoruꝫ Saulis/de
quo non cauebatur: erat in tabernaculo q̄n sacerdos
panes ⁊ gladium dedit dauid qui cum Sauli hec re
tulisset/interfecti sūt sacerdotes: Ex hoc nota ꝙ sem-
per ab insidijs est precauendū: ⁊ maxime q̄n negocia
tangunt principes vel magnates: vbi.s.non aduertit̄
idest aliq̄s qui loquit̄: ꝓpter qd̄ mlt̄a mala sequunt̄.
Eccs. Ideo bene dicit̄ Eccl's. In cogitatione tua nō detra-
10. hes regi. Aues em̄ celi deferunt illi. Quilibet em̄ gau
det referre prelatis ⁊ ꝑncipibus quicq̄d videt. Ideo
Ecci. 8. bene dicitur: Coram extraneo ne facias ꝯsiliū: nescis
d. enim quid pariet ⁊c.

¶ Caplm̄ vicesimumprimum Textus: Venit autem dauid in nobe ad achimelech sacerdotem. Moralitatum Cap. XVI

Historia Dauid fugiens achis regem geth/ cū ꝑpen-
disset se esse cognitum: timēs ne q̄d a Phi-
listeis/qui inimici erāt filioꝝ israel pateret̄:
finxit se in regis presentia furiosum: muta-
uitq̄ os suum: ⁊ impingebat in ostia parte clausa: et
defluebāt saliue de ore eius. Que videns achis/ip̄m
fore dauid nullatenus credidit: sꝫ ip̄m tanq̄ furiosuꝫ
expulit: ⁊ sic sub colore insanie periculū euasit/ et in
speluncam odollam fugit atq̄ venit: vbi scꝫ frēs eius
ad eum cōgregati sunt: ⁊ illi qui erant in angustia et
amaro animo: ⁊ qui premebant̄ ere alieno ad eum cō
D uenerūt: ⁊ factus est eorum princeps: eiq̄ adheserūt.
Allegoria ¶ Dic allegorice/ꝙ dauid est christus: achis vō desi
gnat ppl̄m iudeoꝝ: q̄r reuera dauid dei filius in geth
que interpretat̄ torcular vel opprimens: in oppressio/
nem mundi ⁊ miserie veniens/se in aliam ꝑsonā.s.in
hoiem carnem assumendo mutauit: in torculari pas-
sionis more insani/voluntarie scꝫ mortem assumēdo
appa ruit: ꝓpter qd̄ ⁊ herodes eum tanq̄ insanū veste
alba illusit: quapropter achis iudaicus ppl's ipsum
esse deum.i.dei filium seu messiam .non credidit: sed
ipsum ⁊ eius fidem expulit: ⁊ eum expellendo occidit
dicendo.s.illud. Nolumus hunc regnare super nos.
Et illud: Tolle eū ⁊c. Ita ꝙ iste in speluncā sepulchri Lu.19. c
descendit. Fratres igitur eius.i.apl'i ⁊ discipuli ad eū
per fidem descēderūt: ⁊ oēs qui erant ere alieno pressi Ioā.19 c
idest debitis pctōꝝ ꝯstricti. Omnes illi etiā q̄ in angu
stia tribulationis/⁊ in amaro aīo tribulatiōis ⁊ ꝯtri-
tionis erāt positi.s.gentiles ⁊ alij peccatores plurimi
ad eum conuenerūt fidemq̄ eius susceperūt: ⁊ factus
est eoꝝ princeps: eum tanq̄ deum ⁊ dn̄m crediderūt:
dicentes illud Esa. Vestimentū tibi est: princeps esto
noster. ¶ Vel dic ꝙ q̄nq̄ expedit stulticiam simulare Esa.3.a
Vnde Cato: Stulticiā simulare loco/prudentia sum- Aliter
ma est. Et in Prouer. Respondeas stulto iuxta stulti- Cato
ciam suam: ne sibi sapiens videatur. ¶ Vel dic ꝙ ho Prou. 26.a
die solum illi qui sunt inopes/angustiati ⁊ tribulati Aliter
ad dauid.i.ad christū/vel ad speluncam odollam.i.
ad religionis statum conueniūt: ip̄mq̄ pro duce eli-
gunt. Diuites vō nec de dauid.i. de deo/nec de reli- E
gione sua ꝯtendūt: vnde Iaco. Pauperes elegit de⁹. Iaco.2 a
Ap's: Videte fratres vocationē vestram: qm̄ nō mlt̄i
potentes/non multi nobiles ſm carnem: sed infirma 1.Co.1. d.
mundi elegit deus. ¶ Vel dic ꝙ pro certo illi qui sūt Aliter
fratres dauid charitatē sectando/⁊ fraternitatē dili-
gendo: ⁊ illi qui sunt inopes/scꝫ voluntarie diuitias
contēnendo: ⁊ illi qui sunt in amaro aīo /de peccatis
penitendo: ⁊ illi qui sunt in angustia/tribulatiōes su
stinendo: ⁊ illi qui sunt pressi ere alieno.i.qui sunt bo
ni diuites: mundi era et diuitias/onus ⁊ pressurā re-
putando: ad dauid.i.ad christum per grām veniunt:
⁊ in spelunca paradisi discipuli eius fiunt: taliūq̄ per
sonaꝝ dux ⁊ rex efficit̄: ⁊ ipsi sibi tanq̄ ꝑncipi ꝑpetuo
famulant̄: vnde ipse est qui dicit: Ad quē respiciā nisi Esa.66
ad pauꝑculū ⁊ ꝯtritū spū ⁊ timētes sermones meos? a.

¶ Capitulum vicesimūsecundum Textus. Abijt ergo dauid inde: ⁊ fugit in speluncaꝫ Moralitatum. Capitulum. XVII.

Hic habes q̄uo doech interfecit sacerdotes 1. Reg. 22.d.
dn̄i.s.octogintaq̄nq̄ viros indutos ephot Historia
lineo: ⁊ ꝙ solus abiathar aufugit et euasit.
¶ Sic vere doech qui interpretat̄ mortuus Moralitas
id est ꝑctm̄ carnis quod fetet: vel doech qui interpre-
tatur sollicitus.i.diabolus qui circūiens querit quē
deuoret: sacerdotes.i.viros ecclesiasticos qui lino cō
tinentie sunt induti/summe nititur occidere: a cuius
occisione solum abiathar/qui interpretat̄ ros.i.solū
illos qui diuine gratie rore sunt imbuti/cōtingit mi- F
rabiliter se saluare.

¶ Capitulum vicesimūtertium textus. Et annunciauerūt dauid dicentes: Ecce philistijm. Moralitatum. Capi. XVIII.

Hic iterum habes/ꝙ ionathas cuꝫ dauid in 1. Reg. 18.a.
deserto fedus iniuit: ⁊ sic legitur cuꝫ dauid 1. Reg. 20.g.
ter inisse fedus.s.semel in domo: scd̄o i agro
tertio hic.s.in deserto. ¶ Sic vō deus cum 1. Reg. 23.c.
iusto hoie tripliciter fedus facit.s.in domo ꝯscientie
per ꝯtritionē: in agro eloquētie ꝑ ꝯfessionē: in deserto Moralitas
penitentie ꝑ satisfactionē. ¶ Vel dic ꝙ ionathas cuꝫ
dauid viro iusto ꝯfederat̄ ⁊ iungit̄: q̄n ip̄m inuenit i Aliter
domo cordis ⁊ cogitatiōis per suijpsius cōsyderatio
nem. Quandoq̄ in agro opulento per actiue vite fe-
cundam

cundã oꝑationẽ. Quandoqꝫ in deserto religionis vel vite ꝯtẽplatiue per secretã seculi abdicationẽ. ⁋ Uel dic ꝙ primũ pactum fit per fidẽ in domo cordis ⁊ cogitationis. Secundũ per charitatẽ bone oꝑationis. Tertium ꝑ spem in deserto tribulationis. Quãdo eñ homo cũ deo illi triplici modo iũgitur: cõstat ꝙ sibi firmiter copulat̃: vnde dicitur: Funiculus triplex difficile rumpitur ⁊c. (Aliter; Eccl.4.)

⁋ Capitulum vicesimũquartum Textus. Ascendit ergo dauid inde et habitauit in locis. Moralitatum. Capitul. XIX

(Histor.; 6) CUm saul actualiter ꝑsequeret̃ dauid accidit ꝙ ꝓ ventre purgãdo speluncã intraret: in cuius ꝓfundiori ꝑte dauid cum viris suis fugerat/⁊ latebat. Dauid igit̃ sibi ꝙꝙ ꝑsecutori misertus/ip̃m occidere noluit: sed. oram clamydis eius ꝑscindẽs/⁊ de hoc cor suum ꝑcutiẽs/penituit ipsum. Absit inqt vt extendã manũ meã in christuꝫ dñi. Quo facto ip̃e inimicũ suuꝫ saulẽ ad fletũ ꝓuocauit. ⁋ Istud potest allegari quõ homo nobilis corde nõ debet occulte vel perniciose aliquẽ ꝑcutere/sed poti⁹ publice debellare: qnimmo si hostẽ in ptãte sua inuenit/debet sibi parcere: ⁊ maxime qñ videt ex casu et a fortuna/⁊ ex dei ꝓuidẽtia/ et nõ ex ꝓpriȷs virib⁹ subiectionẽ huiusmodi factam esse. (Tropologia.) Quia sicut dicit Sene. Sufficere debet victori/vindicare potuisse. Et idẽ de moribus: Magnaꝝ viriũ est ledentẽ negligere. Tali eñ mõ inimicus melius vincit̃: ⁊ ad fletum ⁊ dolorẽ prouocat̃. Ideo dicit Seneca: ꝙ parcẽdo melius vinces. Sicut potest haberi exẽplũ de iulio et anthonio/ de beneficiȷs Sene. vnde in Prouer. Si sitierit inimicus tuus/potum da illi ⁊c. Sic eñ faciens/carbones ꝯgeres super caput eius. (Pro.25.b) ⁋ Uel dic ꝙ in spelunca religionis vel eccl'ie qñqꝫ inuenit̃ saul malus rex. i. malus ꝑlat⁹: q̃ solũ querit ventrẽ suũ purgare. i. malã voluntatẽ implere: et stercora diuersoꝝ vitioꝝ ⁊ criminũ per oꝑis executiõẽ exterius reuelare. (Aliter) Sicut ad litterã patet de multis: q̃ solũ ad hoc speluncã religionis vel eccl'ie intrare querunt: ⁊ ad hoc ibi dominãt̃ ⁊ ꝑsunt: vt fetorẽ diuersoꝝ vitioꝝ emittãt: ⁊ vt supbiã/luxuriã/ vindictã et auaritiam exerceant et cõmittãt. Qñqꝫ etiã in ista inuenit̃ dauid. i. bonus subditus: q̃ solum ibi querit latere/⁊ a mũdi tumultu se abscondere/et orationi et deuotioni vacare: vnde Matth. Intra cubiculum tuuꝫ/et ora patrem tuum in abscõdito. (Mat.6.b) Quid igitur? Pro certo dauid. i. bonus subditus: licꝫ videat regem/scꝫ supiorẽ suũ talia facientem/⁊ mala opera sic exequẽtem: dato ꝙ etiã sit inimicus ⁊ persecutor suus ⁊ suoꝝ: non debet tñ in eũ manum mittere: nec cũ impugnare vel diffamare/⁊ spũal'r occidere: sed potius in patientia dissimulare: ⁊ defect⁹ suos benigni⁹ quo poterit supportare: qnimmo si quid de clamyde fame sue detrahendo ꝑsciderit ⁊ si obloquẽdo de ꝑlato linguam suaꝫ laxauerit: seip̃m redarguere/et cor suũ percutere debet: vnde Exod. Diȷs nõ detrahes/⁊ principi populi tui non maledices. (Exo.22.) Sicut etiaꝫ de oza dicit̃: ꝙ morte ꝑcussus interiȷt: qr manũ ad arcaꝫ vacillantem misit: ad denotandũ ꝙ subditus nõ debet etiã ꝑlatuꝫ vacillãtẽ vl' delinquẽtẽ detrahẽdo tãgere: cũ ad ip̃ꝫ nõ ꝑtineat de maiorib⁹ iudicare. (2.Re.6.b) Exẽplo Constãtini imperatoris: q̃ i ꝯcilio gñali libellos epoꝝ/ vbi eoꝝ crimina vel accusationes continebantur/concremari mandauit: dicens ꝙ maiorum vitia non sunt a minoribus iudicanda.

⁋ Capitulum vicesimum quintum textus: Mortuus est autem samuel: ⁊ congregatus est vniuersus israel. Moralitat. Cap. XX

(Historia A) NAbal quidã diues et magn⁹: cui⁹ possessio erat magna/morabatur in carmelo. Iste tñ erat pessimus ⁊ maliciosus. Uxor vero eius abigail erat prudẽtissima ⁊ pulchra. Factuꝫ est igit̃ ꝙ cum iste oues suas tõderet: ⁊ tonsoribus cõuiuiũ faceret: misit ad eũ Dauid qui latebat tunc temporis in deserto/ꝓ se ⁊ sociȷs suis benedictionẽ ⁊ gratiam. i. cibos seu viaticũ petiturus. Ille aũt non soluꝫ noluit ip̃is dare aliquid: sꝫ incepit obloqui de dauid ⁊ iniurias dicere: ⁊ ipsum seruũ fugitiuũ vocare. Quo audito dauid irat⁹/statim ipsum cum omnib⁹ suis q̃ habebat voluit perdere: nisi sapiẽs vxor eius abigail occurrisset. Ista eñ audita fatua responsione viri sui: statim munera parauit: ⁊ in occursum dauid cucurrit ⁊ verbis prudẽtissimis simul ⁊ munerib⁹ ante missis irã eius placauit. Ista igit̃ tunc viro suo ebrio indicare noluit: sed in crastino periculũ in quo fuerat indicauit sibi/⁊ dixit: ꝓpter qđ emortuũ est cor eius intrinsecus: ⁊ factũ est quasi lapis: ⁊ post decẽ dies defecit/⁊ mortuus est. ⁋ Iste nabal qui interpretat̃ stult⁹/significat aliquẽ malum diuitẽ: ⁊ maxie prelatũ/principem vel superiorẽ: q̃ in deserto hui⁹ mundi/licꝫ sit maliciosus ⁊ pessimus/diuitiȷs tamẽ abundat. (Tropologia.) Ps. Ecce ipsi peccatores ⁊ abundãtes in seculo/obtinuerunt diuitias. (Ps.72.b.) Isti igit̃ ad tondendas oues. i. ad excoriãdos simplices ⁊ pauperes cõtinue vacant: ⁊ etiã tonsorib⁹ suis. i. balliuis ⁊ familiaribus suis: ad istam rapine tonsionem seruiẽtibus conuiuia ⁊ festa preparant: et ip̃is beneficia ⁊ officia/⁊ alia lucra tẽporalia subministrãt (B) et inde dauid. i. christo: qui in persona pauperum clamat ⁊ petit pro elemosynis/nihil donant: sed potius ip̃os seruos dauid. i. ipsos pauperes vituperant atqꝫ molestant: et murmurando et maledicendo ipsum dauid. i. christum blasphemant. Unde dicit̃: Inter epulas maledicebant abimelech. (Judic.9.d) Quid igitur? Pro certo non restat/nisi quod dauid et viri sui. i. christus cũ angelis suis contra tales irruat: nisi forte vxor eorum sapiens. i. prudentia ipsos arguat: et dona ⁊ elemosynas christo ⁊ pauperibus eius tribuat: ⁊ per humilitatem et patientiã ipsi dauid christo obuiet ⁊ occurrat que iram eius impediat et cõpescat. Ideo bene dicit̃. Mulieris bone beatus vir. (Ec.26.a.) ⁋ Uel illud allega quod nabal. i. prelatus tunc debet magnum cõuiuium facere et magnum gaudium habere: quando oues suas. i. subditos põt tondere: ⁊ nudos ⁊ pauperes mẽtal'r et spũaliter facere: et vellus bonoꝝ temporaliũ de affectione ipsorũ auferre: exemplo abrae/ qui tunc magnum cõuiuium fecit/quando filium suum isaac ablactauit. i. a lacte bonorũ terrenorũ ꝑ cõtemptũ abstraxit. (Aliter.) (Gen.21.a.) Uel contra dic de malis ꝑlatis ⁊ dominis: q̃ tunc temporis summe gaudent/quando subditos suos excoriare/⁊ bonorũ tẽporaliũ vellere priuare possunt: et quando sufficientẽ occasionem excoriandi et depredãdi eos inueniunt. Unde Job: Gaudentqꝫ vehemẽter cum inueniunt sepulcrũ. Et loquitur de illis qui fodiunt auruꝫ. (Job.3.d.) ⁋ Uel illud allega/ꝙ quãdiu homo est ebrius/et in ipso feruore male voluntatis: non debet exasperari vel corrigi: sed potius dissimulari ⁊ supportari: sed in crastino cum ira aut ebrietas cessauerit debet tangi. (Aliter) Unde: In conuiuio ne proximum arguas. (C) Et sequitur. Non premas eum in repetẽdo. Non solet (Ec.31.d.)

enim homo ebrius vel iratus obiurgationi acquie-
scere: qui tamen refrigeratus solet patienter cum cor-
Aliter rigi͞t sustinere. ¶ Vel dic ꝙ nabal qui interpꝛeta͞t stul-
tus/est pctōꝛ: q̇ est pessim⁹ ⁊ maliciosus/immisericors/
iniuriosus/ingrat⁹/obliuiosus/obstinatus ⁊ ceruico
sus. Dauid em̄ pastores eius ⁊ greges eius defēderat:
⁊ ideo fuit ingratus ⁊c. Talis igitur cuius cor emori͞t
et lapidificatur per obstinationez: post decem dies.i.
decem mandatoꝛū transgressionem moritur et morti
eze.18.a temporali ⁊ perpetue cōdemna͞t. Unde ezech. Anima
que peccauerit/ipsa morietur.

¶ Capitulū vicesimumsextum Textus Et venerunt ziphei ad saul in gabaa dicentes. Moralitatū Capl'm. XXI.

Historia. Cum saul psequeretur dauid: ⁊ in medio exer-
citus sui in tabernaculo quiesceret ⁊ dormi-
ret: ciphūq; aque ⁊ hastā ad caput suum ha-
beret: ⁊ dauid de monte descenderet: caute ta-
bernaculū regis intrauit: ipmq; dormientē inueniēs/
hastam ⁊ ciphum abstulit: ⁊ rediens in montē iterum
ascēdit: ⁊ clamare incipiēs huiusmodi ꝟba dixit: Nō-
ne respondebitis verbum? Ingressus est vnus de tur-
ba vt interficeret regez. Uiuit dn̄s/qꝛ filij mortis estis
vos: qui nō custoditis dn̄m vestruz christū. Ubi inq̄t
est hasta regis/⁊ vbi ciphus? ⁊c. Abner igitur merito
Allegoria. reprehenditur: q̇ dn̄m suuz nō custodiuit/sed dormiēs
ipsum in periculo dimisisse ꝓbatur. ¶ Per dauid qui
D in montibus morabatur/interpꝛeta͞t manu fortis: in
hoc loco possumus diabolū intelligere/q̇ scz valde est
iob.41.d. fortis: ⁊ in hoc loco in montibus.i. in superbis vel
in elatione superbie semp dinosci͞t habitare. Un̄ Job:
iob.40.c. Ipse est rex super omnes filios supbie. Et alibi: Huic
montes herbas ferunt. Per regem israel christū intel-
ligo: p abner ꝟo q̇ interp̄ta͞t patris lucerna/intelligi͞t
dium imperauit: ⁊ infantem viuum per medium scin
di / ⁊ matrum cuilibet dari partem ordinauit ac man
dauit. Matris igitur pueri viui super filium diuiden
dum ac occidendum statim viscera sunt commota: ⁊ G
incepit a rege petere quod non occideretur / sed poti
us alteri matri daretur. Obsecro (inquit) domine mi
rex / date huic infantem viuum / ⁊ non occidatur. Al
tera autem econtrario clamabat. Nec mihi / nec tibi
sit: sed diuidatur. Ex his igitur cognitum est matrem
pueri esse illam que ipsum nolebat occidi: quapro Allegoria
pter salomon precepit filium ei reddi. ¶ Ista expo
nunt quidam allegorice de synagoga et gentilitate:
que scilicet ambe mulieres meretrices dici potuerunt
pro eo quod ambe idola aliquotiens coluerunt: et vi
rum suum legitimum scilicet deum ⁊ fidem ipsius ali
quotiens dimiserunt. Unde Ezechiel. Fili hominis. eze. 23. a
Due mulieres filie matris vnius fuerunt / que forni
cate sunt

cate sunt in egypto. Ille igit̃ ambe ad salomonem .i.
ad deum per fidem venerũt: ⁊ in vna domo que est ec-
clesia/ p bona opera pepererũt: sed reuera de istis ma
tribus vna scz synagoga filium .i. populum suum per
errorem ⁊ incredulitatem suffocat: ⁊ filium alterius .
i. populum gentilem ad christum conuersum /vel sibi
attribui vel occidi ꝓclamat: inquantũ totum mun-
dũ istum vel ad fidem suam debere cõuerti / vel alias
damnari existimat: ⁊ nullam gentem ꝓpter se saluari
sperat. Sed gladius salomonis .i. dei sententia con-
trariũ inuenit: que viuentem filium .i. saluandum po
pulũ alteri .s. gẽtilitati credẽti ⁊ nõ sibi assignat. ¶ Uel
dic ꝙ ista verba que hic ponuntur / possunt esse ꝟba
gentilitatis conuerse. Ego et mulier ista habitabam⁹
in domo vna .s. in hierusalem vbi .s. gentilitas primo
credidit ꝙ̃ alibi: sicut patet in centurione/ q̃ dixit: Ue
re filius dei erat iste. Cumq̧ peperissem peperit ⁊ hec
q̄ scz post credulitatem gentilitatis in centuriõe mul
ti de hierusalẽ crediderunt. Sed ista dormiens in lege
scilicet filium suum/ idest credentes suos scz Jacobuz
⁊ Stephanum morti tradidit: filium vero meum scilz
Aliter conuersos ex gentibus per errores furari ⁊ occidere
contendit. ¶ Uel dic melius /quod due mulieres que
ad salomonem veniunt: sunt due secte hominũ q̃ sunt
catholica ⁊ schismatica/ que christum credunt: ⁊ ma-
xime prima istarum significat ecclesiam grecam ⁊ oriẽ
talem: apud quam alia mulier .i. latina ⁊ occidenta-
lis ecclesia dicitur peperisse: inq̃tum ista mediãte chri
sto noscitur credidisse/ et fidem ab ea suscepisse. Sed
pro certo ista prima mulier/ id est primitiua ⁊ orienta-
lis ecclesia: ⁊ illa que primo credidit grecia/ iam effe-
cta heretica ⁊ schismatica: filiũ suũ .i. populũ suũ p
errores suffocat: filium vero viuentem /id est populũ
alterius mulieris seu ecclesie occidentalis sane credẽ-
tem: subtrahere et ad errores suos cõuertere tentat: fi-
liumq̧ suum mortuũ/ id est populũ suum hereticum
et damnatũ/ ad vbera alteri⁹ matris/ id est ad prouin
cias et terras ecclesie catholice inq̃tum potest appo-
nit et dilatat. Salomon tamen/ id est christus: gladio
sue occulte iustitie istud impedit: quia viuentez popu-
mat.8.c lum esse filium occidententalis ecclesie ostendit: ⁊ gre
A cie suum mortuum derelinquit. Unde dicitur: Sini-
Aliter te mortuos sepelire mortuos suos. ¶ Uel dic/ qꝺ ista
mulier que mortuum filium alteri voluit attribuere/
et viuentem infantem sibi ascribere synagogam vel
schismaticam ecclesiam designat: quarum vtraq̧ scz
filium/ id est populum suum /qui in veritate est mor-
tuus/ dicit viuum/ et in vita gratie constitutum: filiũ
vero seu populum alterius/ scz ecclesie catholice: qui
in veritate est viuus et sanctus/ dicit esse mortuum/ id
est incredulum et dãnatum. Ezech. Interficiunt ani-
mas que nõ moriuntur: et viuificant animas que nõ
Aliter, viuũt. ¶ Uel dic secundũ Gregorium ꝙ mater ista q̃
filium quẽ lactabat occidit / malũ predicatorẽ signifi
cat: qui scz subditos quos p doctrinaz lactauerat: in
delicijs torpens et dormiens/ per malam vitam occi-
dit et necat. ¶ Uel illud applica contra quosdam/ q̃
scelera sua alijs imponunt: et aliorum bona sibi at-
tribuũt et ascribunt: et sic filium suum mortuuz alijs
tradunt: ⁊ alterius filiũ viuentez furantur ⁊ surripiũt
Dicunt enĩ filius tuus mortuus est: meus autem vi-
Aliter uit. ¶ Uel dic ꝙ ille due mulieres sunt mundus ⁊ re-
ligio: quia scilicet mũdus filios suos per vitia suffo-
cat: religio vero viuentes et iustos seruat: mundus ta
men ad vbera ecclesie/ id est ad beneficia religionis:
filios suos mortuos/ id est peccatores ⁊ malas perso-
nas non cessat apponere: ⁊ ab ipsis vberibus viuẽtes
filios/ id est bonas personas nõ cessat subtrahere: ⁊ ip
sas ad se id est ad mundana vitia pro posse attrahere.
Quos quando habere non potest: solet eos Salomo
nis gladio id est cunctis tribulationib⁹ esse dignos
dicere. ¶ Uel dic ꝙ ad Salomonem/ id est ad prelatũ B
veniunt hodie due mulieres: vna scz ecclesia bona: q̃ Tropo-
quandoq̧ filios et subditos suos vt communiter ha- logia.
bet viuentes et bonos. Alia est carnalis affectio seu ẽt
carnalis parentela que vt cõmuniter habz filios mor
tuos/ id est ignorantes et imperfectos. Inter istas er
go magna est apud Salomonez/ id est apud prelatuz
altercatio: quia quelibet dicit filium suum viuere/ et
alterius filium mortuum esse: quia quelibet allegat
illos quos ꝓponit esse meliores / et alios deteriores/
sicut patet: quia carnalis parentela prelatorum illos
quos sibi offert/ asserit sufficientes esse et dignos. Il-
los vero quos ecclesia vel capitulum promouere niti
tur / asserit mortuos et ineptos. Ista ergo mala mu-
lier: carnis scz affectio/ vel carnalis parentela: Salo-
monis/ id est prelati: omnino ab vberibus matris al-
terius / id est a bonis bñficijs ecclesie: viuentes filios
suos/ id est bonas personas ipsius elongat ⁊ subtra-
hit: ⁊ suos malos mortuos/ scz ignorãtes nepotulos
ibi ponit. Salomon tamen/ id est sapiens prelat⁹ me-
diante gladio iustitie: debet alteri mulieri/ scz ecclesie:
filium viuentẽ/ scz bonas personas tribuere/ et ad ip-
sius bñficia seu vbera apponere: male vero mulieri/
scz carnali parẽtele vel affectioni: debet paruulos mor
tuos assignare: ⁊ eos ipsi nutriendos dimittere: vel de
eis nõ curare: dicens scz quod sequitur: Date huic in- C
fantem viuum. Hec enim est mater eius Iuxta illud: mat.8.c
Dimittite mortuos sepelire mortuos suos. ¶ Uel dic Tropo-
ꝙ ista mulier mala est diabolus: de quo scz potest di- logia.
ci illud: Breuis omnis malicia super maliciam mu- ecci.25.c
lieris. Ista enĩ est que omnes filios suos per culpam treñ.2.g
⁊ penam occidit. Unde dicitur: Nunquid comedunt
mulieres paruulos suos ad mensuraz palme: filios
vero viuentes: id est sanctos viros: qui sunt filij alte-
rius matris: scz ecclesie vel christi: sibi subtrahere ni-
titur: et eos per peccatum in filios adoptare: ⁊ vberib⁹
mundane delectationis lactare conatur: suos vero
mortuos peccatores/ id est filios sceleratos: ad vbera
alterius matris/ id est ad dignitates ⁊ beneficia ecclie
furtiue ⁊ simoniace itroducit: ⁊ sic de filijs suis filios
ecclesie facit: ⁊ de bonis filijs dei ⁊ ecclesie/ filios suos ruth.1.c
id est peccatores facere nititur et contendit: dicens ec-
clesie illud quod scriptum est: Populus meus et tu⁹
vnum sunt. Quos quando suos facere nequit tunc
saltem ipsos diuidendos p discordiam/ inuidiam et
sollicitudinem procurat: ⁊ gladio Salomonis .i. tri
bulationibus ipsos detrũcandos et affligendos pro-
clamat. Dicit igitur: Nec mihi nec tibi sit / sz diuidat
Acsi diceretur: Ex quo non potest mala mulier totum
habere nec ex toto ad peccatũ ꝯuertere: ipsum tamen
potest p sollicitudinẽ diuidere: vt quod põt/ sibi profe 2.re.19.c
cto valeat procurare: vt patet de religiosis et clericis Tropo-
in temporalibus implicitis: qui quia diuisi sunt/ par logia
tim dei et partim diaboli fiunt. Unde dicitur: Tu et medicã-
siba diuidite possessiões. ¶ Uel dic qꝺ ille mulieres tium
significant religiones mendicantes: que scilicet corã D
deo contendunt: ⁊ alie alijs se preferunt: et suos filios
viuẽtes/ et aliorum mortuos esse dicunt. Cuius scili-
cet veritatem gladius Salomonis .i. diuina sentẽtia

in iudicio cōperiet/quando singulorum meritum pa
Aliter tefiet ⁊c. ¶ Uel dic quod talis altercatio videt̃ esse in
ter mundum ⁊ religionem: quia scʒ religio dicit filios
mundi esse mortuos/et suos solos esse viuos: vt patet
de multis ꝓsumptuosis religiosis / qui omnes alios
preter suos existimant per peccatum mortuos et deie
ctos esse. Econtra vero mundus filios religionis per=
ditos et mortuos temporaliter reputat: et suos solos
in prosperitate viuere gloriatur et clamat. ¶ Uel dic
Aliter quod due mulieres sunt veritas et hypocrisis: quarũ
vna scʒ hypocrisis habet filium mortuum. i. opera vi=
tiosa: et tamen dicit et fingit se habere filium viuum.
i. opera virtuosa. Et ecōtra de veritate et iustitia: quo=
rum scilicet filius viuit. i. quorum sunt opera bona: se
pe dicitur ab ipsis quod hic dicitur: filius tuus mor
tuus est. i. qđ alia habeat opera inutilia: que scilicʒ
nulla debeant cōsequi premia. Ista igitur altercatio
modo non bene deprehenditur: quia quicquid sit vi=
uum/quid mortuum/ et que hypocrisis/que veritas/
nunc nescitur: in fine tamen scʒ in iudicio/gladius di
uine sententie istud inueniet/quando merita et deme=
1. co. 3. c rita singulorum vniuersis deus ostendet. Unde Apo
stolus: In igne declarabitur vniuscuiusꝙ opus qua=
le sit ⁊cetera.

¶ Capitulum quartum Textus: Erat aũt rex Salomon regnans super omneʒ israel. Moralitatum Capi. IIII

Duodecim duces habuit Salomon: qui per
E singulos mēses administrabant cibaria mē
Histo= se sue: ⁊ habebat Salomon equorum curri=
ria. culum/ et equestrium / ⁊ onera portantiũ in
finitam multitudinem: ⁊ ꝓcedebat sapientia omnes
orientales: fecitꝙ tria milia parabolarum/ ⁊ quinꝙ
milia carminum: ⁊ disputauit de natura arborũ ⁊ her
barum: de naturis etiam pisciũ /auium ⁊ bestiarũ: vt
dicitur in capitulo isto. Et Salomō cũ vellet edifica=
re domũ dñi: misit sibi Hyrā rex sidoniorum cedros et
abietes de libano: ꝓparauerūtꝙ biblij ⁊ artifices li=
gna ⁊ lapides ad edificādum domũ dñi: ita ꝙ in mō
2. re. 5. d te dolabātur /quadrabātur et preparabātur: ⁊ deinde
in Hierusalem portabātur/sicut hic dicit̃. Et sic actũ
Allego= est/quod dum tēpluʒ in hierusalem edificaret̃/vox se
ria. curis vel mallei non est audita: ⁊ hoc qꝛ materia ātea
fuerat ꝓparata. ¶ Reuera talis Salomō fuit Christ9
col. 2. a. qui scʒ fuit rex sapiens ⁊ pacificus /⁊ super oēs homi
Ecci. 1. a nes sapiētia insignitus. Apl's: In quo sunt oēs the=
sauri sapiētie ⁊ scientie abscōditi. Et alibi: Fons sapi=
entie verbuʒ dei. Iste igitur duodecim ꝓfectos. i. duo
decim apostolos habuit/qui sibi fide ⁊ ope seruierũt
vt mēse sue/id est fidei vel ecclesie cibos /id est fideles
ps. 127. a multiplices ministrarēt. Psal. Filij tui sicut nouelle
oliuarum /in circuitu mense tue. Tria etiam genera
equorum/idest bonorum subditoruʒ habet: scʒ equos
curules. i. religiosos: q̇ currui: id est regule sunt astri
cti: equestres: id est ꝑlatos ⁊ clericos: qui spũali mili=
tie sunt dedicandi: onera portantes/id est seculares/
F qui oneribus negociorum mundialium sunt subie=
abac. 3. cti. Unde Abacuk: Fecisti viam equis tuis: Hyrā igi=
d. tur rex gentilis gentilitatem designat: que scʒ cedros
et abietes: id ē altos ⁊ sublimes philosophos ad Sa
lomonem: id est ad christum et ad fidem ipsius: de li=
bano: id est de mundo misit: de quibus ꝓ magna par
te domus dei: id est ecclesia edificata fuit: vt patet in
cañ. 3. d. Cant. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis liba

ni ⁊c. Serui etiam ipsius regis Hyram: ligna et lapi
des: id est sanctos viros per martyria dolauerunt: et
in monte huius mundi ꝓparauerunt: ⁊ ad Salomo=
nem regem: id est Christum: in Hierusalem: id est in
paradisum celestem miserunt: ⁊ sic sibi ad edificatio=
neʒ celestis tēpli materiam preparauerunt: ⁊ eidem
obsequium prebuerunt. Unde: Constituit lathomos 1. pa. 22.
ad cedendos lapides. Et in euangelio: Erit (inquit) a.
vt omnis qui interficit vos: arbitretur obsequium se Io. 16. a
prestare deo. In Hierusalem igitur celesti: vbi chri=
stus edificat templum suum: vox securis vel mallei
non auditur: nec pena vel tribulatio sentitur: quia ꝓ
certo lapides: id est sancti qui sunt materia huius tē=
pli: prius in hoc mundo per tribulationes dolantur:
⁊ per virtutes quadrantur et sculpuntur. Igitur quā
do ibi ascendunt: nequaꝙ amplius turbabuntur: sed
in tranquillitate in dei sanctuario collocantur. Unde
Apoc. Non esurient neꝙ sitient amplius: neꝙ cadet apoc. 7.
super eos sol neꝙ vllus estus: quoniam priora transi d.
erunt. ¶ Uel ista allega contra litigiosos clericos: q Aliter
scʒ dum templum ecclesie in presenti edificatur et regi G
tur: nulla vox murmurationis aut querele: dissensio=
nis aut discordie debet audiri: sed omnia trāquille ⁊
pacifice fieri: et quilibet lapis: id est quelibet persona esa. 10. d
patienter in loco et gradu sibi debito collocari. Esa: Aliter
Non fuit qui moueret pennam: et aperiret os et gāni
ret. ¶ Uel dic quod securis et malleus significāt mi=
nistros crudeles. Ictus vero istorum significāt illa=
tas tribulationes: voces vero talium denotant terro
res et cōminationes. Quādo igitur Salomon: id est
ꝑlatus: edificat et regit templum ecclesie sibi subiecte
valde debet curare ꝙ omnia tranquille pagantur et
quod securis ⁊ malleus: id est crudelis minister ⁊ offi
cialis ꝓcul tollatur: ⁊ quod vox et ictus omnis tribu
lationis ⁊ turbationis talium ibi nullatenus audia=
tur: nec aliqua crudelis exactio simplicibus inferat̃.
Unde Iob: Uincti pariter sine molestia: nō audierũt iob. 3. c.
vocem exactoris. Hyram rex gentilis administrauit Ca. 5. b.
materiam salomoni ad templum edificandum: Sa=
lomon vero oleum et triticum sibi dabat: et domũ ip=
sius nutriebat: serui etiam Hyram cum seruis Salo=
monis templum edificauerunt: ligna et lapides pa=
rauerunt. ¶ Hyram est mundus: Salomō est christ9: Mora=
quia vere mundus: administrat christo materiam: id litas
est personas de quibus tēplũ ecclesie cōstituitur: Sa
lomon vero/id est christus/administrat mundo ciba
ria idest triticũ doctrine/⁊ oleum gratie ⁊ misericor=
die: quibus mundus spiritualiter alimentatur: serui H
vero Hyram et salomonis. i. serui mundi et christi. i.
homines boni ⁊ mali passim templũ edificant eccle=
sie: inꝙtum cum seruis christi multi hypocrite ⁊ mali phil. 1. c
verbum dei predicant atꝙ docēt. Uñ Apl's: Quid in 2. ti. 2. c
quit dum omni modo siue per occasionem siue ꝑ ve=
ritatem christus annũciatur. Unde idem dicit/ꝙ in
domo magna non solum sunt vasa aurea et argentea
sed etiam lignea et fictilia.

¶ Capitulũ sextũ Textus: Factum est ergo quadrigentesimo et octogesimo anno egres sionis filioruʒ israel. Moralitatũ Ca. V.

Edificauit Salomon domum domini de do=
latis lignis et sectis lapidibus: ⁊ distinxit eā Histo=
in tres distinctiones: in altum/quātum infe= ria
rior domus in duo diuidebatur/scʒ in interi
ori oraculo et exteriori domo. Sic igitur factũ est/ꝙ
omnes

omnes parietes tēpli inferioris tabulis cedrinis/pa=
uimentuz vero abietinis operiebatur: ⁊ desuper tabu
las laminis aureis omnia per circūitum tegebantur
nihilqꝫ erat in templo quod non auro vndiqꝫ tegeretur.
fecit quoqꝫ Salomon anaglipha/id est celaturas et
tornaturas in tabularū iūcturis: vt nec quidem ali=
qua rima seu distinctio deprehendi posset. In medio
vero tabularum sculpsit imagines prominentes: scilꝫ
Mora= cherubin atqꝫ palme. ¶ Sic vere quando verus Sa=
lias. lomon de9 templū ecclesie facere voluit: ipsūqꝫ de lapi
dibus sectis ⁊ quadratis .i. de personis sanctis/forti
bus ⁊ solidis edificauit. Templū enī illud de quadru
plici materia constabat: scꝫ de lapidibus sectis ⁊ tabu
lis cedrinis: abietinis et laminis aureis. Sic vere ec=
clesia christi habuit viros scilicet martyres: qui per
martyria fuerunt secti tabulas cedrinas/id est con=
fessores/qui per contemplacionem fuerunt alti: ⁊ qui
per virtutes fuerunt sculpti: tabulas abietinas/ que
minoris sunt valoris id est bonos seculares: qui ī pa
uimēto id est in īfimis in mundo fuerunt positi: la=
minas aureas .i. doctores/qui splendore sapiētie fue/
runt lucidi: in quibus scꝫ omnib9 erāt virtutum ima
gines/picture ⁊ scientiarum characteres/scripture et
concordie/ligamina ⁊ iuncture: quia scilicet inter ta
bulas templi/⁊ inter personas ecclesie anaglipha/id
est tornature erant charitatis: que nullam rimā dis=
Iob.41. sensionis aut discordie apparere permittebant. Un=
b. de Iob: Una vni coniungitur: ⁊ nec spiraculum qui=
dem incedit per eas. In ipsis etiam debent sculpi in/
ter cetera due speciales figure: scilicet palma/ que si/
gnificat victoriam: ⁊ cherubin quod significat scien=
tiam: quia scilicet cherubin interpretatur sciētie ple=
nitudo: ad denotandum quod omnes persone eccle=
sie et fideles debent habere palmā/id est vite perseue=
Apoca. rantiam ⁊ victoriam/discretionem/scientiam ⁊ sapi=
7.c. entiā. Unī Apocal. Amicti stolis albis/et palme ī ma
nibus eorum. Et breuiter in templo isto non debet es
se aliqd quin auro charitatis et sapientie vestiatur:
vt sic tam tectum/qꝫ parietes ⁊ pauimētū: id est taꝫ su
periores quam mediocres/qꝫ etiam inferiores fide et
Apoca. moribus splendere videantur. Apoca. Ipsa ciuitas
21.f. aurū munduꝫ. Tres autem partes habuit istud tem/
plum: quia ecclesia tres speciales habuit status: pre=
latorum scꝫ/coniugatorum ⁊ continentium seu eccle
B siasticorum: qui etiā in duos status subdiuiditur: sci
licet in sancta sanctorum et in sancta/id est in ecclesiā
regularem et secularē. Isti enī sunt tres status saluā=
Ezech. dorum: qui in Noe plato/ Iob cōiugato/et Daniele
14.a. continēte significantur. Ideo bene potest dici illud
Geñ. Uidit puteū in agro/tresqꝫ greges ouiuꝫ accu/
Gene. bantes. Quod autē tēplū in monte fuit factū: fuit ad
29.a. denotandū qꝫ ecclesia Christi sursum in monte para=
disi debet mētaliter manere ⁊ manentem ciuitatē hic
non querere/sed de futura potius cogitare dicēs illō
Phil. Apl'i: Nostra conuersatio in celis est. ¶ Uel dic qꝫ
3.d. templū est anima: cuius tres partes sunt tres poten=
Alter tie: scꝫ rō/ memoria ⁊ voluntas. Una vero istarū scili=
cet ratio/duplex est: quia scꝫ est dare rationē superio=
rem et inferiorem/et intellectum speculatiuum et pra
Tropo cticum. Componi igiť debet istud tēplū cōsciētie vel
logia. anime ex lapidibus quadratis/id est ex constātie sta
Esa.54 bilitate cōstare. Unde Esa.釋 Sternā per ordinem lapi=
des tuos et tabulas ex cedrinis/id est ex cōtēplatio=
Ezech. nis sublimitate: quia cedrus alta libani. Unde dicit
27.a. Ezech. Cedrum de libano tulerunt/vt facerēt tibi ma
lum. Malus enī nauis/altitudinem comtēplationis
designat: ex tabulis abietinis .i. ex iustitie rectitudi=
ne seu equitate: abies enī arbor est rectissima. Unde Ibidē.
Ezech. Abietes de sanir dolauerunt in remos tuos.
Ex laminis aureis id est ex sapientie claritate. Idem: Ezech.
Aurū opus decoris tui. Debet etiā esse in mōte/id est 28.c.
in paradiso p affectionē. Psal. Quis ascēdet in mon Psal.
tē dñi: Debet habere celaturas ⁊ sculpturas/id ē mul 23.a.
tiplicitatē virtutū ⁊ perfectionem: inter quas scilicet
spūaliter debet habere imaginem cherubin/id est sci
entiā ⁊ discretionē: et imaginē palme/id est pseueran
tiā ⁊ consūmationem. Et breuiter nihil in ea debet es
se/quin totū auro tegať p splēdidā cōuersationē: ⁊ sic
diceť de ea illō Apl'i: Templū dei sanctū est/qꝫ estis 1. Cor.
vos. Qui igitur templum dei violauerit/destruet il= 3.d.
lum deus. In interiori oraculo facta sunt duo ostia ꝺ
lignis oliuarum: ⁊ sculpta erāt in eis cherubin ⁊ pal
me: que omnia auro cooperta erant. Postes autem
ostiorum quinqꝫ angulos habebant. Quia per tem=
plum ecclesia intelligiť: bñ vř qꝫ p domū exteriorē que
erat maior/intelligitur status laicorum. Per interi9
vero oraculum designatur status et congregatio cle
ricorum. Ostia igiť istius oraculi/ p̄latos significāt
per quos alij ad fidem ⁊ ad ecclesiā/necnon ad eccle=
siastica beneficia intrant. Unde dicitur: Ego suꝫ osti Ioan.
um: Qui non intrat p ostiū in ouile ouiū/sed ascēdit 10.b.
aliunde (sicut faciunt simoniaci ⁊ intrusi) ille fur est
⁊ latro. Uideamus igiť qualia debeant esse ostia do=
mus dei/ scꝫ prelati. Dico igiť qꝫ debent esse duo: qꝛ
debent esse combinati per charitatē: debent esse de li=
gnis oliuarū: quia oleū elemosynarū debent funde=
re per pietatem: habere postes cū quinqꝫ angulis id=
est virtutes que faciunt quinque sensuum discretam
sagacitatem ⁊ continētiam: debent habere cherubin
id est scientie plenitudinē: debent habere palmas/id
est victorie ⁊ perseuerantie longitudinē: debent ha=
bere anaglipha seu celaturas id est virtutū pulcritu=
dinem: debētqꝫ ad modū ostij esse volubiles per dili=
gentie sollicitudinē: et per omnia debent esse cooper D
ti spirituali auro per splēdidā cōuersationis sanctita
tem: qꝫuis ꝓh dolor hodie multi magis conentur se
cooperire auro naturali per auaricie turpitudinem:
Unde supra ibidē diciť: qꝫ nihil erat in templo quod
non auro tectū erat. Ideo de talib9 ecclesie ostijs seu Ezech.
prelatis potest dici illud Ezech. Bina ostia erant in 41.d.
templo: et in ipsis ostijs celatura erat cherubin ⁊ scul
pture palmarū. ¶ Uel si vis oīa ista expone de predi= Tropo
catorib9/quibus mediantibus ad mores ⁊ ad fidem logia.
intrať: ⁊ de sacerdotibus ⁊ rectoribus/per quos laici
ad sacramenta ecclesie admittūtur. Domus etiā exte
rior tēpli duo habebat ostia de lignis abietinis: que
habebant postes de lignis oliuarum cū quatuor an=
gulis quodlibet vero illorū ostiorū erat duplex: et se
inuiceꝫ tenēs aperiebatur: ipsaqꝫ ostia auro ope qua=
drato ad regulā operibanť: ⁊ palme ⁊ cherubin ī eis
sculpebanť. Quia sicut dictū est/domus tēpli exteri=
or statū laicorū designat: ideo bene possunt per ostia
domus huius seculares principes ⁊ iudices denota=
ri: qꝛ reuera isti debent esse duo p cōmunē sui ⁊ aliorꝫ
diligētiam: qꝛ scꝫ non debent esse vnus scꝫ toti sui per
proprij lucri auariciā/et per singularitatis parsimo=
niam. Debet etiam esse quilibet duplex/per dei et
per christi charitatem binariam: ⁊ debent se inuicem E
tenere per pacē/amorem et concordiam: et ad se inui= Ezech.
cem conuerti et applicari per mutui adiutorij conue 41.

nientiā. Unde Ezech. Ab vtraq; parte bina erāt osti-
aria/que in se inuicem applicabātur. Isti igit̃ debent
esse de lignis abietinis/que sunt recta: quia debent
in se habere postes oliuarū: que significāt pietatis ⁊
misericordie dulcedinē que quatuor debēt habere an
gulos/id est constantie et stabilitatis quadraturam
et fortitudinem. Res em̄ quadrata non faciliter vol/
uit̃: sic vere nec prudens homo faciliter a verbo vel a
proposito suo mutatur: nec prece nec precio/ aduersi-
tate vel prosperitate/adulatione vel detractione a re/
ctitudine variat̃. Et ideo tale ostium/id est talis supe
rior opere quadraro ad regulam dicitur formatus:
ad denotandū ꝙ ipse debet esse per constantiaʒ qua-
dratus/et per tēperantiā regulatus. Unde apoca. Ci
uitas in quadro posita est. Operiātur isti auro/id est
Apoc. 21.c. honeste cōuersatiōis fulgore: sculpātur imagine che
rubim/id est scientie splēdore: et decorentur pictura
palme/id est perseuerantie seu victorie potentia vel vi
gore. Apoca. Palme in manibus eorum. ¶ Uel om
Apoca. 7.c. nia ista potes allegare de quolibet viro regulato cha
ritate: pro iusto ad alia dilata/vt supra. ¶ Hic dicitur
Aliter ꝙ in templo erāt fenestre oblique: que exterius erant
Eodem ca. a. stricte/interius vero late: ꝓpter palme interius rece-
ptū dilatabatur: et multo plus ꝙ̄ videret̃/intus de lu
mine fundebat̃. ¶ Sic vero dico/qꝺ in tēplo ecclesie
Moralitas. f illi qui sunt prelati supiores/vel illi qui sunt fenestre
per quas templum illuminat̃: vt predicatores/docto
res/⁊ ceteri debēt exteri⁹ quo ad aspectum exterioreʒ
esse stricti: interius vero quo ad aspectū bonorū spi-
ritualiū debēt esse lati ⁊ obliqui. i. occasionaliter lux
bonorum exēplorum suorū templū ecclesie illumina
bit: ⁊ oblique. i. inductiue ⁊ circūstabiliter lux suoruʒ
documentorū alios spūaliter illustrabit. ¶ Uel dic
Aliter. ꝙ fenestra/id est ingressus in templū paradisi primo
est artus/deinde latus: qr arta est via que ducit ad vi
Mat. 7.b. tam: et ideo obliqu⁹ pōt dici/pro eo ꝙ cū difficultate
potest intrari. ¶ Uel dic ꝙ ingressus in tēplum eccle-
sie/vel ad ecclesiastica beneficia/strictus ⁊ difficilis est
Aliter in principio. Postꝙ̄ autē homo introierit gaudios⁹
est et latus: ⁊ ideo obliquus dicit̃: quia ꝑ multas cir-
Aliter cumuolutiones et circūstantias ibi subintrat̃. ¶ Uel
dic de fenestra cordis/que debet esse stricta ad exterio
ra/lata vero ad interiora: qr parum ⁊ stricte debet ex-
teriora diligere/⁊ de ipsis accipere: late vero ⁊ humili
ter debet ad cōsiderationem suorū interiorum se dila-
tare/⁊ oblique circuire: id est per cōsyderationes di-
uersas debet lucē gratie in templum cōscientie intro-
ducere ⁊ plus ꝙ̄ appareat debet de isto lumine possi-
Aliter dere. ¶ Uel dic qꝺ fenestre ille sunt religiosi: qui scʒ a
parte exteriorum et mundanorum se debent strictifi-
care: a parte autem interiorum: scʒ quantū ad illā que
ad religionē et dei cultū pertinent/ se debent spūali-
Psal. 17.c. ter dilatare. Psal. Eduxit me in latitudinē: saluū me
fecit/qm̄ voluit me. ¶ Uel dic qꝺ tales fenestre sunt
Aliter G maliciosi et iniusti iudices: qr ꝓ certo isti a pte alioꝝ.
i. a pte ꝯmodi exteriorū subditorū sūt stricti: qr scʒ/ꝺ il
lis parū curant: a parte tn̄ interiorum/id est quantuʒ
Abac. 2. a. ad propriam vtilitatem lati sunt: qr scʒ ad oīa deuo-
randa ꝑ rapinā ⁊ auariciā se dilatāt. Unde Abac. Qui
dilatauit quasi infernus animā suā: et ipse q̄si mors/
Eodem ca. a. et non adimpletur. ¶ Trabes tēpli exceptis solis ca
pitibus exterius nō apparebāt: latebant em̄ interius
infra domū/⁊ auro vndiq; tecte erāt: parietes etiā ta-
Moralitas. bulis cedrinis tegebant̃: ita ꝙ de lapidibus parietū
nullus penit⁹ videbat̃. ¶ Trabes que sursum in edifi

cio sunt suspense/⁊ de parietē in parietē ꝓtense: signi-
ficāt viros cōtēplatiuos. in altū/id est in paradisum
per affectionē suspēsos: ⁊ per charitatē ad vtrūq; pa-
rietē ad deum et ad proximū extēsos. Unde dicit̃: At-
tingit a fine vsq; ad finē fortiter ⁊c. Parietes vero si/
gnificant bonos subditos vel actiuos: qr reuera taʒ Sap. 8. a.
de istis parietibus ꝙ̄ trabibus/id est de istis contem-
platiuis vel actiuis/religiosis vel clericis superiori-
bus vel subditis: nullus debet bona sua exterius per
inanē gloriā ꝓpalare: sed poti⁹ virtutes suas/sanctā-
q; affectionē suam debet ab aliorū visibus abscōdere.
Un̄ Apoca. Beatus qui custodit palliū suū ne nud⁹ Apoca. 16.c.
ambulet. Sola em̄ capita id est bona exteriora: eoruʒ
opera: ⁊ tabule cedrine q̄ sunt imputribiles. i. verba
indefectibilia ⁊ honesta debent apparere: lapides. ve
ro: id est interiores ⁊ fortiores virtutes: q̄ magis sunt
speciales: debent oculos hominū fugere ⁊ latere. Un̄
dicit̃: Attēdite ne iustitiā vestrā faciatis coram homi Mat. 6. a.
nibus vt videamini ab eis. ¶ Cū tēplū habeat tria ce
nacula seu interstitia: sic fiebat ꝙ ꝑ cochleā ascende- H Eodem
batur de inferiori ad mediū: ⁊ de medio ad tertiū vel ca. b.
ad supremū. Est autē cochlea via vel scala gradualis
circūuoluta ⁊ tortuosa: que scʒ vitis dicit̃: que occul/ Anagogia.
ta erat in parietib⁹: ⁊ solum ostiū videbat̃. ¶ Sic ve-
re cum tēplū ⁊ ecclesia in suo vniuerso habeat tres sta
tus: scʒ inferiorē: qui est vita presens: medium: qui est
status anime sepate: post mortē vltimū et superioreʒ
qui est status hominuʒ post resurrectionē: id est post
resumptam corporum stolā: sic est ꝙ ꝑ cochleā purga
torij: cuius scʒ sola ianua/videlicet mors ꝑ quam ibi
intrat̃ est nobis nota. Ipsa ṽo via qualis est: dubita
mus ⁊ ambigimus: circūuoluta est nobis penitus ⁊
ignota: ⁊ iuncta de inferiori ad mediū. i. de statu mor
talitatis ad statum beatitudinis animarū ascendit̃ ⁊
tandem per resurectionem corporū de isto medio ad
tertium peruenit̃. Unde Hiere. De mōte in collē trās/ Hiere. 50.b.
ierunt: obliti sunt cubilis sui id est mūdi. ¶ Uel dic
ꝙ cum istud templū ecclesie militantis tres habeat
partes: scʒ statuʒ incipientium: ꝓficientium et perfe- Aliter
ctorū: cōstat ꝙ mediante cochlea virtutū ⁊ bonorum
operū: cuius scʒ ianua est baptismus vel penitentia/
que cunctis patet: de vno ad aliū ascēdimus: ⁊ de in-
ceptione ad perfectionis cumulū ꝑuenimus. Psal.
Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachryma Psal. 83.b.
rum. Uel dic ꝙ cum ecclesia habeat tres ptes: scilicet
illos qui hic sunt in miseria: et illos qui sunt in pur-
gatorij angustia: et illos qui sunt superius in celesti Aliter
leticia: sic est ꝙ per cochleam ꝑfectionis: vbi scilicet A
sunt multe reuolutiones: multi gradus: multe virtu
tes: que tamen ab oculis aliorū debēt esse abscōdite ⁊
ignote: de isto infimo ad mediuʒ: de mundo ad pur-
gatorium: de purgatorio ad paradisum debet quili- Ps. 83. b.
bet peruenire. Psal. Ibunt in virtute ad virtutē: vide
bit̃ deus deorum in sion. ¶ Uel dic ꝙ cochlea signi-
ficat dei prouidentiam: que reuera multis circunuo- Aliter
lutionibus nobis est ambigua: ⁊ aspectibus huma- Anagogia.
ne noticie multū incognita ⁊ ignota. Apls: O altitu
do diuitiarū sapientie ⁊ scientie dei: ꝙ̄ incōprehēsibi Roma. 11.d.
lia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius. Solū
enim ostium illius cochlee: id est soluʒ quedā exterio
res cause: vel occasiones diuinoꝝ iudiciorum nobis
apparent. Que sunt autē interiores vie vel cause: vel
quot et quantis circunstantijs illud agatur de tem-
plo ecclesie militantis: quantū ad interstitia seu gra-
dus ꝓmotionū: siue agat̃ de templo conscientie ꝙ̄tū
ad gradus

ad gradus virtutum ⁊ perfectionū: siue agaꝶ de tem-
plo celestis patrie quantū ad gradus saluationū: istō
est verum qꝺ sola cochlea/id est sola diuina ꝓuiden-
tia ⁊ gratia est via per quam ascenditur. Et queritur
quomodo de vno statu ad alium ⁊ de imo ad supre-
mum veniꝶ: qꝛ scꝫ nullus est qui temporaliter siue spi
ritualiter possit ascendere/nisi inquantū occulta dei
prouidētia decreuerit viam dare. Unde dicitur. Ego
Joan. 14.a. sum via/veritas et vita. ¶ In templo facta sunt tria
tabulata seu deambulatoria circūquaqꝫ: et in quoli-
Ca. vij. bet facte sunt luricule/id est appodiatoria: in quibus
B possunt inniti inferius respicientes: sicqꝫ erat ſm Be
Chryso- dam/ꝙ superius medio et supremo erat latius: supre
sto- mum vero ceteris erat strictius et breuius. ¶ Sic ve-
ma. re cum in ecclesia sint plures perfectionis gradus: vt
Allego- pote iferior: i quo significaꝶ mūd9. Medi9 i quo desi
ria. gnatur status ecclesie. Et superior in quo designatur
status religiosorum. Istud debet esse/ꝙ quanto sta-
tus est supior/tāto dꝫ esse/strictior et artior: ⁊ quanto
homo vult ad superiorem perfectionis statum ascen
dere/tanto debet artiorem vitam ducere ⁊ tenere. Nō
etiam ad illos qui ad gradus honoris ascendunt/re-
ferri potest: qꝛ ꝓ certo quanto altiorē gradū in eccle-
sia obtinent/tanto per strictius deambulatorium/id
est per artiorem penitentie viam deambulare debent
vt sic in mundo qui inferior est/sit vita latior: in eccle
sia strictior/in religione vero ⁊ in prelatura artior.
In quocunqꝫ deambulatorio seu statu debent esse lu
ricule/id est appodiamenta spei et fiducie/quib9 ho-
mo innitatur: ne per peccatum et desperationem cor-
ruere compellatur. Sed pro certo videꝶ ꝙ tēplū mo-
dernum in contrarium versum est: qꝛ scꝫ iferiora sunt
strictiora ꝙ̃ media/et media ꝙ̃ superiora: laici plus
ꝙ̃ clerici/clerici plus quam religiosi vel prelati. Qui
immo quanto in ecclesia ascendiꝶ altius/tanto ibi vi
nitur lautius atqꝫ letius. Unde istud est hodie tēplū
illud quod vidit Ezechiel: Itaqꝫ in superioribus la-
tius erat templū. ¶ Uel dic ꝙ de illo templo Ezechi-
el: potest dici qꝺ templū ecclesie strictū sit ħ in hac
Ezech. vita per tribulationes: sursum vero in patria latum
41.b. erit per consolatiōes. ¶ Malleus et securis nō sunt
Aliter audita in templo cum edificareꝶ ⁊c. Unde supra: Pa
Eodem uimentum et parietes de triplici constabant materia
ca.a. scilicet de lapidibus tabulis ligneis ⁊ auro. ¶ Sic ve
ro iusti ex tribus constare debent: scilicet ex lapide. i.
Mora- ex fidei soliditate: ex tabulis: id est ex spei sublimita-
litas. te: ex auro: id est ex charitatis ꝑciositate. Apl's: Nunc
autem manent tria hec: fides: spes ⁊ charitas: ma-
ior em̄ horum est charitas/ ¶ Tēplum in longitudi-
ne duas partes habebat: scꝫ priorem ⁊ communiorē:
1 Co.13. b. que erat ad orientem: posteriorem et secretiorem: que
erat ad occidentem. Per partem enim orientalem in
Eodem primā domum egrediebaꝶ: et deinde in sanctuarium
ca. id est in domum occidentalem/vbi erat archa: altare
cherubin: et vbi ꝓpitiatorium accendebatur: ⁊ vna
Chryso- domus ab alia per quendā ligneum parietꝫ diuide-
sto- ma. batur. ¶ Sic ꝟo dū ecclesia: habeat duas partes: sci-
licet militantem et triumphantem. illud est verum ꝙ
Allego- in oriente: id est pro tempore huius vite est prima do
ria. mus scilicet ecclesia militans: tandē vero in occiden-
te: id est in tꝑe post mortem succedit preciosuꝫ sanctu
ariuꝫ paradisi: scilicet ecclesia triumphans. Ideo de
illis duabus maneriebus potest intelligi illꝺ Psal.
Psal. 41.b. In die mandauit dominus misericordiaꝫ suā: et no-
cte canticuꝫ eius. Ac si dicat: In die presentis vite de

bet acꝗ̃ri misericordia et gratia in ecclesia militante.
In nocte vero vel in occidente mortis percipieꝶ can-
ticū et gloria in ecclesia triumphante. ¶ Fecit Salo- D
mon in oraculo duo cherubin de lignis oliuarū: que Eodem
habebant decem cubitos in altitudine: ⁊ decē in lati ca.
tudine. Quelibet enim ala cuiuslibet quinqꝫ cubitos
habebat: ⁊ sic alaruꝫ extensio decē cubitorū erat. Po
suit igitur cherubin in medio oraculi: ita qꝺ quelibꝫ
cherubin vnam alam vsqꝫ ad parietem oraculi protē-
debat. Alia vero ala alter alterum contingebat. Op9
autē vnum in duobus cherubin: ita ꝙ quilibet in om
nibus alteri similis erat: ⁊ vnusquisqꝫ faciem suaꝫ ad
domum alterius vertebat. ¶ Ista possunt applicari Tropo-
ad viros scientificos ac perfectos: a salomone: id est logia
a deo ⁊ oraculo ecclesie constitutos: ⁊ maxime ad ec-
clesiasticos ⁊ prelatos. Cherubin em̄ iterpretatur ple
nitudo scientie. Dico igitur ꝙ isti debent duo esse ꝑ
mutuam charitatem: de lignis oliuarum/ per dulcis
simam pietatem: alter alteri similis per morum con-
formitatem/⁊ per abdicatam omnē cerimonicā sin-
gularitatē: debet alter alterū attigere/ꝑ concordiam
⁊ vnitatē. Parietes. i. socios ⁊ vicinos debēt contin-
gere/per amicitiam ⁊ liberalitatē: et vultū suum. i. cō
siderationem ⁊ curā suā debent ad exteriorē domum:
id est ad populū vertere per boni regiminis executio
nē: seu orationem seu predicationem. Auro vero de-
bent esse cooperti: per bonam et fulgentē conuersati
onem: et sic habebunt in latitudine decē cubitos/id
est decem preceptorum complementum ⁊ perfectio-
nem. In altitudine vero eterne sublimitatis finali-
ter habebunt decem cubitos/id est denarium retribu
tionis superne ⁊ ita isti cherub dicetur illud: Plen9
sapientia ⁊ perfectus decore in delicijs paradisi dei
fuisti Sequitur. Aurum opus decoris tui: cherub ex E
tentus et protegens posui te in mōte sctō dei. ¶ Uel Eze.28.
dic ꝙ due ale viri perfecti: maxime boni et scientifici c.
prelati sunt vita contemplatiua et actiua. Ala que cō Tropo
tingit parietem/id est deum/est cōtemplatio: que sci- logia.
licet quinqꝫ habet cubitos: qꝛ scꝫ contemplatio seu cō
syderatio consistit in quinqꝫ: scꝫ in meditatione sui
mundi/iudicij/inferni et paradisi. Sui: ꝙ̃ vilis in in-
gressu ꝙ̃ miser in ꝓgressu/ꝙ̃ flebilis in egressu. Item
ꝙ̃ ipugnatus a demonibus/ꝙ̃ lacessitus tentationi-
bus/ꝙ̃ allectus delectationibus/deiectus tribulatio
nibus/ꝙ̃ implicatus criminibus/depauperatus vir
tutibus/irretitus malis consuetudinibus. Mundi
etiam: scilicet ꝙ̃ fallax/ꝙ̃ vanus/ꝙ̃ instabilis/ꝙ insa
nus: iudicij/ꝙ̃ terribilis: inferni ꝙ̃ tristabilis: paradi
si/ꝙ̃ consolabilis ⁊c. Dic de quolibet circunstantias:
vt sic de istis quinqꝫ cubitis/scꝫ quinqꝫ pennis illius
ale posset dici illꝺ Exo. Facies altare holocausti qnqꝫ
cubitorum. Holocaustum quasi totum incensum si-
gnificat contemplationem seu contemplatiuam vi- Exo.38
tam: in qua scꝫ homo totū seipsum offert. Ala autem a.
qua cherubim contingit aliud cherubin socium suū
significat vitā actiuam: qua scꝫ alius alterum perfi-
cit: ⁊ qua alter cum altero iuste viuit: et qua hō proxi-
mum suum spūaliter ⁊ tꝑaliter diligit atqꝫ tangit: et
illa quinqꝫ habet cubitos seu pennas. Prima est do-
cere. Secunda est corrigere: Tertia nutrire. Quarta
consolari Quinta supportare. Ala igitur actiue vite F
seu etiam superni amoris cum istis pennis ad proxi-
mum debet volare/⁊ ipsum quintupliciter tangere ⁊ Joan.
iuuare. Unde bene diciꝶ: Est puer hic qui habet quiqꝫ 6.a.
panes hordeaceos. ¶ Uel dic quod duplex ala est du

plex charitas/dei scilicet ⁊ proximi: quia scȝ ala qua
diligimus deum/habet quinq; pennas: ⁊ inquantuȝ
scȝ deus a nobis diligitur propter quinq;/ scȝ ꝓpter
Aliter vulnera quinq; q̄ ꝓpter nos tulit. ¶ Uel ꝓpter q̄nq;
beneficia que nobis contulit: que sunt creatio/redē-
ptio/a pctō conuersio/culpe remissio/ glorie cōcessio
Ala vo charitatis superne habet alia quinq;/que su
Come- perius sunt dicta ⁊c. Et sic vide de cherubin Exo. xxv.
stor. vbi multa dixi. ¶ Hic ponit Comestor/ꝙ latomi quē
Histo- dam lapidē quē habebant multotiens voluerāt po-
ria. nere in diuersis locis tēpli: sed virtute diuina sic fie-
bat/ꝙ lapis ille in nullo loco poterat adaptari: qȝ cō-
tingebat illum lapidem maiorem vel minorem vel in
compositiorem inueniri: quapropter ad partē fuerat
reiectus: ⁊ ab edificatoribus reprobatus. In fine tm̄
cū murus ⁊ paries tēpli ꝑficeret/et in superiori angu
lo deficeret lapis vnus: tētauerunt magistri/si forte il
le lapis qui totiens fuerat reprobatus/ibidē aliqua-
liter conueniret. Quod vtiq; cū grādi oim admira-
tione contigit: qȝ scȝ ille lapis conuenientissime fuit
situs/acsi factus fuisset ex certo proposito/in illo su-
Mora- periori angulo positus ⁊ adaptatus. ¶ Illud expo-
litas nitur de christo tam historice q̄ ꝓphetice. Historice
eni̅ christus exponit hoc de seipso impletum fuisse:
H vbi dixit iudeis/se esse lapidem reprobatū/⁊ tm̄ in an-
Mat. gulo constitutum: qȝ pro certo isti qui tūc erāt artifi-
21.d. ces tēpli/ synagoge scȝ pharisei et principes iudeorū
qn̄ viderunt istū lapidē viuum/scȝ christū deum ⁊ ho
minem: ipm̄ statim repudiauerunt et ad nullum bo-
num opus vtilem iudicauerunt: sed ipm̄ et fidē eius
penitus reprobauerunt: ⁊ tm̄ ille cōtra spē oim nutu
dei factus est lapis angularis/ cōsummator tēpli ec-
clesie dei: duos parietes in vnum angulum/id est du-
os populos in vnam fidē colligās: ⁊ ipsum tēplum
ecclesie cui residet ornās/perficiens ⁊ cōsummās. Cre
diderunt eni̅ iudei/ꝙ qn̄ christum repudiauerunt et
occiderunt/ꝙ de ipso amplius mētio non fieret. ⁊ qd̄
nomen eius eo mortuo deperiret: ⁊ tamē in capite ec-
clesie ipse positus/et totius religiōis et gratie caput
factus est. Unde dicitur: A dn̄o factū est istud: et ē mi
rabile in oculis nostris: Lapidē quē reprobauerunt
edificantes ⁊c. ¶ Uel dic mystice ꝙ artifices seu edi-
Ps.117 ficatores templi/ecclesie vel patrie: significant prela-
c. tos/principes/iudices ⁊ magistros: qȝ reuera sepe fit
Tropo ꝙ qn̄ aliqs lapis alicubi est locandus: vt pote qn̄ va-
logia. cat aliquod beneficium vel officium ad manus eorū
venit aliquis lapis/id est aliqua persona bona que
eis presentatur/vel de qua fit eis mentio specialis: ꝓ
certo locū ꝓ ipso nunq̄ reperire poterūt: ipsosq; nūq̄
congruos vel vtiles pro aliquo beneficio reputabūt
sed potius postponunt et reprobant: et alios minus
idoneos ꝓmouebunt: ⁊ in edificatione ecclesie collo
H cabunt: Quis illud ex malicia faciant/ deus tamē oc-
culte illud vult et permittit fieri: qȝ ordinat talem sic
Job .12 reiectū ad melius tempus reseruari: iuxta illud Job
a. Deridetur iusti simplicitas/lāpas contēpta apud co
gitationes diuitum parata ad tēpus statutuȝ. Quid
ergo? Proculdubio sepe fit ꝙ tādem contra spē oiuȝ
solo nutu diuine ꝓuidentie/locus illius lapidis sic
reiecti aduenit: et ꝙ in angulo superiori/id est in offi-
cio vel beneficio excellentiori: ab edificatoribus/ id-
est electorib9 ⁊ ꝓmotorib9: ꝓ lapide angulari/id est ꝓ
prelato constituit: ⁊ tunc magna admiratione oium
Ps.112. ad statum arduū promouet: ⁊ qui ab omnibus cōtē-
ptus ⁊ reiect9 fuerat; super oēs sublimat. Psal. Sus-

citans a terra inopē: ⁊ de stercore erigēs pauperē: Ut
sedeat cū principibus. Fatui igitur sunt qui bonas ꝑ
sonas nituntur reijcere ⁊ cōtēnere: qȝ nesciūt quid de
ipsis deus decreuit ordinare. Et sepe fit ꝙ ille qui am
plius calcat et reprobatur: magister reprobantiuȝ se
pe efficit: et sup eos dn̄s exaltatur. Unde dicit: Ocu-
lus dei respexit pauperem: et erexit eū ab humilitate Eccli.11.
ipsius: et exaltauit caput eius: ⁊ mirati sūnt multi: et b.
honorificauerunt eum. ¶ Uel si vis: dic ꝙ aliqui la-
pides: id est aliqui homines sunt ita proterui in pri- Aliter
cipio: ꝙ ad nullum bonum sunt vtiles: nec ad aliqd̄
officium vel beneficium sunt habiles: quinimmo ne
cesse est ꝙ ab artificibus: id est a prelatis reprobent:
⁊ pro nihilo inter alios computentur: qui tamē qn̄q;
nutu dei taliter conuertunt: ꝙ finaliter in tēplo reli-
gionis vel ecclesie in angularē lapidem .i. in prelatuȝ A
vel dominum ꝓmouentur: vel saltem ꝙ ꝑsona bona
⁊ solennis efficit: ita ꝙ lapis angularis apud alios
reputetur. Allega vt supra:

¶ Capitulum septimuȝ Textus: Domum aūt suā edificauit salomon tredecim annis Moralitatum Ca.VI.

FEcit Salomon porticū ante faciē templi su
per colūnas ereas constitutum. inter quas
due erant columne eree ceteris eminentio-
res: que in altitudine vigintiocto cubitis ꝓ
tendebantur: ⁊ inferius basibus ereis sustentaban-
tur. Habebāt desuper erea epistilia: a quibus per gy-
rum dependebant ducenta malogranata: super epi-
stilia vero erea capitella quinq; cubitorum collocabā
tur: q̄ vndiq; lilijs ereis coronabantur. Latera autem
columnarū ⁊ epistiliorū retibus ⁊ catenulis ereis vn
diq; dependentibus ad ornatū cingebantur. et linea
duodecim cubitorum colūna quelibet ambiebat: et
altera columna alteri similis in oib9 habebat. Una
aūt earum iachin. i. firmitas: altera vero booz. i. ro-
bur appellabatur: ⁊ inter duas istas in porticum seu
in atriū intrabat. In quolibet aūt capitello colūne
septem versus scripturarum in circūitu sculpti erant Anago
que colūne cacumen ornabant. ¶ Templum signifi- gia.
cat ecclesiam triumphantem. Porticus vero qui an-
te est: significat ecclesiam militantem. Cum enim in
isto porticu fuerint multe columne. i. multe bone per
sone ad sustentandum ecclesiam constitute: inter ce- B
teras fuerunt due principales: petrus scȝ ⁊ paulus: vl̄
simon ⁊ iudas: vel quicunq; duo sancti: de quibus in
simul predicetur vel solennizet. Uel etiaȝ generaliter
quicunq; boni prelati ⁊ ꝑfecti: qui scȝ duo fuerunt ꝑ
binariā charitatem: inuicem similes ꝑ morū cōmunē
cōformitatē: q̄ scȝ bases ⁊ fundamēta sancte ⁊ solide
fidei hastile spei/ epistilium charitat/ ⁊ capitellum
q̄nq; cubitorū. i. discretā custodiā quinq; sensuum ha
buerunt: septeȝ versus scripturaruȝ. i. virtutes vel se-
pteȝ dona spūssancti: in capite columne. i. in mēte iu-
storum fuerunt: quibus p̄ ceteris claruerūt. In istis
etiā fuerunt malogranata: q̄ sub purocortice grana
continent ⁊ liquorem. i. virtutum ⁊ gratiarum vber-
tas. Lilia. i. castitatis mundicia ⁊ puritas. Retia seu
catenule. i. bona amicitie ⁊ concordie cōfederata col-
ligatio. Linea tota ambiens: est diuine legis medi-
tatio: q̄ etiā duodecim habebat cubitos: inquantum
in ipsa refulgebat duodecim articulorum vera credu
litas ⁊ agnitio. Et sic isti bene dicunt iachi ⁊ booz. i.
infirmitas ⁊ robur: inquantum ad tollendum mala

sunt

sunt infirmi: ad faciendũ bona robusti: ⁊ sic ad susti-
nendum ecclesiã/columne.i.viri stabiles sunt inuen-
ti. Dia ista ex ere dicunt facta: ꝓ eo ꝙ in oĩbus mori-
bus ⁊ actibꝰ eorũ sonus diuine laudis et gratiarum
actionis/cõfessionis ⁊ ꝑdicatiõis fuit inuẽtus: ⁊ ad
eruditionẽ fraternã in omnẽ terrã ꝓbatus. Ideo bre-
Hiere. uiter cuilibet tali columne potest dici illud Hiere. Ec
i.d. ce dedite in colũnã ferreã ⁊ in murũ ereũ: ⁊ preliabũt
aduersus te: ⁊ preualere nõ poterũt. Si vis dilata me
Eodem lius/quia transeo. ¶ Circa templum plura facta sunt
ca. domicilia seu atria: scz atrium iterius vndiqꝫ circa tẽ
plũ: in quo erat altare ereũ: ⁊ in quo sacrificabatur: ⁊
in quo psallebãt cantores/⁊ ad populũ loquebantur
Cuius scz formula quadrãgula tẽplũ ex omni latere
ambiebat: ⁊ ipm atriũ murus circũquaqꝫ cingebat: q̃
tres ordines lapidũ diuersorũ colorũ/⁊ tres in altitu
dine cultos cõtinebat: qui colũnas edificij ꝑ circun-
itũ sustentabãt. Pauimentũ aũt huius atrij marmo-
ribus erat structũ/⁊ diuersis imaginibꝰ picturatum.
Illud igitur atriũ populus non intrabat sꝫ ꝑ quatu-
ordecim gradus ascẽdẽs/sacrificia sua ad ostiũ atrij
sacerdotibus offerebãt: sicut ꝑ omnia dicit liber Re-
gum et Paral. et exposuit Comestor extra illud atri-
um: sꝫ circa tẽplum vndiqꝫ descendendo ꝑ decliuum
collis tria alia erãt: talia videlꝫ: atriũ mũdorũ homi
nũ exteriꝰ: quod multo maius erat in atrio interiori:
postea atriũ mulierũ: postea vero in parte inferioris
mõtis atriũ omniũ imũdorũ: in quo scz imundi tam
hoĩes q̃ mulieres ⁊ gẽtiles adorabant: ⁊ tñ oẽs illi q̃
erãt in oĩbꝰ atrijs/licet muros haberẽt altissimos: tẽ
plũ qꝺ erat in montis cacumine/videre poterãt et ẽt
Allego illos qui ministrabant in interiori atrio. ¶ Si volu-
ria. mus ista exponere mystice/possumus dicere qꝺ tem-
plum significat eccl'iam triumphantẽ: atria vero que
D sunt extra templum paradisi in decliuo huius vallis
miserie/designant eccl'iam militantẽ per spez ⁊ deuo-
tionẽ/ipsum tẽplũ paradisi circũstãtẽ: ⁊ in tria atria/
scz interius et exterius ⁊ iferius.i.in statum clericorũ
bonorũ seculariũ seu actiuorũ carnaliũ/etiã ⁊ malorũ
generaliter subdistinctũ. Status eñ clericorũ signifi
cat ꝑ atriũ interius/qꝺ erat ministrorũ. Statꝰ bono-
rum actiuorum significat ꝑ atriũ exterius/quod erat
mũdorũ. Status eñ oĩuz malorũ significat ꝑ atriuz
inferius/ꝙ erat immũdorũ. Igit dico ꝙ atrium inte-
rius.i.statꝰ eccl'iasticꝰ cõtinet altare.i. cultũ religio-
nis christiane vbi adorat: ꝯtinet ad literã ministros
a quibus sacrificiũ eucharistie quotidie imolat: cõti
net doctores a quibꝰ ppl's erudit. Dꝫ ergo atriũ reli-
gionis vel eccl'ie ꝑ q̃tuor virtutes cardinales q̃dra-
tum ⁊ muro regularis obseruantie esse circunseptum
vbi scz tres ordines lapidũ.i.tria religionis vota/vel
tres theologice virtutes/vel tres penitentie partes/
vel sancte trinitatis fides reluceant: ⁊ super quẽ mu-
rum colũne atrij.i.bone ꝑsone ecclesie stare ⁊ perseue
rare debeant. Pauimẽtũ aũt istius atrij inferiores ec
clesiasticos significat: qꝛ ꝓ certo debẽt ꝑ cõstantiam
esse marmorei: et ad resistenduz vitijs fortes: necnon
ad labores penitentie tolerandos stabiles atqꝫ firmi
et imaginibus et picturis virtutum et conuersatio-
nis honeste vndiqꝫ venustati. Istud ergo atrium.i.
statum eccl'iasticum nullus nisi esset de genere leui-
tarum.i.nullus nisi esset bonus ⁊ sanctus debet in-
trare: sꝫ sufficere debet ppl'o laicorum/ꝙ per quatuor
E decim gradus.i.per septem ꝟtutes ⁊ ꝑ septẽ sp̃ussan-
cti dona possunt ad ꝑfectionẽ ascendere: ⁊ sacrificia ⁊

oblationes suas sacerdotibus et ecclesiasticis offer-
re: ⁊ ꝑ eos dño ministrare. Igit de isto atrio dicit il-
lud Ps. Qui statis in domo dñi: in atrijs domꝰ dei
nostri. In noctibus extollite manus vestras i sancta. Psal. 133.
¶ Vel dic moraliter ꝙ atriũ interius significat cor:
quod scz dꝫ esse per quatuor ꝟtutes cardinales qua-
dratum: tribus ordinibus lapiduz.i. tribꝰ ꝟturibus Moralitas.
theologicis circũcinctũ: colũnis.i.virtutibus robo
ratum: pauimẽto marmoreo.i. hũilitate stabili ⁊ fir-
ma stratuz ⁊ imaginibꝰ.i. honestis exẽplis pictum: ⁊
circa templũ paradisi ꝑ deuotionem ⁊ desyderiũ con
stitutum. In ipso eñ debet esse altare.i. oratio: mini
stri.i.subiectio: cantores.i. gratiarum actio: docto- Ps. 50.
res.i.discretio: sacrificiũ.i. cõtritio: qꝛ sacrificiũ deo d.
sp̃us contribulatus: ⁊ in eo nullus de populo debet
intrare.i.ꝙ ab eo debeat excludi oĩum malarũ cogi-
tationũ cõtentio: ⁊ sic dicet atriũ sacerdotũ: qꝛ sacer-
dotes ⁊ viri eccl'iastici debent habere talia atria.i.ta-
lia corda ⁊ cõscias. Vñ dicit: Sanctificauit salomon 1. para.
medium atrij ante templũ. ¶ Atriũ exterius erat que 7.b.
dam maxima basilica seu domus in circumitu tẽpli Eodem
in qua viri mundi ad orandũ cõueniebãt: in cuiꝰ ali ca.
qua parte nũmularij sedebant: ⁊ in alia parte anima Histo-
lia volatilia ꝓ sacrificijs vendebant. Erãt etiaz iuxta ria.
illud atriũ circa porticum gazophilacia.i. domus in
quibꝰ sacrificanda reponebant: circa latera erant pa-
stoforia.i.domus in qua sacrificantes de sacrificiorũ f
partibus corã dño comedebãt: erãt etiã ibi cathedre
in quibus sedebant doctores: sicut in gymnasio sue-
dre: in quibus sedebãt auditores/sicut in consistorio
exedre in quibꝰ sedebant accessores seu iudices/vt in Mora-
locutorio seu iudicio. ¶ Si vis dic ꝙ illud atriuz sta litas
tum bonorum laicorum designat: in quibꝰ sunt num
mularij ⁊ mercatores animaliuz.i.iuste ⁊ licite nego
ciationes: pastoforia.i. hospitales refectiones: gazo-
philacia.i.sacrificiorum bonoꝝ repositiones: cathe-
dre.i.studia doctrine ⁊ lectiones: suedre.i. auditorũ
obedientia ⁊ subiectio: exedre.i.iudicia/consilia ⁊ bo Come-
ne ciuiles ordinationes ⁊c. transco. ¶ Atrium muli- stor
erum ꝫm Comestorẽ/erat sub atrio virorũ.s. in decli-
ui montis/quod ab occidente clausum erat: qꝺ etiaz
ab aquilone ⁊ meridie ⁊ oriente tres portas habebat
per quas intrabatur: ⁊ muro alto vndiqꝫ cingebatur
⁊ ibi mulieres munde ⁊ nõ alie/adorare ⁊ ingredi per Tropo
mittebantur. ¶ Sic vere circa templũ sancte ecclesie logia.
sunt atria mulierum.i.status/religiones et collegia
sanctimonialium feminarum. Talia eñ atria: debẽt
esse in decliui ⁊ descensu/ꝑ humilitatẽ ⁊ subiectionez
debẽt circumire templum scz paradisi/ꝑ affectionez ⁊
deuotionem: debent habere murũ altum.i. regularẽ
obseruantiam ⁊ professionẽ: debent habere tres por-
tas.i.trium votorum ianuas/per quas itrare habẽt
ad perfectionem ⁊ saluationem. Clause debent esse in
occidente.i.a ꝑte mundanorum bonorum ꝑ terreno-
rum cõtẽptũ ⁊ abdicationem. A parte vero austri.i.a
perte bonorum sp̃ualiũ: debent esse apte ꝑ bonoꝝ af-
fectionem: ⁊ a parte aq̃lonis.i.a ꝑte ifernaliũ tormẽ-
uisset: presumptione seductus / eleuatum est
cor eius in interitum suum: contempsit dominum deum
suum. Ingressus enim templum domini / sacerdotis officium vo-
luit exercere & facere: & accepto thuribulo sanctuarium
intrare: & super altare thymiamatis incensum sicut pontifex
adolere: quod tamen solis sacerdotibus consecratis / scilicet filijs
aaron licitum erat quia scilicet nullus alius sub interminatione
locum illum ingredi poterat aut etiam debebat. Unde summus sa
cerdos statim ipsi ozie occurrit: et eum de presumptionis
dicte negocio reprehendit. Non est inquit officij tui ozia
vt adoleas incensum domino: sed sacerdotum filij aaron / qui con
stituti sunt ad huiusmodi ministerium. Cum igitur nec sic egre-
deret: sed comminans sacerdotibus incensum offerre molire B
tur: statim lepra fuit percussus: & a sacerdotibus a sanctua-
rio eiectus: et extunc leprosus in domo separata habi-
tans: quam diu vixit a populo est seiunctus / regnique guberna
culo destitutus. ¶ Ista possunt applicari contra prin Tropo logia.
cipes seculares: qui reuera modernis temporibus non
sunt contenti administratione secularium / nisi etiam
administrent spiritualia: quia pro certo sicut patet / iam nitunt
de collatione beneficiorum / & per consequens de executione ec
clesiasticorum officiorum se intromittere: & illud quod solis fi-
lijs aaron consecratis .i. bonis et dignis episcopis & prelatis con-
cessum est / volunt aliquotiens vsurpare: sicque sanctuarium
intrare / & incensum offerre nitunt inquantum de rebus ecclesiasti
cis / et de illis que ad prelatos pertinent / se intromittere
moliunt: & inde est quod iam multi tales leprosi .i. symo-
niaci efficiunt / inquantum scilicet munera accipiunt vt eorum preci
bus & impulsionibus vel incursionibus aliqui promoueant: Le-
pra enim symonie que in sanctuario contrahitur / so-
lebat contingere solis ecclesiasticis prelatis et sacerdoti-
bus. Nunc vero contingit regibus & principibus: quia scilicet quando sy
monias contrahunt & alios promouendo seu promouere com
pellendo / prelatorum officium vsurpantes assumunt sicut in
multis regnis atque villis / nulli ad dignitates & ad offi
cia promouent / nisi qui a secularibus principibus & dominis presente
tur. Isti ergo regni sui moderantiam solent perdere: & in do-
mo separata: scilicet in inferno leprosi & abominabiles consiste-
re qui non contenti propria dignitate: iura & officia prelatorum in
his & similibus conant taliter vsurpare: quia pro certo dignum
est quod perdat proprium: qui ambitiose vsurpat & appetit

alieña. Nō em̄ est suū officiū vt incēsum adoleāt id est
vt sacerdotū vel prelatorū ministeria exerceāt et assu=
C māt. Vn̄ Externus q̄ ad ministrādū accesserit/morie=
Nume. tur. ¶ Uel dic ꝙ secularis q̄uis sit rex vel pricepsvel
3.b. famosus iustus: nō est dignus ecclesiastica officia as=
Aliter sumere. sʒ soli illi qui munus cōsecrationis dinoscū=
tur habere. Dignior em̄ ad hoc est quicūq; cōsecrat⁹
ecclesiasticus/ q̄ꝙ malus: ꝙ quicūq; secularis nō con
secratus: q̄ꝙ iustus fuerit alias ⁊ honestus.

¶ Moralitatum librorum paralipomenō finis.

Moralitatum liber Decimusquartus primi libri Esdre.

¶ Capitulum primū textus: In anno primo cyri regis persarum: vt compleretur verbum domini: Moralitatum Ca. .I.



Ab Esdra
qui fuit scriba velocissi=
mus in lege domini/da=
ta ē licentia filijs iuda: q̄
Histo= captiui ducti fuerāt i ba=
ria. bylonē/ ꝙ hierusalem re
dirent: et vasa dn̄i q̄ na=
buchodonosor ōtulerat
reportātes tēplū reedifi=
care. Qd̄ cū facere cepis=
sent: iuidentes finitimi/
scriptis epłis in psidē ad regē ipediuerūt: ⁊ tēpli edifi
cationē p multa tpa tardarūt. ¶ Sic vere quoq; cōtin
Mora= git/ꝙ captiui peccatores de speciali licētia seu gratia
litas i ⁊ idulgētia regis christi de babylonia. i. de statu pec=
D cati in iudeā/que interpretat̄ confessio: ⁊ in hierusalē
que iterpretat̄ pacifica. i. p cōtritionē ⁊ penitētiaʒ ad
statū glorie reuertunt̄ ⁊ tēplū dn̄i in sua cōscientia vir=
tutib⁹ edificare conant̄: statim assunt finitimi vel vi=
cini sui scʒ mot⁹ carnales/qui in finib⁹ suis habitāt
vel diaboli q̄ circa eos imunda pagūt: qui suis tēta=
C. IIII. tionib⁹ impediūt/ne edificēt illud tēplū: ⁊ ne in cōsci
a. entia sua faciāt deo domum. ¶ Hic habemus ꝙ cuʒ
Histo= filij israel reedificarēt tēplū: samaritani de quib⁹ di=
ria. ctum est quarti Regū xvij. ꝙ parti deū colebāt/ ⁊ par
tim idola adorabant: venerunt ad eos pretendentes
cū eis edificare dicētes se dn̄m colere/ ⁊ sibi cū alijs vel
le deseruire. Filij aūt israel ipsos socios in edificādo
Tropo= habere noluerūt: sʒ eos potius tanq̄ extraneos respu
logia. erunt. ¶ Sic vere fit hodie: qn̄ filij israel id est boni
christiani: tēplū eccl'ie catholice virtutib⁹ et documē=
tis cōstruūt: nunq̄ desunt samaritani/id est heretici ⁊
schismatici: qui licet cū deo idola colāt. i. lʒ cū aliqui
bus viris qui credūt multa erronea teneant: se tamen
esse cultores dei asserūt: ⁊ christiani noiari volūt: ⁊ tē
plū predicando malā doctrinā suā edificare querunt
Filij aūt israel. i. boni christiani/debēt tales repudia=
re ipsorū edificationē cōtēnere: ⁊ eos a cetu fidelium
tanq̄ extraneos effugare. Et sic isti repudiati postea
E moti sunt contra israel: ⁊ ipsorum facti sunt inimici:
Mora= et edificationē tēpli impediunt. ¶ Sic vero heretici
litas. et schismatici vidētes/quod filij eccl'ie ipsos ⁊ ipsoꝝ
2. Cori. errores abominant̄: ipsis p̄ cūctis ppl'is hodie inimi
11. f. cant̄: ⁊ eos in cōstructiōe tēpli/fidei ⁊ ecclesie ipedire
Mat. conantur. Bene ergo dicitur/ꝙ periculum est in fal=
10. d. sis fratrib⁹: qr sicut dicit̄: Inimici hominis domesti
ci eius. ¶ Uel dic ꝙ tales vidēt̄ pditores/qui sub spe
cie volendi edificare cū alijs: ⁊ sub specie alicui⁹ bo= Aliter.
ni nituntur societatē cum alijs contrahere: vt sic pos=
sint amplius et facilius nocere. Quod si recipi neque
unt/tunc se solent hostes publicos demōstrare/ ⁊ ma=
liciam quam palliauerunt declarare.

¶ Capitulum quartum. Textus: Factum est autem cum audisset Sanaballath. Moralitatum. Capi. .II.

Neemine quarto dicit̄/ꝙ propter impugna
tiones hostiū vicinoruʒ/scʒ qui edificatio
nem ciuitatis hierusalem impediebant: or
diauit Neemias ꝙ media ps iuuenū edifi
caret: alia vero pars armata hostibus obuiaret. Etiā
de edificantibus fiebat sic: ꝙ vna manu faciebāt op⁹
alia vero manu gladiū tenebant. ¶ Istud applica/ꝙ
in spirituali edificatione hierusalem/scʒ eccl'ie et ani=
me: hostes nostri demones cōtinue nos impugnāt:
necesse fuit populuʒ dn̄i in duo se diuidere scilicet in
bellatores et in contemplatiuos ⁊ religiosos qui pro
se ⁊ alijs oratiōibus pugnant: ⁊ in operatores ⁊ in ac/
tores/qui pro se et alijs in terrenis laborant: Uerun=
tamen sic est quod isti ex toto non debent operib⁹ ac= f
tiue vite intendere: immo pro certo vna manu debēt
gladium orationis tenere/et altera opus bonum ac=
tualiter exercere.

¶ Capitulum nonum Textus: Postq̄ autem hec completa sunt. Moralitatum Capitulum .III.

Populus qui de captiuitate redierat in vno
dicit̄ valde peccasse: qr sacerdotes ⁊ leuite et
alij filij israel: non statim se separauerūt a po
pulis regionum: sed potius semē suum con=
miscuerunt cum ppl'is terrarū: ⁊ acceperunt sibi ⁊ fi=
lijs suis vxores de filiabus chananeorum/ amonita=
rum moab itaruʒ ⁊ egyptiorū manus etiā magistra
tuū principum fuerat in hoc prima. Qua propter Es
dras dolens/elemosynas et ieiunium p̄dicauit: ⁊ vxo
res alienas cū ipsorum liberis eijci mandauit: ⁊ sic fi
lios israel a gentilib⁹ populis quib⁹ mixti erant/sepa
uit. ¶ Sic vere videtur hodie: ꝙ nostri sacerdotes et
leuite ⁊ viri ecclesiastici simili modo peccant: qr scili Mora=
cet populis terrarum/id est secularibus negocijs se litas.
implicant: et sic semen sanctuʒ/scilicet seipsos/qui de
berent esse sancti/cum populis commiscere videntur
inquantum secularium actibus ⁊ moribus se confor=
mant. Unde esa. Sicut populus/sic sacerdos. Psal. Esa. 4.
commixti sunt inter gentes: et didicerunt opera eorū a.
et seruierūt sculptilibus eorum ⁊ factuʒ est illis in scā Psal.
dalum. Et quod peius est: isti de filiabus istorum cha 105. f.
naneorum: id est secularium/vxores et concubinas si
bi accipiunt: ex quibus contra legem dei et manda=
ta filios adulterinos producūt. Et in hoc non solū
inferiores/imo etiā magistrat⁹ et principes idest do=
ctores et prelati ⁊ superiores in transgressiōe hac pri=
mi sunt: et in hoc ceteris plus delinquūt. Ut sic iam
potest dici de talibus illud Gen̄. videntes filij dei fi G
lias hoim ꝙ essent pulcre/ceperunt sibi vxores ex om
nibus quas elegerant ⁊c. Quid igit̄ debet facere Es=
dras. i. bonus prelatus? Pro certo ipse debet tales Gen̄. 6.
vxores et eorum liberos. i. tales concubinas et earuʒ a.
spurios: de israelitarum/id est de clericorum domib⁹
eijcere: ⁊ sic semē sanctū ab alienigenis. i. clericos a se
cularibus

cularib9/et maxime a mulieribus separare. Dicat igitur esdras.i.bonus prelatus cuilibet tali fornicario illud Gen. Ejice ancillam τ filium eius. (Gen.21.) ¶ Uel dic q uxor alienigena est officium / vel dignitas secularis: (Aliter.) cui scz hodie filij israel.i.viri ecclesiastici libenter nubunt: τ se in negocijs et dignitatibus seculariũ atq principum libenter implicant τ mergunt.

¶ Moralitatum libri primi Esdre finis.

Moralitatum liber decimusquintus tertij libri Esdre.

¶ Capitulũ tertium textus: Rex Darius fecit cenam magnam omnibus vernaculis suis. Moralitatum Capitulum .I.

Sicut dicit tertio esdre ca.iij. Cubicularij tres regis persarum / promisso a rege pmio melius respondenti de questione fortitudinis disputauerũt: τ que res sit i mũdo fortior diuersimode responderunt. (b) Unus igitur vini fortitudinem predicauit: alius regis potẽtiã fortiorem reb9 oibus asseruit: alius mulieres fortiores rebus ceteris esse dixit: veritatem aũt super oia pualere asseruit. Iste igitur qui p mulieribus locutus est premium pmissũ obtinuit: τ qcqd statuit petere / reportauit. (Moralitas) ¶ Ista pñt allegari / q hodiernis tpib9 in curijs regũ et pricipũ qlibet certat regi sapienti9 rñdere τ placẽtiora dicere / ad illũ finẽ q possit pmium reportare. Sed p certo ista videt hodie veritas: q illi q cõmẽdãt hodie mulieres.i.q dñarũ acqrũt gratias τ fauores / ceteris pferunt: et pmiũ nõ solũ ab ipsis dñabus / imo ẽt ab ipsis regib9 τ dñis ɔsequnt. Uñ versificator dicit Regna regũt vulue clamat gẽs tota sic ve. ¶ Dic q rex babylonis est diabol9: q scz in hoc mũdo (Aliter) tres cubicularios habere dicit / eo q tria genera pctõꝝ sibi pcipue famulãt: scz auari / q cõmẽdãt vinũ / id est diuitias / q inebriãt τ excecãt cor hũanũ. Ambitiosi τ supbi / q cõmẽdãt regẽ.i.eminẽtias. Luxuriosi / q cõmẽdãt mulieres.i.delicias. Uide supra libro.xv.ca.de deab9 τ pomo discordie. ¶ Uel dic q inter seruos re- (Aliter) gis christi / ille q mulieris.i.beate vginis laudẽ τ fortitudinẽ pdicat: τ q veritatẽ diligit τ cõmẽdat / a rege christo amplius donũ reportat. (Eccli.) Mulieris aũt bone bñdictus vir. ¶ Hic ca.tertio habes / q tres erãt iuuenes custodes corpis Darij: (Eodem ca.) qbus pmissũ erat a rege / q ille qui de vna questione sibi a rege tradita sapientius respõderet: dona q plurima reportaret. Cuiuscũq inqt apparuerit sermo sapientior dabit ei darius rex dona magna: scz purpura opiri: in auro bibere: τ super aurũ dormire: τ currũ aureũ / frenum τ cydariz byssinã / τ torquẽ circa collũ: τ secũdo loco sedebit a rege pp̃ter sapientiã: τ cognatus regis vocabitur. Et sequit q zorobabel vnus triũ qui veritatẽ cõmẽdauit: (Tropologia. 3.Esdre 3.a.) oia ista a rege dario reportauit. ¶ Rex iste darius q interpretatur fertilis vel augmetat9 significat deũ qui in omnib9 ẽ fertil' et abũdãs. Rex darius fecit cenã magnã: Ista est igit vitas: q ille qui veritatẽ dili-

git τ cõmẽdat: τ cuius sapientiã ipse rex deus approbat τ acceptat: sicut est hõ sanctus / q nõ de vino τ de rege: id est non de affluẽtia vel eminẽtia speciali tractat: (3.Esdre a.) sz ad veritatẽ creatã, et increatã sapiẽtiã suaz ordinat τ dilatat: ab isto rege suo finaliter gloriã τ honorẽ reportat. Magna est inqt veritas τ pualet. Iste eñ finaliter purpura.i.regali dignitate vestitur: auro diuine sapientie potatur: τ super illud aurũ dormire τ quiescere ppetuo cõprobat: currũ aureũ: id est corpus glorificatũ habebit: freno aureo.i.diuina laude gaudebit. (Esa.48 b.) Esa. Laude mea ifrenabo te: circũdari byssina: id est munda τ clara maiestate fulgebit. Zach. (Zach.3. b.) Ponite cydarim mundã sup caput eius: torques aurea: id est charitate feruẽti ornabit in sede perpetue qetis τ securitatis iuxta regẽ christũ locabit: cognatus τ amic9 ppetuo vocabit. (Joã.15. b.) Uñ dicit: Iã nõ dicã vos seruos: sz amicos. Igit vera sapientia q est d eternis: nõ de terrenis: q philozophizat de veritate: τ nõ de vanitate: τ quã solã rex approbat scz christus: oẽs autẽ alios reprobat: tali premio dotat: τ possessores sui ad talẽ gloriã pmouent. Uñ i Prouer. dr q p sapiẽtiã addet capiti tuo gra τc. (B) ¶ Uel dic q modernis tẽporib9 illi qui sunt regũ cubicularij et familiares: (prouer. i.a.) illi q apd eos reputant sapientiores / diuitijs τ honorib9 p alijs abũdãt: (Aliter.) in auro bibunt: τ in auro per auariciã mentaliter cubant: cydarim dignitatũ etiam obtinent: purpura: id est vestimentis preciosis se induũt: iuxta reges et in altis officijs et dignitatib9 sedent: cognati τ amici regũ vocant: τ in omnib9 clari apparent. Ueruntamẽ ibi dr q isti curru vehuntur: et torque circa collũ ligant: ad denotandũ q status illorũ nõ est stabilis: sed ad modũ currus vertibilis et volubil'. (2.Regũ 25.e.) Uñ dicit. Impij rotabunt quasi rota. Torques etiaz id ẽ tortura diuersarum sollicitudinũ et timorꝝ istos strigit. (Job.17 c.) Uñ Iob: Cogitationes mee dissipate sunt / torqntes cor meũ. Et ad literã finaliter etiã qñq accidit: q torques per suspendiũ ipos strigit: sicut de multis sapiẽtibus regũ / officialibus / consiliarijs quotidie cernimus: quos qñq post altas dignitates torqueri et suspendi videmus: τ sic torques aurea in torquẽ canabeum transformat. (Eccli. 35.c.) Eccli: Sermo maliuolo tortura τ compedes. (Eodem ca.) ¶ Hic dicit q nihil vino forti9 τ efficaci9. (Historia.) Habet eñ vt ait: mẽtẽ decipe / mentẽ effeminare / mentem in securitatẽ vertere / mentem iocundare: omnem tristiciã effugare. Fraternitatẽ τ amicitiã facit obliuisci: gladios sumere: τ oia p talẽta loqui. (C) ¶ Ista oia pñt applicari ad vinum male sumptũ: scz ad ebrietatem: (Tropologia.) q p certo ista est que mentẽ p errorẽ τ insipiẽtiã decipit: τ q verticẽ.i.sapientiã eneruat. (Psal. 106.c.) Psal. Turbati sunt τ moti sunt sicut ebrius: τ ois sapientia eorum deuorata est. Securitatẽ psumptionis parit: vanã leticiã iducit tristiciã: τ timorẽ effugat: psentiaq τ futura infortunia obliuisci facit: amicitiaz facit frãgi: gladios per furorem et iracundiam facit accipi: et ad literam plus quam deceat facit loqui. Ebrij enim per talenta loqui dicuntur / inquantum quid dicant non premeditantur: sed quicquid habent in corde simul eructant et effantur Unde in cõmuni dictum gallicũ est de homine qui effrenate et inconsyderate loquit: (prouer. 19.b.) Il parle a fauelles idest ipse loquitur per fasciculos Unde dicitur: Totum spiritum suum profert stultus: sapiens autem seruat in posterum. (Eccles. 10.d.) Ecclesias e x: Stultus verba multiplicat. ¶ Uel dic de vino deliciarum vel affluentia prosperitatis. (Aliter) ¶ Uel dic quod vinum est diuina prouidentia seu spes / fides vel con- (Aliter)

solatio spiritalis: quia ista est que mentem decipit: inceptum scz facit sperare vel credere quod non videt mentem effeminat per timorem: assecurat p spē letifi=cat per spūale gaudiū et timorē/ et amicitiā et fraterni=tatem: et omnē personarū acceptionē facit obliuisci propter iustitiā: gladiū vbi et oratiōis facit sumere/ et spūalē audaciā: et p talēta facit loqui p spūalē feruorē et eloquētiā. Vñ in Prouerb. Dā vinū his q̄ amaro sūt
prouer. animo/ vt bibant et obliuiscantur egestatis sue.
31.a. D

¶ Capitulum quartum Textus: et inchoauit sequens dicere: qui dixit de fortitudine regis. Moralitatum. Ca. II.

Histo=ria. Hic agit de potentia regis et dr̄ q̄ rex omnibus precellit: bellatores mittit/ q̄ missi vbicūq̄ voluerit pperāt: montes turres et muros lacerant: predas rapiūt et accumulant: quas tādē ad regē portāt. Jugulant et iugulant: et p suis dn̄is morti se exponūt. Agricole tributa/ fructus regibus afferūt: et cū omnes p ipsis laborare non cessent/ ipsi tñ in leticia bibūt, dormiunt et recumbunt.
¶ Istud ad literā pōt applicari ad modernos reges tā ecclesiasticos q̄ seculares: qr pro certo isti bellatores/ id est balliuorū multitudines nutriūt: qui mōtes
Tropo turres/ muros/ id est generaliter omnes bonos subdi
logia. tos p contēplationē altos/ et per constantiā fortes et solidos impugnāt/ et exactionib9 diripiunt: predas et exactiones quas extorquēt ab alijs/ ad magistros suos ferūt. Et ad literā sepe fit/ q̄ p mādatis magistrorum suoꝝ exequēdis alios iugulant et affligunt: sed finaliter ipsi iugulantur. Quod etiā familiariter accipiendo videmus/ q̄ isti subditos scz exactionibus suis iugulāt: et tñ sepe fit q̄ ipsi similiter iugulantur: et per infortunia deficiunt et succumbunt. Unde dicit:
Mat. 7 Eadē mensura qua mensi fueritis/ remetietur vobis.
a. Et breuiter ista est veritas/ quod tam mulieres quam agricole/ tam pauperes quam diuites/ pro regibus/ prelatis et superioribus dominis/ et ipsorum negocijs seu vtilitatibus laborant: ipsi vero sine labore viuunt/ dormiunt et triumphant. Ps̄ In laborib9 hoīz
E non sunt: et cū hoībus non flagellabunt. Ideo tenu=
Psal. it eos superbia: operti sunt iniquitate et in pietate sua
72.a. ¶ Vel dic q̄ rex est christus cuius milites fuerūt apo
Allego=ria stoli et martyres: qui predicando pctōres iugularūt inceptum exteriorem hominē et vitā carnalem in eis occiderunt: predasq̄ id est animas quas a diabolo rapuerunt/ ad eum per fidē et penitētiam detulerūt: qui tamen finaliter p tyrannos corporaliter iugulati fuerunt: qui gladio percutit/ gladio peribit. Apl̄i enim et primi ecclesie fundatores: qui gladio verbi dei pctōres percusserunt/ gladio p tyrannos et impios corporaliter perierunt. Agricole etiā/ id est fideles confessores/ doctores: tributa virtutum et bonorum operum de agro sacre scripture/ tributa bonarum doctrinaꝝ ad regem christum suum deferunt: et ipso in paradiso quiescente/ hic pro ipso laboribus se exponūt. Psal. Propter te mortificamur tota die.

Psal. 43.d. ¶ Ex capitulo quarto text9: Terti9 qui dixerat de mulieribus et veritate. Moralitatum Capitulum .III.

Histo=ria. Hic dicitur/ q̄ mulieres ceteris rebus fortiores sunt. Et ad hoc probandum adducitur quod mulieres reges et subditos generant plantatores vinearum: educunt telas ac stolas pro vestiendis hominibus faciūt: glorie sunt hominum, et ab ipsis nequaq̄ homines se separant: sed auro et argento dimisso mulieribus formosis se precipue delectant. Istas ēt patrib9 et matrib9 preferunt: et p ipsis latrocinia et rapinas faciētes/ et in magnis periculis se ponentes/ ad vxores et amicas predas deferunt. Multiq̄ pp̄ter mulieres iugulati periērūt/ et peccauerunt. Et concludit ibidē: q̄ pinde scire nos oportet q̄ mulieres dominantur. ¶ Ista possunt cō= Mora
plariter allegari de potētia et fallacia mulierū: quia litas.
ista est veritas/ q̄ iste hodiernis tēporib9 viris dominantur: et q̄ ipsos ad amorē taliter alliciunt suum/ q̄ nec ab eis faciliter separant: sed potius patrem et matrem p eis dimittentes/ mulieribus adherere noscun= Gen. 2.
tur. ¶ Ad literā etiā patet q̄ mulieres sup oīa dilecto d.
res suos attrahūt: p ipsisq̄ enutriendis multa furta Aliter.
ac latrocinia faciunt: multaq̄ scelera pro ipsis cōmit Eccl. 9.
tunt: insaniq̄ et demētes pro eis fiunt: et varijs peri= b.
culis se exponunt: ita q̄ temporaliter et spiritualiter pro eis pereunt et succumbunt. Unde illud Ecclesiastici Propter speciem mulieris multi pereunt et perierunt. Iste igit hominib9 scz fatuis domināt qd̄ maxime patet inter cōiuges/ vbi plerumq̄ maritis suis pricipantur. Ideo Theofrastus ad socium suum scribit: Det tibi omnipotens deus omnipotētis femine fallacia non falli.

¶ Excapitulo quarto textus. Et icboauit loqui de veritate. Moralitatum Capitulum .IIII.

Histo=ria Hic superadditur de veritate: et dicit q̄ veritas manet et viuit et inualescit/ et obtinet magna. Fortior est em̄ pre oībus et nō est in ea quicq̄ iniquū/ nec acceptio personaꝝ nec B
differentia: que iusta sunt facit iustis/ et omnia benigniter in opib9 eius: Oīs igit terra put ait/ veritatē inuocat: et celum etiā ipum benedicit. ¶ Ista omnia Mora
possunt ad literam dici de illo qui est via/ veritas et vi litas.
ta: scz de christo vel de quolibet iusto et vero iudice et prelato: ¶ Vel dic q̄ hic proprie describunt condi= Aliter
tiones veritatis. Ista enim manet et inualescit/ vincit obtinet atq̄ manet/ vt supra. Super omnia vincit veritas: et ista fortior oib9 dr̄: qr veritas et inocētia quādam occulta veritate/ q̄q̄ tardent/ finaliter preualere noscuntur. Ueritas igit abhorret omnē iniquitatē/ acceptionēq̄ psonarū/ et omnē duplicitatē: et oībus q̄q̄ iniustis et pctōribus/ consueuit facere iusticiā et equitatē. Justitia em̄ veritatē habet p directione: veritas vero iustitiā habet pro executione. Ueritas est lucerna et regula directiua/ iustitia vero executrix est Psal.
vis regule executiue Ps̄. Ueritas de terra orta est: et 84.b.
iustitia de celo prospexit. Nunq̄ em̄ potest benefieri iustitia: nisi veritas sciatur/ et nisi scita sequat. Unū tamē attende quod dicit: q̄ scz omnia benignant in operibus veritatis: qr scz tanta est veritatis virtus/ q̄ inimici veritatis benignantur/ et complacent sibi in veritatis operibus: et dato q̄ mediante veritate contra ipsos aliquid agatur: ipsam tamen veritatem occulte approbant/ et eius preualentiam magnificant Bene igitur sequitur: quod omnis terra veritatem inuocat: et celum ipsam benedixit: benedictus deus D
veritatis sequit ergo: Magna est veritas/ et preualet
¶ Moralitatum Tertij libri Esdre finis.

Moralitatum liber Decimussextus quarti libri Esdre.

¶ Capitulum secundum Textus. Hec dicit dominus. Ego eduxi populuz iustum de seruitute. Moralitatum Ca. I.

Vincentius. in suo speculo historiali
inserit: q propter duos li-
bros Esdre/qui i sacre scri-
Histo- pture canone contiuentur
ria tres alij eiusdem libri inue
niuntur: qui inter scriptu-
ras apochryphas numerā
tur Quia tamen vt ait: ali-
qui sancti doctores in scripturis suis/ verbis ibidez
cōtentis qńq3 inueniūt vsi fuisse: sicut est illud quod
Augustinus in homilijs recitat: Morietur filius me⁹
Iesus rc. Ideo Vincētius de dicto libro aliquid vo-
luit excerpere/ r pdicto suo opi aggregare. Ego etiā
aliquas figuras ibidē r visiones positas moralizo: r
ipsa i hoc volumie supaddo. Nā in istis supra tertio
r quarto libris Esdre/supponit ipsum de multis r va
rijs prophetasse: nō videt mihi mirabile/si propheta
fuisse creditur: qui legē dñi a chaldeis succēsam diui
nitus reparauit: modū scribendi a dextera in leuā in-
A uenit: r nouas literas hebreis tradidit. Vñ etiā scri-
ba velocissimus in lege dñi dictus fuit. Iste igit ca.
ij. huius quarti introduxit dñz ad hierusalem sic lo-
quentem: Mater comple filios tuos: r confirma pe/
des eorum/qr elegi eos/et educaz eos: r suscitabo de
monumētis suis: et mittā tibi adiutoriū pueros me-
os: Esaiam et Hieremiā: ad quorū cōsiliū sanctifica-
ui tibi/ r comparaui duodecim arbores oneratas di-
uersis fructibus/et duodecim fōtes lac et mel fluen-
Tropo- tes: r septē montes imēsos habētes rosas et lilia: in
logia quibus replebo gaudio filios tuos. ¶ Vere sic vide
tur q deus alloquitur ecclesiā matrē nostrā. Monet
eñ vt filios suos/id est fideles in virtutibus cōpleat
r q pedes eorū id est affectus et desyderia in bono cō
firmet: pmittens q si hoc fecerit: ipsos de sepulcris/
id est de oppressiōe pauptatis et tribulationis: vel de
sepulchris/id est de fecibus vitiorū carnalis impfe-
ctionis leuabit: r ad statū gratie ac glorie tā tempo-
ralis q ppetue suscitabit. Si eñ mater ecclesia in vir
tutibus filios cōfirmaret: stati adesset dominus qui
ps.112.b ipsos tēporaliter r spūaliter suscitaret. Psal. Susci-
tās a terra inopē. Talib⁹ igitur suscitatis r cōfirma-
tis/completis r perfectis pmittūtur duodeciz arbo-
res/id est duodecim artituli fidei: qui duodecim fru-
ctib⁹ spiritus/quos scz Apls nominat/ sunt empti.
ap.5.d. Apoc. Et vtraq3 parte fluminis lignūvite/afferēs fru
apoc.22 ctus duodecim p mēses singulos. Promittit etiam
fontes duodecim/id est duodeciz opera pietatis: sex
B corporalia et sex spiritualia: q lacte r melle: id est dul-
ex.15.c cedine consolationis et cōpassionis sunt plena. Exo.
Venerūt in helim vbi erāt duodecī fontes r septua-
ginta palme. Itē istis pmittūt septē montes immēsi
id est septez sacramēta vel dona spūssancti: que scz ro
sas et lilia dicunt habere inquātū rosis r sanguine id
est patientia martyrū et apostolorū: lilijs vero. i. mū-
dicia castitatis et nitore virginum r confessorū sunt
multipliciter decorati. Psal. Montes in circuitu ei⁹ ps.124
Sic igitur dico: q deus isti matri ecclesie et filijs seu a.
deuotis fidelibus suis dat duodecim arbores quib⁹
cibantur: duodecim fontes quibus potant: montes
vt in eis inter rosas r lilia spaciētur. Unde Esa. Hau
rietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. ¶ Vel esa. 2.a.
dic q duodecim arbores sunt prelati: qui duodecim Aliter.
aplorum sunt imitatores: et fructibus bonorū opex:
exemplorum et elemosynarum sunt subditorū et pau
perum nutritores. Duodecim fontes sunt predicato-
res r doctores ecclesiastici. i. duodecim articulos cre
dentes: lac et mel. i. dulcedinem scientiarum diffun-
dentes. septem montes sunt viri religiosi contempla
tiui sursum in celo mentaliter manentes: r rosa pati-
entie lilijsq3 castitatis nitentes. Isti sunt igitur qui
filios ecclie. scilicet fideles seculares simplices verbo
et exēplo nutriunt: ipsos potant doctrinis et erudi-
unt: et eos recreant et reficiunt. Unde de ipsis dici-
tur: In riuis r cunctis sedibus terre: in pascuis vber
rimis et in montibus excelsis israel erunt pascua eox ezec.34
¶ Hic docentur plura opera pietatis tam negatiue Histo-
q affirmatiue. Viduam inquit iustifica: pupillo iu- ria.
dica: egenti da: orphanum tuere nudū vesti confra- Eo.c.b.
ctum r debilem cura: claudū noli irridere: curare mā- C
cum: et cecum ad visionem claritatis mee admitte: se
nem etiam et iuuenē intra muros tuos cōserua. mor-
tuos sepeli et dabo tibi sessionem primam. Breuiter
quicumq3 opera predicta pietatis exequit/ in prima
sessione id est in eterna gloria premiari meretur. Un-
de dicitur in apocalypsi: Beatus qui habet partem apo.20.
in resurrectione prima.

¶ Capitulum quintum textus: De signis autem: Ecce dies venient: in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo. Moralitatum. Capitulum. II.

Inter cetera que archangelus reuelauit Esdre Histo-
prophete: hec quoq3 dixit: Relucescet sol subi ria
to noctu: et luna meridie: et de ligno sanguis
stillabit: et lapis dabit vocem suam: et populi
commouebuntur: et sperabunt in quem non sperant
qui habitant super terram: et volatilia commutatio-
nem facient: r mare sodomiticū pisces reijciet: ignis
frequēter remittet: bestie agrestes transmigrabunt re Mora-
gionem suam. ¶ Ista prophetia videtur proprie per litas.
tinere ad christum et ad tēpora eius quia tunc sol iu-
stitie Christus dei filius noctu nascendo emicuit: lu-
na perfecta in eternū: id est ipsius Christi humanitas D
meridie. i. per longum vite sue signis et miraculis re
splenduit: lignum crucis in passione sanguinem stil
lauit: lapis qui in morte eius fixus est: vocem: id est
strepitum dedit: et tandem ille de quo nō sperauerūt
habitantes super terram: id est iudei christus dei fili
us regnauit: inqūtum fidem multiplicans in regno ecci.11.a
ecclesie imperauit. Unde Ecclesiastici: Insuspicabi- hie, 23.
lis portauit diadema. Et Hiere. Regnabit rex r sapi- a.
ens erit: et ignis charitatis per mundum exipit: vo-
latilium: id est apostolorum cetus de iudea ad gen-
tes transiuit: et sic de proprijs sedibus transmigrauit
Ipsum mare sodomiticum: id est iudea: mutata
erit et amara: et pisces: id est viros deuotos et san-
tos: id est apostolos repulit: et tunc grex ferarum syl
uestium et gentilium de regione sua: et de infide-
litatis statu ad fidem catholicam transmigrauit
Unde, Hieremias A volucre celi vsque ad pe- hie.9.c.

Tropologia. cora transmigrauerunt. ¶Uel dic moraliter/quando sol diem fidei ꝛ intelligentie/ꝛ luna sue roriflue gratie noctẽ ignorantie peccatorem illuminat: ꝛ meridiem/id est ardorem sue concupiscentie refrigerat ꝛ humectat: tunc lapis id est cordis sui duricia vocẽ confessionis emittit: lignum sue clementie sanguinẽ benignitatis et elemosyne in pauperes effundit: mare sodomiticuz/id est sua caro immũda: pisces suos id est delicias carnales reijcit: volatile autem eius id est omnis vanitas ꝛ superbia ab ipso recedit: ignis charitatis in eo succẽditur: ꝛ bestie agrestes/id est bestiales motus ab eo elõgantur. Unde illud Dañ. fugiant bestie que sub ea sunt/ꝛ volucres de remis eius (E Dañ.4 b.) ¶Hic dicitur ꝙ in aquis dulcibus salse inueniunt: et amici contra se inuicem pugnabunt: ꝛ abscondet sensus/ꝛ intellectus separabitur ꝛc. (Eodem ca.e.) Ista hodie vident impleta: q: semper in aquis dulcib9 salse inueniũtur: id est cum personis bonis/ mali cum fidelib9 heretici/cum domesticis ꝓditores/cũ simplicib9 detractores: iam igitur amici inuicem contendunt: sensus ꝛ ratio confundunt: itellectus et sapientia hebetant (Moralitas) Uñ dicit Esa. Peribit em̃ sapientia a sapientib9 eius et intellectus prudentium eius abscondetur. (Esa.29. c.)

¶Ex eodem capitulo Textus: Dominator domine: ex omni sylua terre et omnibus arboribus ei9. Moralitatum Capitulũ .III.

(Historia) Esdras miro modo alloquit dñm/dicens. Dominator inquit dñe/ex omni sylua terre/ex omnibus arboribus elegisti tibi arborez vnam: ex omnibus vineis elegisti tibi vineam vnam: ex omni terra orbis elegisti tibi foueã vnã ex omnibus floribus elegisti tibi liliũ vnum: ex omnibus abyssis maris repleuisti tibi riuũ vnum: ex oĩb9 edificatis ciuitatibus elegisti ibi sion ex omnib9 creatis volatilibus nominasti tibi columbã vnã: ex cunctis plasmatis pecoribus ꝓuidisti tibi ouẽ vnam: et ex cunctis multis populis elegisti tibi populũ vnuz et ab omnibus probatam legem donasti huic quasi desyderanti populum vel populo. (Allegoria.) ¶Iste vnitates vident posse applicari et exponi de vnitatib9 nostre legis: q: dñs ad litteram de cunctis mũdi syluis elegit sibi arborem vnam scz crucem/vt in illa suspenderetur (f Job.7. c.) Unde Job: Elegit suspendium aĩa mea/et mortez ossa mea. Uñ de cruce canit: Nulla sylua talẽ ꝓfert ꝛc. Item de omnibus vineis.i.de oĩbus mũdi sectis elegit vineam/id est sectam vnam /christianorum scz: vt in ea salutem operaret. Psal. Uineam de egipto trãstulisti: eiecisti gentes et plantasti eã. (Ps.79 b.) Dux itineris fuisti in conspectu eius/ꝛ impleuisti terrã Item de omni terra foueam vnã/id est sepulcrum vt in eo sepeliretur. Unde Psal. hic habitabo/qm̃ elegi eam/ (Ps.131 c.) Itez ex omnib9 floribus liliũ vnum/id est virginez gloriosam: vt sub ea obumbraret/ꝛ in ea delectaret: qui canit in Cant. Ego flos campi ꝛ lilium conuallliũ. (Cañ.2. a.) Itẽ ex abyssis scientiarum elegit riuũ vnum/scz sacrã scripturaz: vt in ea populus ipsius satiaret. (Ps.55. b.) Psal. De torrente voluptatis tue potabis eos ꝛc. Uel riuuz/id est iordanem vt in eo baptizaretur. (4.Re. 5.c.) Unde dicitur: Uade lauare septies in iordane Item ex omnibus volucribus colũbam/id est ex omnib9 ecclesijs ecclesiã/scz catholicã romanam vt in ea collocaret. (Cañ.6. c.) Uñ dicitur in Cañ. vna est colũba mea. Itez ex oĩb9 pecorib9 ouẽ.i. ex omnib9 animab9 animaz christianã/vt ab ea amaret: Unde dicit: Pauper aũt nihil habebat nisi ouẽ (1.Regũ 12.a.) vnam. Item ex mundi populis elegit ppl̃m vnuz scz populum israel vt ab eo crederet. Uñ amos: Filij israel tm̃modo vos cognoui. (Amos.3.a.) Item elegit vnam legẽ/scz fidem catholicam/vt mũdo notificaret. Unde Apostolus vnus deus vna fides. (Ephe.4.b.) ¶Hic habemus ꝙ angelus loquẽs Esdre reprehẽdebat eũ ex hoc ꝙ secreta dei nitebatur inuestigare de dño ꝛ de prosperitate gentium cõqueri: ꝛ de filiorum israel captiuitate: labore et dolore: maxime cum ipse gẽtes nõ essent filijs israel meliores: sed potius nequiores. (G) Hic igit circa hoc alloquitur angelus Esdrã: dicens: Nunquid magis diligis populum tuũ ꝙ deus qui creauit illum? Acsi diceret: Nõ. ¶Illud põt iduci contra illos qui nõ consyderant occulta dei iudicia: ꝛ qui de miserijs pauperũ/ꝛ de molestijs innocentium ꝛ de prosperitate malorum contra dñm cõquerunt: q: illi debent cogitare ꝙ ille qui creauit illos: dñs multo plus diligit ꝙ aliqua creatura: ꝛ ideo nõ debet hõ ipsis magis cõpati ꝙ tum ad ꝓfundã meditationem: ꝙ ille eis compatitur qui ipsorum habet curam ꝛ creationẽ. (Moralitas.) Unde dicit Ecclesiastes: Si videris inquit calumnias egenorum: nõ mireris: q: excelso excellentior est. (Eccs.5. b.)

¶Ex capitulo quinto.d. Interroga eam que parit et dicet tibi. Moralitatum Capitulum. IIII.

(Historia.) Angelus loquens Esdre: volens ostendere quanto mundus amplius senescit: tãto homines sunt corpore minores: virtute debiliores: ꝛ moribus nequiores: Introducit exẽplũ de muliere: que in iuuentute filios fortiores generat ꝙ in senectute: qm̃ quidẽ mulier diuturni partus debilitatur in senectute: ꝛ per consequens debiliores pueri generant. Et sic dicit: ꝙ mũd9 iuuenis meliores ꝛ maiores hoĩes ꝓduxit ꝙ nũc mundus senex (b) Ideo ad idẽ dicit: ꝙ ipsa priora meliora fuerunt Iõ Berñ dicit: ꝙ quanto plus viuimus tãto plus peccam9. Idẽ vo Esdras dicit: ꝙ ꝙto iualidũ seculũ ad senectutem tendet: tanto multiplicabuntur mala ꝛc. (4.Esdre.13.b)

¶Capitulum sextum Textus: Et dixit ad me: Initio terreni orbis: et anteꝙ starent exitus seculi. Moralitatum. Capitulũ .V.

(Historia.) Capitulo isto agitur de futura resurrectione et dicitur sic: Anniculi infantes loquuntur vocibus suis: pregnantes immaturos parient fetus: subito seminata loca apparebunt non seminata et pulcra promptuaria subito apparebunt vacua: amici contra amicos preliabuntur: vene fontium siccabuntur. (Moralitas.) ¶Ista tempora videntur spiritualiter aduenisse: quia iam videmus quod pueri anniculi: id est iuuenes homines ꝛ ignari am sumũt autoritatem loquẽdi: multiloquio: stultiloquio pre ceteris abundant: cum tamen dicatur Ecclesiastici Adolescens in causa tua loquere vix. (Eccli.32. b.) Pregnantes id est matres nostre prelati: iaz immaturos fetus: id est insufficientes et insipientes personas pariunt: seminata loca ꝛ promptuaria plena: id est subditos diuites per rapinas vacuant. Iamqꝫ ad literam amici cõtra amicos discordant: et vene fontium: id est fluenta misericordie et gratie siccantur et hauriunt. Psal. Dirupisti fontes et torrẽtes: tu siccasti fluuios ethã. (Ps.73. c.)

¶Ex eodem capitulo sexto Textus.b. Et videbunt qui recepti sunt homines Moralitatum.

litatum Capitulum. VI.

Histo= Hic consequenter dicitur/ꝙ finaliter delebi=
ria. tur maluz:extinguetur dolus:florebit fides
vincetur corruptela: ostẽdetur veritas / que
sine fructu fuit tẽporibus tantis. ¶Ista fue
Nota= runt verificata in tempore primitiue ecclesie:nũc vero
tur. recesserunt. Ad illa tamen allegare potes si vis:ꝙ ista
debent inueniri in nobis christianis/⁊ maxime eccle=
Mat.5.c siasticis: quibus dicitur: Nisi abundauerit iustitia ve
stra plus ꝙ̃ scribarũ ⁊ phariseorum/non intrabitis in
regnum celorum.

¶Ex capitulo sexto.c.Et die secundo crea= sti spiritum firmamenti. Moralitatuz Ca= pitulum. VII.

Histo= Hic ponit Esdras alloquendo dominum/ꝙ
ria. deus ante dixit: Congregentur aque in locũ
vnũ:posuit aquas congregatas in sexta par
te terre:supposuit terraz esse septies maiorẽ:
quod est falsum. Itez posuit ꝙ deus creauit duas ma
ximas animas a principio:nomen vni enoch/nomen
alteri leuiathan. Enoch autẽ dedit in habitationem
partem terre sicce/vbi sunt mille montes. Leuiathan
vero in habitationẽ dedit septimaz partẽ aque. Nescio
quid vult dicere: ⁊ ideo trãseo. Credo tamẽ/ꝙ ex istis
verbis potuerunt iudei accipere occasionẽ errandi:q̃
Simillis ponunt Leuiathan esse piscem totũ mundũ circumeũ
halluci= tem:quem eis Messias comedendũ dabit:nec dimi=
natio nuetur tamẽ(vt aiunt)aut cessabit. Ista igit̃ sunt ali=
B ter exponenda:sed nihil ad presens de sensu litere: q꞉
nõ quero nisi mores ⁊ moralizationes ꝑscrutari atq̃
Anago= moralia. ¶Hic videt̃ ponere angelus loquẽs Esdre:
gia. ꝙ futurũ seculum/id est paradisus seu hereditas bea=
torum similis est mari spacioso/preruptis saz rupib⁹
circũsepto: vbi tamen est strictus introitus/ad modũ
fluminis factus:ad qđ per iter angustum plenũ peri=
culis/necessario habet intrare/q̃cunq̃ ad istud mare
voluerit nauigare. Cõparat etiam istam hereditatem
cuidam ciuitati in pulchra ⁊ spaciosa planicie cõstitu
te:ab vna tamẽ parte aqua circũdate/⁊ ab altera igni=
bus circumsecte: vbi solus patet ingressus solum ad
vestigium vnius hominis:vel districtus inter ignem
⁊ aquam per mediz constitutus : ⁊ quicũq̃ voluerit
hereditatez/ciuitatẽ vel planiciem subintrare:necesse
est per istud angustuz periculũ pertransire. Quod de=
clarãdo possumus addere:q꞉ pro certo paradisus di=
citur mare/propter inexhaustibilem abundantiã:di=
citur ciuitas.i.ciuiũ vnitas/ ꝓpter indiuisibilẽ cha=
ritatis amicitiã/⁊ concordie colligantiã:dicit̃ plani=
cies/ꝓpter delectabilẽ amenitatẽ:dicitur spaciosa/ꝓ
Baruch. pter interminabilez quantitatẽ. Unde: O Israel ꝙ̃
3.c. magna est domus dei. Sz reuera ad illud mare seu ad
illam ciuitatem valde difficilis est accessus. Est enim
necesse transire ꝑ arctã semitã iustitie/inter scopulos
⁊ asperitatem tribulationũ/inter gentes cupiditatuz
C ⁊ malarum inflammationũ/⁊ inter aquas voluptatũ
Eccl.15.d. ⁊ malarũ delectationũ. Uñ dicit̃: Ignem ⁊ aquam ap
posui tibi:ad qđ volueris extende manũ. Oportet igi
tur ꝙ hõ sit cautus/vt ꝑ arctã semitaz iustitie trãseat:
ne forte in aliqđ ꝑdictorũ periculuz incidat: ⁊ ad he=
Mat.7.b reditatẽ glie nõ attingat:sicut dicit̃ in euangel. Arcta
est via que ducit ad vitã: ⁊ pauci ingrediuntur ꝑ eam.
Tropo= ¶Uel dic ꝙ pericula q̃ facilitatẽ vie celestis ⁊ salutis
logia. impediũt:significant eminentias/diuitias ⁊ delicias
Scopuli em̃ eminentias significant:ad quas diffici=
lis est ascensus:facilis tamen ⁊ periculosus est casus
Ignis significat diuitias:q̃ scz suos possessores vrũt:
⁊ eos ꝑ auaritiam fatigant ⁊ incẽdũt. Aqua vero signi=
ficat delicias/q̃ suos amatores mergunt: ⁊ eos ꝑ vitia
putrefaciũt ⁊ corrumpũt. Caue igitur q̃ arctã semitaz
religionis/iustitie ⁊ penitentie ꝓgrederis:vt ita recte
transeas: ⁊ vt ita iuste ⁊ sancte viuas:ꝙ ista pericula ꝑ
affectum ⁊ desyderiuz nõ impinguas:ne forte ꝑ super
biã /auariciã ⁊ luxuriã pereas/⁊ ab ingressu glorie re
trocedas. Uñ Esa. Hac via ambulate:non declinetis esa.30.c
ex ea/nec ad dexterã nec ad sinistram. ¶Nota etiam
ꝙ hic dicit̃/ꝙ introitus huius seculi sunt periculosi
dolẽtes/mali ⁊ periculorũ pleni. Istud applicat̃ ad vi
tã presentẽ/ꝑ quã ingrediunt̃ in hunc munduz.

¶Capitulum septimum Textus: Et factũ est cum finissem loqui verba hec. Moralita tum. Capitulum. VIII.

Hic ponitur illa prophetia de christo : que a
pluribus doctoribus allegatur: Ecce inquit
tempus veniet/⁊ apparebit ciuitas: ⁊ osten= D
det̃ que nunc subducit̃ terra: reuelabitur fi= Histo=
lius meus Jesus cũ his qui cũ illo iocundabunt̃:qui ria.
relicti sunt in annis quadringẽtis: ⁊ erit post annos
illos/morietur filius meus iesus: ⁊ hoies qui spira=
men habent omnes: ⁊ cõuertet̃ seculũ in antiquũ silẽ=
tiũ diebus septem:vt fuit in diebus prioribus initijs:
⁊ post septez dies excitabit̃ quod nondũ viuit seculũ/
⁊ moriet̃ corruptũ : ⁊ promptuaria reddent que eis cõ
mendata sunt annue ⁊ reuelabit̃ altissimus sup sedez
iudicij: ⁊ pertransibunt miserie/⁊ fides cõualescet: et
post subsequetur/⁊ merces ostendetur: iustitie vige=
bunt/⁊ iniustitie nõ dominabunt̃. ¶Ista ad literam
vident̃ dicta de aduentu christi:q꞉ ꝙ̃tuz ad primũ ad=
uentũ scz in carne/numerat̃ tẽpus qđ fluxit a tempore Allego=
illius visionis vsq̃ ad tp̃s incarnationis/scz quadrin ria.
gentorum annorũ: ⁊ videt̃ idẽ esse tempus quod nu=
merat̃ a Daniele. Sub Nabuchodonosor ⁊ Balta=
sar ꝓphetauit. Iste autez Esdras sub Cyro ista vidit:
⁊ q̃ post Nabuchodonosor cito regnauit. Ista ẽ igit̃ dañ.9.f.
veritas ꝙ post quadringentos annos a tempore isti= dañ.11.p
us visionis dei:filius Jesus christus fuit reuelatus ⁊ totum.
natus: ⁊ tandez fuit mortuus ⁊ occisus. Finaliter aũt
omnis hõ spirans ⁊ viuens moriet̃: ⁊ corruptibile se=
culum dissoluetur. Unde illud Eccl. Omne opus cor
ruptibile in fine deficiet:ita ꝙ ꝓpter carentiam hoim
silentium antiquũ quod fuit ante creationẽ animaliũ Ec.14.c
ante seculuz reuertetur. Unde legitur. Multi moriẽ=
tur:in omni loco proijcietur silentium. Tandem post
septem dies/forte ad literam quod nõ assero:vel saltẽ E
post septem dies.i.in fine septime etatis nouum secu= Amos.
lum suscitabit̃: ⁊ promptuaria/id est repositoria ani= 8.a.
marum.i.paradisus/purgatoriũ ⁊ infernus animas
cõmendatas ad resurrectionem euoment: ⁊ sic in iudi
cio sedebit altissimus: ⁊ merces suas singulis osten=
det: ⁊ opus ꝑmium subsequet̃: tunc autem fides ⁊ iu=
stitia in conscientia preualebunt: ⁊ omnes iustitie dã=
nabuntur. Ista tamen de numeratione temporis ⁊ an
norum/que fluxerunt inter Esdram ⁊ christum/preci=
se non assero : sed lectorem ad Bedam super Dañ. et
glossas doctorum remitto.

¶Capitulum octauum textus: Et respon= dit ad me et dixit: Hoc seculum fecit altissi= mus propter multos futurũ autem propter

paucos. Moralita. Capitulum IX

Histo-
ria. Hic in hoc capitulo dixit angelus ad Esdrã
conquirentem de damnatione generis hu-
mani: ꝙ presens seculum factuȝ est pro mul-
tis: futuruȝ vero factum pro paucis: quem-
admodũ inquit de magna gleba terre fit vas fictile:
modicus puluis accipitur de quo fit aurũ: acsi dice-
ret: Multi sunt peccatores fictiles atqȝ mali: pauci vero
mat.20. erũt aurei ⁊ saluati. Unde dicit Matth. Multi sunt
4. esdre vocati pauci vero electi. ¶ Uidit Esdras mulierem
9.d. in dextera parte campi et que dissutis vestibus et
effuso cinere super caput / tristis et flebilis deplo-
rabat: cui causaȝ luctus inquirenti / respondens dixit
f se sterilẽ triginta annis cũ viro suo fuisse: ⁊ tandem a
deo filiuȝ magnis cuȝ lachrymis impetrasse: ipsumqȝ
cum laboribus nutriuisse / ⁊ tandẽ ad annos nubiles
perduxisse: Cũqȝ sibi ꝑquisiuisset vxoreȝ: die qua ipsam
desponsaturus erat / mortuus cecidit ⁊ ideo ꝓpter ei9
mortem se miseram ⁊ flebilem esse dixit. Tandẽ vidit
Esdras subito faciem mulieris dicte fulgentem: ⁊ sic
subito disparentẽ. Post hec vero stupid9 vidit quod-
Tropo- dam edificiũ ciuitatis construi: ⁊ fundamenta sursuȝ
logia. erigi ⁊ ostẽdi. ¶ Dic moraliter / ꝙ ista mulier signifi-
cat animaȝ christianam: que triginta annis / id est in
fide trinitatis cum viro suo permanens / sterilis quo
ad bona opera perseuerat: vnũqȝ filiũ / id est vnũ bonũ
opus generat sicut ad literam de multis patet: qui li-
cet fidem trinitatis habeant: in multis tamen bonis
operibus se exercent: sic cũ quandoqȝ filiũ / id est bonũ
Judicũ opus a deo impetrant: quem etiam in seipsis nutriũt
13.a. atqȝ fouent. Unde legitur. Sterilis es / sed concipies
⁊ paries filium. Uerũtamen sepe fit / ꝙ vbi vxor diui-
ne gratie ⁊ future glorie isti filio / id est bono operi et
proposito speratur ⁊ procreatur: subito peccato inter
esa.47.b ueniẽte iste filius morit: ⁊ sic anima magis sterilis ꝙ̃
antea reperitur. Unde dicit Esa. Uenerũt tibi simul
duo hec / sterilitas ⁊ viduitas. Ideo pro certo ista de-
bet tunc per contritionem dolere / per confessionẽ cla-
mare / ⁊ per satisfactionem plorare. Quod ꝓculdubio
G si fecerit statim: ꝑ diuinam gratiaȝ in ea receptam / fa-
4. esdre cies sue conscientie relucebit: ⁊ edificium paradisi sibi
ca.11. reedificabitur ⁊ ꝑpatebit. ¶ Uidit Esdras somniũ val
de mirabile: vidit enim quandam aquilã que tria ca-
pita habebat: quorũ mediũ ceteris maius erat: quod-
libet tamen istorũ quiescebat. Uox autẽ de illis capi-
tibus nulla exibat: sed vox magna de medio corpo-
ris aquile resonabat: habebat etiam duodecim alas:
quarum a contrario pene multe oriebantur: que tan-
dem in octo pẽnacula modica distinguebantur. Ille
igitur aquile successiue vigilabant ⁊ dormiebãt: ⁊ sin
gule temporibus suis regnabant: ⁊ vna post aliã de-
ficiebat: ⁊ nunꝙ̃ amplius comparebat. Ipsa etiã pen
nacula / id est parue ale subalares successiue defecerũt
⁊ sic soluȝ tria capita quiescentia in corpore aquile re-
manserunt: tandem vero vnum dictorum capitũ eui-
Allego- gilauit: ⁊ super totam terram regnauit. ¶ Dicamus
ria. allegorice / ꝙ ista aquila significat Christum: qui triũ
fuit naturarum. Habuit enĩ naturaȝ diuinã anime et
corporis in vna persona: ⁊ sic habuit tria specialia ca-
pita in seipso quiescentia ⁊ manentia: quorum tamen
mediũ / scȝ natura diuinitatis / maius ⁊ nobilius fuit
ceteris. Iste igitur duodeciȝ alas habuit / id est duo-
decim apostolos in suo corpore mystico constitutos
Octo etiam minores alas habuit: inquantuȝ septua-
gintaduos discipulos / qui constat ex octonario no-
nies ducto: sibi cuȝ apostolis adiunxerit. Unde Luc.
Designauit Jesus post hoc alios septuagintaduos Lu.10.a
discipulos: quibus mediantibus ꝑdicationis euan-
gelice in omnem terram exiuit ⁊ prodijt. Iste igitur tã H
ale ꝙ̃ subalares / id est tam apostoli ꝙ̃ discipuli suis
temporibus vigilauerunt / ⁊ super ecclesiam regnaue-
runt: Tadẽ vero vnus post alium defecerunt ꝑ mar-
tyriũ / vel alr̃s recesserunt: finaliter tamen medium ca-
put / id est sua diuina potentia / que nunc dormire vi-
detur / euigilabit / scȝ in iudicio: ⁊ tũc super terram in
perpetuo imperabit: sanguinemqȝ ⁊ labores sanctorũ
suoruȝ quos dissimulauerat / vindicabit: malosqȝ pu-
niet ⁊ damnabit: bonos saluos facit ⁊ iuuabit. Unde
dicit. Ps. Excitatus ẽ tanꝙ̃ dormiẽs domin9: ⁊ tanꝙ̃ ps.77.g
potens crapulatus a vino. Et alibi: Cũ exurgeret dñs ps.75.b.
in iudicio: vt saluos faceret omnes mansuetos terre.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: ⁊ reli
quie cogitationis diem festũ agent tibi. ¶ Uel dic mo Tropo-
raliter / ꝙ aliqua est anima: que scȝ habet tria capita / logia.
id est tres potentias / scȝ intellectum / memoriã ⁊ volũ-
tatem: que tandẽ ad fidem veniens / duodecim alas /
id est duodecim articulos fidei acquirit: octo penna-
cula / id est octo sp̃uales beatitudines quibus ad celũ
volat / recipit: de corpore auteȝ eius / id est de interiori
pectore vox contritionis emanat ⁊ exit. Fit tamẽ quã-
doqȝ ꝙ alas virtutũ suarum ꝑ peccatum amittit: ita
ꝙ preter tria capita / id preter tres naturales potẽtias /
nihil boni retineat aut custodit. Uerũtamẽ quãdoqȝ
fit ꝙ mediũ caput scȝ volũtas / ꝑ penitentiã euigilat: ⁊
regnum virtutum perditum recuperat ⁊ restaurat: et
ad celestia per contemplationem ⁊ desyderium tanꝙ̃
regina ⁊ libera / calcatis inferiorib9 se exaltat hec aqui A
la. Uñ Job: Eleuabitur aquila: ⁊ in arduis ponet ni- Job.39.d
dum suum. ¶ Uel dic ꝙ aquila est ecclesia: cuius tria Aliter.
capita que dormiebant / nec sonum aliquem emitte-
bant: sed finaliter quodlibet eorum perijt: ⁊ dextrum
qđ leuum fuerat deuorauit: significant prelatos fide
trinitatis imbutos: duodecim vero ale significãt me
diocres subditos in doctrina duodecim apostoloruȝ
fundatos: octo vero subalares / significant inferiores
in octaua future resurrectionis sperãtes. Igit ista est
veritas / ꝙ cũ aliqua / id est eccl'ia habeat capita / alas ⁊
subalaria. i. habeat prelatos ⁊ subditos mediocres ⁊
infimos: ipsa capita. i. ipsi capitanei ⁊ ꝑlati / nõ faciũt
hodie nisi quiescere / ⁊ in delicijs dormire: nec sonũ pre
dicationis aut diuine laudis ⁊ eruditionis sciũt emit
tere. quapropter necesse est ipsos finalit̃ deperire. Ad
hoc enĩ solũ attendunt / ꝙ illi qui sunt ad dexterã / id
est in statu ꝓsperitatis: illos qui sunt ad leuaȝ. i. in sta
tu aduersitatis / deuorant. i. impellũt. Ista ergo est ve
ritas: ꝙ ale leguntur vigilare / ⁊ capita dormire: quia
subditi scȝ sunt magis ad bonum vigiles ꝙ̃ prelati / 1.thes.5.a
dicentes illud apostoli: Non dormiamus sicut ceteri:
sed vigilemus ⁊ sobrij simus. Cuius tamen cõtrariũ mat.26.
legitur de christo: quia scȝ ipse vigilabat / ⁊ discipuli a.
dormiebant: Uel dic ꝙ aquila est princeps vel rex: qui Aliter.
scȝ in corpore suo. i. in curia sua habet ⁊ capita ⁊ alas
⁊ subalaria id est magnos capitaneos vel consiliari- B
os mediocres / iudices ⁊ inferiores balliuos. Igitur
hoc est verum / ꝙ dum capita dormiunt / ale vigilant:
quia dum ipsi superiores capitanei ⁊ magistri non co
gitant / sed quiescunt: ale id est inferiores balliui pro
ipsis ad rapienduȝ vigilant ⁊ intendunt. Unde Luc. Lu.12.d
Beati sunt serui illi: quos cum venerit dominus / in-
uenerit vi-

Aliter. uenerit vigilantes/ſcꝫ ad pꝛedandū. ¶ Uel dic etiaꝫ/
ꝙ iſti officiales dū domini ſui hebetes in delicijs de-
lectant: ⁊ de regimine terre ſue nihil aut modicū me-
ditantur: iſti ad vtilitatem pꝛopriā vigilantes/ad p̄-
dam pꝛeparant panē liberis. ¶ Uidit Eſdras aquilā
Mod.ca. historia magnam que tria habebat capita/duodecim alas/et
octo ſubalaria: que ſcꝫ a contrario alarū penne ſunt
oꝛte: q̄ tandē in octo paruas alulas/quas vocat octo
pennacula/ſunt diſtincte: et expandebat aquila alas
ſuas ſuper omnē terram: ⁊ omnes venti terre inſuffla-
bant ad eam. Factum eſt ꝙ omnes iſte penne tempo-
ribus ſuis regnauerūt: ⁊ tandem ſucceſſiue vna poſt
aliam defecerunt. Ipſa etiam capita tria quieſcebāt:
⁊ vnū erat maius alijs: quod euigilans per totum mū
dum regnauit: ⁊ poſt hoc non comparuit: de alijs ꝟo
duobus vnū quod ad dexteram erat/reliquum deuo-
rauit: de coꝛpoꝛe vero aquile/nō de capitibus vox exi-
bat. Poſt hoc autem exiuit leo de ſylua rugiēs: ⁊ vo-
cem hominis ad aquilam mittēs dicebat: Nonne tu
es qui ſeparaſti de quatuoꝛ animalibus: ⁊ totum mū
dum tenens/poteſtatē cum laboꝛe ⁊ doloꝛe poſſediſti
⁊ tribulaſti manſuetos: leſiſti quieſcentes: dilexiſti mē
daces: deſtruxiſti fructificantes: afflixiſti tibi non no-
centes: ⁊ ideo aſcendit contumelia tua ad altiſſimuꝫ/
C ⁊ reſpexit ſuperba tēpoꝛa: ⁊ ecce finita ſunt. Pꝛopter
quod nō appares aquila/⁊ ale tue hoꝛribiles/⁊ penna
cula tua peſſima/⁊ capita tua maligna/⁊ vngues tui
peſſimi/⁊ totū coꝛpus tuum/vanum perierunt: vt re-
frigeret terra liberata de manu tua. Quibus dictis/
ecce totum coꝛpus aquile incendebat: ⁊ ipſa nequaꝙ̄
amplius videbat. ¶ Quāuis iſta mirabilis aquila mul
Allegoria ta ſignificare poſſit: ſed tamen ex ſequēti expoſitione
poteſt innui iſtam eſſe romanū imperium: cuius ini-
tium/pꝛogreſſum ⁊ terminū deſignauit. Illud enim
imperium pꝛopꝛie cōparatur aquile: tū quia rapaci-
ter vixit: ⁊ per ſuam rapacem violentiam altius cete-
ris volauit: ⁊ cunctis mundi auibus/id eſt cūctis ho
minibus imperauit: ita ꝙ omnes venti celi ad eaꝫ in-
ſufflabāt: hoc eſt/ꝙ omnes iuriſditiōes ſeculi ab hoc
imperio dependebāt. Pſal. Dominabitur a mari vſqꝫ
ad mare: ⁊ a flumine vſqꝫ ad terminos oꝛbis terraruꝫ.
Iſta igitur habuit capita peſſima/alas hoꝛribiles/
ſubalaria maligna/vngues etiam acutos. Et reuera
imperium romanum habuit quoſdam imperatoꝛes
monarchas/qui fuerunt ſicut capita: quoſdā habuit
minoꝛes ad currendum per mundum/⁊ acquirenduꝫ
terras/⁊ ad populos ſubiugandum agiles ⁊ feroces/
qui fuerunt ſicut ale: habuit etiam inferioꝛes pꝛinci-
pes/ſub alis. i. ſub imperatoꝛibus militantes: qui di-
ci poterāt merito ſubalares. Et foꝛte qui bn̄ vellet de-
ducere/inueniret tria capita. i. tres ſolos monarchas
D fuiſſe: duodecim alas. i. duodecim magnos impera-
toꝛes ſucceſſiſſe: ſicut etiam Suetonius fecit libꝛum
de duodecim ceſaribus: nūc ꝟo ſubalaria/id eſt mo-
dice virtutis imperantes reſtare. Sed quicquid fue-
rit de numero: conſtat ꝙ omnes terribiles ⁊ hoꝛribi-
les fuerunt: vngues rapacitatis ⁊ violentie accutiſſi-
mos habuerūt: quapꝛopter populus ſuper quem re-
gnauerunt/tempoꝛe ſuo defecerūt/⁊ vt cōmuniter gla
dio perierunt: ⁊ vnum caput reliquum deuoꝛauit/in-
quantum inter ſe quandoqꝫ pꝛelium habuerūt: ſicut
patet de Iulio contra Caium/⁊ de Pompeio contra
Antonium. Uox enim. i. lis ⁊ controuerſia de coꝛpo-
re ipſius imperij ſepe pꝛodijt: ſicut in bellis ciuilibus
apparuit: pꝛopter quod ipſa aquila ſemꝑ in deterius
pꝛocedendo ſucceſſit: ⁊ ſua potentia ſemper decreſcē-
do defecit/ſicut patet: quia de capitibus ad alas/de
alis vero ad ſubalares tranſiuit. Unde Dan̄. Habe-
bat alas aquile ſuper ſe: ⁊ reſpiciebam donec auulſe dan̄. 7. a
ſunt ale eius. Sed pꝛo certo leo de tribu iuda dei fili-
us/de ſylua inculta. i. de ꝟgine maria pꝛouenièe: iſtā
foꝛtem aquilam/romanū ſcꝫ imperiū redarguit ⁊ re-
pꝛehendit: ⁊ eius potentiam violentam/que totum
oꝛbem turbauerat ⁊ oppꝛeſſerat/a tempoꝛe aduentus
ſui repꝛehendit/et terram de ſuis manibus liberauit
ita ꝙ iam ſicut videmus/totum coꝛpus eius tribula-
tionibus incenditur: ⁊ ipſa quaſi penitus euaneſcēs/
vix inter inſignia hodie cōputatur. Unde Dan̄. Lapis dan̄. 2. a.
enim de monte cadens/ſtatuaꝫ babylonis deſtruxit:
quia chꝛiſtus de celo veniens: huius imperij potentiā E
eneruauit: ⁊ ideo de illo leone bene dicitur: Uiuit leo apo. 5. b
de tribu Iuda radix Dauid. ¶ Uel dic ꝙ aquila ſigni Aliter.
ficat rapaces ⁊ ſuperbos pꝛincipes ⁊ tyꝛānos: qui ha
bēt capita: id eſt malos capitaneos ⁊ ꝯſiliarios: alas:
id eſt ſuperbos iudices ⁊ officiales: ſubalares: id eſt
malos domeſticos ⁊ familiares. Omnes enim dicū-
tur peſſimi: terribiles: hoꝛribiles et maligni: omnes
etiaꝫ dicuntur vnguibus ⁊ rapinis: cōpunctionibus
⁊ crudelitatibus cōmuniti. Sed pꝛo certo iſti paruo
tempoꝛe perſeuerant: quia poſtꝙ̄ aliquādiu regnaue-
runt: id eſt poſtꝙ̄ officia ſua aliquādiu tenuerunt: vel
multa commiſerūt: omnes ſucceſſiue pereunt: ⁊ ſpūa-
liter immo etiam tempoꝛaliter cito deficiunt ⁊ ſuccū-
bunt. Pſal. Uiri ſanguinum ⁊ doloſi nō dimidiabūt pſ. 54 d
dies ſuos. Ipſa etiam capita. i. ipſi maioꝛes ⁊ capita
nei inter ſe inuiceꝫ per ambitionē ⁊ inuidiā diſcoꝛdāt
⁊ ſe alternatim aliquotiens deſtruunt ⁊ impugnant.
Ipſa etiam rapax aquila. i. ipſe tyꝛānus finaliter tri-
bulationibus ſuccēditur: ⁊ mediante leone chꝛiſto et
eius occulta iuſtitia de medio tollitur: ita ꝙ de ipſo
capitibus alis ſubalaribus: id eſt de ipſo ⁊ ſuis rapa
cibus ⁊ iniquis fautoꝛibus: miniſtris ⁊ familiaribus
nihil penitus reperitur. Pſal. Uidi impiuꝫ ſuperexal pſ. 36. g
tatum ⁊ eleuatū ſicut cedros libani: tranſiui ⁊ ecce nō
erat queſiui eum: ⁊ nō eſt inuentus locus eius.

¶ Capitulum decimumtertium Textus: Et factum eſt poſt dies ſeptem et ſomniaui ſomniū nocte. Morali. Capi. X

Eſdras de nocte ſomnians/vidit quemdam F historia
hominem aſcendentem de mari/⁊ ſurſum cū
celi nubibus aduolantem: et vidit ꝙ homo
iſte cōualeſcebat: et vbicunqꝫ vertebat vultū/
tremebant omnia: ⁊ vbicunqꝫ exibat vox eius/exarde
ſcebant omnes qui voceꝫ eius audiebant. Et cū innu-
merabilis multitudo contra illum conueniſſet: ſcul-
pſit ſine manibus montem vnum: ⁊ volauit continuo
ſuper iſtum. Et cum nō haberet in manu vas aliquod
bellicoſum/emiſit de oꝛe ſuo flatū ignis/de labijs ſuis
ſpiritum flamme/de lingua ſua ſcintillas ⁊ tempeſta-
tes: ⁊ ſuccēdit hos ſubito: ita ꝙ ſolum cinis/puluis ⁊
odoꝛ fumi de ipſis omnibus apparet: ⁊ vocat ad ſe mul
titudinem aliam pacificam: ⁊ ducebātur ad eam mul
ti alij qui teſtes veniebant: alij qui ligati erant. ¶ Re- Allegoria.
cte videt ꝙ iſte homo ſic nocte viſus/eſt chꝛiſtus dei
filius nocte natus. Ille enim de mari. i. de maria vir-
gine natus: ⁊ nubibus celi. i. puriſſima humanitate
velatus mire potētie per munduꝫ volitans apparuit:
ita ꝙ quicquid ſeueriter reſpexit/tremoꝛe mirabili ꝑ-
cuſſit. Sicut apparuit quando in templo vendentes mat. 21 b

⁊ ementēs eijciebat:vbi ſm doctores ſplendor ⁊ maie
ſtas eius vultꝰ alios deterrebat. Sicut etiā apparuit
ioā.18.a in eius captione:vbi audita voce eius ſatellites terri=
amos.3.b. ti ceciderunt. Unde Amos: Leo rugiet/quis nō time=
bit? Uox etiam ⁊ predicatio eius auditores per cha=
ritatem inflāmabat: ⁊ eos per deſyderia bona ardeſce
lu.24.e. re faciebat. Unde Luc. Nōne cor noſtrum ardens erat
in nobis ⁊c. Poſt tamen multitudo iudeorum innu=
merabilis contra eum conuenit:ita ꝙ morte interue
G niente ipſum ad montem ſculptum ⁊ politum/ſcꝫ ad
paradiſū per aſcenſionem recedere ⁊ euolare fecerunt
Ubi cum videret multitudinem/id eſt vniuerſos/taꝫ
iudeos ꝙ̄ gentiles contra ſe per infidelitatem inſiſte=
re/legem eius repellere/⁊ cum in ſuis fidelibꝰ multi=
pliciter impugnare: ignem ſpiritusſancti in die pen=
tecoſtes de ore eius miſit:v̄tute cuius inimicos ſuos
infideles conuertens/ipſos in cinerem ⁊ puluerem ꝑ
Lu.12.f. humilitatem mutauit. Unde Luc. Ignem veni mitte
re in terraꝫ: ⁊ quid volo niſi vt ardeat? Et ſic finaliter
ad eum multi ducti fuerunt per ſanctorū predicatio=
nem:quidam videlicet gaudentes per ſpei cōſolatio=
nem:quidam triſtes per timorem ⁊ cōtritionem:qui=
dam ligati per charitatē ⁊ dilectioneꝫ: ⁊ iſtorū multi=
tudo pacifica dicit̄ per vnitatem ⁊ cōcordiam. Unde
2.co.6.b dicit Paulus apoſtolus: Quaſi triſtes/ſemper auteꝫ
eſa.45.c ⁊ gaudentes. Et Eſa. Uincti manibus poſt te current
Aliter. ¶ Uel dic ꝙ talis homo ſignificat bonuꝫ prelatum:
quia vere ad ipſum perinet ꝙ habeat in vultu venuſtā
autoritatem:quam videntes ꝓ reuerentia terreant̄ in
verbis/ore ⁊ labijs ardentem/feruentē verboſitatem:
quam audientes ad bonum inflamment̄. Requirit̄
etiam ꝙ a facie impugnationū ſuarum/ſcꝫ tribulatio
num ⁊ tentationū/aſcēdat in montē paradiſi/ſcꝫ con=
templando ⁊ orando/vt ab ipſis liberet̄. Iteꝫ ꝙ igneꝫ
ſeueritatis aſpere correctionis ⁊ reprehēſionis de ore
ſuo:etiam ſi neceſſe ſit/tempeſtatem tribulationū mit
tat in talibus/vt corrigant̄ ⁊ puniantur: ⁊ vſꝙ ad cine
H rem ⁊ puluerem.i.vſꝙ ad ſui cōſyderationē/⁊ ſue reſo
lutionis meditationem humilient̄: ⁊ ꝙ cōgregationē
pacificam tam gaudentium ꝙ̄ triſtium ꝙ̄ etiam liga
torum.i.congregationem bonorum tam deſolatoruꝫ
ꝙ letantium ad ſe conuocent/vt ſecum gaudeant ⁊ le
Eſa.11.a tentur. Unde dicitur: ꝙ ſpiritu oris ſui interficiet im=
Dan.7.c pium: ⁊ arguet in iuſtitia pro manſuetis. Unde Dan.
fluuius ignēꝰ rapiduſꝙ egrediebat̄ a facie eius. Ad
quod videtur etiam facere illud quod infra ſcribitur
4.Eſdr. vbi eſdre in perſona prelati vel cuiuſcūꝙ iuſti dicitur
14.b. ſic Corripe populum tuum:conſolare humiles eoruꝫ
renuncia iam eorum procelle:dimitte mortales cogi=
tationes:eijce a te pondera humana:feſtina tranſmi=
hiſtoria grare a temporibus his. ¶ Hic ponitur vnum quod
de deceꝫ tribubus iſrael/que ꝑ Salmanaſar regem aſ=
ſyriorum antea fuerant captiuate/dicitur. Hic em̄ po=
pulus in Babylonem ⁊ in Mediā tranſlatus/ꝓpter
ſuam idolatriam ⁊ peccata:dolens ⁊ penitens diſpo=
ſuit inter gentes non habitare: ſed in quandā regio=
nem remotiſſimam/que ſcꝫ per iter vnius anni ⁊ dimi=
dij diſtabat: ⁊ in qua nullus hominum adhuc intra=
uerat/ſe transferre:vt ſeparati a gentibus poſſent ſua
legitima que in terra ſua non ſeruauerunt/cuſtodire.
Iſti igitur multis diebus peragrantes regionem ob=
ſitā montibus inuenerunt:in qua nullus patebat in=
greſſus/niſi per euphratē fluuium intra anguſta mō=
tium tranſeuntem introierunt:ſed diuina potētia flu=
uius ſtetit ſeu areſcebat: ⁊ ſic populus interius ſubin=
trauit:ſtatim vero fluuius ad ſuum alueum reuerſꝰ/
populum in locum illuꝫ montibus obſitum interclu=
ſit:populus ibi manſit. In fine tamē temporū (vt ait)
iterato vene illius fluuij ſcaturient: et iter eis diui= A
na virtute aperietur/⁊ ad filium dei pacifice colligen
tur:regio autem illa vbi nunc ſunt arzaret nuncupat̄.
Quāuis iſta videntur pati ecclipſim:ex hoc ꝙ vel ortꝰ
fluminis Euphrates non diſtat a medio vbi populꝰ
ille tranſlatus fuerat:non ſolum per annum cum di=
midio/immo nec per menſem:cuꝫ in montibꝰ caſpijs
prope arcam noe dicatur oriri. Quinimmo etiam nec
totus mundus per iter anni cū dimidio duraret in lō=
gum/dum tn̄ homo poſſet continue ⁊ quotidie diebꝰ
competentibus ꝑagrare:de hoc tn̄ nihil ad preſens:
Joſephus autem de deceꝫ tribubꝰ aliter videt̄ ſentire
ſicut recitat Comeſtor in ſcolaſtica hiſtoria. Dicit em̄
ꝙ duꝫ Alexander partes perſidis ⁊ medie peragraret:
venerūt ad ipſuꝫ ppl'i animo redeundi ad terrā iſrael
de qua tranſlati erant/licentiam poſtulantes:qui au=
dita cauſa tranſlationis: ⁊ q̄uo deum ſuum qui tot ſi=
bi cōtulerat beneficia/reliquerant indignatꝰ/nō ſolū
licentiā non dedit/ſed eos inter mōtes caſpios inter=
cluſit: ⁊ muris validiſſimis de montibus ad montes
ꝓtenſis/ipſos includere attentauit. Uerū vt dicit ibi=
dem:labor humanus ad premiſſa nō ſufficiebat:ergo
rogabat deum quē ipſi dereliquerant/vt implere vel=
let quod deſyderabat. Sic igitur dei potentia factum
eſt/ꝙ in conſpectu principis terremotu facto montes
acceſſerunt: ⁊ ingrati populi ſunt inter montes inclu
ſi: ⁊ inter gog et magog.i.inter caſtra ſic noīata vſꝙ
ad tempora iudicij ſedes ſuas acceperūt. De iſtis aūt B
caſtris gog ⁊ magog/vbi ſita ſunt non legi:niſi quia
in deſcriptione ſphere ſeu in tractatu de theoria pla=
netarum recolo legiſſe me/ꝙ hec ſunt in ſeptimo cli=
mate in ſeptētrionali ſita latere: quod etiam videtur
ſcriptum in deſcriptione mappe mundi. ¶ Sed cū de Mora=
iſtis nihil ad ſenſuꝫ moralē poſſit deſeruire: ⁊ propter litas.
hoc ſi vis moralizare illud primum quod hic ſcribi=
tur: Dic pro certo ꝙ ſic debet facere penitēs ſicut iſte
Uidens enim pctōr populus/qui de terra iſrael' per=
latus eſt in babylonem.i.in ſtatu gratie in pctm̄: de=
bet dolere ⁊ penitere/⁊ per penitentiam de medio gen
tium.i.de poteſtate demonum ſe ſubtrahere: ⁊ regio=
nem remotam.i.deſertuꝫ penitentie ⁊ religionis que=
rere/⁊ per fluuiū lachrimarum intrare: ⁊ ſine exitu ibi
ſtabiliter permanere: ⁊ ſic quilibet talis poteſt cōpa=
rari illi de quo dicitur: ꝙ homo quidā abijt in regio= Lu.19.b
nem longinquam accipere ſibi regnum. In fine autē
iſte fluuius lachrimarum ⁊ tribulationum penitētiū
ſiccabitur: ⁊ iter ad altitudineꝫ paradiſi parabit: ⁊ de
anguſto loco mundi vel corporis penitēs ad celeſtia
deferetur. Unde. Juſtus de anguſtia liberabit̄. ¶ Il= pro.11.b
lud autem quod dicit Joſephus/poteſt allegari ad Aliter.
hoc: ꝙ iſti qui de beneficijs acceptis ingrati ſunt: ⁊ be
nefactores ſuos ſiue ſit deus ſiue ſit homo/effugiunt
relaxationē ſeu gratiam habere non debent:ſed potiꝰ
arctius includi ⁊ puniri merētur. ¶ Uel hoc applica Aliter.
ad beneficium orationis: qr ſcꝫ deus ad ꝓces vniꝰ pa=
gani montes tranſtulit: ⁊ principis crudelis precibꝰ
ſatiſfecit:multo fortius fideliū preces exaudit/qn̄ cor
deuotum preces huiuſmodi ſibi fundit. Ideo dicit
Mat. Amē dico vobis: quidquid credentes petitis/ mat.21.c
accipietis ⁊c. Ad illud quod Rabanus lib. ſuo de na= C
turis rerum lib.v.capitulo.iiij. ⁊ multi alij doctores
dicunt de Eſdra: ꝙ legem domini ⁊ prophetie libros

qui per

qui per chaldeos succensi fuerant/reparauit: facit qđ
hic legitur ca.xxiij. ¶ Dicitur hic/ꝙ Esdras querẽs/
qualiter post mortem suam nasciturus populus mã-
data dei faceret/cum lex dei incẽsa fuisset: propter qđ
quid faciendũ/⁊ q̃ fuissent opa dei/de cetero nullus
sciret: rogauit dominum vt sibi spiritumsctm̃ imitte-
ret: ita vt leges ⁊ libros perditos diuinitus recupera
re valeret. Angelus igitur lucernaꝫ intellectus sibi da
re promittit: ⁊ per quadraginta dies a populo se ab-
scondit: vna cuꝫ scriptoribus sibi dixit. Quo facto ca
lix plenus aqua coloris ignei/esdre ꝑ angelum porri-
gitur: quo bibito/statim intellectus: sapientia ⁊ me-
moria sibi datur. Sed igit Esdra dictante/⁊ in spũ lo
quentie: lex ⁊ ꝓphete a quinq; scriptorib⁹ scribunt: et
sic infra quadraginta dierũ spaciũ plenarie resortitur
Angelus aũt in lege populũ iubet edoceri/⁊ quedã iu
bet palã fieri. Quedam inquit palam facies: quedam
sapientib⁹ abscõdite trades. Scriptores igitur ꝑ dieꝫ
scribebant/nocte vero comedebãt. Esdras aũt ꝑ dieꝫ lo
Moralitas. quebat ⁊ dictabat: nocte etiã non tacebat. ¶ Ista pñt
applicari ad hoc: ꝙ necesse est vt intellectũ/sapientiã
⁊ memoriã spiritualẽ quis habeat: ad hoc ꝙ legeꝫ di-
uinam/id est diuine legis intelligentiã cõsequatur: qꝛ
scꝫ homo se debet a cõmuni taꝫ hominũ q̃ negocioꝝ/
q̃ etiam cogitationũ more secernere/⁊ secretũ solitudi
D nis mẽtalis intrare. Debet etiã quadraginta dieb⁹: ꝑ
quos stat⁹ penitẽtie innuit ibidẽ: ⁊ in statu penitẽtie
⁊ abstinentie ꝑseuerare: qꝛ reuera illi soli diuinas reue
latiões ꝑcipiũt/qui quadragenã penitẽtie obseruare
nouerũt: sicut exẽplũ de moyse habem⁹: qui quadã vi
ce quadraginta dieb⁹ ĩ mõte cũ dño stetit: ⁊ legẽ dñi-
cam accepit. Ascende ad me in montẽ/⁊ esto ibi q̃dra
ginta diebus. Alia aũt/scꝫ quo angelus inspiratiue lo
quitur: ⁊ quo etiã quedã sunt in lege ⁊ in scriptura q̃
publice pñt dici omnibus: alia que secrete sunt dicen
da soluꝫ sapientibus/ꝑ se patẽt. In caplis q̃ sequunt/
multa de futuro iudicio continent. Sed qꝛ nil ponit
per modũ visionis: ideo non inueni quod ad aliquid
applicabile iudicauerim.

¶ Moralitatum libri quarti Esdre finis.

Moralitatum liber deci musseptimus super Tobiam.

¶ Capitulum primum textus: Tobias ex tribu et ciuitate neptalim: que est in superioribus. Moralitatum Ca. I.

historia Tobias de tri-
bu ⁊ ciuitate neptalim cum esset
iunior/⁊ oẽs irẽt ad vitulos au-
reos adorãdos: h̃ sol⁹ fugiebat
cõsortia hoim: ⁊ pergebat dñm
adorare ad templũ suũ in hieru
E salẽ. Cũ vero factus fuisset vir/ac-
cepit vxorẽ de tribu sua/⁊ genuit
ex ea filiũ: quẽ ab infantia timere deum docuit/⁊ absti
nere ab omi pctõ: finalr in captiuitate posit⁹/de cibis
gentiliũ nõ comedit: ⁊ cũ ꝯtribules ⁊ amici ei⁹ passim
comederẽt: ipse/vxor ⁊ filius abstinebãt: desolatos cõ
fortans circũibat/monita salutis dando. Cũq; moni-
ta salutis suis captiuis daret: esuriẽtes alebat: mor-
tuis sepulturam ꝓbebat: quapropter in ꝯspectu Sal-
manazar regis gratiam inuenit: qui ipsum plurimuꝫ
honoranit: a Sennacherib vero crudeli tyranno tri-
bulationes plurimas sustinuit: ⁊ occidi etiam iussus
fuit. ¶ Tobias qui interpretat conuersus: in omnib⁹ Tropologia.
istis typum gerit boni secularis/qui ad vniuersa pie-
tatis opera se conuertit: quia licet iste sit inter idola-
tras. i. inter malos seculares/qui idola ⁊ boues aure-
os. i. peccata/⁊ aurum ⁊ argentum per auaritiam co-
lunt: ipse tamen deum colit et diligit templum eius
per deuotionem frequentat: ⁊ idolatria contribuliuꝫ
i. vitiorum cultum fugit: ⁊ spernit: ⁊ filios suos in ti-
more dei instruit: cibosq; gentilium. i. delicias carna-
les abhorret: ⁊ se immaculatũ custodit: ⁊ dato ꝙ qñq;
contingat ipsum captiuitateꝫ ⁊ tribulationem incur-
rere: non cessat tamen captiuos ⁊ turbatos consolari/
indigentibus necessaria largiri/mortuis sepulturam
dare/⁊ pietatis opera preparare. Quapropter pro cer-
to sepe ad literam prouenit/ꝙ regum ⁊ principuꝫ deo
faciente gratiã ⁊ beniuolentiã acquirit: ⁊ ecõtra qñq;
ad maioreꝫ sui probationem/sennacherib id est tyran
norum maliuolentiã ⁊ tribulationem incurrit. Mul- f
te enim tribulationes iustorũ sunt: sicut ⁊ isti dictum ps̃.33.d.
f it infra per angelum: qꝛ acceptus erat deo/necesse tobie.12.
fuit vt tentatio probaret te. c.

¶ Capitulum secundnm textus: Post hec vero cum esset dies festus domini. Moralitatum Capitulum. II.

Cum quadaꝫ die Tobias fatigatus de sepul-
turis occiosorum/quos per plateas niniue historia
iugulatos inueniens abscondebat: ⁊ nocte
contra mandatum regis sepeliebat: propter
quod interfici iussus fuerat/iuxta parietem obdormi
uisset: accidit ꝙ ex nido hirundinũ stercora calidia su
per oculos eius caderent: ⁊ ipsum penitus excecarent
Qui plaga cecitatis percussus/nõ est iracundia mo-
tus: sed magis per patientiã ad gratiarũactionem ꝓ- Moralitas.
uectus. ¶ Ista allega exemplariter/ꝙ iustus tribula-
tionibus nec fortuitis seu infortunatis casib⁹ nõ de-
bet turbari: sed potius quicquid sibi accidat/debet in
dei iustitiaꝫ reducere/⁊ se iuste pati dicere: ⁊ patienter
cum gratiarũactione omnia sustinere: exemplo Job. Job. 1. d
qui dicebat: Dominus dedit dñs abstulit. Non enim
contristabit iustum quicquid ei acciderit. Sepe etiã
accidit/ꝙ iustus vltra voluntatẽ tyrãnoruꝫ opera mi-
sericordie exequitur: dicens ipsi sennacherib. i. ipsi ty- Act. 5. c.
ranno illud Act. Obedire deo oportet magis q̃ ho-
bus. Et tamen talis vt communiter citius ⁊ facilius pro. 3. b.
in fortunijs flagellatur. Quẽ enim dominus diligit/
corripit: ⁊ quasi pater in filio/sicut dicit sapiens in eo Aliter.
delectatur. ¶ Vel dic ꝙ Tobias est homo: qui qñq;
aduertens ad parieres. i. ad mundi negocia se defle- E
ctit: qñq; in delicijs ⁊ ꝓsperitatibus delectatur ⁊ dor-
mit. Hirũdo vero diabolus/q̃ more hirũdinis in aere
i. in superbia pascitur: hõ hoc vidẽs/stercora diuitia-
rũ in oculis cordis eius per concupiscentiam ꝓijcit:
⁊ sic visum spũalis visionis seu discretionis ⁊ sapien-
tie/necnon lumen diuine gratie sibi tollit: ⁊ eũ ꝑ aua-
riciam excecat ⁊ peruertit: ita ꝙ in illis que ad deuꝫ ⁊
ad salutem pertinent ipsum totaliter cecũ reddit. Vñ
tales q̃ iuxta parietẽ terrenarum possessionũ ꝑ auari- esa. 59. b
ciam excecantur/vident posse dicere illud Esa. Pal-
pauimus quasi ceci ad parietem: ⁊ quasi sine oculis
attrectauimus. Ille enĩ qui fatigatus ad sepulturas
dormitionẽ acceperit. i. ille q̃ in bonis operibus diffi-
cultatẽ ⁊ lassitudinẽ delectabiliuꝫ querit: et ab hmõi

bonis ⁊ pijs operibus cessat ⁊ quiescit: talis dico cecitatē vitiorū incurrit/⁊ lumen gratie perdit: qḋ tamen nullatenus perdidisset/si infatigabiliter in bonis operibus vigilasset. Nō oportet igiť in bonis operibꝰ fatigari/nec ꝑ malam cōplacentiam dormire/aut in vi-
1. tes. 5. a tijs ⁊ in ꝓsperis delectari. Apl's Non dormiamꝰ sicut ceteri/sed vigilemus ⁊ sobrij simus.

Capitulum tertium Textus: Tunc Tobias ingemuit. Moralitatum Capitulum. III.

historia Tobias vt supra inter idolatras dominū querebat: ⁊ bonis operibus deo insistebat: qui postꝙ filiū habuit/excecatus est. Filius vo eiꝰ associato sibi raphaele angelo/in rages
B ciuitatē medorū ꝓ recuperandis decē argenti talētis descēdit: vbi Sarā filiā raguel'/que scȝ septē viros habuerat: quos tamē demoniū noīe asmodeus occiderat/in vxorē assumpsit: ⁊ eam a demonis potestate liberauit: ⁊ eam in domū patris ceci cū magna substantia secū duxit: quē canis associans reuerentem ꝓcessit. Ille etiam piscē qui eū deuorare voluerat occidit: ⁊ cū felle eius patrē cecū ad cōsiliū angeli finaliter illuminauit: sicut omnia illa apparent infra. vj. xi. ⁊. xij. cap. Et hic Beda per Tobiā allegorice populū iudeo-
Allegoria. rum intelligit: qui in principio solꝰ deū coluit ⁊ amauit: ⁊ inter gentiles ⁊ idolatras solꝰ fide ⁊ bonis operibus deo seruiuit. Amos: Tantūmodo vos cognoui
amos. 3. at ex omnibus gentibus domus Israel. Verūtamē iste postꝙ filium suum/id est christum de israel ꝺm carnē natū produxit aut genuit/ꝑ infidelitatē excecatus est: inquantū scȝ fidē Christi recipere recusauit. Sara vo que in rages medorū habitabat/id est gentilitas que in mūdo vagabatur: cuius viros ⁊ doctores ⁊ magistros per infidelitatē ⁊ idolatriā diabolus occiderat: ab ipso iuniore Tobia ⁊ angelo secū iuncto. i. ab ipō christo cum angelo/id est cum dei filio copulato fuit liberata: ⁊ in domo Tobie ceci/id est in ecclesiaȝ loco
Cañ. 8. a excecati iudaici populi substituta. Cañ. Apprehēdaȝ te/⁊ ducam in domū matris mee/⁊ cubiculū genitricis mee id est synagoge. Sic igitur factū est/ꝙ piscis/id est diabolus qui in flumine passionis ipsum Tobiam iuuenē. i. christuȝ deuorare voluit/ab ipso victꝰ
A extitit. Fuit etiā ꝑ ipsuȝ euisceratus ⁊ apertus: inquātū sui cordis malicias hominibus reuelauit ⁊ fel sue malicie in scripturis reposuit ad illuminationē legentium ⁊ locauit: ⁊ quicqd de corꝑe eius. i. de mēbris ipsius/scȝ de pctōribꝰ ꝯuertēdo accepit: igne charitatis assauit: ⁊ sale sapientie ꝯdiuit: ⁊ ad vsus ꝓprios reseruauit. Finaliter tamen pater eius cecus. i. ppl's iudaicus ꝑ ipsuȝ illuminabiť: in fine scȝ tēpoꝝ/qñ totꝰ israel saluꝰ erit.
Aliter. Vel dic ꝙ septē viri sare sunt septē sacramēta vel septē dona spiritussancti cōcessa aīe christiane: que proculdubio diabolus sibi ꝑ pctm̄ subtrahit: ⁊ eam viduā ⁊ miserā derelinqt. Verūtamē postꝙ orationibus ⁊ fletibꝰ se vult dare: solet sibi tobias iunior i. christꝰ ipse ꝑseuerāter ꝑ gratiā iungere: quē diabolꝰ nō poterit superare: matrimoniū eīm virtutū cū aīa nō ꝑseuerat/nisi fletus ⁊ oratio ꝓcedāt. Tūc vo ꝑseuerāter virū accipit: cū lachrymis suis stratū suū spargit: ⁊ cum per orationem depositum suum deo cōmittit.

Capitulum quintum Textus: Tūc respōdit thobias patri suo: ⁊ dixit: Omnia quecunqȝ. Moralitatū Capitu. IIII.

Thobias pater qui dudū gabelo consanguineo suo egenti decem argenti talenta mutuo dederat: filium suum vna cū angelo quē ductorem sibi dederat/in rages ciuitatē medo- historia
rum misit: qui in via desponsauit sibi sarā: cuius mariti septē fuerāt a diabolo interfecti. Piscē qui ipsum B
deuorare voluerat/interfecit ⁊ exenterauit: ⁊ de ventre eius medicinale mēbrum extraxit: demoniū quod maritus vxoris sue occiderat/angelus in deserto ligauit patriam recuperauit: canem patris secū sociū habuit ⁊ rediens vxorem in domū patris duxit. Recte videtur ꝙ iste thobias potest significare deuȝ patrē: filius Allegoria.
autem eius vna cū angelo christū, dei filiū significat: in quo angelꝰ ⁊ homo/diuinitas ⁊ humanitas sociātur. Nec est inconueniēs: cū ꝺm sanctoꝝ doctrinā christus inquantū ad suas naturas in isaac ⁊ in ariete figuratur. Gabelus consanguineus thobie significat genꝰ humanū: quod de genere thobie. i. de genere patris diciť pro eo ꝙ ad similitudinē est creatū qḋ etiaȝ egenū ⁊ inops fuit: ꝓpter ade peccatum fuit de paradiso captiuatū: ⁊ dono imortalitatis nudatū gratijs ⁊ virtutibꝰ spoliatū: sicut bene apparuit in adā ⁊ eua/ Geñ. 3. b
quando post peccatū cognouerūt se esse nudos. Decē talenta significant decem legis mandata isti gabelo. i. humano generi ꝓ subleuanda pauperie mutuata. Sara vo gentilitatē significat: cuius viros. i. cuius populos asmodeus. i. idolatria perimebat. Piscis significat diabolū: venter significat infernū. Fel amarū ⁊ medicinale/quod exinde extractū est: significat sanctorum patrū collegiū. Igitur ista fuit veritas/ꝙ thobias deus pater qui a principio per moysen gabello. i. humano generi indigenti ⁊ pauperi tradiderat decē talenta argenti. i. decem legis mandata: thobiā minorem filium suum cum ductore angelo. i. christū deum C
⁊ hominem filium eius benedictum in rages medorū i. in munduȝ destinauit: ⁊ canem. i. predicatores eidē adiūxit: qui in illo itinere. sarā. i. ecclesiā de gentilitatibus sibi iure hereditario debitā desponsauit. Piscē diabolum qui in torrente passionis deuorare crediderat: ⁊ ab hoc mortē ⁊ passionem eius ꝓcurauerat ⁊ ꝓstrauit ei superauit: et de ventre eius. i. de inferno fel amarum ⁊ medicinale. i. sanctos patres qui in amaritudine languebant/extraxit: deceȝ talenta id est decem mandatoruȝ executionē: ⁊ opera a gabelo. i. ab humano genere reportauit: ⁊ vxorē assumptā. i. ecclesiam in domum patris sui in paradisum ꝑduxit: ⁊ hoc est qḋ dicit apostolus: Quod misit deus filium suum natuȝ gal. 4. a
de muliere/factum sub lege: vt eos qui sub lege erāt/redimeret. Hic habemꝰ ꝙ thobias volens dare ductorem filio suo: inuenit quendā angelum nomine raphaelem: qui sub humana specie latitabat. Eo. ca. a historia.
Inuenit igitur eum quasi quendā iuuenem splendidū ⁊ tanꝙ precinctum/⁊ quasi paratū ad ambulandū. Huic igiť filium suum commisit: qui ipsum in itinere conduxit vxoreȝ sibi accepit: ⁊ cū magna sua substantia ipsum ditauit: decem talenta argenti sibi recuperauit: ꝑ sceȝ qui ipsum vorare voluerat/ipsum superare fecit/⁊ ipsum patrē suuȝ illuminare fecit. Sic reuera suꝑ omnia charissimi cura debet esse tobie seniori. i. ꝑlato superiori/ꝙ filio suo. i. subditorū populo: de bono du- Tropologia.
ctore. i. bono curato vel rectore prouideat: ⁊ ꝙ bonuȝ D
prelatuȝ sibi assignet ⁊ preficiat: qui in via huius mūdi ipsum custodiat atqȝ regat: ille etiaȝ debet querere sibi ⁊ preficere aliquē angelum latentē sub hoīe: vt aliquem virum sanctum ⁊ angelicū: sanctitatē tamē suā occultantem

occultantez sub humana benigna ⁊ communi effigie
quia quicūqz alijs preficitur in ꝑlatū:in vita angeli-
cus/humanus in cōuersatione benigna esse tenetur.
Unde de bono rectore dicit̄: Quod ipse angelus dñi
Malach. est:sicut in Apoc. dicitur Septē(inquit)stelle/angeli
2.b. sunt septem eccclesiarū. Ille igitur debet inueniri iu-
Apo.1.d uenis ꝑ fortitudinē vigorosam : splendidus ꝑ mūdi-
ciam gratiosam:stans ꝑ constantiā virtuosam: ꝑcin-
ctus ꝑ diligentiā curiosam:paratus ad ambulanduz
ꝑ obedientiam studiosam:debet dici raphael.i.medi
cus ꝑ fructuosam sapientiam:vt sic de tali angelo di-
catur illud Apoca. Uidi angelum dei fortē. Igit̄ ille
Apo.12.b postꝙ curā/ducatū/ꝑlaturā ⁊ officium super istum fi
liuz.i.super subditos accepit:ille proculdubio debet
eos vna cum cane.i.vna cū bonis predicatorib9 rege-
re ⁊ conducere:decem talenta argenti.i.decem mādata sibi debet recuperare:saram vxorē.i.diuinā gratiaz
debet sibi coniungere:⁊ diuitias virtutum sibi debet
cum ea procurare:piscem.i.carnē docere/apprehende
re/cōsyderare:⁊ sic ꝑ consequens faciet ad patrē suuz
deum letanter cum vxore sua ⁊ diuitijs.i.cum diuina
gratia ⁊ virtutibus reuenire:ita ꝙ tunc poterit patrē
suuz superiorem illuminare.i.spirituali leticia recrea-
ri:quia sicut dicitur in prouer. Gloria patris est fili9
Pro.15.c sapiens. Ideo breuiter de tali angelo poterit domin9
Exo.23.c dicere illud Exo. Ecce ego mitto angelum meum:qui
E precedat te/⁊ custodiet in via ⁊c. ¶ Uel si vis per tho-
Aliter. biam seniorē intellige deum:per angelū prelatum:⁊ ꝑ
minorem subditum populum/sicut supra.

¶ Capitulum sextuz textus: Profectus est autem thobias:⁊ canis secutus est euz. Moralitatum Capitulum. V

Historia Cum angelus thobiam iuniorez conduceret
contigit ꝙ circa tigrim fluuiuz prima man-
sione manerent. Uolens igitur iuuenis pe-
des suos lauare in fluuio:⁊ ecce piscis ima-
nis exiuit ad deuoranduz eum. Quo timente inuadi/
dixit angelus ad eum: Apprehende branchiā eius/⁊
trahe eum ad te. Piscem igit̄ in siccuz traxit:⁊ statim
palpitare cepit:⁊ ex mandato angeli:piscem exentera
uit:fel/cor ⁊ iecur reposuit ⁊ seruauit:cetera vero assa-
uit ⁊ saliuit:⁊ pro viatico custodiuit. Angelus ṽo sibi
dixit/ꝙ fumus cordis illius piscis super carbones po
siti/oīa demoniorū genera ab homine fugat:fel vero
Tropo- oculis cecis ⁊ albuginosis impositum/ipsos illumi-
logia. nat. ¶ Quāuis videatur satis mirabile/ꝙ res corpo-
ralis agat in spiritum:⁊ ꝙ fumus piscis fuget diabo-
lum:vel sonus cithare faciat recedere spiritū immun
dum/sicut supra positum est:qꝛ tamen ad moralia tē-
dimus:de disputando suꝑ hmōi non curemus: Igit̄
dico ꝙ iste piscis pōt pctm̄ significare:vel etiā carnez
fluxibilē atqꝫ mollē:quod scz sub aqua mūdane ꝓspe-
ritatis ⁊ voluptatis abscondit̄: vbi thobie.i.cuicūqꝫ
hoī insidiat̄:vt scz ipsum ꝑ culpam ⁊ penā absorbeat
Pro.23.c ⁊ ꝑdet̄. Unū in Prouer. Insidiat̄ in vijs quasi latro : et
quos incautos viderit/ interficiet. Ista est ergo ve-
f ritas:ꝙ qñ hō accipit mansionez suaz suꝑ trigrim flu
uium:qui interꝑtat̄ sagitta:pro eo qꝛ sicut sagitta ve-
lociter currit.i.in mundi fluxibilitate que cito deperit
atqꝫ fluit:⁊ in aq̄ voluptatis ⁊ ꝓsperitatis vult recrea
ri:ꝙꝙ sibi prima facie speret ⁊ intendat ablui ⁊ mūda
ri:statim tñ adest piscis iste:scz pctm̄ vel tentatio su-
perbie/luxurie vel auaricie:vel etiam ipsa caro q̄ sibi
insidiat̄:ipsumqꝫ attrahere ⁊ deuorare satagit ⁊ molit̄
sed reuera est cōsilium angeli testamenti/scz christi vel
boni predicatoris:ipse debet istum piscē/scz peccatuz
vel carnem vel tentationem ꝑ ꝯsiderationē apprehen-
dere:⁊ ad siccitatē abstinentie ⁊ penitentie trahere:et
ipsum debet exenterare.i.qualis sit ⁊ q̇d infra ipsum
est respicere ⁊ videre. Quod ꝓ certo si fecerit/in ipso tria
reperiet:vñ cōtra vitiorū infirmitatez remedia multa
sumet. Inueniet em̄ ꝙ in ipso est cor/iecur ⁊ fel.i.van9
amor ⁊ falsa delectatio:⁊ finalr̄ inueniet ꝙ est ibi fel.
i.amara desolatio ⁊ damnatio. Igitur si iecur.i.pec-
cati delectatio cū carbonibus desolatorijs.i.cū cōsy-
deratione ignis infernalis iungitur:fiet ꝙ fum9 ille
cōpunctionis ⁊ memorie exinde ꝓueniēs/demones ⁊
demonum tentationes fugabit. Unctura ṽo fellis/
cogitatio.i.timor amaritudinis albuginē carnalita-
tis de oculo mentis curabit. Nihil em̄ ꝓficit magis
cōtra vitia ⁊ demonia/ꝙ cogitare ꝙ falsa sunt carnis
⁊ peccati oblimenta:⁊ ꝙ dura ⁊ fellea subsequūtur tor
menta. Fel igitur.i.cōsyderationē amaritudinis eter-
ne debet homo in oculis patris sui/scz intellectus ap
ponere:vt sic possit eum per gratiam illustrare:dicēs G
illud Hiere. Ecce potabo eos ⁊c. ¶ Uel dic si vis / ꝙ Hie.23.c
iste piscis est diabolus:qui pro certo illis qui in flu- Aliter.
mine religionis deuotionis vel cōpunctionis se bal-
neant:⁊ in tigri.i.sagitta diuini timoris ⁊ ꝯtritionis
se mundificāt:⁊ ibidē affectuū pedes lauāt:piscis dia
bolus insidiatur:⁊ qui per peccatū ipsos si potest/de-
uorat ⁊ predat̄. Sed reuera homo debet ipsum virili-
ter ꝑ bona opera inuadere:⁊ ipsum ꝑ cōsyderationez
exenterando ⁊ aperiendo/quid in vētre ⁊ in corde suo
habeat discernere:⁊ pro certo ibi inueniet cor.i.mali-
ciam.iecur quod amare cogit id est dilectionis falla-
ciam.vel etiam fel quod est amarū.i.prauā intentio-
nis nequitiam ⁊ future damnationis amaram angu-
stiā. Que ꝓ certo si bene cogitauerit:⁊ carbōes ignis
eterni/fumiqꝫ lachrymarū ⁊ obscuritatē tenebraruz q̄
in inferno sunt/adhibuerit:sibi ad spiritualē cecitatē
tollendā ⁊ ad demonium effugandum ꝙplurimū ꝓ-
ficiet ⁊ valebit. Allega vt supra. ¶ Uel dic ꝙ thobias
iste est christus:piscis ṽo diabolus:sed de hoc vide su Aliter.
pra ca.v. ¶ Uel dic ꝙ iste piscis immanis significat di
uitem magnum vsurarium ⁊ tyrānum : qui in fluuio Aliter.
mundane ꝓsperitatis versat̄:⁊ ibidē tanꝙ in proprio
domicilio moratur. Ezechie. Ecce ego ad te draco ⁊c. Eze.29.a
Igitur si contingat ꝙ thobias.i.aliquis pauper ap-
propinquat ad istum fluuium.i.ad prosperitatis sta
tum:vel ad alicuius diuitis domū vel locū:statim cū
tales pisces.i.tyranni/vsurarij ⁊ diuites ipsuz velle di
tari/vel se velle iuxta se locari vel edificari vident:sibi
immediate detrahunt ⁊ inuident ⁊ eum deuorare/⁊ ra
pinis ⁊ exactionibus impugnare festināt:ita ꝙ ipsos H
cōpellunt ad angelū.i.ad dominū clamare.⁊ ꝯtra eos
auxilium implorare. Dñe inquiunt/inuadit me. Job:
Anime vulneratorum clamabūt. Periculosuz est igit̄ Job.24.
talibus appropinquare:⁊ eorū habitationib9 ⁊ eoruz br
domibus ⁊ possessionib9 vicinare:qꝛ fluuiū mūdane
ꝓsperitatis solū sibi volūt appropriare:⁊ ideo solent
oēs vicinos ⁊ socios īpugnare:nec patiunt̄ aliquez
quē impedire valēt/pedes suos lauare.i.recreationez
aliquā obtinere. Uidēt̄ em̄ dicere illud Ezech. Nobis Eze.11.c
data est terra in possessionē. Thobias igit̄.i.pauper:
ab angelo.i.a deo ꝯsulit̄/ꝙ istū piscē.i.istū diuitē ꝑ cō
syderationē apprehēdat:⁊ ꝙ ipsuz de fluuio mūdane
ꝓsperitatis ꝑ consyderationē extrahat:⁊ ad siccuz.i.
ad mortis austeritatez ⁊ sterilitatē imaginādo dedu-

cat. Hoc est dictu: ꝙ statum vite eius cito defecturuꝫ
⁊ statum mortis sue cito successurum cogitet ⁊ atten-
dat: ⁊ sic pro certo ipsum cogitare poterit palpitantē.
i. dubiuꝫ / miserum ⁊ timētem. Unde de diuitibus di-
Sap. 5. a citur Sapiē. Quod ipsi turbabunt timore horribili /
dicētes intra se / penitentiam agentes / ⁊ pre angustia
spiritus gementes. Consiliuꝫ etiam est ꝙ pauper qui
videt gloriā iniquorū / ipsos per cōsyderationē exente
ret: hoc est ꝙ quales sunt interius cōsyderet: vt scꝫ nō
gloriam suā exteriorē / sed iniquitatē interiorē cogitet
atqꝫ spectet: qꝛ scꝫ tunc videt ꝙ illi qui sunt terribiles
quo ad mundum / sunt abominabiles quo ad deum.
A Iuxta illud Lu. Quod hominibus altū est / abomina
Lu. 16. d tio est apud deum. Talē cōsyderationē videt habere
ps. 72. b dauid in ps. vbi de ꝓsperitate maloruꝫ sic dicit: Ecce
ipsi peccatores in seculo obtinuerūt diuitias ⁊c. Et di
xi: Ergo sine causa iustificaui cor meū ⁊c. Donec intrē
Tropologia. sanctuariū dei: ⁊ intelligaꝫ in nouissimis eoꝝ. ¶ Uel
si vis dic ꝙ thobias iste est deus: quē pro certo piscis
immanis. i. aliquis malus diues in persona pauperū
⁊ religiosoꝝ deuorat: ⁊ eū in mēbris suis fatigat ⁊ in-
festat. Sed ꝓ certo deus talē de fluuio ꝓsperitatis ad
siccitatē mortis extrahit: ⁊ eū exenterat / ⁊ prosternit: ⁊
super carbones inferni assat ⁊ cōburit: ⁊ de vētre eius
i. de suis intrinsecis ⁊ abditis: medicinas pauperū scꝫ
diuitias quas diu absconderat / extrahit: ⁊ de his ce-
cos. i. inopes qnꝫ illuminat: inꝙtuꝫ de auaroruꝫ sub-
stantijs ipsos post mortem talium cōsolat ⁊ ditat: ca-
nesqꝫ. i. temporales substantias: istorūqꝫ officia ⁊ be-
neficia que tenebat: sibi angelo reseruat: inquantū in
Esa. 28. c persona pauperum se nutriri predicat. Esa. Refice las
sum: ⁊ ecce hoc meuꝫ refrigeriū. Impios ⁊ tyrannos
tollit: de medio: vt saltem post eorū mortem de eorū
diuitijs iusto alat: ⁊ vt eorū bona que auare aggrega-
uerat / per plurimos distribuat ⁊ distinguat: vt ptꝫ ad
lrām de clericis tenentibus plura beneficia: ⁊ auaris
habentibus plures diuitias: qꝛ scꝫ post mortem eoruꝫ
plures ditantur ⁊ beneficiantur: ⁊ thobias ⁊ angelus
i. pauperes ⁊ iusti vel ipse deus in persona pauperum
Sap. 10. d multipliciter recreantur. Igitur dicitur Sap. Quod
B iusti tulerūt spolia impiorū. Et alibi dicitur: Qd reser
Pro. 13. d uatur iusto substantia peccatorū. Unde dicit de malo
Ioā. 10. c diuite: Qui cōfrigēs nudauit pauperes: domū rapuit
⁊ nō edificauit eā: nec est satiatus venter eius. Educet
egrediēs de vagina sua: vadent ⁊ veniēt sup eū horri-
biles: ⁊ deuorabit eum ignis qui succendet: ⁊ de eodē
dicitur ibidē / ꝙ diuitias quas deuorauit / euomet ⁊c.

¶ Capitulum octauuꝫ textus: Postꝙ vero cenauerūt: introduxerunt iuuenem ad eam. Moralitatum Capitulū. VI

historia Hic dicit / ꝙ cū sara filia raguelis septē viros
habuisset: ⁊ eos diabolꝰ occidisset: thobias
ipsam ducere timuit: tamen ad angeli consi-
liūm ipsam duxit: nec eum diabolus nocuit
seu lesit. Nā ad cōsiliū angeli iecur piscis mortui sup
carbones posuit. ⁊ odore fumi eius demōes fugauit
Queꝫ raphael accipiens / in desertū superioris egypti
relegauit. Tandē vero in timore dei vxorē instruēs: ⁊ ad
orōnem inuitās: cū ipsa tribus diebus orōni vacauit:
⁊ sic intrans ad puellā / in dei bñdictione sine nocumē
to eā suscepit. Sicut em̄ angelus sibi dixerat: dmoniū
solū sup illos potestatē habebat: q sicut equꝰ ⁊ mulꝰ
Moralitas. sine timore dei cū suis vxoribus habitāt: ⁊ qui in actu
cōiugali nihil pter delectationē amāt. ¶ Ista exēpla-
riter ad lrām pñt allegari ꝯtra libidinosos: qui scꝫ si-
cut bruta sine dei timore solā delectationē qrunt: qꝛ
pro certo tales ꝑ spm̄ fornicationis pereunt inꝙtum
etiam cū ꝓprijs vxoribus fornicationē cōmittūt. Iu-
sti vero cū dei timore ⁊ bona intentiōe ⁊ orōne debēt cō-
iugiū celebrare: ⁊ sic nō habēt demoniū. i. spm̄ luxurie
formidare: ⁊ potissime si piscis mortui iecur. i. si chri- C
sti moriētis mortē sup carbones feruentis charitatis
ꝑ cōsiderationē voluerint adhibere. Dicat igit bonꝰ
ꝯiunx vxori sue illud qd iste dixit hic: Filij sctōrum su-
mus: ⁊ nō possumus ꝯiungi sicut gētes q ignorāt de-
um. ¶ Uel dic ꝙ vxor nostra est beneficiū vl eccl'ia no Aliter.
bis data: qꝛ ꝓ certo qcūqꝫ isti vxori brutalit: ⁊ solūmō
ꝓpter lucrum ⁊ delectationē ⁊ vtilitatē tpalē ꝯiungit:
⁊ eidē ꝑ ꝓmotionē cōiugatur: necesse est ꝙ a diabolo
spūaliter ⁊ tpaliter perimat. Ille vero q taliter vxorē ac
cipit: nō vt psit / sed vt ꝓsit: nō vt libidini ⁊ voluptati-
bus vacet: sꝫ vt cū timore diuino ⁊ orōni diuine laudi
se applicet: a demōe nō ledit sed sanꝰ ⁊ incolumis spūa
liter regitur: ⁊ cū vxore hmōi / ꝓle bonorū operū iocū
datur: ⁊ diuitijs tpalibus et spūalibus ꝓsperat. Ps. Ps. 127. a
Uxor tua sicut vitis abundās in laterībꝰ domus tue.

¶ Ex eodem cap'lo octauo textus. b. Et factum est circa pulloruꝫ cantū accersiri iussit raguel. Moralita. Capitu. VII

Hic habet ꝙ raguel pater sare: postꝙ thobi-
as filiā suā in vxorē acceperat: ⁊ ad eā intra- historia
uerat: timuit nec forte sibi sicut alijs accidis
set: hoc est / ne forte a demone suffocatus fuis
set: fecit de nocte in domo sua foueā facere / vt ipꝫ pos
set terre cōmēdare: ⁊ sicut alios sepelire disposuerat: sꝫ
ipm sanum reperiēs / in laudes dei ꝓperat ⁊ exultat: ⁊
duas vaccas ⁊ quatuor arietes occidēs / nuptias pre-
parat ⁊ instaurat: Thobias igit angelū ad gabelum D
mittit: q pecuniā recupat ⁊ ipm ad nuptias adducit.
Tandē vero raguel medietatē bonorū suoꝝ filie tradi-
dit: ⁊ sic cū magna substantia thobias cōiugem secū
duxit. Qui precedens felle piscis oculos patris illu-
minauit: ⁊ cadente albugine quasi mēbrana oui / visuꝫ
recuperat: ⁊ vidēs filiū suū / dñm benedixit. ¶ Ista ex- Allegoria.
ponunt quidā allegorice. Dicūt em̄ ꝙ raguel est ppl's
gentilis: cuius filiā. i. ipam gentilitatē seu gentiliū cō
munitatem thobias. i. christus in vxorē duxit: inꝙtuꝫ
ipsam ad fidem conuertens / de ea ecclesiā suā fecit: sꝫ
reuera in principio ille raguel / scꝫ gentilis populꝰ du-
bitauit: ⁊ timuit ne forte ille esset verus maritus ⁊ ne
forte mundū decipiēdo fuisset a demone mortuꝰ vel
oppressus: quapropter ipsum sepelire disposuit: in-
quantū in ꝑsona tyrannorū nomē christi ⁊ eius fidem
opprimere ⁊ tollere festinauit: sed finaliter cantu gal-
lorum. i. doctrina predicatorū instante: ipsum verū ec-
clesie maritum / virū sctm̄ ⁊ legitimū repit ⁊ cognouit
⁊ tunc nuptias vere ⁊ firme fidei statuit ⁊ inducit: in
quibus proculdubio vaccas ⁊ arietes. i. martyres ⁊ cō
fessores de populo suo preparat ⁊ exponit. Cōstat aūt
ꝙ de populo gentili cōuerso / multi in pimitiua eccle
sia more vaccarum agrum dominicum coluerūt: ⁊ tā
dē per martyriū obierūt: Multi arietes ⁊ prelati ⁊ du
ces in ecclesia fuerūt / qui mortē ꝓ dño subierūt. Tūc
in nuptijs thobie ⁊ sare. i. christi ⁊ eccl'ie d seipsis ence
niuꝫ prebuerunt. Unde mat. Tauri mei ⁊ altilia mea Mat. 22.
occisa sunt: et omnia parata sunt: venite ad nuptias D.
id est ad fidem christi. Gabelus per angelum addu- E
citur quia scilicet ad fidē christi quotidie nouꝰ popu
lus per

lus ꝑ predicatores angelicos aggregaꝛ. Sara em̄.i.
gentilitas: cum magna substantia thobie tradiꝛ: qꝛ
etiam de gentibus cū diuitijs diuersaꝝ scientiarū ad
fidem veniens/dn̄o desponsaꝛ. Et finaliter tn̄ iste tho
bias scʒ christus: patrē suū cecū.i.pplm̄ iudaicū exce-
catū/ꝑ fidez illuminat: inquātū in fine tp̄is lumē sue
fidei seruat: qꝛ tūc exultādo clamabit ⁊ dicet: Ecce vi
deo thobiā filiū meū: qn̄ albugo infidelitatis de ocu
lis eius ceciderit: ⁊ qn̄ se errasse fatebiꝛ ⁊ cognoscet: ⁊
qn̄ se media etate illuminatum aduertet/dicens illud
Jo.9.c Joan. Cum cecus essem non video. Albugo em̄ ꝓꝑe
cecitatem iudaici significat: qui se albū ⁊ iustū credit
⁊ estimat. Et ista etiam cecitas ⁊ albugo quasi mem-
brana oui esse diciꝛ: pro eo ꝙ adhuc christuz tanꝙ de
ouo nasciturū expectat: sed tunc talis albugo de ocu
2.Cor.3 d. lo sue mentis cadet: qn̄ christū iam venisse cognoscēs
se errasse ꝑcipiet. Un̄ apl's: Uelamen est positū sup cor
eoꝝ. Cum aūt auersi fuerint/auferetꝛ velamen. ¶ Hic
potes subdere exemplariter: quō angelus elemosynā
Thobie orationez ⁊ ieiuniū cōmendat: ⁊ quō ex hoc ꝓmeruit
12.c. thobias ꝙ a deo tentareꝛ/⁊ tentatus cōsolareꝛ. Uide
ca.xiij. Nihil videꝛ in alijs capl'is hui9 libri figurale.

¶ Moralitatum super Thobiam finis.

Moralitatum liber Decimusoctauus super iudith.

¶ Capitulum primū Textus: Arphaxat itaqꝫ rex medorum subiugauerat multas gentes. Moralitatum Capitulum I

Nabuchodo
Histo-ria nosor rex assyrioꝝ: cū con
tra arphaxat regē medo-
rum victoriā obtinuisset:
eleuatū est cor eius in sup
biam: ⁊ oēm terraz voluit
suo imperio subiugare.
Nā nō suffecit sibi regnū
medoꝝ acquisiuisse: quin
immo nuncios suos ad
libanum/siciliam/syriam et damascū vsqꝫ in hierl'm
misit: vt tributa sibi soluerent: ⁊ vt eum in regem reci
perent ꝑ nuncios imperauit. Et qꝛ oēs vno animo cō
tradixerunt ei: ⁊ remiserūt nuncios vacuos: ⁊ sine ho
nore abierunt: indignatus ipsos ꝑ potentiam oppri-
mere ⁊ subiugare voluit. Ideo holofernē principem
militie cum exercitu infinito ꝯtra regionem occiden-
tis misit: ⁊ oēm terram sibi subiugari mādauit. Qui
mandatis eius obtemperās/multas ciuitates ⁊ ter-
ras ꝯfregit: multosqꝫ ip̄m voluntarie recipientes/in
dn̄m in deditionem recepit. Terras que prius māda
Tropo-logia ta nabuchodonosor ꝯtempserant/ꝑ violentiam eius
imperio subiugauit. ¶ Ista pn̄t applicari ꝯtra ambi
tiosos ⁊ presumptuosos. Ille em̄ nabuchodonosor:
qui interpretaꝛ sedens in angustia: presumptuosos ⁊
ambitiosos significat: qui per sollicitudinē semꝑ an-
Tren.1.a. gustiantꝛ/vt ad statum altiorem ꝓmoueantur. Tren.
Sedet in angustia dn̄a gentium.i.ambitio cōtra ar-
phaxat.i.facit aliqd̄ factuz notabile: ꝓpter qd̄ regnū
medoꝝ.i.aliquam dignitatem obtinet ⁊ acquirit: nō
sufficit sibi ꝙ rex sit assyrioꝝ: ⁊ ꝙ efficiaꝛ rex medoruʒ
idest nō sufficit sibi dignitas quā ab antiquo habuit

vel quā de nouo acquisiuit: ꝗnimmo ad altiora accen
diꝛ: ⁊ ad altas dignitates ⁊ officia ambire/⁊ ea vsur-
pare moliꝛ. Qd̄ potissime fit/qn̄ videt aliqd̄ bn̄ficiuʒ
vel dignitatē vacare: qꝛ scʒ tunc magis solet ad digni
tatem aspirare. Adonias aūt filius agith eleuabatur 3.Reg.
dicens: Ego regnabo. Quid igitur fit? Pro certo isti 1.a.
tunc qn̄ vident electionē instare/solent nuncios ꝓlo-
cutores ⁊ ꝓseuchas suos mittere: ⁊ nunc ad vnū/nūc
ad alium discurrere: multa ⁊ magna ꝓmittere: vt ad
regnandū sup ipsos/⁊ ad prelaturā vel officium obti
nendū ipsos valeant inclinare: dicentes cū absalone
illud qd̄ diciꝛ: Quis me ꝯstituat iudicem sup terram 2.Reg.
vt ad me veniant oēs: vt iuste iudicē? Sed reuera iu- 15.a.
sto dei iudicio fit: ꝙ oēs vno animo ꝯtradicunt ei: et
nuncios ꝓlocutores/⁊ suos secretos repudiant ⁊ cō-
tēnunt: ⁊ ꝙ in die electionis vbi se eligi forsan existi-
mabat/oēs electioni ipsius se opponant/dicentes il
lud Luce: Nolumus hūc regnare sup nos. Quod vi- Lu.19.
dens ille/ad holofernem principem militie.i.ad ꝓn- c.
cipum ⁊ laicoꝝ potentiam se conuertit: totqꝫ per eos
tribulationes excitat ꝯtra istos/ꝙ ciuitates ⁊ muni-
tiones.i.tp̄ales possessiones istoꝝ impedit ⁊ subuer- Lu.19.
tit: dicens illud Luce: Illos aūt qui noluerunt me re c.
gnare super se/adducite huc ⁊ interficite. Et sic ꝑ vio-
lentiam ad ꝯsentiendū in eum ipsos cogit: Ita ꝙ bre
uiter isti cōpelluntꝛ dicere illud qd̄ etiam isti dixerunt
Desinat obsecro ira tua ꝯtra nos. Sequiꝛ: Ueni no-
biscū pacificus dn̄s: ⁊ vtere seruitio nostro sicut pla-
cuerit tibi. ¶ Uel allega ꝙ nabuchodonosor.i. dia-
bolus: qui videns se superasse arphaxat cū exercitu.i. Aliter
cum maloꝝ multitudine: non sufficit sibi/nisi i alios
idest ꝑ malos principes ⁊ eoꝝ officiales non sibi sub-
iectos.i.in bonos ⁊ religiosos manū mittat: qui pri-
mo nuncios suos.i.tentatiōes leues ad eos mittens
repulsam patiꝛ: qꝛ scʒ statim hoīes a principio obedi
re vel subdi diabolo dedignanꝛ. Ideo sepe fit ꝙ prin-
cipem militie sue holofernē: qui interpretaꝛ infirmās
vitulum saginatū.i.pctm̄ luxurie: qd̄ inter alia vitia
obtinet principatū: ⁊ qd̄ impinguatos/deliciosos vi
tulos/iuuenes ⁊ lascinos infirmat: ꝯtra ipsos dirigit
quo mediante multos superat: paucos vo qui in au
xilio sancte mulieris vidue: i.beate virginis ip̄m vin
cant/inuenit. Ubi em̄ alij nuncij.i.alia vitia deficiūt:
holofernes.i.luxuria principaꝛ. Un̄ diciꝛ/ꝙ cecidit ti
mor holofernis sup omnes habitantes terram.

¶ Capitulum tertium Textus: Tunc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium. Moralitatum. Cap. II

Hic diciꝛ ꝙ cū holofernes oēm terrā suo do-
minio subiugasset: ⁊ quosdā virtute armo-
rum/quosdā voluntarie cū hymnis ⁊ canti-
cis obuiantes eisdē: in ditionē suā sumpsis- A
set: de vniuersis vrbib9 viros fortes sibi in auxiliato-
res accepit: cū quoꝝ adiutorio leui9 ceteros supauit. Mora-
¶ Sic vo diabolus: q̄ quosdā virtute armoꝝ.i.vio- litas
lētia tētationū supat: quosdā vo volūtarie ⁊ q̄si ex in
dustria peccātes: de q̄b9 diciꝛ: Quasi ex idustria recesse Job.
rūt a deo sibi subiugauit de oīb9 vrbib9 ⁊ de oīb9 statib9 34.c.
quosdaʒ fortes auxiliatores.i. quosdā heresiarchas
vel alioꝝ pctōꝝ patronos sibi aggregauit: q̄b9 mediā
tib9 de alijs facili9 victorizat. Isti em̄ q̄ alios ad pctm̄
incitāt/diaboli sunt auxiliatores: quoꝝ ope vincit fa Eo.c.d.
cilius peccatores. ¶ Hic habes ꝙ nabuchodonosor Histo-
preceperat holoferni principi militie sue: ꝙ omnes ria

deos terre destrueret et demoliretur: ut ipse solus deus ab his nationibus que per holofernem possent subiici diceretur. Sic igitur factum est quod iudith sancta mulier caput holofernis amputauit: et sic nabuchodonosor potentiam et superbiam eneruauit. ¶ Istud applica contra presumptuosos et inuidos qui solum volunt dii dicti excellentes et inclyti reputari: quapropter totis viribus laborant quod alii .i. magni potentes famosi eradicentur: ut solum ipsi apparere inter homines videantur. Sicut de saturno legitur: quod ericthonium filium suum occidit: et hoc quia vidit eum sapientem: et timebat fame sue posse detrahi propter eum: cum solus deus ab omnibus vellet credi. ¶ Ista possunt applicari contra imperium romanorum: qui mediante militia sua deos terre .i. reges mundi subuertebant: et nomen eorum de medio submouebant: regnaque ipsorum et prouincias redimebant: et sic cum effusione sanguinis totum mundum suo imperio subiugabant: solique dii terre/imperatores et domini dici in toto orbe volebant: et quod abominabilius videbatur/leges et statuta scribebant: in quibus non debere dici aut esse in orbe regem preter cesarem dicebant. Hiere. Ero deus vniuersis cognationibus israel etc. Quod utique valde absurdum extitit: ut reges in diuersis mundi prouinciis ex consensu populorum legitime factos vel a deo institutos/sola autoritate et violentia submouerent: ipsosque regnis et dignitatibus spoliarent: sibique totum applicarent: et se solos reges in orbe vocari iuberent: totumque mundum a principio liberum tributis et seruitutibus subiugarent/dicentes illud quod sequitur infra: Sciat vniuersa terra quod Nabuchodonosor est deus terre: et preter ipsum alius non est. Non est mirum igitur si illud tam violentum stare non potuit: et si sancta mulier iudith/idest sancta prouidentia occulta vel ecclesia/istius crudelis principis caput et potentiam amputauit. Dignum enim fuit/quod qui solum dii terre dici volebant: proprium caput/idest proprium imperatoriam dignitatem amitterent qua gaudebant. Sicut et nunc patet: quia imperium ad translationem aliam est translatum: et nullus alius habet imperii potestatem/vel principatum. Dignum enim est: quod qui vsurpat aliena/iusto dei iudicio perdat sua. Ideo isti ciuitati potest hodie dici illud quod antiquitus dictum est babyloni: Audi derelicta/habitans in confidentia: que dicis in corde tuo ego sum: et preter me non est amplius. Non sedebo vidua: et sterilitatem ignorabo. Et sequitur: Venient tibi sterilitas et viduitas. ¶ Hic habes quod cum omnes generaliter se holoferni redderent: et se potentie eius subiicerent: et se et vxores et filios/ciuitates et bona sua eius dominio subiugarent: sibique et exercitui suo cum lampadibus/tubis et tympanis occurrerent. Dicitur tamen quod ista facientes/non poterant ferocitatem sui pectoris mitigare. Quapropter cito ignominiose dicitur periisse. ¶ Quod scilicet contra tyrannos crudeles potest allegari: quorum tanta est superbia: quod subditorum obsequiis/beneficiis/blandiciis deliniri non possint: sed ex hoc ad deterius prouocantur: et sepe ad crudelitatis opera fortius inardescunt: quapropter sepe fit/quod isti in sua potentia gloriantes/et desolationibus hominum non parcentes/iusto dei iudicio succumbant. ¶ Vel dic quod iste est diabolus: quia pro certo qui recipiunt ipsum: et ei consentientes complaudent fatui sunt/si eius ferocitatem mitigare credunt: quia reuera propter hoc ipsis non parcet: sed contra ipsos in inferno fortius inardescit. Unde in Prouer. zelus et furor non parcet in die vindicte.

Moralitas — Allegoria — B — Hiere. 31.a. — iudith 5.d. — Esa. 47 b. — C — Eo. c. c. — Moralitas — Aliter — Prou. 6.d.

¶ Capitulum quartum Textus: Tunc audientes hec filii israel qui habitabant terram iuda. Moralitatum Capitulum III

lignũ hũile: siccabit lignũ virede/ ꝛ frõdescet lignũ ari
Moralitas dum. Illud applica ꝙ deus de vno modico ramo fa=
cit qñq; magnã cedrũ.i.magnã ꝛ honorabilẽ personã
H ꝛ in monte excelso alicuius dignitatis constituit eum:

ita ꝙ volucres.i.nobiles sub ipo cõmorant: ꝛ sic fit ꝙ
deus quotidie facit siccare sublimes ꝛ virides.i. sup=
bos ꝛ carnales: exaltari vero ꝛ frondescere facit per p
speritatis gloriã hũiles ꝛ pauperes. Uñ dr. Deposuit luce.1.c
potẽtes de sede: ꝛ exaltauit humiles.

¶ Caplm decimũnonũ Textus. Et tu fili hoĩs assume planctũ super pricipes isrl. Moralitatum Capitulum.IX.

Quedã leena tulit vnũ de leũculis/ ꝛ leo fact9 historia
est: ꝛ didicit capere predã/ ꝛ homines deuo=
rare/ viduas facere/ ꝛ ciuitates in desertũ du
cere: ita ꝙ desolata est terra a facie rugitus
eius: ꝛ audierũt gentes: ꝛ nõ absq; vulneribus ceperũt
eum: miseruntq; eum in carcerem/ ne audiretur ampli Moralitas
us vox ipsius super montes ꝛc. ¶ Talis leo significat
quosdam malos officiales ꝛ peruersos: qui in princi
pio sunt leunculi.i.parui balliui vel aduocati: vt quia
mater ipsoꝝ.i.ecclesia vel religio/ ciuitas vel prelatus
ipos ad aliquod officiũ assumit: qui tandem lapsu tẽ
poris leones.i.magis crudeles tyranni efficiunt: itaq;
ab eis per rapinas homines deuorant: ꝛ ciuitates eti
am deserte ꝛ pauperes efficiũt: ita ꝙ rugitu suoꝝ pau 1.pe.5.a
peres totius patrie deterrẽt. Uñ dicit. Tanq̃ leo ra=
piens ꝛ rugiens circuit/ querens quem deuoret ꝛc. A
Sed finaliter querela gentiũ que cõtra tales solet in=
surgere: ꝛ post multa tribulalationũ vulnera qñq; p
curant/ q̃ ipe in carcerẽ vel in mortẽ vel in depositionẽ
tradit: ita ꝙ extunc vox minarũ ꝛ iniuriaꝝ suaꝝ super
mõtes.i.in altis dignitatibus ꝛ officijs amplius non
audit. Ita quotidie videm9 ad sensum in curijs domi=
noꝝ: vbi leones consiliarij seu officiales crudeles fina mat.7.a
liter destruunt: ꝛ iusto dei iudicio eadẽ mensura qua cod.c.c
alios mensi fuerant/ metiunt. ¶ Consequẽter dicit ibi
Mater tua quasi vinea plantata in sanguine: cuius
fructus ꝛ frondes eius creuerũt ex aquis multis: ꝛ fa
cte sunt ei virge solide in sceptra dominantiũ: ꝛ exalta
ta est statura sua inter frondes: sed tandẽ euulsa est in
iram: in terrãq; proiecta est: ꝛ vẽtus vrens siccauit eã:
arefacte sunt virge roboris eius ꝛ ignis comedit eam
ita quod non fuit amplius in eis virga id est sceptrum Tropologia
dominantium. ¶ Talis vinea dicitur esse progenies
tyrannorum: ipsorumq; domus imperium ꝛ maiestas
que scilicet in sanguine ꝛ violentia est fundata: ꝛ cum
effusiõe sanguinis introducta. Dato enim qd ista pos
sunt prosperari: ꝛ quod eorum domus videatur exal=
tari/ ꝛ maxime reputari: virgeq; solide id est homines
fortes quandoq; solent exinde generari: qui etiã alijs
habebant cuz sceptro ꝛ imperio dominari: finaliter ta
men domus a deo euellitur: ꝛ ita igne tribulationis
arescit et consumitur quod nulla virga fortis id est B
nulla persona nobilis: nullum sceptrum dominanti=
um id est nullus qui habeat dominum/ inuenitur in
eis: quia breuiter illud est verum: quod vinea id est do
mus vel ciuitas vel iurisditio/ seu quecunque respu=
blica que a sanguine crudelitatis ꝛ rapina sumpsit or
tum: non solet diu stare/ sed finaliter arescere ꝛ perire:
sicut patet de imperijs gothorum/ vuandalorum/ per
sarum/ grecorum ꝛ romanorum: ꝛ sicut potissime pa=
tet de domibus italie tyrannorum: quia sicut dicitur. esa.9.a.
Uestimentum mixtum sanguine erit in combustio= Aliter
nem ꝛc. ¶ Uel dic ꝙ vinea plãtata in sanguine est per
sona ecclesiastica/ vel vna cognatio vel ꝯgregatio: que
affectu sanguinis ꝛ ꝯsanguinitatis pmouet: q̃ q̃uis
aliquãdiu

aliquãdiu prosperent᷑: ita ꝙ ex inde virge solide. i. per-
sone notabiles ꝓducant᷑: finaľr tñ deficiũt: arescũt ⁊ sic
cant᷑: ita ꝙ nulla virga fortis. i. nullus notabilis i eis
Mic.3.d reperit᷑. Jdõ bñ dr̃. Ue q̃ edificatis sion in sanguinib9.

Caplm̃ vicesimũprimũ Text9. Et fact9 est sermo dñi ad me: dicẽs. Fili hoĩs: pone faciẽ tuã. Moralitatum Capi. X.

historia O Domin9 minat᷑ ciuitati hierusalẽ/ ꝙ ipe edu-
cet gladiũ suũ de vagina sua ad oẽm carnẽ.
Gladiũ dico suũ limatũ ⁊ exacutũ / ⁊ irreuo
cabilẽ. Gladius inquit meus vt splẽdeat li-
mat9 est: vt cedat victimas exacutus est: precepit dñs
ꝙ duplicet᷑ gladius aut triplicet᷑. Hic est inquit gladi
us occisionis magne. Sequit᷑. Mucro euaginare ad
occidendum. Et dicit ꝙ pre timore istius gladij tabe-
C scet omne cor: dissoluent᷑ vniuerse manus: infirmabit᷑
Mora-litas ols spiritus: ⁊ per cũcta genua fluent aq̃. Talis gla
dius videt᷑ esse mors. Jste est gladius qui est acut9 ad
penetrandũ: ⁊ est limatus ⁊ splẽdidus ad terrendũ: ⁊
etiã gladius qui q̃nq̧ est duplex/ inquantũ occidit cor
pus ⁊ animã: q̃nq̧ triplex inquantũ occidit aĩam/ cor
pus ⁊ famam. Jste etiã irreuocabilis dicit᷑: q2 postq̃
de vagina dispositionis sue ipm̃ dominus emiserit: ir
reuocabiliter illũ quem vult percutere/ vulnerat. Et idõ
iste ad omnẽ carnẽ mittitur: q2 omnis caro cũ gladio
isto trucidat᷑: ⁊ ꝓpter hoc iste gladius dicit᷑ magne oc
cisionis: q2 iste est causa generalis omnis hoĩs inter-
Deu.32.f fectionis. Unde in Deut. Jnebriabo sagittas meas
sanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes. Qui igit᷑
istum gladiũ bene videt ⁊ consyderat: necesse est ꝙ cor
eius p̃ timore tabescat: ⁊ ꝙ omnis spiritus superbie re
frenet᷑: ⁊ ꝙ aque lachrymose compũctionis per genua
Aliter hũilitatis fluere censeantur. Uel dic ꝙ tales gladij
sunt tyranni: qui sunt exacuti ad pungitiue rapiendũ
⁊ ad occidendũ per crudelitatem: splẽdidi ad pompa-
tice incedendum per prosperitatem. Sunt irreuocabi
les per obstinationis ⁊ mali sui propositi firmitatem:
quia scilicet isti per seuitiam sunt acuti: per inanez glo
riam sunt splendendi: per precipitationem ⁊ fatuita-
tem irreuocabiles possunt dici. Nullo enim timore dei
vel nullo amore ꝓximi/ vel nullo ꝯsilio alicui9 boni vi-
D ri a sua malicia reuocari pñt. Jstos igit᷑ diabol9 vagi
na sue iniq̃tatis euaginat: ⁊ cũ eis iustos dilacerat ⁊ de
trũcat ⁊ diuersis tribulatõib9 eos turbat: q̃propt᷑ oẽ cor
Tropo-logia ⁊ omnis spiritus merito metuit ⁊ formidat. Uel dic
quod gladius est lingua detractionis. Psalmista. Li
Ps.56.a gua eorum est gladius acutus. Que limatur ornate
loquendo: splendet adulatoria inferendo: sed tandez
pungit aspere inscindendo ⁊ detrahendo: ⁊ est irreuo
cabilis: vix aut nunq̃ famam quam abstulit restituen
do: ⁊ idem iste gladius dicitur duplicatus/ inquantuz
detractor plures simul interficit obloquendo: quia ip
se ledit se ⁊ illum quem diffamat/ ⁊ eum quem auscul-
tat. Unde Hugo libro secundo de anima: volens osten
dere/ quod dicitur lingua a ledendo/ a lingendo vel li
gando ⁊ a labendo: dicit sic quod lingua dicitur quia
lingit adulãdo: mordet detrahendo: occidit inciden-
do: ligat ⁊ ligari non potest: labitur ⁊ teneri nequit: la
bitur vt anguilla: penetrat vt sagitta: tollit amicos:
multiplicat inimicos: mouet rixas: seminat discordi-
as: ⁊ multos interficit vno ictu: blanda est subdola et
⁊ lata: ⁊ parata ad miscenda mala/ ⁊ extrahẽda bona.
Pro.21.d Unde in Prouerbijs. Qui custodit os suuz: custodit
Pro.18.d animam suam. Et ibidem. Quoniam mors ⁊ vita in
manu lingue. Bernardus etiam in quodam sermone
dicit. Quod verbum leuiter profertur: sed non leuiter
reuocatur.

Caplm̃ vicesimũtertiũ textus. Et fact9 ẽ sermo dñi ad me: dicẽs. Fili hoĩs: due mulie res. Moralita. Capi. XI.

Olla ⁊ ooliba fuerunt due mulieres filie ma- historia
trisvnius: sicut figurat hic propheta: de ciui E
tatibus hierusalem ⁊ samarie: ⁊ fuerunt im-
pudicissime meretrices: ita quod prima oola
primo insaniuit libidine in assyrios amatores suos/ ve
stitos hyacintho: principes ⁊ ascensores equorum ⁊ iu
uenes cupidinis: sed finaliter isti amatores sui occide
runt eam: ⁊ discooperuerunt ignominiaz eius. Quod
cum vidisset soror eius ooliba: magis ad hec insaniuit
libidine: quia videns imagines chaldeoruz depictas
in parietibus/ expressas coloribus / accinctas balteis
renes: ⁊ tiaras in capitibus ad similitudinem filioruz
babylonis insaniuit libidine: ⁊ misit pro eis in patri-
am suam vt dormirent cum eadem: quapropter factũ
est quod ipsi sui amatores/ ipsam nudam spoliauerũt
⁊ vestimenta eius tulerunt: nasum eius ⁊ aures presci
derunt: et que reliqua fuerant gladio conciderunt. Tropo-logia
Jstud potest allegari contra malas mulieres quia
dato quod aliqua videat quod soror ipsius vel vicina
fuerit ex hoc diffamata/ depauperata ⁊ spiritualiter in
terfecta: ipsa tamen fieri libidinosa propter hoc non
omittit: immo comptos ⁊ etiam pictos iuuenes dili-
git: quapropter nuda ⁊ pauper remanet: ⁊ vitam fame
⁊ glorie inde perdit. Uel dic quod tales male muli e
res sunt anime peccatrices: que ab ista matre vidẽtur
concepte: ⁊ ab isto patre primogenite vel create. Jste
enim cum assyrijs id est cũ aduersarijs suis id est mun
do/ carne vel diabolo fornicari videntur: inquantum
in eorum suggestionibus / pompis ⁊ prosperitatibus
delectantur: ita quod cum ipsis per diuersa vitia forni
cantur. Jta enim amatores sui/ mundus/ caro ⁊ demo f
nia: qui ipsum nunc amare se simulant/ istas vestibus
virtutum: spoliant: naso deuotionis ⁊ auribus id est
auditu verbi dei eas priuant: ⁊ sic damnationis gla-
dio eas finaliter truncant. Et dato quod ista prima pe
reat in oculis aliorum: alie tamen priores se propter
hoc non castigant: immo ad idem vna exemplo alte- Aliter
rius magis perãbulat ⁊ declinat ad suppliciũ. Uel
dic quod tales sunt male religiose persone: que dato
quod gloriam mundanorum appetentes / cum ipsis
quandoq̧ per apostasiam fornicantur: ita quod inde
etiam ad periculum ⁊ carcerem deducuntur: alij tñ ne
quaq̃ propter hoc castigantur: immo ad eundem ca-
sum currere quotidie comprobantur.

Caplm̃ vicesimũseptimũ textus. Et factũ est verbũ dñi ad me: dicẽs. Tu ergo fili hoĩs assume. Moral. Capi. XII.

Mirabilem figuraz vnius nauis videtur hic historia
describere propheta: comparans ciuitatez
tyri naui: pro eo quod in mari sedebat: et
multa nauigia possidebat Jsti igitur naui
seu ciuitati sic loquitur. O tyre tu dicis: perfecti deco-
ris ego sum, ⁊ in corde maris sita: finitimi tui qui edi
ficauerunt te/ impleuerunt decorem tuum: abietibus
de sanir extruxerunt te: cedrum de libano tulerunt: vt
facerent tibi malum: quercus de basan dolauerunt ad
remos tuos: transtra tua fecerũt tibi de ebore indico:

pretoriola tua de insulis italie:byssus varia de egypto
G texta est tibi in velū:vt poneretur in malo hyacinthus
⁊ purpura de insulis:eliza facta sunt operimentū tuū
Allegoria ¶Per istam ciuitatē que naui comparat/intelligit
ecclesia militans:que dicit tyrus: que interpretat angustia:propterea ꝙ semper ista in tribulationib9 ⁊ angustijs viuit:⁊ more nauis in fluctibus amaricationū
pu.31.b semper sistit. Unde in Prouerb. Facta est quasi nauis institoris. Abietes q̇ sunt arbores leuissime/ sunt pauperes qui fuerūt primitiue ecclesie fundatores: qui de sanir (quod interpretat deus luminis) esse dicuntur: pro eo ꝙ ipsi fundatores ecclesie a patre luminum cōstituti noscunt:qui etiā fuisse luminosi ⁊ scientifici esse comprobant. Unde dicit. De sursum est descendens
iaco.1.c a patre luminū. Cedrus arbor altissima significat prelatū:qui in dignitate ⁊ statu ceteris esse altior:⁊ in cōtemplatiōis celsitudine debet alijs esse maior:qui etiā de libano (que interpretat candor) esse dicit: pro eo ꝙ prelatus candidat9 per castitatem esse tenet. Unde in
cañ.5.c. Cañ. Dilectus meus candidus ⁊ rubicūdus. Iste igitur malus in naui ecclesie erecta dicit/quādo ad prelationis dignitatē assumitur:qr pro certo de cedris.i.de altis contēplatiuis ⁊ perfectis personis debet malus nauis.i.prelatus ecclesie fieri:⁊ ad p̄lature officiū ele-
ps.91.c uari. Ps. Iust9 vt palma florebit. Quercus arbor durissima ⁊ fortissima significat martyres: qui fortes et solidi extiterunt:qui scꝫ de basan (quod interpretat sic
H citas) fuerunt dicti:pro eo quod fuerunt penis ⁊ absti
zac.11.a nentijs desiccati. Zacha. Ululate quercus basan. Igitur isti remi ecclesie facti sunt: inquantum ipsam ad portam paradisi ducunt. Ueruntamen isti per martyria fuerunt dolati:⁊ a cunctis superfluitatibus gladijs detruncati. Transtra istius nauis significant confessores:qui de ebore indico dicunt esse:pro eoꝙ isti castitatis candore pre cunctis visi sunt floruisse. Pretoriola vero id est apotece doctores significāt: qui aromata scientiarum in se reponunt: ⁊ de insulis italie (que interpretatur mens excedens) dicuntur esse: pro eo quod per profunditatem scientie/humanam indaginem excedunt. Byssus igitur que est linum candidissimum puritatem designat sciētie. Hiacynthus cuius color est celestis / significat conuersationem spiritualis ⁊ celestis apparentie: purpura vero designat ruborem ⁊ ardorem charitatis ⁊ amicitie:quia scilicet velum id est conscientie secretum de bysso id est purissimum et mundissimum esse debet: operimentum vero exterioris conuersationis debet esse per charitatē purpureū
hie10.b ⁊ per celestem vitam ⁊ apparentiam hiacynthinum. Hieremi. Hiacynthus ⁊ purpura indumentum eorum. Dico igitur quod nauis vel ciuitas ecclesie facta est de abietibus de sanir id est de pauperibus luminosis:⁊ a patre luminum per gratiam illuminatis. Mali etiam id est prelati ipsius: facti sunt de cedris libani id est personis in deum eleuatis ⁊ velo byssino id est puritate conscientie decoratis. Quercus etiam de basan id est persone fortes ⁊ constantes siccer abstinentes scilicet martyres:transtra eborea id est casti cō-
A fessores mente alios excedentes/decorem ipsius compleuerunt:hiacynthusꝙ celestis apparentie: purpura vero patientie sibi operimentum charitatis dederunt. Sic igitur potuit antiquitus dicere nauis ista. Perfecti decoris ego sum:⁊ in corde maris sita id est in plenitudine omnium bonorum spiritualium collocata.
hie.16.b Isti igitur tunc temporis poterat dici illud Hieremi. Similam/mel ⁊ oleum comedisti: ⁊ decora facta es.

¶Postq̄ Ezechiel descripsit ciuitatem in similitudi eod.c.c.
nē nauis:incepit dicere de diuitijs ⁊ gloria istius ciuitatis: Et ponit quomodo ad nundinas eius diuerse gentes de diuersis mundi partibus ducūt diuersa mirabilia ⁊ mercimonia: que repleta est ⁊ glorificata nimis in corde maris:sed istius finis fuit interitus. Unde sibi dicitur. In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contriuit te in corde maris: diuitie tue/thesauri tui/instrumentum tuum/naute tui et gubernatores qui tenebant supellectilem tuam: et populo tuo preerant viri bellatores tui cum vniuersa multitudine tua cadent in corde maris:in medio maris opes tue sibilauerunt super te negociatores populorum. Ad nihilum deducta es:⁊ non eris in perpetuum. ¶Illud potest applicari contra mundanam reli
gionem vel ecclesiam:que scilicet in principio fuit na Tropologia
uis salutifera: modo quo supra dictum est fabricata. Ista enim antiquitus habebat nundinas spirituales in quibus spiritualia pro terrenis dabat:⁊ sic sanctos negociatores bonis celestibus ditabat. Et ideo antiquitus populi seculares ad istam per deuotionem cō
fluxerunt:mercimonia sua scilicet redditus ⁊ possessio B
nes attulerunt:⁊ eam summis opibus ditauerunt:nūc etiam ad alias nouas nundinas / scilicet vbi dantur spiritualia pro terrenis:beneficia pro pecunijs alta officia pro carnalibus amicitijs:iam quasi totus mundus incepit confluere:mercimonia munerum/precum ⁊ adulationum offerre:ita quod iam constat ecclesiam diuitijs/opulentijs plenam esse:pompis ⁊ superbijs lasciuire. Sed pro certo timendum est: ne ventus austri id est prosperitas sua ipsam conterat:⁊ in mare tribulationum ⁊ amaricationum subuertat. Iam enim videmus quod diuitie/thesauri ⁊ multiplex instrumentum incipiunt ab ecclesia deficere:naute ⁊ gubernatores qui presunt suo populo id est prelati bellatores/scilicet predicatores ⁊ viri iusti iam incipiunt cadere. Sicut ceciderunt a virtute morali:ita etiā videmus eos a prosperitate temporali continue declinare: quia iusto dei iudicio fit / quod qui propter temporalia deū voluerunt deserere: etiam ipsam gloriam temporalem compellantur amittere:quapropter iam cernimus ꝙ opes temporales iam cessant:quodꝙ ista nauis ecclesie ad nihilum deducitur:negociatoresꝙ id est seculares iam eam contemnendo super ipsam sibilant ⁊ in-
sultant. Unde Esaie. Repleta est terra eius idolis. Et esa.2.b.
sequitur. Quod dies domini exercituum super omnē Ibid.c.
superbum ⁊ excelsum ⁊ arrogantem / ⁊ humiliabitur ⁊c. Quia breuiter/postq̄ terra id est ecclesia:incepit repleri auro/argento ⁊ diuitijs:statim repleta est equis id est viris luxuriosis: ⁊ superbis ⁊ idolis id est viris
ignorantibus ⁊ pigris:quapropter iam incipit domi- C
nus super superbos ⁊ arrogantes clericos visitare:et
ipsorum superbiam humiliare. Unde illud Esaie. Hu esa.32.b
militate/humiliabitur ciuitas. ¶Uel si vis dic contra mundi magnos status/⁊ contra magna mūdi imperia. quale fuit imperium grecorum/persarum/chaldeorum/penorum/romanorum:⁊ contra superbas seculi ciuitates: qualis babylō:niniue/carthago/troia ⁊ similes:vel contra ipsos mundi superbos dominos ⁊ tyrannos:qualis fuit nabuchodonosor:tyrus/alexāder/iulius cesar/ ⁊ alij: qui mundum per violentiam oppresserunt: ⁊ qui summa prosperitate floruerunt: nautas/naues ⁊ bellatores ad subiugandos populos habuerunt: ita quod a cunctis mundi partibus populi mercimonia/id est tributa ⁊ munera detulerunt:

quos tū

quos tamen cum regnis ⁊ imperijs suis per violentiam acquisitis ventus auster/id est flatus fortune subuertit in mare/ id est in paupertatez submersit: ⁊ ad nihilum compulit ⁊ redegit. Psalmista. Uidi impium superexaltatum sicut cedros libani.

Capl'z vicesimūoctauū textus. Et factus est sermo dñi ad me dicēs. Fili. Moralitatū Capitulum. XIII.

In persona ⁊ figura primi angeli propheta pulchre reprehendit principem tyri: qui de sua sapientia superbiebat / dicens sic. Eleuatum est cor tuum/ ⁊ dixisti: deus ego sum/ ⁊ non homo ⁊ in cathedra dei sedi in corde matris: cum sis homo/ ⁊ non deus: ⁊ posuisti cor tuum quasi cor dei. Ecce sapientior es tu daniele: ⁊ omne secretum non est abscōditum a te: in sapientia tua ⁊ potentia tua fecisti tibi fortitudinem: ⁊ acquisiuisti aurum ⁊ argentum in thesauristuis: in negociatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: propterea eleuatum est cor tuuz quasi dei. Ecce ego adduco super te alienos robustissimos gentium: ⁊ nudabunt gladios super pulchritudinem sapientie tue: ⁊ polluent decorem tuum: ⁊ interficient te in medio incircumcisorum: morieris in corde maris ⁊c. Ista possunt applicari contra mundi sapientes ⁊ aduocatos: qui pre ceteris habent cor altuz ⁊ eleuatum. Uidentur enim dicere se deos esse ⁊ non homies inquantum aliquid vltra alios homines sapiunt: ⁊ inquantum omne secretum diuersarum questionum dissoluere pretendunt: etiam quod danieli id est cuicumqꝫ sancto viro vel theologo in sapientia se preponunt: ⁊ in cathedra dei sedisse id est in studijs docuisse vel in iudicijs vel officijs pro tribunali iura reddidisse se dicunt. Igitur isti cor suum quasi cor dei videntur ponere: inquantum se alijs noscuntur preferre: ⁊ de sciētia superbire. Apostolus. Scientia inflat: charitas vero edificat. Quid igitur? Pro certo isti in sua sapia. i. in consilijs/iudicijs/aduocationibus ⁊ lectionibus acquirunt fortitudinem temporalem: multiplicant thesauros ⁊ diuitias infinitas: ⁊ in negociatione vsurarꝫ ⁊ mercimoniarum quas alij aliquando exercent/dilatant: multiplicant bona sua: ⁊ acquirunt fortitudinē potentie secularis. Ita quod sicut videmus/pauci sūt qui talium resistunt hodie potestati. Sapientes enim sunt vt faciant mala: bene autē facere nescierunt. Sed deus tradet tales finaliter in manū robustissimā gētium/scilicet demonum: qui gladijs infirmitatum ⁊ tribulationum qui ipsos acuunt/pulchritudinem sue sapientie polluunt: decoremqꝫ sue temporalis glorie destruunt: ⁊ per mortem temporalem eos quādoqꝫ subito interficiunt: et in corde maris id est in inferno per eternam damnationem occidunt. Istis igitur dicitur illud Esaie. Sapientia tua ⁊ scientia tua / hec decepit te: ⁊ dixisti. Ego sum: ⁊ preter me nō est altera: ⁊ veniet supra te malum: ⁊ non scies ortum eius: ⁊ irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Propheta loquitur ibidem de primo angelo/dicens. Tu signaculum plenitudinis / plenus sapientia ac perfectus decore. in delicijs paradisi dei fuisti: omnis lapis preciosus operimentum tuum sardius/topasius/ iaspis/crysolitus/onyx ⁊ beryllus/sapphirus/carbunculus ⁊ smaragdus: auruz opus decoris tui. Tu cherub extentus ⁊ protegens/posui te in monte sancto dei: in medio lapidum ignitorū ambulasti: ⁊ es perfectus in vijs tuis a die cōditionis tue. Ista possunt exponi de quolibet viro iusto: ⁊ maxime ecclesiastico vel prelato: q2 talis debz esse signaculū similitudinis per dei ⁊ sanctorꝫ imitationē. Plenus sapientia per spiritualē discretionē. Perfectus decore per honestā conuersationē. In delicijs paradisi esse per affectionē ⁊ per contēplationē. Omniū lapidum preciosorꝫ operimentuz habere per omniū virtutū adeptionē: q2 in operimento perfectionis sue debet relucere sardius: qui timorē pellit/⁊ facit audacem. i. spei virtus ⁊ soliditas. Topasius qui lunā sequit. i. obedientie ⁊ imitationis bonorꝫ cōformitas: Iaspis qui oculos clarificat. i. fidei splēdor ⁊ luciditas. Crysolitus qui demones terret. i. humilitas: Onyx qui oculos facit tremulos. i. dei timor/⁊ sua considerata seueritas. Beryllus qui litib9 ꝑest. i. patiētia ⁊ benignitas. Sapphir9 qui discordes recōciliat. i. perfect9 amor ⁊ charitas. Carbūculus qui summe emicat. i. discretio/sapiētia ⁊ sagacitas. Smaragdus qui visum recreat. i. bona conuersatio ⁊ honestas. Aurū etiā quod summe pōderat/debet esse opus decoris sui. i. morum grauitas ⁊ maturitas. Ista em̄ oia debēt esse operimentū boni prelati/vestis ⁊ tegimē cuiuslibet ecclesiastici/vel etiā viri iusti: vt sic dicatur illud Eccl'ia. Quasi vas auri solidū ornatur omni lapide precioso. Iste insuper debet esse cherub. i. vir angelicus: qui interpretat plenus scientia/ propter scripture fidei ⁊ scientie eruditionē. Debet esse extent9 ad alios per liberalitatē ⁊ compassionem. Debet esse protegens per pauperū adiutorium ⁊ defensionē. In mōte ēt sctō dei vbi impositus est. i. in alto officio/dignitate ⁊ beneficio. Debet esse in medio lapiduz ignitorꝫ. i. in medio bonorꝫ consiliatorꝫ/charitate ardentiū per bone societatis frequētationē: ⁊ sic a die cōditiōis sue. i. a die iuuētutis vel ꝓmotionis debet esse perfectus in vijs suis per sctitatis ꝓfessionē: q2 ꝓ certo q̄ ꝑmissa oia habuerit/ꝑfect9 nō immerito dici poterit. itē qd̄ illo dici poterit illō Ecci: Probatus in illo ⁊ perfect9 inuentus: ⁊ erit illi gloria eterna. Consequēter loquit ibidē propheta: ꝙ cherub qui fuerat in mōte sancto dei ⁊ delicijs paradisi/perfectus sciētia ⁊ decore: ꝙ propter negociationes etiā quibus se immiscuerat/perdidit omnia sua Dicitur igitur sibi sic. In multitudine negociationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate/⁊ peccasti: eieci te de monte sancto meo: ⁊ perdidi te o cherub: ⁊ prodiēs de medio lapidū ignitorꝫ/eleuatum est cor tuū in decore tuo: perdidisti sapientiā tuā in multitudine iniquitatū tuarꝫ: perdidisti sanctificationē tuam. Producā igitur ignē de medio tui: ⁊ dabo te in cinerē super terrā/in cōspectu omniū videntiū te: nihil factus es/⁊ non eris in perpetuū: Ista possunt applicari cōtra religiosos ⁊ ecclesiasticos negociatores/vel negociatorꝫ seculi tractatores/vel curiarꝫ principū sectatores: q2 proculdubio multi sunt hodie in monte sancto dei id est in ecclesia: ⁊ delicijs paradisi. i. in religione: qui licet sint pleni sapientia ⁊ perfecti decore. i. honeste cōuersationis decentia. in mundi tamen negocijs se immergunt. ⁊ in rebus secularibus se delectant: quapropter sepe fit ꝙ iteriora mētis sue iniquitate replent. Isti igit sunt qui in decore suo. i. i gratijs sibi a deo collatis cor suum eleuāt ⁊ superbiūt: sꝫ sic relaxante domino manum suā/sanctificationē gratie sue vbicūqꝫ discretionē ⁊ sapientiā perdūt. Tales igit de monte sancto. i. de statu sanctitatis eijciunt: ꝑ diuersa peccata perdunt: ⁊ igne diuersarꝫ concupiscētiarꝫ vrunt: ⁊ finaliter nihil reputant. Ps. Ad nihiluz deuenient tanq̄ aqua decurrens. Quod potissime de

Marginalia (right): f; ecc. 50. b; G; eccl'. 31 b; eod. c. c.; historia; Tropologia; H; ps. 57. b

clericis mercatoribus / vsurarijs et simoniacis potest dici: qui scz malis et inhonestis contractibus et vsurarijs et simoniacis pactionibus in religione et ecclesia indecenter vtuntur: non aduertentes quod vendentes et ementes dominus de templo eiecit. Unde in euangelio. Auferte ista hinc: et nolite facere domuz patris mei domum negociationis. Utinam ergo tales negociatores de monte sancto dei fuissent eiecti: et a statu ecclesiastico destituti.

ioã. 2. c.

¶ Capl'm vicesimūnonū Textus. In anno decio et duodecio mēse vna die mēsis. Moralitatum Capi. XIIII.

historia

Loquitur dominus pharaoni regi egypti sub figura vnius draconis in fluminibus quiescentis / dicens sic. Ecce ego ad te o pharao rex egypti draco magne: qui cubas in medio fluuiorum et dicis. Meus est fluuius: et ego feci memetipsum: et ponam frenum in maxillis tuis: adherere faciam pisces fluuiorum squāmis tuis: et extraham te de fluminibus tuis: et proijciam te in desertum: et omnes pisces fluminis tui super faciem terre cadent: bestijs terre et volatilib9 celi dedi te ad deuorādum. ¶ Tales dracones videntur esse multi ecclesiastici mali: vel mūdi diuites et auari: vel mali pricipes et prelati: qui dracones dicuntur: eo quod p auariciā / rapinam / vel seuitiam inflammantur. Hi sunt igitur qui cubant in fluminibus deliciarum. Hi sunt quib9 adherent multi pisces id est multitudo malarum familiarum / nepotum / consanguineorum et compatriotarum. Hi sunt qui bonuz quod habent / non attribuunt deo: immo seipsos se fecisse / et sua industria statuz suum acquisiuisse dicunt / ad laudem virtutum propriaruz: quia pro certo tales solet dominus freno mortis infrenare: et eos in desertum id est in infernum proijcere: et pisces suos sibi adherentes id est malam suaz sequelam et parentelam cum ipso perdere: et a statu prosperitatis eijcere: et bestijs id est tyrannis: qui bona ipsius mortui diripiunt: et volatilibus id est demonibus qui animam rapiunt / finaliter ipsos dare. Constat eñ quod tales maligni iusto dei iudicio de fluminibus deliciarum et a statu prosperitatis cadunt: pisces sibi adherentes id est ipsorum consanguinei et familiares qui scilicet propter eos in honore fuerant: pariter corruunt et pereunt: Percusso enim pastore disperguntur oues gregis. Dracones etiam id est sitibundi diuites postq̄ diu fuerunt in fluminibus deliciarum: iustum est quod extrahantur ad desertum miseriarum: et maxime illi qui dicunt / quod ipsi fecerunt semetipsos id est illi qui bona sua non deo / sed proprie industrie attribuunt: ipsum deum quamplurimū offendunt: quapropter de fluminibus deuotionis quantum ad animam: vel de fluminibus deliciarum / quantum ad corpus merentur extrahi: et in desertum peccati vel miserie relegari. Uere enim illi qui bona sua spiritualia sibi attribuunt / merito labi in diuersa vitia permittūtur. Illi vero qui bona sua temporalia ad dei gratiaz non referunt / ad desertum paupertatis merito deuoluuntur. Unde Gregorius dicit. Quod cōditoris dispensatione agitur / quod de se confidens anima tentationis iaculo feriatur: vt infirma quid sit / inueniatur et fastum superbie pretermittat. ¶ Hic etiam fit mentio de baculo arundineo egypti de quo etiam habetur in libro. Regum: et Esaie. Egyptus enim baculo arundineo comparatur qui nullam soliditatē habēs

A Tropologia

zac. 13. c

B

gre. 29. moral.

4. re. 18 e esa. 36. b

cum se ei inniti homo voluerit: protinus frangitur et cassatur. Apparet enim esse fortis et solidus. Uerumtamen si desuper innixus fueris: onus impositum non sustinet: cum sit intus vacuus et inanis. Tales sunt falsi amici qui exterius videntur splendidi: et per promissam fidelitatem solidi: quos tamen si quis probauerit: vel in aliquo necessitatis articulo eis inniti / et in eis confidere voluerit: vel onus alicuius laboris sustinendi ipsis imposuerit: statim ipsum per impatientiā et infidelitatem fractuz videbit. Ita quod illud quod promittere videbatur scilicet fidelitatem: non faciet nec tenebit. Soliditatem enim et stabilitatem habz solummodo exterius in apparentia: vacuus autem est et insolidus interius in conscientia: quia scilicet iste fidelitatez habz in ore / nunq̄ in opere vel in corde. Esaie. Ecce confidis super baculum istum arundineum confractum egyptuz: cui si innixus fuerit homo / confringetur: et perforabit manum eius. Sic et pharao omnibus confidentibus in eum: ¶ Uel dic quod iste baculus significat prosperitatem mundanam / mundum / corpus / vel vitam temporalem vel diabolum. Ista eñ omnia licet videantur solida: sunt tamen fragilia atq̄ fluida: quia vbi quis diutius sperat viuere / vel in prosperitate gaudere ibi baculus iste sibi per mortem vel infortunium citius frangitur: et eum magis percipit variari.

esa. 36. b C

Aliter

¶ Capl'm tricesimūprimū Text9. Et factuz est in anno vndecio tertio mēse: vna mensis. Moralitatū Capl'm. XV.

historia

Assur regem superbissimum Ezechiel comparat cedro / dicens sic. Ecce assur inquit / quasi cedrus in libano: pulcher ramis / frondibus nemorosus / excelsusq̄ altitudine et inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius: aque nutrierunt illum: abyssus exaltauit euz: flumina eius manabant in circuitu radicum eius: riuos suos emisit ad vniuersa ligna nemoris: propterea eleuata est altitudo eius: multiplicata sunt arbusta eius: et eleuati sunt rami eius pre aquis multis. In ramis eius fecerunt nidos volatilia celi: sub frondibus eius habitabant omnes bestie saltuum: et sub vmbra habitabant cetus gentium plurimarum: cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: abietes vero nō fuerunt equate frondibus eius. Omne lignum paradisi non erat assimilatum ei et pulchritudini eius: quapropter enū lata sunt eum omnia ligna voluptatis que sunt in paradiso. Sed quid? Pro certo dominus dicit. Pro eo quod eleuatuz est cor eius in altitudine sua: traditus est in manibus fortissimi gentium: et succident eum crudelissimi nationum. Confringentur arbusta eius et fugient de sub vmbra eius populi terre. Et sic dicitur / quod deductus est cum lignis voluptatis ad terram vltimam / cum descendentibus ad infernum et ad interfectos gladio: et consolata sunt super eum omnia ligna. ¶ Per talem cedrum intelligo mundi diuites et superbos / in dignitatibus et officijs constitutos: vt sunt ad literam aliqui mali seculares vel clerici / in prelatorum vel principum officijs eleuati. Psalmista. Uidi impium supereleuatum et exaltatum sicut cedros libani etc. Quia isti hodie in libano huius mundi per prosperitatem sunt pulchri frondibus: id est diuersis possessionibus sunt nemorosi: dignitatibus et officijs sunt eleuati et excelsi: et etiam inter frondes et inter altos et magnates et diuites pre alijs sunt exaltati

4

Tropologia

ps. 36. b

exaltati: ita quod in paradiso ꝛ in ecclesia vel patria
pauca sunt ligna que eis in gloria assimilentur: ita ꝙ
ipsi abietes ꝛ platani: id est ipsi diuites/antiqui/nobi
les/excelsi: milites/principes vel prelati: ipsorum mun
dane prosperitati ꝛ glorie nullatenus adequantur. Si
cut ad literam videmus de multis aduocatis ꝛ offi=
cialibus regijs/ꝛ similib⁹ qui in mundana gloria ma
gnos nobiles antecedunt: q2 hodie quasi tot⁹ honor
Esa.60.c ꝛ prosperitas seculi ad istos est deuoluta. Esa. Gloria
E libani ad te veniet: decor carmeli ꝛ saron/ꝛ breuiter al
titudo sui status super alios eleuat: arbusta etiã eorum/
id est familiares ꝛ compatriote: propter eos ad offi=
cia vel bñficia eleuant: volucres celi/id est nobiles non
dedignant nidificare: id est moram contrahere apud
Da.4.b ipsos. Dañ. Erant subtus eam habitantes bestie ter=
re ꝛ in ramis eius commorantes aues celi: ꝛ ex ea ve=
scebatur omnis caro. Ratio aũt istorum est: q2 aque diui
tiarum nutrierũt istos: ꝛ abyssus/id est diabolus exal
tauit eos: ꝛ flumina diuersarum pensionum ꝛ lucrorũ
irrigauerunt istos: quapropter non mirum si contin=
git ipsos esse magnificatos ꝛ excelsos. Sed q2 isti de
tanta sua altitudine ꝛ sublimitate se erigũt in superbi
am: ꝛ cor eorum per inanem gloriam exaltatur: ideo fi
naliter in manus crudelium/id est demonũ tradunt:
ita ꝙ quãdoqꝫ fit ꝙ tẽporaliter ꝑ infortunia succidũt
ita ꝙ arbusta eorum. i. improbi familiares ꝛ filij q̃ per eos
exaltati ꝛ promoti fuerãt temporaliter ꝯfringuntur: ꝛ
bestie/id est simplices subditi de vmbra sui dominij li=
berant: ipsisqꝫ obedire amplius non dignant. Isti etiã
ad locum inferni vel terram infimã paupertatis dedu=
Esa.14.c cunt: ita ꝙ ligna terre infima/id est pauperes quos de=
f presserant: de casu ipsorum non modicũ consolant: di
Aliter centes illud Esai. Quomõ cecidisti lucifer/qui mane
Allegoria oriebaris? corruisti in terram qui vulnerabas gentes
ꝛ tu vulneratus es sicut ꝛ nos: nostri similis factus es
¶ Uel dic ꝙ ista arbor est ecclesia: que propter flumi=
na donorum spiritussancti/que eam vegetauerunt: ꝛ ꝑ
pter abyssum eterne ordinationis: ꝛ aquas diuine gra
tie ꝛ deuotionis: que eam nutrierunt: ita est hodie ex=
altata diuitijs ꝛ potentijs dilatata: ꝙ cedri/abietes ꝛ
platani/id est mundi alti principes/diuites ꝛ domini:
sibi nullatenus adequantur: alia etiam ligna paradi
si: id est alie secte que fuerunt scꝫ lex nature/ꝛ secta eti=
am legis scripte sibi nullatenus comparant: vnde iã
factum est ꝙ in ramis suorum officiorum: volucres celi/
id est mundi nobiles gaudent nidificare: bestie vero ꝛ
populi/id est inferiores simplices subditi sub vmbra fi
dei sue letant habitare: q2 ista arbor de tanta sui subli
mitate ꝛ prosperitate est in superbiam erecta/ꝛ cor ei⁹
ꝙplurimũ eleuatũ: iam paulatiue in manus crudelis=
simorũ/id est principum ꝛ tyrannorum traditur: arbusta
eius/id est persone ecclesiastice franguntur ꝛ suppedi
tantur. Aues id est nobiles subesse ecclesie maxime in
temporalibus dedignant. Ideo de sub ipsis id est de iu
risditione eius effugere probant populi etiam/id est fi
deles ad alienas sectas quotidie fugiunt: ꝛ per schis=
mata vmbram ecclesie derelinquũt: ita quod iam gla=
Treñ.1.a dys/id est tribulationibus tyrannorum taliter est trũ
cata: quod iam ad terram vltimam/id est ad miseriaꝫ
Aliter est deducta. Unde dicitur. Facta est quasi vidua domi=
Tropologia na gentium: princeps prouinciarum facta est sub tribu=
G to. ¶ Uel dic ꝙ talis cedrus est vir contemplatiuus ꝛ
altus: qui aquis deuotionis nutritur: fluminibus spi
ritussancti rigatur: ꝛ sic ad perfectionis altitudinẽ ex=
altatur: ita ꝙ abietum et platanorum/idest mun da=
norum sapientum nulla sibi sublimitas adequatur:
ligna etiam paradisi/idest alij fideles sibi nullatenus
comparantur. In ramis enim suarum affectionũ ni
dificant aues/idest angeli per delectationem: sub vm
bra suorum exemplorum habitant bestie ꝛ populi/id est
homines simplices ꝛ ignari per imitationẽ. Uerun=
tamen quãdo ex tali sanctitate cor eorum per preium
ptionẽ ꝛ inanem gloriam eleuatur: sepe fit ꝙ relaxan=
te domino manũ suam: in manibus crudelium/id est
demonũ per peccata cadere permittunt: ꝛ finaliter ad esa.14 c
infernũ ꝛ ad terram vltimã deducunt. Esai. Detracta
est vsqꝫ ad inferos superbia tua. Bene igitur consulit 1.co.10c
ab apostolo. Qui stat/videat ne cadat. Pretermitto fi
guram de morte ꝛ de destructione illarum nationuꝫ que ezec.32 f
ponuntur Ezechielis vbi dicitur. Ibi mosoch/ibi tu=
bal/ibi elam: ꝛ sic de alys: quia ipsam alibi recolo me eze.34a
dixisse. De conditionibus etiam boni pastoris et
mali pastoris que ponuntur hic/nihil hic pono: quia
omnia ista non videntur posita narratiue/ sed potius
literaliter ꝛ ordinatiue.

¶ Capl'm tricesimũseptimũ text⁹. Facta est super me man⁹ dñi: ꝛ eduxit me in spũ. Moralitatum Capl'm. XVI

Uidit Ezechiel vnum campum plenum ossi H historia
bus/que erant multa valde: super facieꝫ cã=
pi sicca vehemẽter. Accidit ex volũtate dei/
ꝙ ezechiele prophetante facta est cõmotio
ꝛ accesserunt ossa ad ossa / vnũquodqꝫ ad iuncturam
suam: ꝛ ecce super eos nerui ꝛ carnes: ꝛ extensa est sup
eos cutis: ꝛ spiritum nõ habebant: ꝛ prophetauit ad
spirituꝫ dicens de quatuor ventis: Ueni spiritus ꝛ suf
fla super interfectos istos ꝛ reuiuiscant. Et ingressus
est in ea spiritus: ꝛ vixerunt: ꝛ steterunt supra pedes su
os exercitus grãdis valde nimis. ¶ Ista ossa possũt Tropologia.
significare cõgeriem seu congregationem omniũ pec
catorum: qui sunt in campo huius mundi/vel in cam
po ecclesie militantis: qui sunt nudi/id est sine cõuer=
sationis decore: ꝛ sicci id est sine compassionis humo
re: ab inuicem distincti/id est sine dilectionis amore:
spiritu carentes/id est sine gratia ꝛ deuotionis vigore
sine neruis/ id est sine concordie ligamento vel forti=
tudinis fulcimẽto: ꝛ sine carnibus/id est sine pieta
tis mollicie vel lenimento. Uñ dicit in persona pecca= eze.37.c
torum: Aruerunt ossa nostra: abscissi sumus. Sed ꝓ=
pheta prophetante: id est ꝑdicatore predicante/vel ꝑ=
lato redarguente: in istis ossibus fit quandoqꝫ cõmo
tio cõtritionis: ꝛ accedunt ossa ad ossa per affectũ spi
ritualis deuotionis: ꝛ applicat vnũquodqꝫ ad iunctu
ram suam per ligamentum cõcordis vnionis: ꝛ ꝑ eo
etiaꝫ ꝙ quilibet efficit contentus proprij gradus ꝛ ꝓ=
motionis. In istis igitur statim crescere incipiũt ner=
ui id est fortitudo: carnes id est pietatis fluida pleni=
tudo: cutis. i. honestatis exterior gratitudo: ꝛ a qua=
tuor ventis. i. a quatuor bonis affectib⁹ venit in eis B
spũs. i. diuine gratie sanctitudo. Uñ domin⁹ dicit ta=
libus penitentibus illud quod ibidẽ dicit: Dabo sup
vos neruos: ꝛ supercrescere faciam in vobis carnes: ꝛ
superextendam in vobis cutẽ: ꝛ dabo vobis spiritum
ꝛ viuetis. Sic igitur fit/ꝙ insufflante spiritusancto su
per ossa arida. i. sup indeuotos peccatores/ꝛ eos sub
intrante: statim incipiunt per gratiam viuere: a terra
id est ab effectu terrenorum surgere/ꝛ ea contemnere:
ꝛ erecti per spem ꝛ contemplationem ꝛ rectitudinem

ezec.2.a mētis stare. Ezech. Ingressus est in me spūs: ⁊ statuit
Aliter me super pedes meos. ¶ Uel dic ꝙ quatuor partes a
quibꝰ venit spūs in mentē aridā ⁊ indeuotā / sunt quatuor consyderationes quibꝰ penitens dzvti: scꝫ natiuitatis vilitas / mortis necessitas / inferni asperitas / ⁊ paradisi felicitas: qꝛ pctōr ꝗ ad istas partes bñ ꝯsyderat ⁊ attēdit: spūm sctm̄ in se faciliter rapit ⁊c. sicut supra.
Aliter ¶ Uel dic ꝙ talia ossa arida sūt hypocrite: ꝗ ꝗuis habeāt neruos cōfederatiue collisionis / carnes non ficte compassionis / cutē honeste cōuersationis: spiritū tamen vt dicitur / non habebant: inquantum carent spi
sapi.1.b ritu gratie ⁊ deuotionis. Unde dicitur. Spiritus discipline effugiet fictum ⁊c.

¶ Capl'm tricesimūoctauū Textꝰ. Et factꝰ est sermo dñi ad me dicēs. Fili hoīs. Moralitatum Capitulum.XVII.

B
historia Minatꝰ dñs cuidā principi futuro qui dicetꝰ Gog: ꝗ cū magnis exercitibus ascēsurus est: ⁊ in nouissimo annoꝝ ad terrā israel ad spolia populi dei detrahenda / ⁊ dicit sic: In igne zeli mei locutus sum dicit dñs: qꝛ in die illa erit magna cōmotio sup terrā: ⁊ cōmouebunt a facie mea pisces maris / volucres celi / bestie terre / ⁊ oē reptile qꝺ mouet super humū / cunctiqꝫ hoīes ꝗ sunt super faciem terre: ⁊ subuertent mōtes / ⁊ cadēt sepes: ⁊ oīs murꝰ corruet in terrā / ⁊ gladiꝰ vniuscuiusqꝫ ad ꝓximū suū: ignē
Tropologia ⁊ sulphur pluā super eū / ⁊ super exercitū eius. ¶ Illud pōt exponi ꝯtra diabolū: ꝗ cū exercitibꝰ suis. i. cū cōgerie maloꝝ nō cessat cōtra ppl'm dñi. i. ꝯtra beatos quotidie militare / ⁊ eos bonis suis spūalibꝰ spoliare: qꝛ ꝓ certo in nouissimo annoꝝ / scꝫ in die iudicij / iste cuꝫ toto exercitu reproboꝝ peribit. Tūc ei fiet cōmotio / ⁊ mirabilis eoꝝ mutatio: qꝛ scꝫ in igne furoris. i. iustitie ⁊ rigoris ipsiꝰ dei / cōmouebunt a statu sue mūdane ꝓsperitatis pisces maris. i. voluptuosi: volucres celi. i. supbi ⁊ ambitiosi: ꝗ nō ꝗrūt nisi alta: bestie terre / id ē auari atqꝫ diuites: reptilia. i. infirmi / mali paupes hoīes qui sunt super faciē terre / scꝫ eccl'ie: hoc est dictu / mali clerici ⁊ seculares. Tales igit sunt de exercitu istiꝰ regis Gog / id est diaboli: ⁊ iō dñs finaliter ignē ⁊ sulphur. i. ardorē ⁊ fetorē eterne dānatiōis super eos pluet: gladiū sue dire sentētie in eos mittet: mōtes. i. ipoꝝ altos status destruet: sepes ⁊ muros eoꝝ / id est ipsoꝝ malos
C fautores ⁊ protectores subuertet: ⁊ eos oēs ad infernū dānabit / interficiet ⁊ occidet: qꝛ ꝓ certo Gog cū suis exercitibus / id est diabolus cum suis peruersis hominibus in iudicio destruetur: ⁊ malorum status ⁊ pro
ps.10.b speritas subuertetur. Psalmista. Ignis / sulphur ⁊ spiritus procellarum / pars calicis eorum.

¶ Capitulum quadragesimumprimuꝫ Textus. Et introduxit me in templum: ⁊ mēsus est frontes: Moralitatum Cap.XVIII.

historia Templū quod vidit Ezechiel cū sua mirabili dispositione ⁊ fabrica / nō faciliter exponit: sed ꝗ significationē suā desyderat / videat Gregoriū in homilia super Ezechielē. Nō eñ est meum tam difficillima exponere: qui non quero nisi aliquid de segete scripturarum excerpere: vt post messores possim aliquem manipulum colligere. Dicit igitur quod Ezechiel in descriptione templi vidit quandam picturam in pariete / quā cherub innominabat. Erat enim pictura animalis quod duas facies habebat: scilicet ab vna parte faciem hominis / et ab alia parte faciem leonis: ⁊ iuxta quamlibet faciem palme species pingebatur: ad quam ipsa facies cherubin vertebatur. ¶ Ista pictura potest significare viros eccle
Tropologia siasticos / ⁊ maxime prelatos qui in templo eccl'ie sūt locati: quia pro certo isti debent dici cherub: qui interpretatur plenitudo scientie: quia isti debent esse viri scientifici ⁊ discreti. Ezechiel. Tu cherub extentus
eze.28.d ⁊ proteges / plenus sapientia ⁊ perfectus decore. Debent etiam habere duas facies: inquantuꝫ in facie apparentie exterioris conuersationis ⁊ moris / ipi esse de
D bent diuersimode duplicati: quia secundum diuersitatem locorum / temporum ⁊ personarum: ipsi debent esse in conditionibus variati: quia in ipsis debet esse facies hominis ⁊ facies leonis: inquantum debent esse aliquotiens humani ⁊ benigni: quandoqꝫ vero seueri ⁊ leonini: vt sint sicut hoīes ꝗtū ad misericordiā ⁊ benignitatē: leones vo ꝗtū ad iustitiā ⁊ seueritatē: vt sic facies hūana respiciat bonos ad ꝓmouēdū: leōina vo respiciat malos ad puniēdū. Ezech. Facies homis
ezec.1.c. ⁊ facies leonis. Ueruntamen quelibet facies debꝫ palmam respicere: quia misericordia ⁊ iustitia se debent ad palmam eterne glorie: ⁊ ad vitiorum victoriam ordinare: siue sit homo misericors siue iustus: semper debet intentionem rectam habere: ⁊ ad hoc quod palmam glorie postmodum capiat anhelare: dicens il
cañ.7.c. lud. Canticorum. Ascendam in palmam: ⁊ ap
Ca.xlij. prehendam fructum eius. ¶ Hic fit mentio: quod sacerdos quando ministrabat in templo: induebat vestimenta sua sancta: quando vero redibat ad populum: vestimenta sua exuebat: ⁊ sua communia induebat. ¶ Sic vero quilibet sacerdos: id est quilibet sacer
Moralitas ac sanctus dux / id est quilibet iustus / quando in sanctuario paradisi vel in templo ecclesie per seruitij diuini executionem ministrat: vestimenta sancta / id est sanctam ⁊ fidelem conuersationem debet induere / et
leui.19.a continentia morum spiritualium se ornare. Unde dicitur. Sancti estote / quia ego sanctus sum. Ueruntamen quando redit ad populum: id est quando ad vi
E tam actiuam reuertitur / ⁊ ad mundi negocia conuersationemqꝫ seculariuꝫ applicatur: tunc debꝫ illas sanctas vestes exuere / vestesqꝫ communes inducre id est conuersationem magis affabilem accipere ⁊ communem vt sic illis cū quibus habitat / se studeat (sine peccato tamen) pro viribus conformare. Leuiticus. Ue
leu.6.a. stietur vestimentis alijs ⁊c. ¶ Uel dic quod secunduꝫ
Aliter locum ⁊ personas / gradum / statum ⁊ officium quod habemus: necesse est assumere sanctas vestes / moresqꝫ induere magis graues. Quando tamen predicta cessant: tunc homo proprias vestes debet resumere / ⁊ si
1.cor.9b cut ante consueuerat se habere. Apostolus. Omnibꝰ
Aliter omnia factus sum. ¶ Uel dic quod loca quandoqꝫ nocent seu proficiunt ad virtutes: quia scilicet si in loco sancto manseris / vestem sancte conuersationis habebis: si vero ad populum vel ad secularia negocia exieris / mores seculares ⁊ laicos reportabis. Unde Seneca epistola nona: Nihil tam damnosum bonis moribus / quam in spectaculo residere.

¶ Capl'ꝫ quadragesimūquartū textꝰ. Et cōuertit me ad viā porte sctūarij exterioris: q respicit ad oriētē. Moral'. Cap.XIX.

historia Uidit Ezechiel portam in sanctuario / ⁊ erat clausa: ⁊ dictū est sibi / qꝺ porta hec clausa erit: ⁊ vir nō trāsibit per eam: qm̄ dominus deꝰ israel ingressus est per illam: erit clausa
principi

Nota/tas principi: princeps iste sedebit in ea. ¶Dic ꝙ ista por-
ta est beata virgo: q̄ in sanctuario castitatis ⁊ sanctita-
tis posita/ semper per virginitatis sigillū mente ⁊ cor-
pore fuit clausa. Uir eṁ per istā portā nō trāsibit/ inq̄-
tū ipsam per copulā carnis nō cognouit. Esa. Nō trā
Esa.52.a sibit per te incircūcisus ⁊ immūdus. Dñs eṁ solus in
gressus est per eā/ per carnis assumptionē. Nā ipsi prī
cipi christo fuit clausa per virginitatis dedicationē: ⁊
Psal.117.c ipse solus in ea sedit per corporalē habitationē. Psal.
Cant.4.d. Hec porta dñi: iustus intrabit per eā. Unde dicit. Hor
tus conclusus soror mea: hortꝰ cōclusus/ fons signatꝰ
Ibid.c.d ¶Ibidem ordinat dñs ꝙ leuite qui recesserāt ab eo/
⁊ errauerūt in idolis suis: ꝙ nō debebāt ad eū accede-
re/ nec sanctuariū intrare/ nec in sacerdotio ministra-
re. Soli eṁ filij Sadoch/ qui custodierunt cerimoni-
as sanctuarij mei/ cū peccarēt filij israel: ipi stabunt in
conspectu meo/ vt offerāt mihi adipē ⁊ sanguinē: ipsi
ingredient ad sanctuariū: ⁊ accedēt ad mēsam meā vt
ministrēt mihi. Aduerte tamē ꝙ isti sacerdotes debe-
bant indui vestibus lineis: nec debebat super ipsos ac
cedere quicq̄ laneū: vitte linee erant in capitibus eoꝝ
feminalia linea in lumbis eoꝝ/ ⁊ nō accingent. In su-
dore caput suum nō radent: comā suā nō nutriēt: sed
capita sua tondēt: vinū cū ingressuri sunt atriū/ nō bi-
bent. Uiduā aut repudiatā nō accipiēt: ad mortuū ge
neraliter non intrabunt: ppl'm quid sit inter sanctū et
pollutū docebūt: legē teneri ⁊ iusta iudicia iudicabunt
Tropo-logia ¶Sic vero charissimi/ illi sacerdotes ⁊ leuite/ id est ec
clesiastici/ qui a dño per vitia recesserūt: ⁊ idolis suis
id est diuitijs per auariciam/ malis mulieribus per lu
xuriam/ vel malis superioribus per simoniam seruie-
runt: nō sunt digni domino ministrare/ nec ad sanctua
B rium sacrificij altaris accedere/ nec sacerdotio gaude-
re. Soli enim filij sadoch/ qui interpretatur iustus: sci
licet soli filij iustitie/ qui legis diuine cerimonias cu-
stodire consueuerunt/ digni sunt: ad mensamq̄ alta-
ris accedunt: ⁊ quod sacerdotio fungantur: ⁊ quod
adipem id est christi carnem: ⁊ sanguinem offerant et
Leu.22.b ministrent. Leuiticus. Omnis alienigena non acce-
dat. Item omnia vestimenta id est omnes mores ⁊ cō
ditiones istorum/ linea ⁊ pura ⁊ sancta debent esse: ⁊
nihil laneum id est nihil carnale vel indecens debet i
eo apparere. Linum enim quod est candidum/ purita
tem significat: lana vero que de carne nascitur/ carnis
voluptatē designat: ⁊ idō in capite cordis ⁊ mētis dz eē vit
ta liēa. i. puritas inocētie iterioris: ⁊ ī lūbis dñt carnis
Leu.16.a femīalia linea restrigi. i. continentia castitatis exterio
ris teneri. Leuiticus. Tunica linea vestietur: ⁊ femina
libus lineis verecunda celabit. Isti igitur quandoq̄
sudant in confessione vitia emittēdo: nullo modo de
bent accingere seipsos per vitia restringēdo/ sz potius
Eph.5.d laxare oīa integre cōfitendo. Illi ēt qui in tēplo eccle-
sie ministrāt/ non debēt vinū/ supple in quo est luxuria
bibere: voluptati superflue intēdendo. Apl's. Nolite
inebriari vino/ in quo est luxuria. Isti etiā nō debēt co
mā. i. diuitiarum superfluitatē nutrire: ⁊ tñ ex toto ip
si non debent caput mētis a capillis diuitiarū radere
b vel nudare: tōdere tñ debet istos capillos ipos paupe
ribus erogādo: ⁊ plus debito crescere nō sinēdo/ super
fluitatē oīmodā tonsura temperantie resecādo. Rasu
ra eṁ omnimodā abdicationē diuitiaꝝ designat. Tō
sio vero que partē aufert/ ⁊ partē dimittit/ temperatā
Pro.30.b resecationē insinuat: ad denotandū qđ ecclesiasticus
debet superflua expendere/ ⁊ retinere necessaria vñ vi-
uat. Uñ in Prouer. Diuitias nec paupertates dederis

mihi dñe: sed tribue tm̄ victui meo necessaria. Itē isti
nō debēt viduam aut repudiatā. i. retroactā malā vitā
ab eis dimissam per recidiuū assumere. Quia dr. Ne- luc.9.g
mo mittēs manū suā ad aratrū ⁊c. Ad mortuos etiā. i.
ad infames ⁊ malas personas nō debēt accedere: nec
societatē cū ipis cōtrahere: sz populū ad literā debent
docere: ⁊ ad discernendū inter sanctum ⁊ pollutū/ bonū
⁊ malū/ debēt instruere: ⁊ inter virū ⁊ proximū suū iu-
ste iudicare. Ps. Iuste iudicate filij hoīz. ¶Dicit ibi ps5.7.a
dē dominus/ ꝙ illi qui dereliquerant eū: ⁊ idola adora eod.c.d
uerāt: ianitores in domo domini futuri erant. ¶Sic ve Mora-
ro hodie sunt illi in domo ecclesie ianitores/ id est p̄la litas
ti ⁊ introductores: qui dominū ⁊ deuz derelinquunt: ⁊
idola/ id est mūdi bona diligūt atq̄ colūt. Bona eṁ
mundi idola sunt: q2 ad similitudinem/ non veritatez
pretendunt. Uel etiam idola sunt maiores ⁊ superio-
res: quia qui istos adulationibus coluerit atq̄ mune
ribus: ianitor in ecclesia: id est officialis: prelatus vel
introductor faciliter erit.

¶Capl'z quadragesimūsextū Textꝰ. Hec dicit dñs. Porta atrij interioris q̄ respicit ad orientē. Moralitatū Capl'm. XX.

In vestibulo domus domini quam vidit Eze- A
chiel/ erant due porte: scilicet aquilonaris ⁊ me historia
ridionalis/ per quas populus intrabat in vesti
bulum. Ueruntamen sic fiebat: quod ille qui il
lud intrabat: nunquam per eandem portam redibat:
immo semper per portam oppositaz exibat: ⁊ econtra
excepto principe/ q̄ eadē porta qua intrabat: egredi po Tropo-
terat si volebat. ¶Pars aquilonis sterilis ⁊ frigida: logia
in scriptura significat in mundo statum aduersitatis
⁊ paupertatis. Pars vero meridionalis lum[i]nosa et
calida: designat statum prosperitatis. Uestibulum
designat statum huius vite vel cuiuscunq̄ mundane
vel ecclesiastice dignitatis. Istud igitur est veruz mo
raliter loquendo: quod nullus est qui eadem porta
dissimilis est nobis vita eius. Decem capita sunt decem capitalia vitia: que opponuntur decez preceptis Apoca. habebat capita septem et cornua decem. Dentes istorū sunt eorum officiales ⁊ balliui: qui dicunt dentes a demendo: quia isti sunt rapaces et auare nature: quod alijs demunt et subtrahūt quicquid possunt. Et isti dicuntur ferrei/propter duram crudelitatem: sunt magis fortes quo ad diuitas ⁊ quo ad potentiam secularem: intantum ꝙ nullus potest contra eos preualere: ⁊ ita ille bestie/id est principes potentes/mediantibus suis dentibus: id est suis coadiutoribus: hodie omnia deuorant ⁊ confundunt: ⁊ illud quod nō possunt cōsumere: scilicet illos cōtra quos non possunt preualere: vilipendunt ⁊ despiciunt: capita habēt plura: id est plures dignitates/villas ⁊ castra. Uel dic ꝙ ista bestia sunt causidici/balliui ⁊ officiales: et tales dentes virtute quorum demunt bona aliorum: sunt principes ⁊ prelati: cum quibus sunt: ⁊ per quorum virtutem faciunt multa mala. Nam habent dentes super eos. i. dominos magnos et magistros: sub quorum vmbra ipsi deuorant omnes alios circunstantes/per auariciam ⁊ rapinam: et illud qō non possunt suppeditare/conculcant pedibus. i. contēnunt ꝑ superbiam mentis. Isti habent hodie plura capita. i. dignitates ⁊ prebendas. Psal. Ipsi peccatores in seculo ⁊c. ¶ Apparuit quedā bestia mirabilis et terribilis/fortis ⁊ magna: habens capita septem et cornua decem: et inter omnia ista cornua ortum est vnum cornu modicum: habens oculos quasi oculos hominis: ⁊ hic loquens grandia: ⁊ a facie eius tria de alijs cornua sunt euulsa: et iterum creuit illud cornu: cum quo bellum faciebat contra dei sanctos ⁊ preualebat: et reges terre humiliabat. Putauit ꝙ posset mutare tempora ⁊ reges: sed tandem antiquus dierū venit: ad iudicium sedit: et potestas isti us est ablata. ¶ Si vis expone allegorice: sicut exposuit glossa de antichristo: et dic quod bestia est regnū romanum: Decem capita sunt decē regna cornua sūt reges: cornu modicum est antichristus: contra deum loquens grandia/reges subijciens/oculos clari intellectus habens. Iste enim contra sanctos pugnabit ⁊ preualebit ad tempus: sed tamen finaliter veniet antiquus dierum christus ad iudiciuz: ⁊ cessabit eius potestas: sed de hoc nihil ad presens. ¶ Sed expone moraliter et dic quod bestia est princeps vel prelatus magnus et fortis habens plura capita. i. plura loca capitalia/villas et castra: cornua sunt principes: balliui ⁊ officiales sui: mediantibus quibus alijs cornu impetit et deterret: sed aliquādo accidit quod oritur inter eos vnum cornu modicum: idest vna modica et parua ꝑsona: que primo est in paruis officijs que tamen oculos sue clare discretionis/cautelarum et cauillationis habet: ⁊ propterea laqueo sue eloquentie idest iactātie ⁊ adulationis/minarum et elationis ipse preualet contra alios: ⁊ maxime contra sanctos et iustos: ⁊ suppeditat tres vel plures: et alij officiales a facie eius euelluntur et deponuntur de suis officijs: ⁊ sic ꝗ fauēte fortuna intātū crescit in mūdi ꝓsperis: ꝙ dei sanctos vel pauperes religiosos/et alios se meliores concutit et conculcat: Deum contēnit: reges terre. i. nobiles ⁊ potētes humiliat et affligit: vt patet de istis ꝗ sunt cū regibus ⁊ ꝑlatis: de quib⁹ dicit apostolus: Deū nō timēt: ⁊ cunctis hoib⁹ aduersant. Sȝ finaliter venit chāst⁹ antiquus dierum: et vocat eos ad iudiciū ꝑ mortē subitā: ⁊ sic eorū potestas deficit. Jo de tali cornu dicit Psal. Cornua peccatorum conterentur. ¶ Uidit daniel quod throni positi sunt: ⁊ antiquus dierum sedit. vestimentum eius quasi nix: capilli eius quasi lana munda: thronus eius quasi flāma ignis: rote eius ignis accēsus: fluuius igneus rapidusqꝫ egrediebatur a facie eius: et libri aperti sunt: et iudicium factum est: et tunc omnium bestiarū ablata est potestas: et filio hominis sibi presentato dedit antiquus dierum potestatem regnum/gloriam ⁊ honorem. In istis verbis describitur iudicis vel iudicij status: quia pro certo in throno/id est in prelatione et potestate iudiciaria non debet sedere nisi antiquus/id est homo sapiēs et maturus: qui debet habere capillos idest interiorem affectionem: et vestimētum/id est exteriorem conuersationem/albam ⁊ mundam sanctam et puram: castam et honestam: ⁊ immunem ab omni affectiōe ⁊ acceptationē munerum ⁊ personarum quasi nix: et quasi lana albi capilli eius: dato quod hodie multi cessores ⁊ iudices sunt contrarie conditionis. Unde dicitur: Uidi stultuz in dignitate sublimi: thronus eius idest autoritas rote circa eum. Uoluentes: id est ministri sui volubiles et apti ad obediendum debent esse igniti/id est feruentes et charitatiui: vel ignei id est rigidi ad malos puniendum/et iustos promouendum: et ideo fluuius igneus rapidus. id est extensio et sententia aspera ⁊ rigorosa a facie eius debent contra ipsos emanare: quia nullum debet timere quin per iustitiam ⁊ rigorem faciat iudicium equitatis. Apostolus. Facit ministros suos flammam ignis. Hic debet habere plures ministros: quia iudicium non debet fieri nisi coram pluribus assistentibus et consiliarijs. Libri debent esse aperti: quia secundum quod in libro legum et canonū inuenitur scriptum debent procedere/et filio hominis/id est bonis notabilibusqꝫ personis finaliter debent dare potestatem/gloriam et honorem. Bestiaruz aūt id est ferocium iniquorum ratione carentium debēt auferre et reprimere potestatem: Deut. Quem iniustū videris condemnabis: quem vero iustum videris/victorie palmam dabis. ¶ Uel dic econtrario/quod in throno et in dignitatibus seculi sedentes prelati ⁊ iudices sunt hodie in tanta pompa/quod habent milia milium ministrantium et assistentium: sed ipse rote et ministri sui sunt ignei per rapinam et excoriationem: etiam fluuius idest rigor crudelitatis et rapine a facie talium egreditur in subditos vndequaqꝫ. Johe. Ante faciem eius ignis vorat.

¶ Capitulum octauum textus. Anno tertio regni balthasar regis visio apparuit mihi Moralitatum. Ca. VII

CUm esset daniel in regiōe helam: vidit se esse super portam vlay. Uidi inquit/et ecce aries vnus habens duo cornua: et vnuz cornu maius alio: qui cornibus suis ventilabat ꝑ omnes mundi partes: et nullus poterat sibi resistere fecitqꝫ ꝯm voluntatem suaz: et magnificatus est. Tūc venit hircus caprarum ab occidente: habens cornu insigne ante oculos vndiqꝫ ventilans: et afferatus est in arietem: et comminuit cornua eius: et nullus potest liberare arietem de manu eius: tamen in fine cornu illud magnum fractum est consumptumqꝫ.

¶ Aries iste significat aliquem religiosum simplicem/et maturum: vel quemcunqꝫ virum bonum et honestum: qui quādoqꝫ habet duo cornua

Margin notes (left column): Apoca. 13. — Aliter — Psal. 72. — Eodem cap. — Allego. — Tropologia. — Thes. 2. — Psal. 74.

Margin notes (right column): Eodem ca. c. Historia. — Eccl's. 10. b. — Hebre. 1. c. — deut. 25. a. f — Aliter — Johel. 2. a. — Historia. — Moralitas.

id est scientiam vtriusqꝫ testamenti.Uel duo cornua
id est scientiā naturalē/⁊ affluentiā temporalem.Uel
duo cornua/id est mitram: qꝛ forte est episcopus vel
cornutus:vel duo officia/id est duplicem iurisditio=
nem id est spiritualem et temporalem quia cornua in
abacuk manu eius.Abacuk.Iste quandoqꝫ fauente fortuna
3.a. magnificatur ⁊ crescit per potentiam secularem:in=
G tantum quod nō inuenit sibi resistentem: sed sepe ac
cidit ꝙ venit hircus/id est vilis ⁊ insufficiens perso=
na:que tm̄modo habet vnum cornu/id est vnum offi
cium: qui pugnat contra prelatum: ⁊ preualet con=
abacuk tra eum:⁊ frangit cornua potentie eius:⁊ regnat lo=
1.b. co eius/sic quod nullus potest sibi resistere in vna po
testate.Unde dicitur:Impius preualet aduersus iu=
stum ⁊c.Sed tamen in fine frāgitur cornū eius id est
eius potestas:quia sepe accidit/ꝙ qui fregerunt alio
rum potestates:postq̄ diu regnauerunt=et nūdū tri
bulauerunt:ita ꝙ nullus eis poterit obuiare: finali=
Esa.30. ter confriguntur/⁊ per mortem subitā moriunṫ. Esa.
c. Subito dū nō speraṫ venit cōtritio eius ⁊c. ¶Uel dic
Aliter ꝙ hircus fetidus est aliquis luxuriosus et imūdus:
qui quandoqꝫ habet vnum cornu insigne=scilicet ge=
neris nobilitatem vel seculi dignitatem ⁊ potestatē:
⁊ hoc iter oculos:quia scilicet iste pre oculis semper
habet presumptionem ⁊ superbiam vel aliquod bo=
num si ipsum habet.Iste igitur pugnat contra arie=
tes cornutos:id est contra predicatores humiles/et
eos conterit:⁊ tamen finaliter ipse perit.¶Uel dic ꝙ
Aliter aries est predicator/cum cornu duplicis testamenti/
cui nullus resistit:sed vndiqꝫ circūit predicando: sed
H quandoqꝫ venit hircus fetens/id est peccatum luxu=
rie:quod quandoqꝫ ei preualet:⁊ suam destruit pote=
statem:¶Uel dic ꝙ aries est diues aduocatus cū plu
Aliter ribus cornibus id est officijs et dignitatibus:qui in
tantum prosperātur in terra/quod per rapinas et ex=
actiones omnes vicinos conturbat:ita quod nullus
potest suis malicijs obuiare:sed in occidente mortis
venit hircus fetidus/id est diabolus:qui circa tales
effrenatur per mortem temporalem.¶Uel hircus id
Aliter est mors quam comitatur fetor ⁊ horror:eos confrin
git per damnationem eternam:ita quod nullus eis
Treū.1. amplius suffragatur:quia omnes amici eius spreue=
a. runt eam inter angustias.Et iste hircus scilicet dia=
bolus/habet vnum cornu:scilicet excellentiam nobi=
iob.41. litatis naturalis qua pollet:quia non est potestas su
d. per terram que comparetur ei. Quam habet semper
Eodem per superbiam ante oculos mentis et imaginis sue.
ca.c. ¶Daniel vidit vnum modicum cornu quod factum
Histo= est magnum:et tūc videns se fortificatum/insurrexit
ria. contra stellas:et deijciebat eas in terram contra san=
ctuarium dei:et conculcauit illō:⁊ magnificatus est
Mora in fortitudine celi:et prostrata est veritas in terra.
litas. ¶Tales sunt multi qui primo sunt modici quantū
ad dignitates/prosperitates ⁊ diuitias:vt forte quia
sunt de humili plebe et in paruo statu:tandē tamen
fiunt grandes:quia ipsi ditantur et magnificantur:
et tunc ipsi insurgunt contra deum per vitia ⁊ pecca=
ta:et stellas ⁊ sanctuariū idest dei sanctos perfectos
religiosos:vel sanctuarium idest religionem per ra=
pinas et exactiones destruunt ⁊ conculcant:ita quod
A ad literam per talium fraudes et malicias fortitudo
Esa.59. celi idest ecclesie impugnatur:et veritas deprimitur.
c. Unde Esa.Corruit in plateis veritas ⁊c.¶Daniel se
Eodem asserit vidisse hircū qui ventilabat per quatuor par=
ca.b. tes celi:et ꝙ nulla erat bestia que sue posset resistere

voluntati:verūtamē cornu eius insigne quod habe
bat/ante oculos fractum est:et quatuor loco illꝰ sur=
rexerunt. ¶Istud expone sicut libro de animali=
bus capitulo de angue:vbi agiṫ de hydra: cuius ab=
lato vno capite duo surgebant.

¶Capitulum decimū Textus: Anno ter= tio regni Cyri regis Persarū vbum reuela= tū est.Moralitatum Ca.VIII.

Vidit daniel:et ecce vir vnus vestitus line=
is:et renes eius accincti auro obrizo:corpꝰ
eius quasi chrysolitus:facies sicut species
fulguris:oculi vt lampas ardens brachia
eius et que deorsum erāt/quasi species eris candētis
et vox sermonū eius quasi vox multitudinis.¶Iste Mora=
est vir perfectus/qui vestitus debet esse lineis.i.cādo= litas
re puritatis in conscientia.Renes eius.i.actus ⁊ mo
tus renū debet esse cinctus ⁊ restrictus fulgore casti=
tatis in apparētia:⁊ cōuersatio debet esse aurea ⁊ ho=
nesta/⁊ maxime quo ad renes/id est quo ad actus ve=
neris: corpus eius.i.intentio debet esse chrysolitus
idest preciosa ⁊ sancta.Facies eius.i.affectio debet es
se sicut fulgor/per ardorē charitatis. Oculi cordis
sui sicut lampas/p splendorē discretionis ⁊ sublimi= B
tatis.Brachia eius.i.virtus debet esse erea id est so=
nora p sonorā p̄dicationē/et per meritorū operatiōes Ma.17
candēs per colorē superne charitatis. Unī dicit: Ve= a.
stimēta eius alba sicut nix.Sic igiṫ perfectus est line=
us quo ad puritatem aureus quo ad honestatē/chry
solithus quo ad sanctitatem/fulgureus quo ad cha=
ritatem:lampadeus quo ad scientie claritatē: ereus
quo ad bonorum operum diuturnitatem:quia es est
metallū durabilissimum.Unde de tali viro potest di
ci illud zacha.Ecce vir:oriens nomen eius. zach.6.

¶Capitulū decimūtertiū textus Et erat vir habitās in Babylone:et nomē eiꝰ Joa= chim.Moralitatum Capitulum.IX. p.

Ingressa ē Susanna pomeriū viri vt illic recre
aretur ⁊ lauareṫ: Emisit aūt puellas: et remā
sit sola:et statim affuerunt duo seniores iniq
qui ipsam voluerunt maculare sed quia non
consensit eis phibuerunt testimonium adulterij con=
tra ipsam.Que cū duceret ad mortē: affuit Daniel q
probauit eos mēdaces:⁊ sic susannam liberauit/et se=
nes ad suppliciū cōdēnauit. Susanna ē anima.Uir Tropo
eius est christꝰ.Uiridarium christi est religio. Aqua logia.
que est ibi:est fons deuotionis.Ungentum quod est
ibi est dulcedo consolatiōis.Ancille anime sunt gra=
tie et virtutes.Duo senes sunt mundus et diabolus.
Daniel est prelatus:p̄sbyter vel sacerdos Accidit igi
tur quod susanna idest anima christiana venit ad vi=
ridarium viri sui christi idest statum sue religionis:
vt ibi recreetur et lauetur:et vt ibi aqua deuotionis
et lachrymarum a cunctis sordibus et vitijs ablua=
tur:et vngento diuinarum gratiarum et consolatio
num spiritualiter inungatur.Sed quandoqꝫ accidit
quod ista a se emittit ancillas:id est virtutes per ali=
qua peccata que committit in religiōe: ⁊ sola sine vir
tutibus vult remanere.Unde dicitur: Soror mea re=
liquit me solam ministrare. Et tunc vere insurgunt luce.10.
statim aduersus eam duo senes scilicet mūdus ⁊ dia g.
bolus qui tentāt eam:et volunt quod misceatur cū
eis per vitia et peccata:scilicet cum mundo per aua=
riciam et luxuriam:cum diabolo per superbiam:iram
inuidiam

et inuidia quia tunc est sola: et non habet adiutori-
um gratie dei. Sed quandoq₃ dei auxilio fit/quod ip
sa sc₃ anima resistit/⁊ nō ꝯsentit: ⁊ tunc isti duo senes/
sc₃ diabolus ⁊ mundus/imponunt sibi ⁊ procurant
quicquid mali possunt/tribulationes ⁊ labores. Ve-
rūtamen dei iuuamine ⁊ opere Danielis/id est cōsi-
lio sacerdotis/ipse euadit: nec perit manibus eorun-
ps.119.a dē₃. Psal. Ad dominū cū tribularer clamaui ⁊c. ¶ Vel
Aliter. dic ꝙ pomeriū est mundus: vbi est ia₃ vxor Joachim
dei patris: que dū credit mundi voluptatib⁹ vti/aqua
⁊ vngento. i. mundi ꝓsperis: emittit ancillas. i. virtu-
tes: ⁊ sic senes/id est caro ⁊ mundus tentant eā: sc₃ ca-
ro de luxuria/de superbia demō: ⁊ tunc ipsa est in peri
culo mortis eterne/nisi clamet ad dominū ꝑ confessio
ps.118. nem ⁊ orationem: ⁊ nisi a Daniel. i. a christo per suam
gratiā/liberetur. Psal. Me expectauerūt peccatores
Aliter ⁊c. ¶ Vel dic ꝙ Susanna quia erat sola/fuit in pericu
D lo damnationis: ⁊ ideo bonum est semper habere ami
Gen.2.c cos secum socios bonos: ne ꝓpter solitudinē veniant
Aliter. nobis mala. Unde dicit: Non est bonum hominē esse
solum. ¶ Vel dic ꝙ senes sunt iuuenes moderni: qui
si sit aliqua persona in viridario. i. in iurisditione sua
que corā eis habeat negocia: nisi eis sit fauorabilis ⁊
nisi eorū faciat voluntatē/eis applaudēdo vel mune-
ra presentando: vere nō timent sententiare cōtra ipsa₃
mat.7.a Verūtamē Daniel. i. christus/in fine ipsos crudeliter
Da.xiiij. condemnabit. In quo em̄ iudicio iudicaueritis/iudi
cabimini. ¶ In babylone erat idolum nomine Bel:
historia quod rex ⁊ populus colebāt ita ꝙ rex infinitā quanti
tatem ciborū cōtinue tradebat sacerdotibus Belis:
vt ponerent corā Bele: qui fingebant ꝙ omnes cibos
nocte qualibet deuoraret. Illi autem fecerāt meatus
subtus terram: per quos ipsi/vxores ⁊ filij ingrediebā
tur: qui omnia deuorabant. Daniel autē hoc volens
ꝓbare/occulte pauimētū cinere superspersit: ⁊ sigillo
regis ostiu₃ sigillauit. De nocte autē ꝑ occultos mea-
tus sacerdotes cum vxoribus ⁊ paruulis venerunt: ⁊
q̄ue posita fuerant comederunt: ita ꝙ in cinereo paui
mento vestigia virorum/mulierum ⁊ paruulorū appa
Mora- ruerunt: ⁊ sic ipsorū malicie sunt reperte/ita ꝙ eos rex
litas. ⁊ babylonij punierunt/⁊ idolum destruxerunt. ¶ Ba
bylon que interpretatur cōfusio/est mundus plenus
Dan.7.c confusione. Bel est christus: quia bel interpretat̄ vetu
E stas. Ista autē dicitur antiquitus dierū. Iste aute₃ in
templo sancte ecclesie coronatur: ⁊ tam a regibus q̄ a
ceteris populis adoratur. Quid? Pro certo reges et
populi tradunt a principio maximas impēsas/cibos
redditus/possessiones sacerdotibus Bel/id est Chri-
sti sacerdotibus ⁊ viris ecclesiasticis: vt ipsi Bel/id ē
Christū in persona pauperū ꝑ elemosynas ⁊ in perso-
na propria ꝑ deuotionē nutrirent: ipsi vero fingūt ⁊
dicūnt ꝙ Bel omnia deuorat ⁊ cōsumit/id est ꝙ om-
nia in diuinis vsibus ꝯsumunt̄. Sed ipsi habēt occul-
tus meatus/ꝑ quos transeunt ⁊ introeūt/⁊ vxores eo-
rum ⁊ filij/qui bona data ecclesie deuorant ⁊ cōsumūt
Et ideo sicut Daniel proiecit cinerem in pauimento:
Mora- sic i crastino apparuerūt vestigia viroꝝ/vxoꝝ ⁊ puero
litas rum: ⁊ sic deprehensa est fraus eorum: ⁊ sic templum ⁊
sacerdotes a rege sunt destructi. ¶ Sic vero charissimi
in templo ecclesie apparent tot vestigia istarum cōcu
binarum ⁊ filiorum eorum: ꝙ iam quasi publicum est
ita ꝙ sacerdotes amodo nō possunt dicere/ꝙ talia bo
na a Bele deuorātur/id est in dei vsibus expendātur
quia planū est ꝙ in pomparū suarum/id est in vxoru₃/
filiarum ⁊ concubinarum vtilitatibus expendant̄. Et
ideo pro certo hodie rex: ⁊ populus visis huiusmodi
fraudibus/subtrahit ei redditus ⁊ impensas quas an
tiquitus dederunt ⁊ templu₃ ecclesie cum suis sacer- malach
dotibūs quantū possunt/destruūt ⁊ subuertūt. Ideo 2.b.
dicitur: Vos sacerdotes recessistis de via: ⁊ scandali- f
zastis plurimos in lege: irritum fecistis pactu₃ Leui: Aliter.
propter quod dedi vos contemptibiles omnibus po
pulis ⁊ humiles. ¶ Vel ꝙ rex est Christus cuius tem-
plum ecclesie intrant mulieres/infantes ⁊ paruuli/id
est persone ignorantes: per vias occultas/id est occul
te ⁊ simoniace per fauores ⁊ dona: ⁊ hoc nō vt ipsi ser
uiant deo: sed vt ipsi comedant ⁊ habeant impensas/
id est temporales diuitias que sunt ibi: modo autem
omnia sunt sigillata sigillo regis: q₂ q̄diu durat vox
huius vite/nos apparēt merita personarum: sed quā-
do transibit vox huius vite/tunc apparebunt vestigia
talium: tunc videbunt mala que modo faciunt/⁊ mo
dos sui ingressus: ⁊ tunc a rege christo eternis crucia treñ.1.d.
tibus occidentur. Unde dicitur: Vidit gentes ingres-
sas sanctuarium ne intrarent ⁊c.

¶ Moralitatum super Danielem finis.

Moralitatum liber vicesimusquintus super Jonam

¶ Capitulum primum Textus: Et factum est verbū domini ad Jonam filiū amathi.

Moralitatum Capitu. vnicum.

Onas pro- historia
pheta cui dominus prece-
perat vt iret in niniuen de-
structionē verbis predica-
re: voluit a facie dn̄i fuge-
re: et inuenta naui dispo-
suit in tharsis nauigare.
Verūtamē cū esset in naui
descendit ad profundum G
nauis: ⁊ cepit sopore graui dormire: tempestas aute₃
ꝓpter ipm̄ in mari surrexit: q₂ naue₃ ⁊ nauta₃ fere sub-
mersit: sed nautis ad sortes recurrentibus/ꝓpter quē
tempestas fieret sciscitantibus/cecidit sors super Jo
nam. Qui statim a somno euigilat: ⁊ cōperta causa in
mare proijcitur: ⁊ statim tempestas sistitur ⁊ sedatur.
Dominus autē cetu₃ ꝑparauit: qui Jonā deglutiuit
⁊ ipsum triduo in suo ventre viuentem/⁊ deu₃ orantē
tenuit: ⁊ tandem ad littus maris ipsu₃ portauit ⁊ euo
muit. Qui tandem pergens niniuem/mandatum dei
loquitur: ⁊ post quadraginta dies submersione₃ mi- Allego-
natur: que tamē pinitēntiā faciens liberatur. ¶ Ista ria.
exposuit christ⁹ allegorice de seipso dicēs: Sicut Jo- mat.12.d
nas fuit in ventre ceti tribus diebus ⁊ tribus noctib⁹
sic erit filius hominis in corde terre. Et ideo possum⁹
dicere/ꝙ Jonas qui interpretatur columba/christu₃
pium/simplicem ⁊ columbinum significat: qui ꝓcul-
dubio pro predicando in niniue₃. i. in mundū a patre
mittitur. Et quia tempestas tribulationis ⁊ damna-
tionis aliquo modo cessare nequibat: a nautis. i. a iu
deis/de naui. i. de hierusalē eijcitur: ⁊ i mari. i. in mor-
tis amaritudine damnatur. Dicebant enim iudei il- mat.18.
lud. Mat. Expedit vt suspendatur mola asinaria in a.
collo eius/⁊ submergatur in mare ꝑ populo eius/vt
non tota gens pereat. Istum igitur cetum piscis im-
manis/id est terra voratrix per sepulturam absorbuit

⁊ ibi triduo ↄtinuit: sed post triduum ꝑ resurrectionē
euomuit: ⁊ tandem ciuitas huius mundi per penitē-
gen̄.40. tiam saluata extitit. Unde illud Gen̄. Tres adhuc di-
B es sunt post quos recordabit Pharao ministerij tui: ⁊
Tropo- restituet te in gradū pristinum. ¶ Uel dic ꝙ Jonas si
logia. gnificat quosdaȝ discordes ⁊ litigiosos / a facie domi
ni per peccata fugientes: ⁊ in tharsis / quod interpre-
tatur explorans gaudium. i. explorationē gaudioruȝ
iob.34.c seculi pro viribus nauigantes. Unde Job: Quasi de
industria recesserunt a deo Qui graui somno peccati
obruti / totam nauem id est religionē / ecclesiaȝ / ciuita-
tem vel patriam vbi degunt / tribulāt ⁊ turbāt: tempe-
statem / dissensionē ⁊ exactionem excitant ⁊ producūt.
Sicut ad literā videmus in claustris de quibusdā dy
scolis / detractoribus / brigosis ⁊ verbosis: q̄ nō cessant
discordiam seminare / ⁊ dissensionum ⁊ litiū causa esse
pro.17.b Sicut enim dicitur: Semper iurgia querit malus. Si
cut videmus de quibusdā malis officialibus ⁊ brigo
sis hominibus: qui ꝗdiu viuunt / nō potest esse pax in
patria: sed semper tribulatio vel tēpestas: ⁊ ideo semꝑ
necesse est ꝙ sors fortune siue super tales finaliter ca-
dat: ⁊ ꝙ ipsos sua iniquitas comprehendat: ⁊ ꝙ nau-
te nauis. i. prelati vel rectores patrie ipsos de naui / id
est de prosperitate ⁊ statu deijciant ⁊ deponāt in mare
id est tribolationū amaritudinē eos ponant: ⁊ deuo-
randos ceto / id est demonibus vel malis hominibus
⁊ austeris cōmissarijs ⁊ balliuis eos tradant: qui scȝ
eos ad litt⁹ aridū / id est ad paupertatis statū euomāt
⁊ deducant. Ista quotidie videmus de istis malis ho
minibus mundum tribulantibus / ⁊ in mūdi prospe-
A ritate dormientibus: qꝛ finaliter deponunt / ⁊ in mare
tribulationum ponuntur: ⁊ ceto / id est duris commis-
sarijs examinādi tradūt: a quibus ad littus pauperta
pro.22.b tis postea euomuntur. De istis igitur dicit. Eijce de-
risorē / ⁊ exibit cū eo iurgium: cessabuntqꝫ cause ⁊ con-
Aliter. tumelie. ¶ Uel dic ꝙ iste dormiens est peccator / deli-
cijs ⁊ prosperitate gaudens / ⁊ in alios tempestates tri
bulationū excitans: q̄ finaliter in mare / id est in ama-
ritudinem tribulationum ꝓijcitur ⁊ mundi pericula
ibi a ceto / id est a diabolo vel inferno voratur: ⁊ in vē-
tre eius iterum reuomendus / id est resurrecturus ser-
Ca.iij.c. uatur. ¶ Predicante Jona et subuersionem vrbis
historia minante: venit verbū ad regem Niniue. Qui surgens
de solio suo / abiecit vestimenta sua: ⁊ indut⁹ est sacco
⁊ sedit in cinere: ⁊ p̄cepit ꝙ homines ⁊ iumenta saccū
induerent: ⁊ nō comederent nec biberent: sed omnes
vnanimiter ieiunarent: ⁊ omnes in fortitudine ad de-
um clamarēt. Quod videns dominus / ciuitati illi pe-
Mora- ꝑcit: ⁊ ipāȝ nō subuertit. ¶ Sic ꝟe null⁹ est ita magn⁹
litas. rex aut dn̄s: qnin debet ꝟba p̄dicatoꝝ timere ⁊ ad eoꝝ
ꝟba soliū ꝑ humilitatē d̄scēdere: saccū penitētie induc
re ⁊ in cinere: id est in mortis meditatione manere: ⁊
ad ieiunandum. i. penitentiā faciendū homines ⁊ iu-
menta inducere vel monere. ¶ Quod si fecerint: a dā-
nationis periculo se poterunt liberare: al's enim ne
cesse est eis tribulationibus corporis ⁊ cordis subiace
Lu.13.a re. Unde Lu. Nisi penitentiaȝ egeritis: omnes simul
codē ca. peribitis. ¶ Hic habetis ꝙ super caput Jone subito
B orta fuit hedera: quam desiccauit subito ventus vrēs
Mora- ⁊c. ¶ Mundi prosperitateȝ intellige per hederā: que
litas. si subito orta fuerit: vt cōmuniter necesse est vt recedat
pro.13.b Unde in Prouer. Substantia festinata minuet: que
autē paulatiȝ colligitur manu: multiplicat. Uide de
hedera capitulo suo. libro. xij. ⁊ expone ibi.
¶ Moralitatum super Jonam prophetam finis.

Moralitatum liber vicesimussextus: super zachariam prophetam.

¶ Capitulum primum Textus: in mēse octauo in anno secundo Darij regis: factuȝ est verbum domini ad zachariam. Moralitatū Capitulum. I.

Zacharias vidit q̄- historia
tuor cornua: ⁊ dictum est sibi: quod illa
erant que ventilauerant Judam: Isra-
el ⁊ Hierusalem: ⁊ post vidit quatuor fa
bros. ⁊ responsuȝ est sibi ꝙ illi erant fabri qui venerāt
cornua supradicta deterrere. ¶ Ista signa potes gene Mora-
taliter applicare: ꝙ nō est dare tam durum seu crude litas.
lem tyrannuȝ: quin quandoqꝫ inueniat duriorē. Qua-
tuor eniȝ cornua duros ⁊ elatos peccatores significāt
qui in quatuor mundi partibus manent: quia reuera C
iudam: id est deum confitentem: israel: id est deum cō
templantem: hierusalem: id est pacifice cōuersantes:
tribulationes feriunt: sed dominus contra tales fa-
bros preparat: quādo alios bonos iudices: vel alios
fortiores tyrannos ad confringendum istorum elatio
nem ⁊ proteruiam procurat. Et pro certo quotidie vi-
demus: ꝙ tyranni: officiales ⁊ vsurarij: postꝗ bonos
diu ventilauerunt solent inuenire fabros domini: id
est aliquos alios cōmissarios: qui ipsos ⁊ eorū super-
bum statum confundunt. Unde dicitur: Ex celo ali⁹ Ec.5.b.
excelsior est: ⁊ in his quoqꝫ alij eminētiores sunt. ¶ Ul Aliter.
dic ꝙ quatuor cornua sunt quatuor male affectiones
scȝ gaudiū innaniter exhilarans: dolor male affligēs
timor male humiliās: ⁊ spes male p̄sumēs. Ista sunt
cornua que male in animam ventilant iudaȝ: id est cō
fessionem: israel id est contemplationem: hierusalem:
id est cōcordiam ⁊ pacis vnionem: ⁊ ideo quatuor fa-
bri. i. quatuor virtutes cardinales sunt ad ista cornua
conterenda necessarie: ⁊ ad malas affectiones quadru Ec.33.b.
plices moderandas. Unde Eccī: Contra malum bo- Aliter.
num est. ¶ Uel dic ꝙ quatuor cornua sunt q̄tuor spe-
cies elationis ⁊ superbie: scȝ elatio propter eminētias
propter diuitias: propter proprias virtutes: propter
mundi fauores: ⁊ fame varias opiniones. Sed quatu
or fabri. i. quatuor sensus humilitatis: ista quatuor D
cornua conterunt: quia quatuor species humilitatis
que sunt: spernere nulluȝ: spernere mūdū: spernere sese
spernere se semper: ista quatuor superbiaȝ tollūt. Ps. Ps.74.b
Cornua peccatorum conterentur ⁊c.

¶ Capituluȝ quartum textus: Et reuersus est angelus qui loquebatur in me: ⁊ suscitauit me: Moralitatum Caplm. II

Uidit zacharias vnum candelabrum aureū
totum: qd̄ habebat lampadeȝ cum septem
lucernis: ⁊ septem olei infusores Juxta qd̄
duas oliuas vidit: quarum vna ad sinistrā Mora-
lampadis stabat: ad dexteram alia. ¶ Candelabrum litas.
in ecclesia est quicunqꝫ iustus plenus sapientia: ⁊ qui-
cunqꝫ alios illuminat doctrina: qui totus debet esse
aureus. i. sanctus: non solum intus in cōscientia: imo
exteri⁹ in apparētia. Unde: Deaurauit eam intrinsec⁹ 2.pa.3.a
auro mun-

auro mundiſſimo. Iſte igitur debet habere lampadē ſpūſſancti cū ſeptē lucernis/id eſt cū ſeptem donis: et duas oliuas/id eſt duas ſpecies miſericordie ſpūalis ⁊ temporalis: cum ſuis infuſorijs.i.cū ſuis ſeptē ope-
Anago- ribus pijs. ¶ Uel dic ꝙ cādelabrū illuminās eccleſiaꝫ
gia. eſt ſpūſſanctus: cuius lampas/odor ⁊ charitas ſepteꝫ lucernas/id eſt ſeptē dona cōtinet: quod ſeptem fuſoria.i.ſeptem miſericordie opera/oleum elemoſynaruꝫ ⁊ pietatis infundentiā ſecū habet: ⁊ quod ſuper duas oliuas.i.ſuper duas ſpecies viroruꝫ miſericordiū/ſcꝫ iſtos qui tēporaliter ⁊ ſpiritualiter pietatē faciunt/viſitat ⁊ cōfortat: quia miſericordia temporalis que cōſiſtit in alios paſcēdo/hoſpitando/ſepeliendo: ⁊ miſericordia ſpūalis/que ꝯſiſtit in alios corrigendo/docēdo ⁊ conſolando/⁊ eis remittendo/⁊ pro eis orando:
E lampadi.i.ſpūiſancto vel charitati vicine ſunt/⁊ ab ipſis prouenīūt: vt de iſtis duobus generibus miſericordium dicatur illud zacha. Iſti ſunt duo filij olei ſplen
zach.4. doris/qui aſſiſtunt dominatori vniuerſe terre.

¶ Capitulum quintum Textus: Et cōuerſus ſum: ⁊ leuaui oculos meos: ⁊ vidi: ⁊ ecce volumen volans. Moralita. Cap. III

historia Uidit zacharias volumen/cuius longitudo erat viginti cubitorū/latitudo decē: in quo maledictio contra fures ⁊ periuros cōtine-
Mora- batur. ¶ Talis eſt ſacra ſcriptura: quia iſta
lis eſt volumen inuolutum/a paradiſo volitans ⁊ allatū cuius lōgitudo eſt fides: que in viginti cubitis/id eſt in viginti particulis diſtincta conſiſtit: inquantuꝫ ſeptem ſacramenta/ſeptem virtutes/⁊ ſex opa miſericordie continent: latitudo decem mandata legis tenet: in quibus fur ⁊ periurus maledicitur: ⁊ ad mortē ppe-
Eso.ca.c tuam ꝯdemnatur. ¶ Duas vidit zacharias mulieres que habebāt alas quaſi miluus: ⁊ ſpiritus erat in alis eorum: que vnam amphoram inter celum ⁊ terraꝫ leuabant: ⁊ eam vt edificaret ei locus in terra Sennaar deferebant: in medio amphore quaſi mulier que dicebatur impietas continebat: ⁊ maſſa plumbea os amphore claudebat. Ipſa vero amphora egrediens: ⁊ aliorum oculis vocabat. Hic eſt inquit oculus eorū/vni-
Tropo- uerſa terra. ¶ Per iſtam amphoram profundā poteſt
logia. intelligi vſurarius vel auarus: qui ſcꝫ p auariciam eſt inſatiabilis ⁊ capax: per maliciam eſt profundus/in qua iſta mulier que eſt impietas continet: ⁊ in ipſius animo maſſa plumbea/id eſt cum pondere male ꝯſuetudinis continet. Impietas enim.i.crudelitas: in amphora/id eſt in corde vſurarij vel auari ſedet: ⁊ ibi ſicut in hoſpitio ſuo manet: ſicut videmus de vſurarijs/quorum voluntas caret pietate ⁊ quoruꝫ ꝯſcientia eſt ple-
Malach.1.b. na omnimoda crudelitate. Malach. Uocabūtur termini impietatis ⁊ populus ⁊c. Patet etiam ꝙ maſſa plumbea.i.pondus male conſuetudinis impietatē in iſtorum cōſcientia taliter detinet/ꝙ in ipſam contrahere verbo vel verbere nullus valet. Satis enim poteſt deus vel prelatus ꝑcutere vel p̄dicator vrgere: quia iniquitatem ſue peruerſe conſcientie nunꝙ ab iſtis pote-
Esa.9.b rit amouere. Unde Eſa. Succenſa eſt quaſi ignis impietas. Iſta amphora dicit egrediens inter celū ⁊ terram: pondus dicitur oculus terraꝫ dirigens. Dicitur ad terraꝫ Sennaar: quod interpretatur fetor finaliter tendens: ⁊ ſicut viſum eſt/dicitur impietateꝫ continēs quia proculdubio auarus a dei gratia ⁊ amicitia egreditur inter celum ⁊ terram.i.inter alta ⁊ infima/per ſtatus ſui inſtabilitatem ⁊ inconſtantiā ſuſpendit: cecorum ſecularium lux ⁊ oculus/rector ⁊ director creditur impietate replebitur: ⁊ finaliter in terram fetorum inferni defertur: vbi locus taliū finaliter ordinatur. Hiere. In tophet ſepelient: eo ꝙ nō ſit aliūs locus ad ſepeliē- hie.19.c
dum. Sed iſte due mulieres iſtam amphoram de terra erigunt: ⁊ eam in terra ſennaar deducūt: quia due mulieres.i.duo mollia vitia/ſcꝫ carnalis parentum affectio/⁊ terrenorum ambitio improbantur: quibus ſcꝫ G
annexe ſunt ale milui.i.quedam pigritia ⁊ ſuperbia ⁊ elatio/⁊ in iſtis alis virtutis p̄ſumptio. Iſtā amphoram/ſcꝫ auarū ⁊ peccatorem per inanem ſpem erigunt ita ꝙ eum ſemper velle ſurſuꝫ ad celū.i.ad celſitudinē ſtatus aſcendere faciunt: ⁊ tamen conſtat ꝙ inter celū ⁊ terram remanet: quia nunꝙ attingit ad celſitudinē quam optat: quinimmo ſemper ſolet in pendulo manere: ⁊ nullam ſtatus certitudinem obtinere: quia non ſufficit iſtis ſtatus inferior quem relinquūt. Celū aūt i.ſtatuꝫ altiorem non poſſunt attingere quē expoſcūt ⁊ ſic inter celum ⁊ terram.i.in incertitudine ſtatus remanent: quia ad illud quod deſyderant/attingere non valent. Unde Ezech. Eleuauit me ſpūs: ⁊ ſtatuit me in- Eze.8.b
ter celum ⁊ terram: ſpūs dico elationis. Iſte igit mulieres.i.affectus carnales ⁊ auaritia iſtam amphoraꝫ i.peccatorem/in terra ſennaar.i.in cāpum fetoris/ſcꝫ in infernum portant: vbi locum perpetue manſionis ſibi preparant. Ezech. fili hominis/due mulieres fue- eze.23.a
runt filie matris vnius. ¶ Uel dic ꝙ due mulieres q̄ Aliter.
peccatorem in inferno portant/ſunt mundus ⁊ caro/vxor ⁊ diabolus/vel carnalis voluptas/vel ſpes penitentie finalis/et timor afflictionis. Ille male mulieres que alas ſuperbie poſſident/⁊ ſpiritum male affectionis habent: ⁊ ideo amphoram/id eſt peccatorem in infernum deferunt. Unde ſi vis/ſupra de elephante capitulo vltimo.

¶ Capitulum ſextum textus: Et cōuerſus ſum: ⁊ leuaui oculos meos et vidi. Moralitatum Capitulum. IIII.

Zacharias vidit quatuor quadrigas egre- historia
dientes de medio duorū montium ereorū quaruꝫ prima habebat equos rufos: ſecūda nigros: tertia albos: quarta fortes ⁊ va-
rios. ¶ Dic ſi vis/ꝙ iſte quatuor quadri- Tropo-
ge/ſunt quatuor virtutes cardinales: ſcꝫ fortitudo/tē- logia.
perantia/iuſtitia ⁊ prudentia. Iſte ſunt quadrige dñi/ad quas debemus eſſe ligati: ⁊ iugo diſcipline ⁊ obedientie ſubiugati. ¶ Iſti enim a duobus montibus ereis/id eſt a duabus anime potentijs perpetuis ⁊ ſolidis/ſcꝫ intellectu ⁊ affectu oriuntur: ⁊ ab ipſis naturaliter producunt: que quadrige quatuor habent ſpecies equorum: ſcꝫ hominuꝫ ſibi famulantiū: quia fortitudo habet equos rufos: id eſt martyres ꝓprio ſanguine rubricatos. Temperantia habet nigros: ſcꝫ cōfeſſores p ſqualorē penitētie offuſcatos. Prudētia habet albos: id eſt doctores lumine ſcientie dealbatos. Iuſtitia habet varios.i.bonos prelatos ⁊ principes: nūc ad promouendū: nūc ad puniendū equitate ꝑuia variatos. Iſti ſunt igitur equi dñi: id eſt viri ſancti: q̄ quadrigas virtutū cardinalium traxerūt: id eſt ipſis mediātibus merces meritorū portauerūt: ⁊ in ſeipſis
vexerūt. Uñ Abac. Quis aſcendet ſuper equos tuos? abac.3.
⁊ quadrige tue ſaluatio. ¶ Uel dic ꝙ quadrige qua- b.
tuor cum equis ſuis: ſunt quatuor ſtatus ⁊ conditio- Aliter.
nes: ſcꝫ niger: qualis eſt ſtatus monachorū nigroruꝫ auguſtinorū. Rufi: qualis eſt minorū: ciſterſienſium.

Albi/qualis est carmelitarum. Varij/qualis est secu-
larium clericorum ⁊ laicorũ: qui determinatum habi
Aliter. tum nõ habent. ¶ Vel dic ꝙ equi sunt viri iusti: quo-
rum quidã sunt rufi ꝑ charitatem/nigri ꝑ humilita-
ps.44. tem/albi ꝑ inocẽtiã ⁊ castitatẽ/varij ꝑ honestatẽ. Ps.
c. Circũamicta varietate. ¶ Vel dic ecõtra/ꝙ equi dia-
Aliter. boli sunt peccatores. Esa. Equi eorũ caro/⁊ nõ spirit⁹:
Esa.31.b ⁊ istorũ quidã sunt rufi ꝑ maliciã: quidam nigri ꝑ in-
famiam: quidã albi ꝑ hypocrisim: quidam varij ꝑ du
plicitatem ⁊ inconstantiam.

¶ Moralitatum super zachariam ꝓphetam finis.

Moralitatum liber vicesimusseptimus libri primi Machabeorũ.

¶ Capitulum primum textus: Et factum est postꝙ̃ percussit alexander philippi macedo. Moralitatũ Capitulum. I

historia Lexãder rex
macedonũ multos reges
et principes debellauerat:
munitiones eorum confre
gerat: spolia multitudinis
gentiũ acceperat: ⁊ in ma-
nu forti regnauerat super
terram. Et factũ est ꝙ mo-
reref: ⁊ regnauerunt pueri
eius/vnusquisqꝫ in regno suo: ⁊ imposuerunt sibi dia-
Moralitas. demata: ⁊ multiplicata sunt mala in terra. ¶ Sic ꝟe
dico ꝙ alexander/qui interpretatur auferens angusti
B as tenebrarũ. i. bonus ꝑlatus: qui tenebras angustie
⁊ ignorãtie ꝑ sapientiã scit auferre: angustias subito-
rum ꝑ dulcedinẽ ⁊ clementiã scit lenire: qñqꝫ regnat
in eccl'ia vel patria ita fortiter ⁊ prospere/ꝙ malos ty-
rannos fortes suppeditat: munitiones. i. malas co-
gitationes eorũ dissipat: spolia scientiarũ ⁊ diuitiarũ
vndeqꝫ augmentat. Sed sepe fit ꝙ ipõ mortuo/in re
gno eius vel eccl'ia diuisiões solent fieri: ita ꝙ de pue-
ris suis. i. subditis quilibet vult regnare et diadema
iurisditionis capere: ita ꝙ sine rege ⁊ regimine vagan
tes/ꝗlibet ambitiose cupit imperare: vel saltẽ sine iu-
Judicũ go sicut rex viuere ⁊ manere. Unde dicit: In diebus il
18.g. lis rex nõ erat in israel: sed vnusquisqꝫ hoc qđ volebat
faciebat. Ista enĩ in ecclesijs vel cõuentib⁹ post mortẽ
ꝑlati videnť: qꝛ quilibet imponit sibi diadema/inꝙ̃tũ
ꝑlati fieri ꝓsumunt ⁊ imaginãť: ⁊ quilibet in loco suo
regnat inꝙ̃tũ vagabũdi fiũt/⁊ obedire maiorib⁹ de-
dignať: ⁊ sic mala multiplicanť in terra: qꝛ ꝑ mortem
boni ꝑlati/⁊ ꝑ dissentionẽ eligentiũ/ꝑ insolentiã ꝓsu-
pro.11.d mẽtiũ subditorũ fiunt in eccl'ia multa mala. Sicut di
Eo.ca.b cit: Ubi nõ est gubernator/ppl's corruet. ¶ Factũ est ꝙ
historia Antioch⁹ radix peccati imponeret sibi duo diadema-
ta: vt regnaret super Asiã ⁊ egyptũ: nõ sufficiebat sibi
regnũ Asie ⁊ grecie possidere/nisi etiã studeret alienũ
regnũ scꝫ egypti/per violentiã vsurpare. Cũ igitur ꝓ-
ualuisset cõtra Ptolemeũ regẽ egypti/⁊ spolia ꝙ̃plu-
rima cõgregasset: apposuit etiã filios israel impugna
re. Intrauit igiť sanctificationẽ in suꝑbia: et accepit
altare aureũ/mẽsam ⁊ candelabrũ/phialas/mortario-
C la aurea/velum: cortinas: ⁊ ornamentũ aureũ qđ erat
in facie tẽpli: ⁊ accepit aurũ: argentũ: vasa cõcupisci-
bilia: thesauros occultos de domo dñi: ⁊ comminuit
oĩa: ⁊ sublatis oĩbus in terrã suam redijt: ⁊ hierusalẽ
tristem ⁊ desolatã dimisit. Causã aũt quare ista mala
filijs israel deus permiserit ꝑuenire: redditť ibidẽ: qꝛ i
diebus illis exierãt ex israel filij iniqui: qui a testamẽ-
to dei recesserant: ⁊ testamentũ cũ gẽtib⁹ disposuerãt
gymnasiũ ꝺm modũ gentiliũ in hierusalem contraxe
rũt prepucia sibi fecerunt: ⁊ nationibus se iunxerunt:
⁊ venũdati sunt vt facerẽt mala. Et accedẽtes ad regẽ
potestatẽ faciendi iustitiã impetrauerũt. Quibus de⁹
indignatus: ipsam ciuitatẽ hierusalẽ in manu Antio
chi reddidit: qui templũ ⁊ ciuitatẽ: vt dictũ est expo- Tropologia.
liauit. ¶ Exponẽdo mystice dico: ꝙ hierusalẽ ecclesiã
significat: que filios israel. i. ecclesiasticos deũ viden-
tes ꝯtinet: ⁊ sic fit ꝙ ħ inueniũť multi iniq: testamẽtũ
dei ⁊ cultũ religionis ⁊ eccl'ie ꝯtemnẽtes ⁊ ab eoꝝ vi-
tia recedentes testamẽtũ gentiũ. i. rit⁹ ⁊ mores secula-
riũ eligẽtes: ⁊ se in morib⁹ ⁊ ritib⁹ ⁊ gẽtiũ nationib⁹/. i.
secularib⁹ ꝯformantes: gymnasia secularis scie: in hie
rusalẽ. i. in ecclesia introducentes: ⁊ ꝓpucia carnalis
vite sibi facientes: ⁊ a rege. i. a principib⁹ secularibus
potestatẽ faciẽdi iustitiã: id est secularia officia: cõmis
siones ⁊ negocia impetrantes. Videẽs igiť dñs filios D
israel: id est ecclesiasticos in seculares cõuerti: vitã re-
gularẽ ⁊ ecclesiasticã negligere: ⁊ secularẽ diligere et
amplecti: solet eos antiocho: id est mundi tyrannis ⁊
regibus subiugare: qꝛ iam non cessant hierusalẽ ⁊ tẽ-
plum ipsius: id est ecclesiã ⁊ religionẽ bonis suis tem ps.105.f
poralibus spoliare. Ps. Tradidit eos in manus gen-
tium: ⁊ dominati sunt eorũ qui oderũt eos. Nõ enĩ suf
ficit istis principib⁹ ꝙ notabilia regna habeant: qui-
nimo ad alia regna: possessiões ⁊ terras iugiter aspi-
rant ⁊ anhelãt. Nec eis sufficit egypti. i. mũdi spolia
⁊ diuitias tollere: nisi etiã contra hierusalẽ: id est ꝯtra
ecclesiam studeant rapinis dimicare: ⁊ eã bonis ipsi⁹
spoliare. Isti igiť duo diademata sibi imponũt: inꝙ̃- Aliter.
tum in mũdo ⁊ in eccl'ia dominari querãt: clerũ gra-
uãt ⁊ premunt. ¶ Vel dic contra ambitiosos. Antio-
chus qui interpretať pauꝑ silens: significat ambitio- ps.87.g
sos: qui in principio se esse pauperes ꝓdicant: silentes
⁊ pacificos se fingũt. Ps. Pauꝑ ego sum ⁊ in labori-
bus ⁊c. Sic igitur facit quasi suꝑ duo regna imperat
i. ꝙ duo officia acquirit: regnũ ꝓprium. i. status sibi
ꝓportionatus sibi nõ sufficit: ꝗnimmo regna ⁊ bene-
ficia aliorũ ambit ⁊ cupit: ⁊ sic quandoqꝫ fit ꝙ Ptole
meum de regno egypti: id est aliquẽ aliũ de sua digni- apo.13.a
tate deponit: ⁊ sic duo diademata id est duas dignita
tes sibi accipit. Apo. Habet duo cornua similia agni
Et alibi: Intrauit Ptolemeus antiochiã: ⁊ imposuit
sibi diademata. Sed isti adhuc nõ sufficit nisi ad hie-
rusalem: id est ad templũ: id est ad maiores status vel E
dignitatis prelaturam veniat: quam superbe ⁊ ambi
tiose intrare procurat. Iste igitur mediante exercitu
suo: id est altis principibus secularibus intrat san-
ctificationem. i. ecclesie prelationem in superbia: vbi
pro certo cum intrauerit: statim se conuertit ad vasa
aurea ⁊ argentea: ornamẽta ⁊ supellectilia: id est ad ec
clesie diuitias depredandum: ad subditos molestan-
dum: templum sibi cõmisse ecclesie spoliandum: ⁊ qđ
deterius est quicquid potest in ista hierusalẽ: id est in
isto templo rapere: in terram suam ad literam portat:
in domo paterna palatia edificat: ⁊ de bonis ecclesie
nepotulos ditat: ⁊ sic templum suum depauperare vt
ditet alios: nunꝙ̃ cessat. Illud autem infortuniũ mi-
sere hierusalem merito superuenit: quia filij scꝫ mali
ecclesiastici

ecclesiastici: a testamento legis diuine recedunt: & per
diuersa peccata nationibus secularibus similes atque
pares fiunt. Et sic habere talem prelatum propter pecca-
Job.34. tum populi merentur cum delinquunt. Unde Job: Dominus
regnare facit hominem hypocritam propter populi pec-
Tropo. cata. ¶ Uel dic quod talis Antiochus est diabolus: qui pro-
pter peccata christianorum usque ad hierusalem/id est usque
ad christianorum fidem exercitum vitiorum deducit:
sanctificationem/id est statum religionis cum superbia
intrauit: & tamen ornamenta spiritualia abstulit penitus.
Exinde enim sustulit altare deuotionis/candelabrum
discretionis/mensam compassionis/phialas predica-
tionis/mortariola diuini timoris/velum continentie &
casti nitoris/coronas eminentie & honoris/& ornamen
tum bone conuersationis/& spiritualis honestatis & deco-
ris. His enim omnibus iam videtur ecclesia per dia-
bolum spoliata/& ad tristem desolationem deducta. Aurum
enim & argentum & occultos thesauros/id est sapien-
tiam/clementiam & virtutes sustulit: & vasa concupisci
bilia/id est bonas & sanctas personas exinde rapuit &
Treñ.1.b amouit. Unde dicitur: Manum suam misit hostis ad
omnia desyderabilia eius. Et hoc pro certo: quia filii Isra
el & viri ecclesiastici/qui nationibus secularibus se con
formare nituntur: & testamentum dei/& cultum religio-
nis & ecclesiastice discipline abominantur: talia incur
Eze.23.c rere promerentur Unde Ezech. Scelus tuum & forni-
Aliter. cationes tue fecerunt tibi hec &c. ¶ Uel si vis dic quod An
tiochus est malus prelatus: quo intrante & imperante/
in hierusalem.i.in ecclesia vel religione: statim per suum
malum regimen ibidem deficiunt spirituales & tempora
Pro.28.b les diuitie & supradicte: quia dicitur: Regnantibus impiis
ruine hominum. Idem autem dic de malo principe/quando
Eo.cap incipit in patria dominari. ¶ Consequenter ibidem di
citur/quod spoliato templo per Antiochum ingemuerunt
principes/seniores & iuuenes: virgines infirmate sunt:
& speciositas mulierum est immutata: & omnis mari-
tus sumpsit lamenta: & vniuersa domus iacob induit con
fusionem. ¶ Sic vero templo ecclesie expoliato: prin-
Mora- cipes/seniores iuuenes/virgines/mariti & mulieres/&
litas. omnis status secularium personarum spiritualiter infirman-
tur: & de bono in malum immutantur. Constat quod ecclesia-
sticis a diabolo per peccatum spoliatis/seculares so-
lent malo exemplo eorum faciliter desolari & a virtu-
Esa.24.a tum tramite immutari. Esa. Sicut populus sic sacerdos
Eo.ca.o ¶ Dicitur consequenter ibidem quod princeps tributorum
historia missus a rege/venit hierusalem: & locutus est eis verba pa-
6 cifica in dolo: & crediderunt ei. Sed cum infra vrbem receptus
fuisset: irruit repente in ciuitatem/& perdidit populum ex isra
el: & accepit spolia ciuitatis/& succendit eam igni: & de-
struxit domos eius & muros eius in circuitu: & capti-
uas duxit mulieres & natos & pecora possiderunt. Et
facta est hierusalem habitatio exterorum/& facta extera
a semine suo: & nati eius dereliquerunt eam: sanctifica
tio eius desolata est: dies festi eius conuersi sunt in luc-
tum/sabbata eius in opprobrium/honores eius in ni-
Tropo- bilum: secundum gloriam eius multiplicata est ignominia
logia. eius. ¶ Moraliter hierusalem est anima: ad quam ini-
quus princeps id est diabolus per tentationes se ap-
plicat: & sibi in dolo sub specie boni mala suggerendo
loquitur: ita quod quicquid per malas complacentias & consen-
sus sibi credit: & eum recipit & admittit: sed statim postquam
ciuitatem mentis per peccatum mortale intrauerit/repen
te per vitiorum cumulum super ipsam irruit: & populum
suum.i.potentias & consensus destruit/spoliatque virtu
tum dirumpit: muros discipline scilicet regularis/in ea de-
struit: & igne cupiditatis eum cremat & comburit.i.bo-
nas affectiones: natos eius.i.viriles operationes ab
ipsa captiuat penitus: pecora vero.i.bestiales motus
ibi possidet atque nutrit & sic fit quod ista a suo semine/id
est a bonis virtutibus fit extera alteri populo: scilicet vitiis
fit subiecta. Nam sanctificatio sue deuotionis desolatur
festiuitas spiritualis gaudii contristatur: sabbatum quie
tis mentis sollicitudinibus conturbatur: & sic honor sue
spiritualis & rationalis conditionis in nihilum computatur M
& sic gloria quam anima habuerat ante peccatum/in ignomini-
am commutatur. Treñ. In circuitu eius hostes eius: fa
cta est hierusalem quasi polluta menstruis. Fatuum Treñ.1.f
est igitur talem hospitem recipere: & cordis nostri ia-
nuas per consensum tali principi aperire. ¶ Uel dic my Aliter.
stice/quod hierusalem significat ecclesiam/princeps am-
bitiosum. Ista est enim veritas/quod ambitiosus in dolo
verba pacifica loquitur: seipsum mitem dissimulat/vt in-
gressus sibi pateat: & ad statum prelationis vel promo-
tionis interius intra ecclesiam admittatur. Sed quando se
videt introductum/& ad prelationis officium subli-
matum/in statu & officio confirmatum: statim solet con
tra subditos per rapinas & exactiones irruere/popu-
lum subditorum perdere/spolia & diuitias huius ciui
tatis cumulare: muros ciuitatis/.i.libertates & priui-
legia irrumpere ignem crudelitatis vbique accendere:
mulieres & natos/idest inferiores personas & simplices
scandalizare/& a statu gratie captiuare: pecora vero.i.
carnales personas secum accipere. Et sic ista ciuitas siue
ecclesia/a semine suo.i.ab omnibus filiis suis extera ef
ficitur/inquantum nullus compatriota vel gratie filius in
eius beneficiis & officiis promouetur: fitque habitatio
exterorum/inquantum isti prelati ibi introducunt multi
tudinem consanguineorum & compatriotarum suorum.
Treñ. Hereditas terre versa est ad alienos/domus no- treñ.5.a
stra ad extraneos. Sub tali igitur principe perit san-
ctificatio deuotionis/sabbatum & festum quietis et
consolationis/honor dignitatis & promotionis: & vt
breuiter concludatur/tota gloria commutatur in ignomi- A
niam vilitatis & confusionis. Treñ. Obliuioni tradi- treñ.2.b
dit dominus sion/festiuitatem & sabbatum. Quia pro
certo quantum sub bono prelato vel principe ecclesia vel
patria consolatur: tantum sub malo ambitioso raptore con
funditur/temporaliter & spiritualiter desolatur. Unde Apoc. apoc.18
Quantum glorificauit se in deliciis: tantum date ei tor- b.
mentum. ¶ Sequitur ibidem quod per milites regis an- Eo.ca.o
tiochi/desolata et vastata est hierusalem: ciuitatem historia
dauid.i.est arcam sion ceperunt: & eam turribus & mu
ris munierunt: & constituerunt ibi gentem peccatricem
viros iniquos: & conualuerunt in ea: & ibi posuerunt ar-
ma & escas: & congregauerunt spolia hierusalem/& posue-
runt illic: & facti sunt eis in laqueum magnum & insi-
dias: & contaminauerunt sanctificationem: & fugerunt
inhabitatores hierusalem propter eos. ¶ Sic vere an Tropo-
tiochus.i.diabolus & milites sui/vastata ciuitate hie logia.
rusalem inferiori: & subiugato prius statu secularium lai-
corum/& per diuersa peccata & vitia multipliciter dissi-
pato: arcem sion.i.statum bonorum & religiosorum/sibi
mystice & spiritualiter dedicauerunt: & etiam eam sibi
habitationem fecerunt. Ibique ad literam posuerunt gen
tem peccatricem: que pre ceteris hodie in ecclesia ad literam con
ualescunt: & in terrena prosperitate proficiunt atque crescunt:
quia sepe fit quod in mundo.i.in ecclesia illi qui sunt iniquiores
sunt diuitiis pleniores. Hiere. Quare impii prosperantur hie.12.a
& bene est omnibus qui preuaricantur? Ipsamque arcem.i.ecclesie
statum: spoliis hierusalem.i.diuitiis secularium ditauerunt:

quando in homine fixa est certa et indubia: quicquid
in virtute spei facere vult: facit: modica tamen hesita
tio vel dubitatio impedit opus istud. Requiritur eñ
quod homo in nullo dubitet complendum: sed poti-
us illud quod vult fieri credat pro certo fiendū. Un
de recta causa quare iste vetule et persone simplices fa
ciunt quandoqz mirabilia experimenta/que tamē ho
mo rationabilis et sensatus nunꝙ inuenit esse vera: p
pter firmam credulitatem quam habent: quam tamē
homo sensatus nunꝙ habet: qui semper inquirit cau
sam rerum: ac per hoc semper dubitat in premissis: cū
non videat rationem. Et inde fit quod illud idem qḋ
a simplicibus inuenitur veruz: a sapientibus illud ex
periri volentibus inuenitur falsum. Ideo dominus mat.17.c
dicit: quod si quis credens dixerit huic monti: quod
se transferat in mare: fiet. Unde alibi dicitur. Si po- mar.9.
tes credere: omnia possibilia sunt credenti. Nec mi- E
rum: cum talis potestas credendi vel faciendi miracu
la possit consistere cū peccato. Ista eniz est gratia gra
tis data: que quandoqz est in peccatore: sicut Aposto- 1.co.13.a
lus videtur bene supponere vbi dicit. Si habuero fi-
dem: ita vt montes transferam charitatem autem nõ
habeam: nihil sum. Acsi dicat: quod ista sine charita
te fieri non possunt. Sicut patet de isto qui eijciebat luce.9.f
demonia: et tamen non sequebatur christum. Fides
enim indubia totum facit: sicut patet infra: vbi dictū mat.17.c
est apostolis: quod propter incredulitatem suam nõ mar.11.b
poterant demonium eiecisse. Et alibi: Si non hesita-
ueritis: non solum ficulneã arescere: sed etiã montes
transferre poteritis: sicut patet hic de Petro qui non
fuit mersus nisi quando incepit dubitare. Modice Aliter
inquit fidei quare dubitasti? ¶Uel dic ꝙ exēplo petri
nos alij qui quãdoqz descendimus ad nauiculam in
mare/idst in claustro ad negocia mundi: et de contem
plationis

platiōis securitate ad actiue vite fluctuosos labores:
⁊ nihilominꝰ ad christū sepe currimus: ⁊ in ipsis aq̄s
.i. in mundi negocijs nos posse saluari speramus. Ue
rum q: ventus validus tribulationū nos agitat: hic
est ꝙ qñq3 in malis cōplacentijs mergi incipimꝰ: qua
propter non immerito damnationis periculū formi-
damus. Nos igit̄ qñ istā mersionē sentimus/ad chri-
stū debemus per orationē clamare/⁊ ipsius auxilium
ps.68.d implorare dicētes. Dñe saluum me fac. Et illud. Non
me demergat tempestas aque ⁊c. Ipse vero si nos de-
uote clamātes inueniat: statim manum suam adiutri
cē extēdet: ⁊ nobis dulciter subueniet ⁊ succurret. ❡ Ul̄
Aliter f dic ꝙ exemplo christi sunt multi boni christiani .i. bo
ni ⁊ sancti viri/qui prima facie credunt̄ esse phantasti
ci .i. hypocrite ⁊ vani/qñ super aquas ꝓsperitatis mū
dane vite vident̄ transire per contemptū/⁊ mūdi glo-
riā ꝯculcare: sed ex operibus viri sequentibꝰ veri ꝓbā
tur: ita ꝙ ip̄is mediantibꝰ alij ad cōculcationē simile3
Joā.10.c ꝓuocant̄/dicētes. Dñe si tu es inq̄t: iube ⁊c. Joā. Opa
que facio/testimoniu3 perhibent de me.

❡ Capl'm decimūquintū Textꝰ. Tūc accesse
rūt ad eū ab hierosolymis scribe ⁊ pharisei.
Moralitatum Capitulum. XI.

Mar.7.c historia Cum dñs descēderet in partes tyri ⁊ sidonis/
ecce mulier chananea a finibus illis egressa
⁊ sm̄ Marcū domū ingressa clamauit. Dñe
miserere mei fili dauid: filia mea male a de-
monio vexat̄. Uñ q: ista non erat de genere isrl'/sed de
genere syrophenisse: dominus quasi non audiens ea3
pertransibat. Dicebat enim se non esse missum nisi ad
oues que perierunt domus israel. Et quia non erat bo
num sumere panem filiorum ⁊ mittere canibus: quia
tamen dicta mulier clamans ⁊ orans instabat: ⁊ ca-
nes comedere de micis de mensis dominorum caden
tibus allegabat. Etiam inquit domine: nam ⁊ catelli
edunt de micis que cadunt de mensa dominoru3 suo-
ru3: Ideo dominus misertus sibi dixit. O mulier ma
gna est fides tua: fiat tibi sicut petisti: ⁊ sanata est fi-
Tropologia lia eius in illa hora. ❡ Ista mulier chananea ⁊ gētilis
significat animam peccatricem: cuius filia significat
B eius conscientiam atq3 mentem seu volūtatem: quan-
doq3 igitur fit quod mulier ista scilicet peccatrix ani-
ma: de finibus tyri/que interpretatur angustia: ⁊ de fi
nibus sidonis/que interpretatur commotio iniquita
tis scilicet de statu peccati/quod ponit animam in cō
motionem inconstantie ⁊ in angustia3 desperationis
⁊ tristitie: per contritionem egreditur: ⁊ domum spei
⁊ securitatis scilicet statum penitentie ingreditur: ge-
mens ⁊ flebilis pro filia sua id est pro mente ⁊ volun-
tate sua diu a demone per peccatum obsessa/deum hu
militer deprecatur. Demonium enim tunc filiam no-
stram vexat: quando peccatum mentem nostram per
diuersas ꝯcupiscētias ⁊ miserias flagitat atq3 turbat
mat.9.c Uñ. filia mea modo defuncta est. Sed sepe fit ꝙ diui
na pietas statim nō exaudit: q̄nimmo vexationē istiꝰ
filie .i. pctā nostra ⁊ mētis nostre miserias sub dissimu
latiōe pertrāsit. Uidet eñ ꝙ ex hoc fragilitates ꝓpri-
as cognoscit: ⁊ sic ad recurrendū ad dñm fortiꝰ inarde
ps.11.d scit. Uñ dicit̄. Dissimulās pctā hoim̄ ꝓpter penitētiā
Uñ dñs videt̄ ale dicere illud quod subdit̄. Nō est in-
q̄t bonū sumere panē filioꝝ ⁊ mittere canibus. Acsi di
ceret. Non decet grām impēdere pctōribꝰ/s3 filijs ⁊ ꝑ-
sonis sanctioribus. Sed ip̄a debet subiūgere. Domi-
ne/nam ⁊ catelli edūt de micis que cadunt de mēsa do-
minoꝝ suoꝝ. Hoc est dictu. Etiā pctōres debent refici
tuis beneficijs: q: tu venisti nō iustos/sed pctōres sal-
uare: ⁊ ideo filiā meam .i. mentē meā debes liberare.
Et vere si dñs perseuerantiā in nobis videat: ⁊ istū ar-
dorē deuotiōis inueniat in nobis: ip̄e dico qui est pa-
nis vite: q̄ potens est canes ⁊ filios .i. pctōres ⁊ iustos H
misericorditer satiare. Ps. Hoies ⁊ iumēta saluabis ps.35.b
dñe. Istam vexationē tentationū vitioꝝ a nobis aufe
ret: ⁊ mentē nostrā tranquillā faciet. Unde dicit̄. In-
uenerūt puellā super lectum ⁊ demoniū ab ea exiuisse mar.7.d
⁊c. ❡ Uel dic ꝙ gentilis ista mulier significat gentili Aliter
tatē: cuius filia .i. cuius gēs demonijs per idolatriam
subiacebat. Hāc igit̄ filiā .i. gentē gentiliū: dñs nō sta
tim a principio curauit/sed aliq̄ diu languere permi-
sit: q: ip̄e q̄ erat panis filioꝝ/principaliter ad oues et
ad filios isrl' fuit missus: quoꝝ patribꝰ erat repromis-
sus. Finalr̄ tñ istam filiā liberauit/qñ per apl'os suos
fidē suā gentibꝰ p̄dicauit. Treñ. Gaude filia edon: ad tren.4.d
te quoq3 veniet calix .i. fides. ❡ Uel dic ꝙ panis filio- Aliter
rū .i. sacra theologia nō debet canibus dari .i. in nego-
cioꝝ seculariū vsibus deputari. ❡ Uel dic ꝙ canes sūt Aliter
obstinati ⁊ ifideles: vel etiā simplices atq3 rudes. Pa
nis igit̄ filioꝝ .i. subtilitates ⁊ arduitates fidei ⁊ sacre
scripture: q̄ solis spūalibꝰ filijs .i. fidelibꝰ ⁊ sciētificis
viris debēt dari: nō debēt istis canibns p̄dicari. Uñ di mat.7.a
cit̄. Nolite sctm̄ dare canibꝰ: ⁊ margaritas nolite po-
nere añ porcos: ne forte ꝯculcēt eā pedibꝰ: ⁊ ꝯuersi diri
piāt vos/ ❡ Hic dicit̄ ꝙ añ dñm posuerūt cecos ⁊ clau eod.c.c
dos: quos vt sanauit mirate sunt turbe: vidētes mul-
tos loquētes/cecos vidētes/claudos ambulātes: ⁊ ma
gnificauerūt eum. ❡ Sic vero nos debemꝰ gaudere/⁊ Moralitas
admirari/⁊ dñm magnificare: qñ videmꝰ ꝙ per eiꝰ mi
sericordiam infirmi sanantur id est peccatores con- A
uertuntur: et quando muti id est obstinati per con-
fessionem loquuntur: ceci id est ignorantes per discre
tionem vident: claudi/id est ad bene operandum in- luc.15.d
habiles per bona opera proficiunt. Gaudium enim
angelis dei est super vno peccatore penitentiam agen
te: quia sancti viri ⁊ angeli summe debent de conuer-
sione peccatorum gaudere.

❡ Ex capitulo decimoquinto textus. Je-
sus autem conuocatis discipulis suis dixit.
Moralitatum Capitulum. XII.

Uidens iesus multitudinē hoim̄ q̄ ip̄m secu historia
ti fuerāt in desertū/cepit dicere d eisdē. Mi
sereor super turbā: q: iam triduo perseuerāt
mecū: nec hñt q̄d māducēt: ⁊ dimittere eos
ieiunos nolo ne deficiāt in via: quidā eñ eoꝝ de lōge
venerūt. Igit̄ cū discipuli nihil p̄ter septē panes ⁊ pi-
sciculos paucos haberēt: iussit eos distribui: ⁊ fuerūt
inde quatuor milia hoim̄ satiati: q: sc3 de tā paucis ci
bis ad satietatē satis sumpserūt: septē v̄o sporte de re- Moralitas
liquijs remāserut. ❡ Sic cū christꝰ in deserto huiꝰ mū
di multos videat/q̄ iā triduo .i. in fide trinitatis cum
eo perseuerēt: timēsne ꝓpter defectū spūaliū ciboꝝ de
ficiāt in via ꝑfectiōis ⁊ moꝝ: voluit ꝙ discipuli sui .i.
eccl'iaꝝ ministri septē panes cū pisciculis paucis .i. se-
ptē eccl'iastica sacramēta cū ceteris sacramētalibus re
medijs ip̄is distribuāt: vt spūalr̄ refecti in hac via for-
tiores existāt. Septē vero sporte .i. septē virtutes mora
les supersunt: q̄ ex septē sacramētis subueniūt ⁊ succre B
scūt. Et illoꝝ quidā de lōge venerūt/q̄ de statu pcti ad iob.9.b
penitentiā appropinquāt. Uñ. De terra longinqua ve
nimus serui tui. De hoc aūt vbi xp̄s petijt a discipulis

suis/quẽ ipm esse dicerẽt hoies: ꝛ vbi ponit̃ rñsio ꝛ cõ-
mẽdatio petri: necnõ m̃lta alia dicta xp̃i/ nihil pono.
Igit̃ aduerte circa christi transfigurationem.

¶ Capitulũ decimumseptimũ Textus: Et post dies sex: assumpsit iesus petrum et iacobum et ioannem. Moral'. Cap.XIII.

ASsumpsit iesus secũ Petrũ/iacobũ ꝛ ioãnẽ
ꝛ duxit eos in montẽ excelsũ seorsum: ꝛ trãs
figurat⁹ ẽ añ eos: ꝛ resplẽduit facies ei⁹ sicut
sol: vestimẽta aũt eius facta sunt alba sicͤ nix
luc,9,d Facta est facies eius altera/sicut dicit Lu. Et apparue
rũt illis moyses ꝛ helias loquẽtes cũ ipõ. Ecce aũt nu
bes lucida obumbrauit illum: Et ecce vox de nube di-
cẽs. Hic est filius ꝛc. Petrus aũt tũc dixit. Dñe bonũ
est nos hic esse: si vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi
Tropo logia vnũ/moysi vnũ/ꝛ helie vnum. ¶ Ista pñt applicari/ꝙ
quicũq; vult spũaliter trãsfigurari: ꝛ per cõuersionẽ ꝛ
penitentiã in virũ spũalẽ ꝛ scientificũ trãsformari: ista
q̃ sequunt̃/hic dꝫ per ordinẽ operari. Debꝫ eñ primo
seorsum.i.a tumultu hoim recedere: in montẽ contem
plationis ꝛ celestiũ affectiõis ascẽdere: petrũ/iacobũ
ꝛ ioannẽ/id est bonã societatẽ querere: ꝛ nõ corã alijs
cõuersari personaliter ꝛ manere: q2 añ oĩa bona socie-
tas est querẽda/ꝛ turba maloꝝ hoim fugiẽda. In mõ
tẽ inq̃t seorsum. Uñ Señ. de moribus dicit/ꝙ solitudi
.C nẽ querit q̃ cũ innocentib⁹ vult viuere. Unde dicit̃. In
ecc,27,b medio cogitantiũ legeꝫ dei assiduus esto. Tũc eñ hõ
per cõuersationẽ facilius trãsfigurabit̃: ꝛ facies sue mẽ
tis per gratiã ꝛ discretionẽ sicut sol splẽdebit: ꝛ illumi
nabit̃ vestimentũ sue cõuersationis: per candorẽ inno
cẽtie cõtinentie ꝛ decẽtie sicut nix dealbabit̃: ꝛ sic speci
es conditionis sue in aliã alterabit̃ ꝛ vertet̃. Unde dr̃.
3.re,10b Facta est inquit species eius altera. Mutaberis in vi-
rũ alteꝝ. Et tunc moyses.i.lex ꝛ scientia: helias.i.san-
ctitas ꝛ innocẽtia ipm cõcomitabunt̃: ꝛ bona doctria
quantũ ad primũ: bonaq; sancta vita quantũ ad scõm
apud eũ permanebunt: q2 ista sunt in quibus tota lex
pendet ꝛ prophete. Talis etiam sic figuratus ꝛ muta-
tus: a nube splendida id est a lumine celestis gratie ꝛ
glorie obumbrabitur: ꝛ filius dei dilectus merito vo-
cabitur: ꝛ vt audiatur ab alijs/in dei spiritualem fili-
um eligetur. Hic est inq̃t filius meus dilectus in quo
mihi bene complacui ꝛc. Quia reuera tales merentur
filij dei nuncupari: ꝛ quando aliud predicant vel man
ioã:2.a. dant/ab alijs deberent audiri: ꝛ si prelati fuerint/eis
exo,23,c obediri. Unde Joannes. Quecunq; vobis dixerit/fa-
cite ꝛc. Et alibi. Obserua eum ꝛ audi vocem eius ꝛ ce.
Si enim moderni predicatores essent a turbis ꝛ a secu
laribus negocijs segregati: ꝛ in montem contempla-
tionis eleuati per spiritualem conuersationem: ꝛ a cõ
munibus moribus hominum exaltati ꝛ cetera profe-
cto a secularibus audirentur: ꝛ verba eorum ꝛ predi-
D cationes libentius implerentur: ita quod ibi dicerent
aba,3,a illud Abacuk. Domine audiui auditum tuuꝫ ꝛ timui.
Tunc pro certo petrus/iacobus ꝛ ioannes id est socij
ꝛ vicini ipsorum sanctitatem ꝛ gloriam videntes/po-
terunt dicere. Domine bonum est nos hic esse. q2 in so
cietate talium gloriabuntur adesse: ꝛ tria tabernacu-
la se velle facere dicent: inquantum sancte trinitatis
fidẽ ipsoꝝ predicatiõe cognoscẽt. Dñe inquit petrus:
bonũ est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula.
Aliter ¶ Uel dic ꝙ illi q̃ sunt petrus.i.agnoscẽtes per discre
tionẽ ꝛ sapientiã. Jacobus.i.supplãtantes diabolũ/
mundũ ꝛ carnẽ per hũilitatẽ/paupertatẽ ꝛ ꝯtinentiã.
Joãnes.i.gratiosi ꝑ puritatẽ ꝛ innocentiã: digni erũt
cũ christo montẽ ascẽdere paradisi: ꝛ ipsum contẽpla-
ri spũaliter ꝛ videre. Esa. Regeꝫ in decore suo videbũt. esa,33,c
¶ Uel dic ꝙ iusti debẽt in semetipsis christo/qui inter Aliter
pretat̃ vnctus.i.prelati: moysi legislatori.i.veritati: he
lie qui achab reprehẽdit: ꝛ ꝓphetas baal occidit.i.iu
stitie ꝛ veritati: tria tabernacula ꝑparare: scꝫ pietati in
affectũ seu incõcupiscibili: veritati in intellectu seu in
volũtate: iustitie vero in irascibili debẽt domiciliũ de-
dicare: ꝛ tunc poterit dici illud Psal'. Quã dilecta ta- ps̃,83,a
bernacula tua domine virtutũ ꝛc. ¶ Quidã puer obla eod,c,d
tus est christo vt sanaret̃: erat eñ sicut dicit̃ lunaticus
vide Mat. de didrachma. Illi qui tributũ siue didra mat,17,d
chma recipiebãt de singulis pro humanis: conquesti
sunt petro de christo/eo ꝙ non solueret censum illum.
Quo cõperto christus petrũ ire ad mare/ꝛ hamũ mit
tere precepit: ꝛ staterẽ in ore primi piscis ipsum reper-
turũ ꝑdixit: quẽ pro se ꝛ pro petro ne scandalizarent̃ ex
actoribus iussit dari. Nunc inquit ne scandalizemus E
eos: vade ad mare/ꝛ staterẽ quẽ in ore primi piscis re-
peries/da eis pro me ꝛ pro te. ¶ Ista pñt allegari exẽ- Mora-
plariter: ꝙ multa pro euitãdo scãdalo sunt facienda: litas
que al's fieri non deberent. Constat ꝙ christus tribu-
to nõ erat obnoxi⁹: ꝛ tñ ne suscitarẽt scandalũ/fieri vo-
luit tributarius. Homo eñ quantuncũq; sit liber aut
nobilis debet q̃nq; ꝯtra libertatẽ/dignitatẽ aut nobi-
litatẽ propriã dissimulare ꝛ facere: vt sic scãdalũ ꝛ alio
rũ offendiculũ valeat euitare: ꝛ ne causas litiũ vel dis-
cordiarum possit si secus faceret/suscitare. Uñ dicitur ma.18.a
Ue enim homini illi per quem scandalũ venit. ¶ Uel Aliter
dic quod christus vel petrus qui pecuniam non habe
bant: designant pauperes/ꝛ maxime religiosos. Pi-
scis vero q̃ staterẽ in ore habebat/mũdi diuites signi-
ficat: q̃ in mari huius mundi vagantur: diuitias ꝛ pe
cunias accumulant: q̃nq; igit̃ christus ꝛ petrus.i. reli
giosi ꝛ pauperes indigent pecunia: ꝛ maxime quando
habent soluere naula/laudona vel tributa: ad pisces.
id est ad diuites cum hamo humilis piscationis ꝛ sup
plicationis recurrunt: pro certo ipsi diuites seculares
debent pro eis soluere: ꝛ pro transeundo periculo vel
euitando scandalo necessaria ministrare: in hoc ipsi
pisces id est mundi diuites ꝛ voluptuosi/christo ꝛ suis
pauperibus proficiunt: quia loco ꝛ tempore suis pecu
nijs ꝛ diuitijs ipsis necessaria prouident. Sicut de pi ioñ,2,a.
sce legitur: qui ionam proiectum in mare recepit: ꝛ eũ
ad littus sanum ꝛ saluum detulit ꝛ eiecit. Igitur bo- ps̃,9,g,f
no diuiti dicitur illud Psalmiste. Tibi derelictus est
pauper ꝛ cetera.

¶ Capitulum decimumoctauum Textus. In illa hora accesserũt discipuli ad iesũ dicẽtes: Quis putas. Moral'. Cap. XIIII

HIc ponitur de illo puero proposito maiori- historia
bus in exemplum: qui dicitur fuisse beatus
Marcialis: quem dominus aduocans sta-
tuit in medio eorum ꝛ dixit. Quicũq; hũi-
liauerit se sicut paruulus iste: hic magnus est i regno Mora-
celorum ꝛc. ¶ Hoc potest adduci ad hoc/quod chri- litas
stus diligit innocentiam ꝛ humilitatem: ꝛ quomodo
ipse zelat pro pauperibus ꝛ simplicibus dicens. Qui
recipit paruulũ vnũ talẽ/me recipit: ꝛ qui scandalizat
ꝛc. ¶ Dicitur hic quod qui centum oues habebat/ꝑ- eod,c,b
didit vnam: qui relinquens nonagintanouem in de-
serto: ꝛ vadit illam querere que errauit. Et alibi dicit̃. luc,15,a
Et cum inuenerit eam imponit in humeris suis/ gau
dens ꝛ

dens ⁊ ꝯuocās amicos suos: ⁊ gaudent ꝙ plurimi super illā. Sic inq̇t gaudiū est angelis super vno pctōre penitentiā agēte/ ꝙ sup̱ nonagintanouē iustis q̇ nō indigēt penitētia. Nō em̄ est volūtas apud patrē vestrū/ vt pereat vnꝰ de pusillis vestris. ¶ Ista exponunt̄ de
Moralitas angelis ⁊ hoibus. In pricipio em̄ habebat deꝰ centū oues. i. angelos ⁊ hoies: q̄ scꝫ nonagintanouē q̇ ꝯstāt ex nouenario in seip̄o mltiplicato/ angelos significāt q̇ in nouem ordinibus sunt distincti. Unus v̄o restās
B numerus/ hūanā naturā designat: q̄ ab illo vno hoie tota ꝓcessit. Uidēs igit̄ christꝰ ouē vnā de grege suo p̱ditā ⁊ errantē/ scꝫ humanū genꝰ: dimissis nonagintanouē ordinibꝰ angeloꝝ in deserto paradisi. venit i hūc mundū personalr̄ q̄rere ouē istā/ scꝫ humanā naturā: quā suis hūcris per beatā incarnationē imposuit: ⁊ ad desertū paradisi cū angelis reportauit: ⁊ ampliꝰ sup̱ inuentiōe ⁊ saluatiōe eius ad lr̄am gauisus est: ꝙ sup̱ nonagitanouē. i. super nouē angeloꝝ ordies quos scꝫ nō assūmpsit. Multo em̄ plus videt̄ hoies ꝙ angelos dilexisse: ⁊ de salute eoꝝ ampliꝰ letatꝰ fuisse: inq̄tū humanā naturā/ nō angelicā legit̄ assumpsisse: dicens illud
pro.8.d Aliter Prouer. Delicie mee sunt cū filijs hominū ⁊c. ¶ Uel si vis dic ista ad ostendendū quantū gaudiū est deo ⁊
historia angelis eius super ꝯuersione hois peccatoris. ¶ De vno seruo nequā hic agit̄: qui debebat regi decē milia talenta: q̇ cū nō haberet vnde solueret q̄ debebat: iussus est cū vxore ⁊ filijs venundari: ⁊ oia q̄ habebat distrahi vt pecunia solueret̄. Uex q̄ seruꝰ iste ad pedes dn̄i supplex ꝓcessit/ ⁊ dilationē poposcit. Patientiā inq̇t habe in me/ ⁊ oia reddā tibi. Dn̄s misertus eius/ non solum ei dilationē dedit: immo totū debitū relaxauit. Iste tn̄ seruus dimissus/ cuidā seruo q̇ debebat sibi centū denarios/ simile facere noluit: q̇nimmo cum dilationē peteret: ipsum tn̄ in carcerē donec redderet debitum alligauit. Rex vero audiens hoc/ reuocat seruū: ⁊ suā impietatē increpās sic perorat. Serue nequā/ omne debitū dimisi tibi/ q̄ rogasti me: iō oportuit te misereri cōserui tui/ sicut ⁊ ego tui misertꝰ sum.
D Iratus igit̄ rex ip̄m carceribꝰ tradidit/ donec vniuersum debitū redderet: ⁊ ipsum verberibus condēnauit
Tropologia ¶ Ista parabola saluatoris exponit̄ per seipsum: ⁊ ad hoc principalr̄ videt̄ tendere: ꝙ illud qd̄ aliquis vult sibi fieri/ alteri dꝫ facere: ⁊ qui a deo vel prelato relaxari desyderat: dꝫ istos qui sibi sunt obnoxij relaxare: ⁊ suis iniuriatoribꝰ misericordiā petentibus indulgere
eccl.28.a Un̄ dicit̄. Dimitte pxio tuo nocēti te. Et alibi. Dimit
luce.6.f tite ⁊ dimittet̄ vobis. Cuius tn̄ fit contrariū: q̄ multi sunt sicut seruus iste: qui volūt ꝙ secū agat̄ misericorditer: ip̄i vero nō cū alijs agere volunt nisi crudeliter. Uolunt enim quod ipsis misericorditer indulgeatur ⁊ tamen si quis eis aliquid debeat/ vel aliquam iniuriam faciat: nolunt quiescere quin ledatur. Constat em̄ quod rex omnium deus cuilibet cōdonat: cuilibꝫ parcit ⁊ remittit: ⁊ crudeles ⁊ mali alijs suis debitoribus vel iniuriatoribus non remittunt: sed potius crudeliter punire vel exigere cuncta volunt: sicut ad literam patet de multis/ q̇ in infirmitate positi sibi spiritualiter postulant ⁊ supplicant a deo misereri: ⁊ tamen quā
eccl.28.a do sanantur/ solent contra alios impie debacchari. Unde Ecclesiastici. Homo homini reseruat iram/ ⁊ a deo querit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam/ ⁊ de peccatis suis deprecat̄. Ipse dum caro sit reseruat iram/ ⁊ propitiationem querit a deo. Sed pro certo rex christus contra tales ingratos finalr̄ surget/ ⁊ eos tortoribꝰ infernalibꝰ tradet/ dicēs. Serue nequā/ nōne oportuit te misereri ꝯserui tui ma.18.d
sicut ⁊ ego ⁊c. Et iterū. Iudiciū sine mīsericordia fiet illi iaco.2.c
q̇ nō fecerit mīsericordiā. In. xix. c. ponunt̄ multa: q̄ q̄ A
exposita p̱ saluatorē vident̄: iō trāseo ad alia.

¶ Capitulum vicesimum Textus. Simile est regnum celorum. Moralitatum Capitulum. XV.

Quidā paterfamilias habēs vineā/ exiuit pri= historia
mo mane ꝯducere op̱arios in eadē vinea. Cōuētiōe aūt facta de denario ꝓ labore diurno hora prima quosdā in vineā misit: tandē hora tertia atq̄ meridiana alios ⁊ alios in foro reppterit: ⁊ oibꝰ idē ꝓmittēs preciū ad vineā destinauit. Finalit̄ hora nona alios reperiēs ociosos: ⁊ ip̄os ꝓ eodē p̄cio in vinea cū alijs collocauit/ dicēs. Quid statis hic tota die ociosi? Dicūt: q̄ nemo nos ꝯduxit. Ite ⁊ vos in vineā meā: ⁊ qd̄ iustū fuerit ⁊c. Uespere aūt facto/ procuratorē suū misit op̱arios vocare/ ⁊ mercedē reddere precipiēs a nouissimis incipere: ⁊ tantū vltimo sicut p̄mo dare. Cū igitur singuli singulos denarios accepe= rāt: q̇ primo venerāt/ arbitrati sunt ꝙ plus accepturi essent. Quod cū nō fieret: murmurabāt cōtra patrēfamilias/ dicētes. Hi nouissimi tm̄ vna hora fecerūt: et pares nobis illos fecisti/ q̇ portauimꝰ onus diei ⁊ estꝰ. Quibꝰ dn̄s vice in hec v̄ba rn̄dit. Amice/ nō facio tibi iniuriā nōne: ex dēario diurno ꝯuenisti mecū? Tolle qd̄ tuū est ⁊ vade: q̄ volo ⁊ huic dare silr̄. Et subiūgit̄ hic
ꝙ sic erūt nouissimi primi/ ⁊ primi nouissimi. ¶ Ista Tropologia
parabola p̄ōt applicari ad mltos motus ⁊ modos for B
tune/ siue occulte dei ꝓuidētie. Ista em̄ habēt vnū iudiciū: in quo nō est rationē inuenire nisi. Sic volo: sic iubeo: sit ꝓ rōne volūtas. Iste em̄ q̄n̄q̄ dat tantū paruo merito sicut benemerito: ⁊ q̄n̄q̄ citiꝰ soluit vltimo venientē: tardiꝰ vero ꝙ ampliꝰ laborantē: q̄ etiā vt in mūdi cursu videmus: nouissimi efficiunt̄ primi/ ⁊ primi nouissimi: q̄ qui ampliꝰ in vinea ecclesie laborauerunt: ⁊ primo solui/ beneficiari/ premiari meruerunt: aliquotiens postponuntur. Illi vero qui parum vel nihil fecerunt/ scilicet adulatores/ consanguinei: qui vltimi esse debuerant/ preponuntur: sicut videmus in curijs dominorum: vbi semper solent p̄diligi magis noui. Un̄
dicitur. Nouis superuenientibus vetera proijcietis. leu.16.b
Unde quando isti benemeriti conqueruntur de suis ingratis dominis: vel etiam de fortuna: dicentes se diutius laborasse: ⁊ nihil vltra alios recepisse/ dicentes il
lud. Per totam noctem laborantes nihil cepimꝰ. Ui= luce.5.b
detur quod ista est responsio eorum q̄ scꝫ mali prelati vel dn̄i dicunt. Nonne ex denario diurno ꝯuenisti mecum. i. nonne sufficit tibi ꝙ vestes ⁊ cibos habueris? ⁊ remittūt eos q̄n̄q̄ vacuos ⁊ sine honore/ dicētes. Tolle quod tuū est ⁊ vade: volo em̄ huic nouissimo dare sicut ⁊ tibi. Fortuna em̄ illud idē rn̄det de ip̄a ꝯquerentibus. An (inquit) nō licet mihi facere quod volo scꝫ de bonis meis? Uolo huic q̇ nihil fecit/ tantū dare sicut tibi q̇ satis meruisti. Tolle quod tuum est ⁊ vade.
Quasi diceret. Nihil habes tuū nisi quod volo dare: rom.11.a
sicut dicit apl̄s. Sic ex operibꝰ iā nō esset gr̄a. Et alibi. 1.ti.6.b
Nihil tulimus in hūc mundū ⁊c. ¶ Uel allega cōtra Aliter
quosdā pōposos dn̄os q̇ hora p̄ia/ tertia ⁊ nona quot C
inuenerūt familiares: tot in domibꝰ suis recipiūt: ⁊ de familia sua faciūt. Ite (inquiūt) ⁊ vos in vineā meam Sed in sero. i. in fine oēs equaliter premiāt: q̄ par aut nihil ab eis reportāt: tolle (inquiūt) quod tuū est/ ⁊ vade. Sicut isti seruitores faciliter recipiunt: ita facilr̄

Anagogia reĳciũt: ⁊ paꝝ ipsis de lucro tribuũt. ¶ Uel dic ꝙ prĩfa
milias est deꝰ: cui eterna p̃destinatio ad vineã. i. ad ec
clesiã vel fidẽ: vel ad alios status aliĳs vocauit tẽpori=
bus: q2 scꝫ quosdã hora p̃ma. i. in puericia: alios hora
tertia. i. in iuuẽtute: alios hora nona. i. in senectute ad
fidẽ vel ad penitentiã vocare nõ cessat: quibꝰ denariuꝫ
diurnũ. i. vite eterne premiũ ꝓmittit gñalr̃ ⁊ dispẽsat.
Ista tñ est vitas occulta istiꝰ patrisfamilias: sentẽtia
vel iustitia ⁊ ꝓuidẽtia: ꝙ nõ semꝑ plus ⁊ prius laborã
tes aliĳs preferunt: immo qñqꝫ fit: ꝙ vltimo cõuersi ⁊
minus in prima facie parẽt meriti: ad celi premiũ pre=
ponunt: sicqꝫ fit ꝙ primi nouissimi etiã aliquotiẽs ha
beant. Patet eñ ꝙ illi q̇ in vltimo cõuertunt ad dñm
frequẽtiori studio qñqꝫ antiquiores in meritis: ⁊ per
ꝯñs in p̃miĳs antecedũt. Patet etiã ꝙ gẽtiles vltio ad
dñm ꝯuersi: qui diutissime ociosi extiterãt: cũ nullus
eos añ apl'os ꝯduxisset: iudeos q̇ a principio fideles
extiterãt: fide ⁊ moribꝰ ad gloriã ꝑuenerũt. Ptꝫ insuꝑ
ꝙ subditi superioribꝰ: seculares eccl'iasticis: ⁊ laici sciẽ
tificis ⁊ religiosis qñqꝫ meliores existũt: ⁊ sic nouissi=
mi primi fiũt. Qñqꝫ etiã occulto dei iudicio boni ca=
D dũt: impĳ ꝯuertunt: ⁊ in alioꝝ gl'ia succedũt. Uñ Iob
iob 34c Perdidit multos ⁊ innũerabiles: ⁊ regnare faciet ali
os pro eis. De quibꝰ nõ pñt ꝯqueri priores: q2 cũ fides:
gr̃a ⁊ gl'ia nõ sint ex meritis nostris: sꝫ ex dei misericor
ad ti. 3b dia. Iuxta illud. Nõ ex operibꝰ iustitie q̃ fecimꝰ nos: sꝫ
ꝛ̃m magnã misericordiã suã saluos nos fecit. Nulli fa
cit deus iniuriã si alteri alteꝝ anteponit: ꝓpter quod
dicit. Nõ facio tibi iniuriã: volo huic dare sicut ⁊ tibi:
rom. 9. c accipe qđ tuũ ẽ. Et hoc sicut dicit apl's. Nõ est volẽtis
Aliter neqꝫ currentis/ sꝫ dei miserãtis. ¶ Uel expone sicut ex=
ponit Grego. de illis qui in mundi principio ⁊ in fine
cõuertunt ad fidẽ: ꝙ tñ primis ⁊ vltimis semper prĩfa=
milias deus paratus est dare mercedẽ. Uñ petrus in
aurora dicit: Qui venit extremus dispensatore vocãte
tantũdẽ recipit sicut q̇ venerat ante. Sic deus oñdit
ꝙ qñqꝫ venimꝰ. Aggrediamur opus: certi de munere
Aliter sumus. ¶ Uel dic ꝙ moraliter vinea est aĩa: operarĳ
sunt sensus ⁊ affectus: qui ad operandũ debent mitti:
⁊ si ociosi fuerint: debent increpari. Et si omnes simul
habere nequeant: saltem vnus post alium debet pau=
latim ad virtualem operationem inclinari: premium
etiam eterne retributionis cunctis dabitur: qñ in sero
in fine seculi nostris sensibus eterna gloria concedit.
cod. c. d ¶ Hic habes ꝙ discipulos inter se querentes: quis eo
historia rum videretur maior in regno celorum: dñs ad humi
litatem reducit: scꝫ de hoc nihil ad presens. Hic dicit
ꝙ duo ceci qui penes viam mendicantes sedebant: au
dito ꝙ iesus nazarenus transiret: inceperunt fortiter
clamare. Fili dei miserere nostri. Cunqꝫ turba eos in=
creparet ne facerent: illi multo magis clamabant: mi
serere. Quod vt iesus agnouit: oculos ipsoruꝫ tetigit:
E ⁊ visum eis restituit: qui statim ipsuꝫ cum aliĳs secuti
mar. 10 sunt. Aduerte tamen ꝙ marcus ⁊ lucas non ponunt
g. nisi vnum. Et forte vnus erat alteri formosior: ideo ibi
luc. 18. f de alio subticetur. ¶ Allegorice duo ceci sunt duo po=
Allegoris puli: iudei ⁊ gentiles: qui ceci sunt per ignorantiam:
sedentes per pigritiam: mendicantes per auariciam:
secus viam per inanis glorie apparentiam: ⁊ per mũ=
di negociorum complacentiam: merito esse dicebant
Christus enim non obstante turba sacerdotum ⁊ pha
riseoꝝ: illos per fideꝫ illuminauit: ⁊ illos duos ppl'os
seu multos de ip̃is: per gr̃am suã tetigit: ⁊ ad sequen=
mat. 7 b dũ se per fidẽ ⁊ bonã oꝑationẽ induxit. Uñ vbi de duo
bus fratribus quos vocauit iesus de naui/ dicit ꝙ re=
lictis retibꝰ ⁊ patre secuti sunt eũ. ¶ Uel dic ꝙ hõ duꝫ
est in vita/ põt dici cecꝰ secus viã mẽdicãs: exponevt su Aliter
pra. Et ideo iste qñ audit iesum trãseuntẽ/ ⁊ sibi appro
pinquantẽ. i. qñ videt ꝙ nũc est tp̃s merẽdi: ⁊ ꝙ nũc est
nobis dãda ptãs christũ ⁊ eius misericordiã inueniẽdi
statim cũ clamore oratiõis ⁊ ꝯfessionis debet ad eũ re
currere: ⁊ illuminatiõis sp̃ualis/ scꝫ gr̃e ⁊ influẽtie bñ=
ficiũ implorare. Quid vultis (inq̇t) vt faciã vobꝭ: Dñe
(inquiũt) vt aperiant oculi nr̃i Ps. Illumina oculos ps. 12. b
meos ⁊c. Quinimmo etiã si talis videt: ꝙ turba ꝑteri=
ens. i. tentationũ/ phantasmatũ/ cogitationũ ⁊ tp̃aliũ
sollicitudinũ tumultꝰ/ ⁊ mũdi negocioꝝ anfractus ip
sum increpet: ⁊ a clamore ꝯfessionis vel oratiõis ip̃m
impediat vel retardet: ipse tñ multo magis debet insi f
stere: illius turbe impetũ nõ curare: ⁊ a christo miseri=
cordiã implorare/ dicẽs. Miserere mei fili dauid. Et
ꝓ certo si dñs viderit ip̃m clamantẽ: ⁊ in illo clamore
perseuerantẽ: ip̃m illuminabit ⁊ tanget per gratiã ⁊ ve
rã cognitionẽ: cecitatẽ pc̃ti ⁊ ignorantie sibi tollet: ita
ꝙ per bonã operationẽ ⁊ discretionẽ post christũ imi=
tando sequet ⁊ curret/ dicens illud. Magister sequar mat. 8. c
te ⁊c. Hic ponit ꝑpetitio matris filioꝝ zebedei: sed vi= mar. 10 e
de infra in euangelio. Mar. De ingressu dñi super asi luc. 19. e
nã vide Luc. De euersione mensaꝝ ⁊ eiectione colũbas Ioã. 2. c
vendentium vide in euangelio Ioannis.

¶ Capitulum vicesimumprimum Textus. Et cum appropinquasset hierosolymis ⁊ venisset bethphage. Moralitatum Capi. XVI. historia

QUum semel christus esuriret: ⁊ ficũ ꝓpe locuꝫ
cõspiceret: iuit ad eã/ si q̇d forte fructuũ in ea
reperiret: qui tñ nõ fructꝰ sed folia reperit: nõ mar. 11 b
eñ erat tp̃s ficuũ. Ideo ficũ ꝯtinuo maledi=
xit/ dicẽs. Nunq̃ ex te fructꝰ nascat: ⁊ statim aruit ficꝰ Mora=
ita ꝙ nunq̃ amplius fecit fructũ. ¶ Ista ficus põt ver litas
bosos hoies significare: q̇ foliĳs verboꝝ abundãt: fru
ctũ tñ operis ⁊ efficacie nõ habẽt. Regulare eñ est/ qđ
vbi est verbositas ⁊ iactantia ⁊ elatio maior: ibi opis ⁊ ꝓu. 14 c
efficacie nec non diuitiaꝝ ⁊ amicitie solet copia minor.
Unde in Prouerbĳs. Ubi verba sunt plurima/ ibi fre
quenter egestas ⁊c. Quia qñ christus esuriens. i. quã=
do aliquis indigens ad tales currit: ⁊ fructus alicuiꝰ
solatĳ vel auxilĳ in eis inuenire se credit: satis folia. i.
promissiones ⁊ iactantias reperit: fructum vero nul=
lum inuenit. Quod de hypocritis est verum: in quibꝰ
sola verborum ⁊ filiorum vanitas/ ⁊ solus cõuersatio
nis viror: nullus aũt bone operationis fructus inue= G
nitur. Quapropter tales infructuosi a deo maledicun
tur: ⁊ virore sue exterioris conuersationis ficte siccan=
tur/ ⁊ ariditate paupertatis damnantur. Uerbosi eñ
⁊ vani amici merentur arescere: ⁊ virorem sue conuer= mar. 11 c
satiõis perdere spiritualiter. Unde dicitur. Rabbi/ ar
bor cui maledixisti. Bona eñ ꝯuersatio sine bona vi=
ta nõ põt durare/ sꝫ cito deficere. Iuxta illud. Natum luce. 8. a
aruit: q2 nõ habebat humorẽ. Uñ Sene. de moribꝰ ait cod. c. d
Nunq̃ bone honestatis lõga est simulatio: ¶ Homo historia
quidã habuit duos filios: ⁊ primo dixit: vade operari
in vineã meã. Qui rñdit patri: nolo: tandẽ vero peni=
tentia ductꝰ/ iuit. Postea pater iuit ad alterũ: ⁊ similiter
dixit: q̇ rñdit/ eo dñe: ⁊ tñ nõ iuit. Quis igit hoꝝ (q̃rit
dñs) fecit voluntatẽ patris: Responsum est ꝙ primus.
Et christus ex hoc ꝯtra pricipes sacerdotũ dixit: ꝙ pu
blicani ⁊ meretrices precedent eos in regno dei. Ue=
nit enim (inquit) ioannes in via iustitie: ⁊ non credi=
distis ei: peccatores vero ⁊ meretrices crediderunt ei.
¶ Istã igit

Mora= ¶ Istam igitur saluator noster parabolam exponit.
litas Uidetur em̄ supponere ꝙ prfamilias est deus: q duos
filios habuit in mūdo.i.duo gn̄a subditoꝝ: primos ⁊
secūdos: scʒ ecclesiasticos ⁊ laicos: quos ambos ad la
borandū ⁊ ad bene operandū in vinea sua.i. in ecclia
vel in aīa ꝯuocat: ⁊ ad hoc vtrūqꝫ sm maius ⁊ minꝰor
dinat. Primo tn̄ pprio ecclesiastico ista p̄cipit. Scdo
ma.20.a scʒ seculari ⁊ laico inquiēs. Ite in vineā meā: ⁊ quod
b iustū fuerit dabo vobis. Sed vere magna est differen
tia in istis: qr primi dicūt ⁊ nō faciūt: secūdi vero nō di
cūt: ⁊ qn̄qꝫ tn̄ faciūt. Cōstat em̄ ꝙ multi sunt ecclesiasti
ci: qui promittūt ⁊ dicūt se velle in vinea dei laborare:
⁊ hoc potissime in susceptione ordinis vel beneficij:
vbi tā publice q̄ꝫ occulte se obligant ad laborē ⁊ ad bo
noꝝ opeꝝ exercitiū ⁊ culturā: qr istis videt̄ dictū illud
2.tim.2.a apl̄i. Labora sicut bonꝰ miles christi. Et tn̄ isti sunt q̄
oīno nihil de p̄missis faciūt: sed quod deo vouerūt p̄
termittūt. Un̄. Dicunt em̄ ⁊ nō faciūt. Ecōtra alij sunt
ma.23.a seculares/⁊ alij magis leues: q̄ prima facie mandato
dn̄i ꝯtradicūt: ⁊ qsi eis aliq̄d iniungit̄ lingua ⁊ moribꝰ
hier.2.d totū spernūt. Hier. A seculo ꝯfregisti iugū: dixisti / nō
seruiā. Et tn̄ isti ad cor reuersi/multa bona opera faci=
unt: ⁊ ꝯtra illud quod ꝓmiserāt/bona agūt: qr sepe fit
ꝙ seculares qui leui ⁊ seculari cōuersatiōe vident̄ dei
patris mādata contēnere: ⁊ tn̄ faciūt plura bona q̄ il=
li q ex promissione tenent̄ facere facta magna. Ecclesia
stici em̄ habēt verba ⁊ nō opera: seculares vero habent
opera ⁊ nō verba: ⁊ iō isti ⁊ nō primi dicunt̄ facere diui
na precepta: cum plus placerēt dn̄o bona opera q̄ ꝓ=
missa. Ideo bene dicit̄ istis/ꝙ pctōres ⁊ meretrices ip
sos precedēt in regno dei: qr seculares qui pctōres vidē
tur prima facie eligunt̄. Isti vero q iusti crediti fuerāt
mat.8.b respuent̄. Unde dicit̄. Multi venient ab oriente ⁊c. Et
Aliter sequit̄. Filij aūt regni eijcient̄ foras. ¶ Uel si vis allega
istud generaliter: ꝙ plus sunt attendenda opera q̄ver
ioā.10.g ba ⁊c. Ideo dicit̄. Operibus credite: vide supra li.xiiij.
A ca.xxij. vbi ista figura ad literā exponit̄. ¶ Homo erat
eod.c.d paterfamilias qui plātauit vineā: ⁊ sepi circūdedit eā
historia et fodit in ea torcular: edificauit turrim/⁊ locauit eā
agricolis: ⁊ peregre profectus est. Cū adueniente tpe
fructuum seruos suos misisset ad vineam: agricole ip
sos diuersis supplicijs affecerunt: ⁊ cum iterum misis=
set alios/similiter peregerunt. Qui cum vltimo filiuʒ
mitteret/dicens. Forsitan verebuntur filium meum: ip
sum etiam occiderunt/⁊ eum extra vineam proiecerūt
dicentes. Hic est heres: venite occidamus eum: ⁊ erit
nostra hereditas. Iste paterfamilias finaliter ad vi=
neam suam veniens: istos operarios perdidit: ⁊ vine=
am alijs locauit. Unde dicitur. Malos male perdet:
Allego= ⁊ vineam suam locabit alijs agricolis. ¶ Istud expo=
ria nunt doctores allegorice/dicentes quod paterfamili=
as id est deus a principio plantauit quandam vineaʒ
esai.5.b scilicet synagogam. Esaie. Uinea domini sabaoth do=
mus israel est. In ista enim fodit torcular/scilicet ciui
tatem hierusalem: in qua botrus cypri fuit cōpressus
turrem / templum ⁊ sepem ei circundedit id est diuine
esai.5.a legis munitionem ⁊ ambitum. Esaie. Plantauit vine
am electam: lapides elegit ex ea: fecit torcular/ ⁊ edifi
cauit turrim: ipsamqꝫ agricolis id est filijs israel ⁊ iu=
deis locauit: qui abraam ⁊ moysi legem id est cerimo
nias ordinauit: ⁊ iudeos in hierusalem id est in terra
promissionis locauit: Ab eis etiam profectus est quā
luc.19.b do data lege suis arbitrijs ipsos dereliquit. Un̄. Tra=
B didit seruis suis bona sua ⁊ profectus est statim. Sed
isti agricole a principio pessimi ⁊ rebelles fuerunt: qr
seruos dei quos pro fructu bonoꝝ operū reportando
mittebat ad vineā: multipliciter offenderūt: sicut ptʒ:
qr moysen exacerbauerūt: ⁊ de regno suo dauid expu=
lerunt: esaiā serra lignea secauerūt: hieremiā i egypto
lapidauerūt. Ezec. in babylone excerebrauerūt: amos
vecte perforauerūt ⁊c. Un̄ dr̄. Ecce ego mitto ad vos ꝓ mat.23.d
phetas/sapientes ⁊ scribas ⁊c. Finaliter misit filiū su=
um iesum christū: quē nihilominꝰ proiectū extra vineā
.i. extra hierusalē occiderūt: ipsum ⁊ fidē eius respuen
tes: hereditatē eius se habituros perpetuo crediderūt
inquantū scʒ fidē christi ipso mortuo extinguere puta
uerunt: ⁊ sectā suā in eternū duraturā: ⁊ ipos in hieru
salē māsuros se arbitrati fuerūt. Uenite (inquiunt) oc mat.21.d
cidamꝰ eū: ⁊ nostra erit hereditas. Et alibi. Ne forte ve ioā.11.f
niant romani/⁊ tollant nostrū locū ⁊ gentē: expedit vt
moriatur homo. Sed eoꝝ opinio facta est irrita: qr eo
ꝙ hereditatem dei/scʒ terram iuda se habituros credi
derūt per christi mortē: potius perdiderūt eādē: qr scʒ
paterfamilias deus perdidit istos iudeos: ⁊ eos per
romanos vēdidit ⁊ dispersit: vineā suam / scʒ ecclesiaʒ
⁊ fidē alijs agricolis.i. gentibꝰ ad fidē cōuersis tradi=
dit: istos vo repudiauit/⁊ in infidelitate dimisit. Igit̄
bene concludit̄ ibi. Auferetur a vobis regnū dei: ⁊ da=
bitur genti facienti fructū eius. ¶ Uel dic mystice ꝙ Allego=
vinea domini est ecclesia. in qua deus a principio po= ria
suit torcular id est memoriaʒ dominice passionis: tur
rem id est altitudinem contemplationis: sepem id est
tuitionem pastoralis protectionis. Hier. Ego planta hier.2.d
ui te vineam meam electam/ omne semen verum: qui C
agricolis id est christianis viris ⁊ ecclesiasticis ipsam
colendam tradidit: ⁊ inde fructum bonorum operum
expectauit: pro quibus habendis seruos suos/scriptu
ram legis psalmistarum ⁊ prophetarum: vltimo vero
filium suum misit/scilicet doctrinam filij sui euange=
licam. Isti enim sunt christi serui spirituales: qui ad
vineam ecclesie mittuntur: vt per eos fructum bonoꝝ
operum reportent. Sed reuera isti agricole iam om=
nes istos expulerunt ⁊ occiderunt: quia ecclesiastici le
gem per prophetias ⁊ euangelia / diuinam scientiam
⁊ gratiam hodie quasi penitus deiecerunt. Nostra (in
quiunt) erit hereditas: quia hereditatem ecclesie acsi
esset suum proprium patrimonium sibi appropriant:
⁊ se non esse agricolas/sed dominos putant. Ezechie. eze.36.b
Dederunt terram meam sibi in hereditatem. Et ideo
pro certo (sicut iam videmus) dominos istos agrico=
las id est viros ecclesiasticos diuersimode disperdit:
⁊ propter peccata eorum vineam eorum ecclesie alijs
agricolis id est secularibus tyrannis ipsam diripien=
dam tradidit. Esaie. Auferam sepem eius: ⁊ erit in di esai.5.b
reptionem. ¶ Uel dic quod ista vinea est anima: cu= Aliter
ius cultores sunt sensus ⁊ affectus: quia debitum su=
um non faciunt: nec fructum bonorum operum deo
reddunt: sed seruos eius id est bonas inspirationes
strangulant ⁊ repellunt: filium eius id est christum et
eius gratiaʒ in seipsis interficiunt. Ideo finaliter isti
perduntur: ⁊ vinea id est anima ab alijs agricolis id D
est vitijs ⁊ demonibus occupatur. Psalmista. Destru ps.79.b
xisti maceriam eius: ⁊ vindemiant eam omnes preter
gredientes: ⁊ exterminauit eam aper de sylua et cete=
ra. De lapide reprobato vide supra secundi regum ca
pi. quinto: in fine.

¶ Capitulum vicesimumsecundum textus Simile factum est regnum celorum homini regi qui fe. Moralitatum Capitul. XVII

historia Rex quidā fecit filio suo nuptias: ꝛ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis vt venirēt. Quib⁹ nolentib⁹/ misit alios seruos dicere. Ecce prandiū meū paraui: tauri mei ꝛ altilia mea occisa sunt/ ꝛ oia parata venite ad nuptias. Inuitati vero noluerūt venire: sed alius in villā suā: alius ad negociationē suam abijt. Quidā autē ex eis seruos suos tenuerūt: ꝛ affectos cōtumelijs occiderūt Quod audiens rex/ missis exercitib⁹ suis perdidit homicidas illos: ꝛ mittēs seruos suos alios ꝯuocat dicēs. Nuptie parate sunt: sed qui inuitati erāt/ nō erāt digni. Ite igiꝭ ad exitus viaꝝ: ꝛ quoscūqꝫ inueneritis vocate ad nuptias. Serui aūt abeuntes cōgregauerūt bonos ꝛ malos: ꝛ implete sunt nuptie discumbentiū. Intrauit aūt rex vt videret discūbentes: ꝛ vidit ibi hominē non indutū veste nuptiali: ꝛ ait illi. Amice qūo huc intrasti/ nō habēs vestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc rex ministros vocauit: ꝛ eum in tenebras exteriores ligatis manib⁹ ꝛ pedibus mitti iussit: Ibi inq̄t erit fletus ꝛ stridor dentiū. Multi em̄ sunt vocati ꝛc.

Allegoria E ¶ Ista exponunꝭ allegorice de gentilib⁹ ꝛ iudeis. Constat em̄ ꝙ rex deus filio suo vxorē. i. humanā naturā duxit: ꝛ ex hoc nuptias ꝛ solennitatē fidei catholice/ ꝛ cōgregationē ecclesie catholice celebrauit. Ad qd̄ conuiuiū primo iudeos vocauit: q: scꝫ huius fidei fieri participes ipsos pre alijs ordinauit. Apl's. Judeo primū ꝛ greco. (roꝫ. 2. b) Omnia parata sunt: dixerunt serui. i. p̄dicatores ꝛ apostoli: tauri ꝛ altilia occisa sūt. i. christ⁹ ꝛ prophete ꝛ martyres pro fide sunt mortui. Acsi dicerent. Omnia fidei testimonia ꝛ mysteria parata sunt: venite ad nuptias. i. ad incarnationis fidē. Esa. (esa. 35. a) Omnes sitiētes venite ad aquas. Sed reuera isti ad nuptias venire noluerūt: sed potius ad villā suā. i. ad synagogam per incredulitatē abierūt: ꝛ multos de seruis christi ꝛ predicatorib⁹ occiderunt: scꝫ iacobū: stephanū ꝛ multos alios: iō rex noster deus pater missis exercitib⁹/ scꝫ romanoꝝ: illos perdidit ꝛ destruxit: ꝛ eos indignos nuptijs. i. salute ꝛ fide christiana iudicans: seruos suos p̄dicatores ꝛ alios ꝯuocandos ad istas nuptias. i. ad incarnationis fidē misit: Ideo dicit. (act. 13. g) Vobis oportebat primum loqui verbum domini: sꝫ quoniam repulistis illud: ꝛ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes ꝛc. Isti igitur predicatores ad exitus viarum id est ad gentiles qui non erant in via salutis/ sed in exitu mittuntur: qui fidem recipiētes ad ecclesie nuptias inducuntur inter quos boni ꝛ mali pariter concluduntur: ita quod discumbentibus tam bonis quam malis nuptie iam implentur. Unde iob. (Iob 3. c) Paruus ꝛ magnus ibi sunt ꝛc. Sed re (f) uera in fine seculi rex iste deus/ ad suos fideles iudicādum/ ꝛ ad discumbentes videndum/ etiam ad examinandum intrabit: ꝛ istos quos non indutos veste nuptiali videbit id est charitate etiam ꝛ gratia: eternis vinculis/ carceribus ꝛ tenebris eos condemnabit/ dicens. Amice quomodo huc intrasti/ non habens vestem nuptialem: ꝛ quomodo in ecclesiam venisti/ ꝛ fidem christianam suscepisti: cum vestem nuptialem id est charitatem ꝛ gratiam non acquisiuisti: sed potius peccatis ꝛ vitijs sorduisti? At ille statim obmutescet: quia proh dolor peccator nullam excusationem habebit: immo sine reclamatione in tenebras ibit: vbi erit fletus ꝛ stridor dentium. (apo. 16 c) Unde Apocalyps. Beatus qui custodit pallium suum ne nudus ambulet. Et sequitur. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Et quia omnes generaliter ad fidem vocati sunt: ꝛ tamen multi ꝓpter defectū vestis nuptialis ad infernū descēdūt: ꝓpter quod consulit. Esa. Consurge/ cōsurge hierl'm: (esa. 52. a) induere vestimentis glorie ciuitas sancta. ¶ Uel dic/ (Aliter) ꝙ nuptie iste statū significāt ecclesiasticū: in quo tauri ꝛ altilia. i. actiui ꝛ contēplatiui suis doctrinis ꝛ exēplis bonos antiqui⁹ refecerūt: qui in fide christi ꝛ in isto ꝯuiuio. i. in ecclesie statu mortui sunt: ita ꝙ in sanguine suo vel bona vita statū ecclesiasticum fundauerunt. Quidā aūt sunt qui ad illud ꝯuiuiū venire renuunt: sicut sunt nobiles ꝛ auari: qui magis negocia seculi ꝛ statū secularē/ ꝙ̄ statū ecclesiasticū eligūt ꝛ exq̄rūt. Unde iob. (iob. 30) Esse sub sentibus/ delicias cōputabāt. Alij vero ad istas nuptias. i. ad ecclesie diuitias ardēter venerūt: ita ꝙ iā discūbentib⁹. i. clericis/ religiosis (b) ꝛ sacerdotibus plene sunt in quibus boni ꝛ mali sine dubio simul viuunt. Uerumtamen q: nullus ad aliud cōuiuiū. i. ad ecclesiastica beneficia vel officia venire siue intrare debuerat nisi sanct⁹: ideo deus in fine seculi illos qui sine veste nuptiali. i. sine gratia ꝛ ꝯuersatione spirituali vixerūt/ redarguet: ꝛ eos in tenebras exteriores. i. in inferno recludet/ dicens. Qūo huc intrasti indignus: vbi nullus debet intrare nisi dignus: ꝛ tu es nō habēs vestē nuptialē. Treń. (treń. 1. o) Uidit gentes ingressas sanctuariū suum: de quibus p̄ceperas ne intrarent ecclesiā tuam. Et sic multi sunt vocati: pauci vero electi. Quia multi intrant ecclesie statū: pauci percipiūt paradisi fructū: sed potius infernales tenebras ꝛ luctū. ¶ Judei cū postulassent a christo si liceret censuꝫ (eod. c. b) dare cesari: facit sibi christus afferri numisma census. De quo cū ab eis postulasset/ cuius imago esset ꝛ numismatis superscriptio. Et ipsi dixissent/ cesaris. Christus respondit/ dicens. Reddite igiꝭ que sunt cesaris cesari ꝛ que sunt dei deo. Acsi diceret/ ꝙ illi debēt reddi numisma/ cuius imago est impressa. ¶ Dic quod (Tropologia) cum duplex imago possit imprimi in numismate anime humane christiane: scilicet imago dei/ que fit per gratiam: ꝛ imago cesaris/ que dicitur a cedendo: ꝛ interpretatur possidens princeps id est figura diaboli: qui malos principes mundi possidet: ꝛ peccatorem cedit et damnat: que imago in anima imprimitur per (b) peccatum. Sic est quod illud numisma id est anima ista illi domino finaliter reddetur/ cuius imago idest figura per morum conformitatem in ipsa inuenitur: quia anima iusta que in se imaginem dei representabit/ deo reddetur. Anima vero peccatrix cesari id est diabolo propter conformitatem similitudinis offeretur. Apocalyps. Qui acceperunt characterē ꝛc. (ap. 19. d) ¶ In vicesimotertio capitulo multe redargutiones ꝛ maledictiones ponuntur: ꝛ multa etiaꝫ dicta moralia: que omnia per se patent. In capitulo vicesimoquarto vero multa de vltima tribulatione ponuntur: sed vide infra in Luca: vbi ponam. (luc. 17. g) (luce. 21. b) ¶ Inuicesimoquinto capitulo ponitur parabola de decem virginibus/ scilicꝫ quiꝙ prudentibus ꝛ quinqꝫ fatuis: (C. xxv. a historia) que sponsor sponse venientibus ad nuptias obuiam exierunt: ꝛ omnes iste lampades tenuerunt in manibus. Ista tamen fuit differentia: quod prudentes cum lampadibus oleuꝫ habuerunt: fatue vero habuerunt lampades: sed oleo caruerunt. Tandem igitur moram faciente sponso: cuꝫ omnes virgines dormiuissent: media nocte clamor efficitur. Ecce inquit sponsus venit: exite obuiam illi. Que cum surrexissent: ꝛ lampades suas parassent: fatue; carentibus oleo dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur. Quibus responderunt. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius

ite potius ad vẽdentes ⁊ emite vobis. Dũ irent eme-
re venit spõsus: ⁊ que parate erãt/cũ eo ad nuptias in
trauerunt: ⁊ clausa est ianua. Fatue autem virgines ve
niẽtes/suppliciter aperiri petierũt/ dicẽtes: Dñe dñe
aperi nobis. Sꝫ eis dixit dñs: Amẽ dico vobis/nescio
A vos. Cõcludit igit dñs ꝙ quilibet debet esse paratus
Allegoria. quia nescit quãdo veniet spõsus. Istã parabolã nũꝙ̃
possum ita bene exponere sicut exponitur per docto-
res: ⁊ ita dicamus ꝺm Augu. ꝙ ꝺm alios magis no-
uos. Decẽ virgines significant vniuersitatem anima
rum fidelium: que pro eo decẽ dicunt: quia obseruan-
tie decem mãdatorũ subiugant. Iste tamẽ memoran
tur esse bone ⁊ male/prudentes ⁊ fatue: qꝛ de fidelib9
animabus constat aliquas esse bonas/et aliquas ma
las: que tamẽ oẽs quinqꝫ vident. qꝛ omnes tam boni
ꝙ̃ mali quinqꝫ sensuuꝫ passionib9 submittunt: vel qꝛ
bone quinqꝫ sensibus imperare. male vero eis seruire
noscunt. Iste tamẽ inter se multum differũt: qꝛ ꝙ̃uis
oẽs lampades. i. exempla bona ⁊ splẽdorẽ aliqualem
bonorũ operũ habeãt: bone tamẽ oleũ pie intẽtionis
⁊ gratie ⁊ deuotionis cũ lãpadib9 habẽt. Male ꝩo
licet exteriorẽ splendẽtem apparentiaꝫ habeant: oleo
tamẽ pie intentionis carẽt acceptis lãpadibus/non
sumpserunt oleũ secũ: sicut maxime faciunt hypocri-
te: qui nõ curãt habere veritatis nitorẽ: dũ tamen ha
beãt exterioris apparẽtie splẽdorẽ. Cõtra quos tulli9
dicit: Quid ꝓdest foris strenue agere? Omnes igitur
virgines. i. omnes anime christiane/tã bone ꝙ̃ male
sperant ad nuptias agni. i. ad conuiuiũ paradisi fina
liter ingredi: omnesqꝫ expectant sponsum. i. christum
in resurrectione vltima venturũ: et nuptiarum introi
B tum concessurum. Ueruntamẽ quia nunc tardat: ne-
ma.26.d. cesse est ꝙ isti interim per mortẽ corporalẽ dormiant:
et quod tã boni ꝙ̃ mali debitũ mortis soluãt. Unde
dicitur: Dormite iaꝫ ⁊ requiescite. Finaliter tamẽ me-
dia nocte. i. subito ⁊ ex insperato clamor tube angeli-
ce fiet: qui oẽs dormiẽtes ⁊ mortuos per resurrectio
nẽ aduocabit: et ipsis aduentuꝫ iudicis patefaciet di
cẽs: Ecce sponsus venit exite de sepulchris obuiaꝫ ei
Hieronymus. Semper sonat vox (inquit) illa terri-
bilis in auribus meis: Surgite mortui/venite ad iu-
diciũ domini. Tunc oẽs tam boni quam mali surgẽt
et lãpades suas/id est bona opera ꝑparabunt et nu-
merabunt et dicẽt: Dñe in nomine tuo ꝓphetaui ⁊c.
Ueruntamẽ qꝛ mali et hypocrite oleũ recte intẽtiõis
nõ habuerunt: ideo lampades suorũ operum extin-
guẽtur: inꝙ̃tum frũctu et vtilitate oĩmoda priuabũt
prouer.14.c. Uñ: Lucerna impiorũ extinguet. Istis igitur non ꝓ-
ficiet: sed iustis et sapientib9 dicẽt: date nobis de oleo
vestro. i. iuuetis nos virtute meritorũ vestrorũ: qꝛ tũc
boni poterunt rñdere: Ne forte non sufficiat nobis ⁊
vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis ⁊c. Ac
si dicerent: Oleum meritorũ nostrorũ non est tantum
ꝙ ad saluandũ nos et vos sufficiat/siue sufficere pos
sit: sed ite potius ad vẽdẽtes. et videte quid vobis ꝓ
ficient illi pro quorũ captando fauore lãpades ⁊ non
oleum id est opera vana sine conscientia bona dum
vixistis in seculo habuistis. Ac si dicerẽt: Uidete q̇d
vobis proficit nunc vana gloria/vana laus et cõmẽ-
Hiere.52.c. datio mundanorum. Et dicent: Ubi sunt dij eorum
in quibus habebant fiduciam? Surgant et opituleu
tur vobis. Sed pro certo dum isti volunt oleum bo-
C ne conscientie emere idest dum incipiunt bonam cõ-
scientiam habere: et de vanitate operum penitere: et
tarde bonã cõsciẽtiã querere: sapientes et bone que

habebãt oleum cũ lampadib9 cũ spõso christo intra
bunt nuptias paradisi: et clausa ianua paradisi. i. ex-
cluso tpe merẽdi: isti hypocrite et fatue ꝑpetuo foras
stabũt: ⁊ in inferno dolẽtes/nunꝙ̃ aptionẽ venie seu
celi ianue de cetero impetrabũt. Uñ Mat. nõ oĩs qui
dicit mihi dñe dñe/intrabit regnum celorum. Ideo ma.7.c
oleo bone conscientie muniamur: et semper parati et
in bono vigiles inueniamur: vt quacũqꝫ hora spon
sus christus veniat: cũ ipso ad nuptias inducamur.
Eccl'es. Oi tẽpore sint vestimẽta tua cãdida: ⁊ oleum eccl's.9.
de capite tuo nõ deficiat. Oib9 dico/vigilate. ¶ Uel b
si vis dic ꝙ illõ qõ hic ponit: ꝙ fatue ꝩgines ꝑ eo ꝙ Aliter
oleũ nõ habebãt/lãpades suas extingui dicebãt põt
contra hypocritas allegari quorum lampades id-
est quorum conuersationis splendor non potest diu
durare: imo cum oleum bone conscientie intentiõis ⁊
diuine gratie interioris istis deficiat: necesse habet ci
to extingui et deficere. Señ. Nihil quod simulatum
est et fictũ/põt esse diuturnũ. Unde Job. Nonne lux iob.18.a
impij extinguet? ¶ Uel dic/ꝙ quilibet debet plus se Aliter
diligere ꝙ̃ alios: qꝛ charitas incipit a seipsa: vnde vbi
hõ nõ põt sine sui ꝑiudicio alteri subuenire: debet illũ D
dimittere: ⁊ de sua solummodo salute tractare: exem ma.25.a
plo prudẽtiũ virginũ que dixerũt: Ne forte nõ suffici- Aliter
at ⁊c. ¶ Uel ista allega: ꝙ semꝑ debet quilibet esse pa
ratus: pro eo ꝙ christi aduẽtus est incognitus ⁊ in-
certus: vt quacũqꝫ hora clamor diuine vocationis in
sonuerit: ⁊ ipse christus per morteꝫ decreuerit nos vo
care: taliter paratos nos inueniat/vt cum eo possim9
ad celi nuptias introire. Matthei. Estote parati ⁊c. ma.24.
¶ Homo quidam peregre ꝓficiscens/vocauit ser- d
uos suos: et tradidit illis omnia bõa sua: Et vni qui Ca.xxv.
dem dedit quinqꝫ talenta alij vero duo alij vnum: vni b
cuiqꝫ ꝺm ꝓpriã virtutẽ: ⁊ ꝓfectus est statim. Igit qui historia
quiqꝫ talẽta acceperat lucratus est alia q̇nqꝫ: q̇ auteꝫ
duo acceperat/lucratus est alia duo: qui autem vnuꝫ
abiens fodit in terram/et abscondit pecuniã dñi sui.
Cũ igitur lapso tẽpore rediret dñs/et poneret rationẽ
cum seruis suis/audiẽs ꝙ vnus quinqꝫ et alius duo
talenta lucrati fuerant: ⁊ quod pecuniam suã multi-
plicauerunt: ipsos supra maiora constituit: ⁊ eorũ di-
ligentiam commendauit/dicens cuilibet: Euge ser-
ue bone et fidelis: quia in pauca ⁊c. Intra in gaudi-
um domini tui. Accessit autem qui vnum accepe-
rat talentum: dicens ei: Domine scio quia homo du-
rus es: metens vbi non seminasti/et congregans vbi
non sparcisti: et timens abij/et abscondi talentũ tuũ
in terra: ecce habes quod tuum est. Dominus vero
negligentiam serui arguens: ipsum ex proprijs ver-
bis condẽnauit/dicens: Si inquit homo durus sum
et meto vbi non semino: oportebat te pecuniam me-
am dare nummularijs/vt sic et ego veniens recepis-
sem quod meum est cum vsura. Istum fecit igitur ta E
lento cõmisso priuari: et illi qui quinqꝫ lucratus fue-
rat dari. Seruũ vero illũ tãꝙ̃ pigrũ ⁊ inutileꝫ fecit in
exteriores tenebras alligari/dicẽs: Habẽti dabitur
et abundabit. Illi autẽ qui non habet etiã qõ habe- Tropologia.
re videtur/auferetur ab eo. ¶ Ista exponuntur serio
se per Grego. in homilijs. ꝙ ille hõ q̇ ꝑegre ꝓficiscit
est saluator noster: qui in ea carne quã assumpserat/
abijt in celũ. Carnis eñ locus ꝓprie terra est: que q̇ſi
ad peregrinãdũ ducit: dũ per redẽptorẽ nostrũ in ce- lu.19.b
lo collocat. Unde dicit: Homo quidã abijt in regio
nem longinquã accipere sibi regnũ. Iste igitur ser-
uis suis. i. christifidelibus et christianis tradidit bo

na sua.i.gratias gratis datas: et vni dat quinque: alij duo: alij vnū. Hoc est quod vnicuique dat et dispēsat gratias suas secundum maius et minus: diuersis diuersimode prebet eas: quia sicut dicit apostolus: Diuisiones gratiarū sunt idē autē spiritus diuidēs singulis prout vult. Vult autē
1.Cor.12 a quod de istis talentis suis quilibet negocietur: et quod quilibet gratijs istis sic vtatur/ quod lucrum et fructū virtutum et meritorū multiplex reportet. Unde Negociamini
Lu.19.b dū venio. Et ideo quidā sunt qui pecuniam sibi commissam.i.gratias sibi cōcessas multiplicāt: et alij quinque taleta/ et alij duo lucrantur: inquātū secundum maius et minus in bonis operibus se exercēt: secundum quod plures gratias naturales acceperūt/ de lucro meritorum plus reportāt
Lu.12.f f Unde dicitur Cui multum datū est/ multum exigitur ab eo. Igitur in die iudicij vel in morte: quādo deus qui ab ipsis profectus fuerat: et qui quēlibet eorum in manu sui liberi arbitrij dimiserat: istos seruos ad rationem vocabit. Tunc tales bene operātes supra multa constituet: et in gaudia domini sui/ scilicet in paradiso multipliciter premiabit. Uerūtamen quia aliqui sunt pigri serui: qui pecuniam sibi commissam.i.scientiam gratiam vel industriā sibi a deo cōcessam in bono nō multiplicant: imo in terrā ipsam fodiunt: et ad terrena lucra et negocia applicāt: ibique totū cēsum cumulant atque parant Ideo tales finaliter condēnantur: et in
ma.22.b exteriores tenebras alligantur. Mat. Ligatis manibus et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Et dicet dominus: Sciebas quia homo sum durus/ rigidus iustus et seuerus: qui volo colligere vbi non seminaui: hoc est: volo quod quilibet vir virtutes et merita reportet vltra gratiā quam sibi pro semine dedi: et quod ipse augeat et multiplicet gratiam et scientiam quā sibi commisi: quare igitur illā in terrā fodisti: quare ipsam in terrenis negocijs posuisti: et non potius tradidisti nummularijs.i.pauperibus/ si fuerit pecunia tēporalis: vel auditoribus si fuerit spiritualis et scientia: vt scilicet lucrum debitū reportaret? Acsi diceret: Iuste in tenebras eijci meruisti: quia magis spiritualia quam terrena dilexisti. Ista potissime allegantur per gregorium de predicatoribus: quia secūdū quod homo habet plura talenta.i.plures gratias et conscientias a deo recepit secūdum hoc predicando et docendo magis debet proficere: vt lucrum cum vsura de animabus cōuersis possit domino reportare. Unde: Cui commendauerunt
Lu.12.f. multum plus petent ab eo: ita quod de laborando et predicando secundum magis et minus nullus se valeat excusare. Uñ secūdū ipsum illi qui dicūt: Scio domine quia durus es.i.scio quia predicationis et religionis status difficilis est et durus: et ideo nolo mihi traditū talentum.i.scientiam mihi traditam in tali negocio exponere nolo tam ardua querere: sufficit mihi in scientia et administratione viuere: et talentum mihi traditum in terra.i.in terrenis occupationibus sepelire nolo salutem multorum querere: sufficit mihi circa temporalia iuste viuere: et de vtilitate propria/ nō aliena curare. Isti a domino sicut serui inutiles redarguuntur: et in eternis tenebris concluduntur. Uel si vis
Aliter illud quod hic dicitur: habenti dabitur et abūdabit: ei autem qui non habet/ etiam quod habere videtur/ auferetur ab eo. Quod etiam iste paterfamilias exēplo demōnstrauit: qui vnum talentum ab illo abstulit: et ipsum alteri qui plus abundauit dari mandauit.

¶ Allega hoc de mundi fortuna: etiam de mūdi prin-
Tropologia cipibus et tyrannis: cum isti habeant multos seruos et subditos: quorum quidam abundāt et alij indigēt quidam sunt diuites/ et alij pauperes: quidam magna lucra faciūt: sicut ad litterā sunt eorū officiales: quidam qui solum vnum talentū habent.i. modicam habent substantiam: et hoc in terrā abscondunt.i.in terrenis agriculturis et laboribus acquisitam: sicut sunt inferiores subditi/ agricole/ et similes. Istud est verū quod illi domini et tyranni ab illis qui parū aut nihil habent scilicet ab agricolis et fossoribus continue rapiunt: et illud modicum quod habēt/ ab eis auferūt et tollunt: quod alijs scilicet suis causidicis et officialibus diuidunt. Constat enim quod inferiores spoliant et de spolijs suis diuites officiales suos munificant et ditant: bona enim sua continue a pauperibus auferūt: diuitibus vero aliena quotidie cumulantur. Esa. Rapina pauperis in domo vestra. ¶ Uel dic quod hic dicitur/ quod ille qui talentum non multiplicauit/ ille fuit priuatus: et census ille alteri datus: et ipse in tenebris ligatus. Ille vero qui lucrū domino apportauerat/ fuit magnificatus: et in gaudium dñi receptus et muneribus ampliatus. Potest applicari contra modernos dños: qui reuera nullū seruū aut familiarem diligunt/ nisi lucrum apportet: et nisi vtilitatē eorū faciat: et pecunias multiplicet et augmentet: tales enim solent magnificari: donis et beneficijs ampliari. Euge inquit etc. Unde isaac amabat esau etc. Illos vero qui lucrum non procurant/ solent reijcere et vilipendere: et talentum eorum.i.beneficiū vel officium ab ipsis quandoque tollere: et ipsos repellere et fugare/ dicentes: Seruum inutile reijcite: quia quicūque munera et lucra non procurat/ a diuitibus reijcitur: et alius in officio eius subrogatur: quod potissime videtur de officialibus dominorum: quia nisi per rapinas et exactiones lucrum acquirant dominis suis/ continue submouentur: et ipsorum talentū.i.officium statim alteri datur. Unde Mat. Auferetur a vobis regnū dei: et dabitur gēti faciēti fructū. ¶ Uel dic quod habēti gratiam dabitur gloria et abundabit: ei autem qui nō habet/ supple gratiam: etiam quod habet/ auferetur ab eo: quē admodū ad litterā cōtingit in hypocritis. ¶ Uel dic quod qui nō fuit vsus talēto sibi cōmisso/ illud perdidit: quia quādo homo nō exercitat ingenium suum/ quod quod sit vtile et bonū: vel quādo ipsum in terram abscondit: vel quando ipsum in terrestribus ponit: ipsum per certo perdit: inquantum rudis et hebes efficitur: et ad ignorantiam se deflectit: quia serui negocium sine exercitio et ingenio in artubus et brachia in corporibus irrigescūt ¶ Uel dic quod per talentum intelligitur sensus: quem homo dū viuit: ad voluntatē domini debet expendere: vt ex eo lucrum virtutū exquirere possit: quod mūdi sapientes non faciunt: immo illud in terrenis negocijs sepeliunt: in cautelis et malicijs sensum suum cōtra dei voluntatē expendunt. Quia sicut dicitur: Sapientes sunt vt faciāt mala: bene autē facere nescierunt. Ideo in fine quādo paterfamilias deus vult cū eis ponere rationē: scilicet in morte: illud talentum scilicet sensus et ratio/ de ipsis auferetur: inquantum de his que ad salutē pertinēt obliuisci noscūtur: quapropter in exteriores tenebras perpetue reponuntur: teste Aug. Hac animaduersione percutitur pctōr vt moriēs obliuiscatur sui: qui dū viueret oblitus est dei. Unde Apostolus: Perdam sapientiam sapientum etc. ¶ Hic fit mētio quō in die iudicij boni a malis separabuntur: et illi ad dexteram/ isti ad sinistram ponentur. Fit etiam mentio quō de operibus pietatis dñs disceptabit: et quomodo illos qui pietatis opera exercuerunt: ad paradisum vocabit: illos

Marginal notes (right column): h. — Esa.3.c. — Aliter — Gen.27.b — ma.21.d — Aliter. — A Aliter — Aliter — hiere.4 f. — 1.co.1.c. — Ca.xxvi. historia

B illos qui contrarium fecerunt/etiã qui erga tribulatos ꝛ pauperes sunt crudeles/in ignem diabolo paratum cõdemnabit. Fit etiã mentio quõ opa pauperib9 impensa christus in extremo iudicio sibi facta fuisse reputabit: ꝛ quõ in persona pauperũ seipsum in homine esse clamabit. ¶ Ista oĩa allega/ꝙ boni ꝛ mali qui nũc vix possunt distingui in mũdo: in iudicio optime distinguentur: quia tũc in presentia oĩm/boni a dextris.i.in eterna ꝓsperitate: mali a sinistris.i. l eterna aduersitate ponentur: sicut dicit in Prouer. Uias que a dextris sunt nouit dñs: peruerse autem vie que a sinistris sunt. Item ista possunt allegari/quõ opera pietatis inter cetera bona videnť deo placere: de quibus solũ legiť in iudicio mẽtionẽ facere. Sicut satis dicit Apl's: Pietas ad oĩa valet. ¶ Itẽ ista pñt allegari/quõ deus bona vel mala facta pauperib9 suis/reputant sibi facta: ꝛ quõ ꝑsona pauperũ ꝑsonã dñi representat. Unde Mat. Qui recipit vos/me recipit. Idẽ Qui suscipit talẽ paruulũ in nomine meo/me recipit

Moralitas. Prouer. 4.d. 1.Timo. 4.c. Aliter Mat.10.d Mat.18.a

¶ Capitulum vicesimumsextuz textus: Et factum est cũ consummasset Jesus sermones hos: Mora. Capi. XVIII

Consilium capiendi Christũ fuit sumptũ in atrio principis sacerdotum qui dicitur Caiphas. Unde hic diciť/ꝙ cõgregati sunt ꝑncipes sacerdotũ et seniores populi in atriuz principis sacerdotum qui dicebať Caiphas/vt iesum dolo tenerẽt et occiderẽt. Dicebant eñ: Nõ in die festo/ne forte tumult9 fieret in populo. ¶ Ista possunt allegari contra mala que fiunt in curijs dominorum qꝛ hodie in atrio principis siue summi sacerdotis: hoc est in curijs epõrũ ꝛ principũ mundanorũ/congregãtur sacerdotes ꝛ seniores.i.mali cõsiliarij tã laici quã clerici/tã regulares ꝙ seculares: ꝛ hoc non vt Jesus/id est iustitia ꝛ innocentia defendať/sed potius vt dolo/fraude ꝛ iniustitia ꝑmať: quia oĩa colloquia ꝛ cõsilia que fiunt hodie/ꝛ etiam consilia in principũ parlamẽtis ad hoc solũ fiunt/vt deť locus fraudib9 ꝛ fictionib9: ꝛ vt christũ id est pauperes ꝛ innocẽtes: qui christi ꝑsonã in hoc mundo repsentãt: ꝑ dolos ꝛ fraudulentas machinationes suis exactionib9 subijciant ꝛ tormẽtis. Psal. Congregati sunt ꝛ conuenerũt ꝛc. Uerum tamẽ tales mali consiliarij multum bene cauent/ne talia fiãt in die festo.i.in loco publico ꝛ aperto: et hoc/ne tumultus fieret in populo: qꝛ tales mala ꝛ fraudulẽta sua cõsilia que machinanť cõtra christum.i.contra ecc'ias et pauperes: non solẽt publice facere/sed priuate: non notorie: sed occulte. Sciũt eñ ꝙ tumultus in populo fieret. Et si ppl's suas videret malicias/ipsos forsitam dentibus laniarẽt. Querũt igitur isti sua secreta cõsilia facere. ꝛ noticias hominũ declinare: qꝛ diciť: Ois qui male agit/odit lucem. ¶ Cũ esset Jesus in bethania in domo simonis leprosi: accessit ad eũ mulier habẽs alabastrũ vnguẽti preciosi: ꝛ effudit sup caput ipsius recumbẽtis. Et sicut diciť: super pedes: quos capillis suis tersit: ꝛ impleta est domus ex odore vnguenti. Quidã igitur discipulorũ hoc indigne ferebant dicẽtes: Ut quid perditio hec? Poterat eñ venundari multo: ꝛ dari pauperib9 Jesus aũt ipsam excusauit: et deuotionẽ ipsius comprobauit: et curã eius erga se magis ꝙ erga pauperes commendauit/dicens: Pauperes semper habetis vobiscum: et cum volueritis/potestis eis bene facere/me autem semper nõ habebitis. Mittens autez

Tropologia C Ps.47.a Jo.3.c. Mat.ca.a. Historia D

hoc vnguẽrum in corpus meum ad sepeliendũ me fecit. ¶ Tunc christus in domo simonis/qui interpretať obedientia. ꝛ in bethania domus obedientie vel afflictionis spũaliter discũbit/quãdo in boni obedientis cõscientia cõquiescit. Talis eñ domus et talis dñs hospitari beneChristũ dicunť: qꝛ reuera nũꝙ requiescit dñs gratius ꝙ vbi obediẽtia/humilitas ꝛ afflictio penitentie et penalitatis conseruanť. In ista domo mulier/id est bona volũtas ipsum vngẽto inũgit: ꝛ vas alabastri/id est cor firmũ ꝛ solidũ/scꝫ ꝑ deuotionẽ apit: et caput eius.i.dignitatem pedes/id est eius humanitatẽ vnctionis vngẽto recreat ita ꝙ tota domus cõscientie odore spũalis suauitatis impletur: ꝛ opus illud elemosynis pauperũ anteferť. Maius eñ bonũ est deuotio erga deũ/ꝙ compassio erga proximũ: ꝛ plus deo obedientia ꝙ elemosyna vel sacrificium placet vt patet in lib. Regũ: nunquid vult deus holocausta/ꝛ non potius vt obediať voluntati eius? Melior eñ est obedientia ꝙ victime. ¶ Uel allega contra infamiã/que de leui nõ tolliť. Simõ iste ante leprosus fuerat/sed mõ nõ erat: qꝛ iãdiu ipsuz sanauerat: et tamẽ adhuc vocabať leprosus: dato qꝺ esset sanus realiter. In quo notať ꝙ qñ quis lepram alicuius criminis qñꝙ vel defectus incurrit vix amplius põt nomẽ.i.fama recedere: quinimo dato ꝙ sanetur et emendeť de crimine: intãtum ꝙ dignus possit dici dñm spũaliter hospitari solet tñ nomen illud infamie quã icurrit/apud eũ ꝑpetuo remanere. Eze. Multo labore sudatũ est: ꝛ nõ exiuit de eo nimia rubigo eius: ¶ Uel allega ꝙ nũꝙ põt aliquis op9 piuz vel meritoriuz facere/quin satis inueniat q̃ op9 illud delecteť mordere: sicut in ista apparuit que dñz vngẽdo opus sctissimum faciebat: ꝛ tamẽ nõ carebat detractoribus dicentibus. vt quid ꝑditio hec? ¶ Uł allega hoc/ꝙ detractor nõ parcit dño vel amico: sicut patet hic de istis/ꝙ detractor sub specie boni et colore et occasione virtutis: semꝑ nitiť aliorũ bonis derogare: sicut patet hic/vbi isti sub specie elemosyne faciende deuotioni alterius detrahebãt. ¶ Uł allega ista ꝙ semꝑ est ad rẽ magis necessariã primo ꝛ ꝑncipaliter recurrenduz/et negociũ magis cogẽs faciendum prio: et minus cogẽtib9 preferendũ: sicut hic dř/quod pauperes semꝑ erãt cũ discipuľ remãsuri: christ9 autẽ cito erat recessurus ab eis: ꝛ iõ cõcludebat sibi primo obsequiũ vnctionis ꝑberi debere. cũ elemosyne pauperũ possent al's fieri/ꝛ sine periculo differri. ¶ Hic habem9 ꝙ cũ christ9 discipulos fugitiuos/et eum dimissuros prediceret: petrus audacius ꝑ ceteris se iactauit secũ in mortẽ et in carcerẽ iturũ: se nunꝙ negaturũ ꝓmisit: ꝛ tñ ipse prius dñm negauit: ꝛ turpi9 deliqt ceteris. ¶ Allega ad hoc/ꝙ vt cõiter illi qui magis se iactãt/minus reddũt ꝛ illi q̃ fortiores ꝛ constãtiores amicos tꝑe pacis se asserunt: tandẽ qñ venit tẽtatio ꝛ tribulatio: primi cedunt. Sene. Infirmior canis magis indulget latratib9. Uel dic ꝙ petrus qui erat futurus ecc'ie pastor: et qui fortior credebať esse alijs: ꝑut ex verbis eius apparet: permissus est a deo cadere: ad ostendendum quod nullus debet de viribus suis presumere: et ad ostendendum quod prelatus debet cadentibus et delinquentibus cõpati: ꝛ ex ꝓpria fragilitate aliorũ fragilitatem cognoscere: ꝛ sic nõ nimis aspꝑe corrigere: sꝫ potius ꝯdolere. Uñ dř Di see ex teipso que sunt ꝓximi tui ꝛc. ¶ Petrus in atrio principis sacerdotũ: positus ad ignem se calefaciens cũ ministris: ibidẽ ad vocẽ ancille christum negauit.

Tropologia 1.Regũ. 15.e. Aliter E Ezech. 24.c. Aliter Aliter Aliter eo.ca.c. Historia. Moralitas F Aliter eccl'i.31. b. eo.ca.g

audito tñ gallo: petrus respectus a christo pctm̄ suũ
recordatus est: ⁊ sic egressus atriũ: amare flēdo peni
Moralitas. tuit. ¶ Istud allega: q̄uo isti qui sunt in curia ⁊ in
atrijs dñorũ: et cũ mistris et officialib⁹ eorũdē: sedēt
ad ignē auaricie in aliquib⁹ officijs constituti: facili=
ter mēdacia ⁊ piuria solēt incurrere: ⁊ ibi plus quam
alibi ad vocē ancille. i. ad carnis suggestionē: vel ad
pecunie delectationē solēt grauiora crimina ꝑpetrare
Aliter ¶ Uel dic ꝙ dato ꝙ hō grauissime delinqueret: fit ta
men qñq3 per ipsum dñs oculo misericordie respicit
⁊ gallũ cantantē. i. aliquē predicatorē audit: ⁊ duct⁹
penitentia foras. i. extra statu3 pcti exit: ⁊ amare plo=
rans conqueritur atq3 gemit: et sic veniam obtinet
atq3 acq̄rit. ¶ Uel dic quod nullus est ita petrus: q̄n
vocē ancille. i. carnis suggestionē debet formidare: et
Aliter quin per ipsam possit a statu salutis cadere: ⁊ cōsen=
tiendo pctō dominũ negare. ¶ Iudas osculatus est
G iesum: ⁊ tamē ipse est qui prius tradidit ad morte3 et
tormētum. ¶ Sic vero hodie mali sacerdotes: q̄ deũ
Eodem in sacramēto qnotidie osculant̄: sunt illi qui sibi am=
ca. e. plius inimicant̄: ⁊ qui ipsu3 osculādo. i. indigne reci=
Mora= piēdo / i man⁹ inimicoꝝ suoꝝ. i. vitioꝝ q̄ habēt i corde
litas tradere dinoscūt̄ Uñ lu. iuda osculo filiũ hoīs tradis
Lu. 22. e ¶ Capitulum vicesimumseptimum Tex=
Anago= tus Mane autem facto. Moralitatum Ca=
gia. pitulum XIX

De precio sanguinis christi venditi sacerdo=
tib⁹ restituto / fuit emptus ager figuli in se=
pulturā peregrinorũ / qui acheldemach vo=
cabat̄. i. ager sanguinis. ¶ Sic vero precio
mortis christi fuit empt⁹ ⁊ acq̄situs ager opulētissi=
mus paradisi. In quo sc3 peregrini. i. viri iusti qui se
reputāt peregrinos ⁊ aduenas sup terram / in morte
xp̄tum ad aīam sepeliunt̄: ⁊ ibidē feliciter reponunt̄:
qui etiā loc⁹ ager sanguis ꝓprie dr̄: ꝑ eo ꝙ sanguis
geñ. 27 d christi precio cōꝑatur. Ager etiā dicit̄ figuli: ꝑ eo q̄d
Eo. ca. a ipsu3 dedit ⁊ vēdidit factor mũdi. Uñ dicitur: Odor
agri pleni / cui benedixit dñs. ¶ Iudas penitētia du=
ctus de christo iniuste vēdito acquisita legit̄ restituis
se / ⁊ de crimine suo displicētiā habuisse. ¶ Nō est cō=
Mora= tra obstinatos vsurarios / qui sine displicētia ⁊ peni=
litas. tētia de mũdo recedunt. ⁊ nihil de alieno oīno restitu
ere volũt. ¶ Barrabas nocēs in curia Pilati fuit li=
beratus / Christus vero inocēs crucifixus. Nō q2 pila
tus ad voce3 populi fecit: ideo excusat⁹ esse credidit:
in cuius signũ manus suas lauit dicēs: Innocēs su3
a sanguine iusti huius. ¶ Illud allega moraliter et
generaliter / ꝙ in curia malorũ iudicũ boni q̄ innocen
tes / maxime qñ sunt egeni ⁊ pauperes condemnant̄:
mali vero ⁊ nocētes / dũ tñ dicunt̄ barrabas ⁊ iterꝑtat̄
fili⁹ magistri: q̄ erat vir nobil' ⁊ insignis: hoc ē dictu
dũ tñ sint hoies nobiles ⁊ diuites: ⁊ q̄ mg̃ros habeāt
dños vl' parētes / cōtra iustitiā absoluunt̄: q2 isti sunt
de quib⁹ dr̄: Ue q̄ iustificatis ipiũ ⁊c. ¶ Ul' dic cōtra
Esa. 5. f. multos fatuos: q̄ qñ faciũt aliquod malũ: ad clamo
Aliter. rē aliorũ reputāt se imunes / dicētes: Innocēs ego su3
vos videritis: ⁊ tamē isti deberēt aduertere illō. Exo.
Nō sequaris turbā ad faciēdũ malum: nec in iudicio
exo. 23. a acquiesces plurimorũ sentētie / vt alo deuies. ¶ Mo=
eo. ca. e. riēte xp̄o dño / velũ tēpli i duas ꝑtes scissu3 ē: terra mo
historia ta est: petre scisse sunt: sol obscurat⁹ ē: tenebre ꝑ vniuer
sa3 terrā facte sunt: monumēta plurima ap̄ta sunt et
sctōru3 corpora surrexerũt ⁊ in sanctā ciuitatē hierl'm
intrauerunt: ⁊ multis apparuerũt. ¶ Sic vere in tꝑe

mortis ⁊ passiōis christi / potissime in septimana sctā
terra. i. pctōr terren⁹ debet ꝑ timorē moueri. Ps. Re=
spicit terra3 ⁊ facit eā tremere ⁊c. Petre. i. corda xp̄iā= Moralitas
cũq3 dura debēt ꝑ timorē scindi. Unde Iohel. Scin= ps. 103 d
dite corda vestra / ⁊ nō vestimēta vr̄a Sol. i. splēdor et iohelis.
leticia cordis / debet ꝑ cōpassionē obscurari. Uñ Io= 2. e.
hel. Sol cōuertetur in tenebras. Monumēta. i. corda ibidē. g.
immũda ⁊ cadauerib⁹ vitiorũ plena / ꝑ cōfessionē de= A
bēt apiri: ⁊ sic corꝑa sanctorũ. i. ipsi penitētes sancti
spũaliter resurgēt: ita ꝙ sanctā ciuitatē paradisi pote
rũt ingredi: ⁊ ibi feliciter itroduci. Apl's Festinemus
ingredi in illā requiē. ¶ Hō quidā diues ab arima=
thia noīe Ioseph / q̄ discipul⁹ erat iesu: a pilato petijt hebre. 4
corpus ei⁹: ⁊ accepto corꝑe in sindōe mũda inoluit: et c.
in nouo monumēto in quo nōdũ q̄sq̄ᵽ positus fuerat eo. ca. g.
sepeliuit: ⁊ grādē saxũ ad ostiũ monumēti aduoluit.
¶ Iste hō significat virũ iustũ / q̄ dicit̄ hō ꝑ rationem
et discretionē: dicit̄ diues ꝑ virtutũ ⁊ meritorũ posses= Moralitas
sionē: discipulus iesu ꝑ obedientiā ⁊ imitationem: ab
arimathia quod interꝑtat̄ vigilia / ꝑ diligentiam et
discussionē: nobilis ꝑ generosa3 animi cōditionē: de=
curio / ꝑ decalogi impletionē dictus ioseph. i. augmē
tũ ꝑ cōtinuā v̄tutũ accumulationē. Uñ dicit̄: fili⁹ ac
crescēs ioseph. Qui reuera talis corp⁹ christi in sacra= geñ. 49
mēto altaris digne recipit: et eũ in sindone mũda. i. i c.
puritate conscientie ponit: et in monumento id est in
corde humili ⁊ deuoto ipm̄ sepelit ⁊ recōdit: grādēq3
lapidē. i. pōdus diuini timoris adhibet: v̄tute cuius
ipsum defendit meli⁹ ⁊ custodit. Cuilibet eñ illō cor
pus recipiēti dr̄: Custodi virũ istũ: qm̄ si lapsus fuerit 3. Re. 20
erit aīa tua ꝑ aīa eius. Uel dic ꝙ in hoc Ioseph. qui f.
erat iustus / recepit a pilato: qui erat iudex pessimus: Aliter.
ita ꝙ rursus crucifigat dñm in seip̄o ꝑ vitia, sicut fe=
cit pilat⁹. Nihilomin⁹ ip̄e pōt Ioseph qui erat iust⁹ B
id est cuilibet bono christiano vex corpus christi tra=
dere / sacramenta ecclīastica ministrare: ⁊ ipse Ioseph
id est christianus / licite pōt ab ip̄o ꝑcipere: q2 virt⁹ sa=
cramērorũ nō est a ministro: sed a deo: ⁊ ideo ministri
mali nō possunt sacramēti efficaciā in illo, qui digne ma. 7. b.
recipit vitiare. Unde Mat. vos autē cũ sitis mali / no
stis bona data dare filijs vestris.

¶ Capitulum vicesimumoctauu3 Textus
Uespere autem sabbati que lucescit in pri=
ma sabbati. Mora. Capi. XX

Custodes quibus fuerat commissum custo=
dire corpus dñi in sepulchro: a facie angeli
descendentis de celo / cuius aspectus erat si historia
cut fulgur: ⁊ a facie terremotus qui tunc fa
ctus est ita fuerũt territi: q̄d quasi mortui corruerunt
quapropter dñ3 ꝑdiderũt: q2 ipsis sic prostratis: chri
stus sepulchru3 dimisit: ⁊ ipsis ignorantibus abijt et
resurrexit Uñ ipsi testificati sunt / ꝙ ipsis dormienti
bus christus erat eis surreptus: ⁊ de eorũ custodia ꝓ= Moralitas
longatus. ¶ Illō potest exponi: ꝙ illi qui in pascha=
te corpus dñi in corde siue in sepulchro custodiendũ
recipiunt: quandoq3 valde male custodiunt: quinim
mo ipsum ꝑ vitia perdunt. Angelus enim qui descen
dit de celo. i. diabolus cuius aspectus ꝑ violentiam
tētationis ardet et penetrat sicut fulgur: iuxta illud: luce. 10 c
Uidebam sathanam de celo cadentem sicut fulgur.
Una cũ terremotu tētationis ipsos ꝑ peccatum pro=
sternit: ita ꝙ invitijs statim dormiũt atq3 cadunt: ⁊ sic
thesauro quem custodire debuerant: spoliantur ⁊ se=
pulchro sue cōsciētie a christo quē receperāt euacuā=
tur: Uñ

C tur. Uñ dicit: Surrexit nõ est hic. Ecce locus vbi po=
mar.vi. suerunt eũ. ¶ Et si vis / dilata vitã tuã: quõ multa ge=
nera vitiorũ vident circa sepulchruz dormire / & male
Regũ. dominum custodire. Unde dicitur: Uiuit dñs: q2 filij
mortis estis vos / qui nõ custodistis christũ domini.
26.c. ¶ Hic dicit q cum custodes christum resurrexisse / &
Eodem angelum descẽdisse testificarent: principes sacedotũ
ca.d. ipsos pecunia corruperũt: & qd ipm a discipulis suis
furatũ dñ dormiebãt dicerent / pacta pecunia induxe=
rũt. Qui accepta pecunia / sicut fuerãt edocti fecerũt:
& resurrexisse dñm negauerunt. ¶ Illud si vis allega
Mora= exẽplariter / quõ pecunia & auaricia facit veritatem di
litas. mittere / mẽdaciũ dicere: & articulos fidei aliquotiẽs
negare: & ab illis que qñq3 homo testificatus fuerat /
Eccles. deuiare. Bene igit dicit: Pecunie obediũt oĩa.
10.d. ¶ Moralitatum super Mattheum Finis.

Moralitatum liber tricesimus super marcum.

¶ Capitulum tertium Textus: Et introiuit iterum in synagogam: et erat ibi hõ habens manum aridã. Mora. Ca. I

QUia quicq̄d
est in Marco / totum vt cõi=
ter predicat in Mattheo: iõ
pauca q̃ remanẽt / superad=
dã. In tertio cap. dr / q cum
christus quadã die feruẽtis
sime p̃dicaret: visum est di=
scipulis suis / q humanã dis
cretionẽ excederet: & iõ acces
serũt vt eũ tenerẽt. Dicebãt em̃ q2 i furorẽ versus erat.
Mora= Scribe etiaz dixerũt quia Beelzebub habebat: et q2
litas. in p̃cipe demoniorũ demones expellebat. ¶ Illud
allega / q viri iusti qui feruẽter predicãt / et opera vir=
tuosa pre ceteris agũt: intantũ q demonia / id est vi=
tia: sc3 demonũ potentiã de obsessis pctõrib9 suis do=
ctrinis expellũt. Isti hodie furiosi & sine sensu a viris
carnalibus credunt: nihilq3 prorsus valere a munda
nis hominib9 reputant: q2 quicũq3 hodie mundana
contemnit: & de salute sui & aliorũ meditat: fatuus et
lunatic9 existimat: sicut de pp̃heta qui ad iungendũ
4.Reg. iehu venit / dixerũt alij: quid ad te venit subrepticius
9.c. iste: Sic etiam si quis mirabilia opa & virtuosa / facit
statim mali hoc p hipocrisim & malã intẽtionẽ factũ
ma.11.c. asserunt: & hoc magis beelzebub q̃ veritati diuine at
tribuunt. Uñ Mat. Uenit Johannes neq3 mãducãs
neq3 bibẽs / & dicũt ecce demoniũ habet. Uenit filius
hominis mãducãs & bibẽs / & dicunt: ecce hõ vorax et
potator vini / publicanorũ & peccatorum amicus.

¶ Capitulum septimum textus: Et conuenerunt ad eum principes et pharisei Moralitatum Capitulum II

Historia AD iesuz cũ fuisset adductus homo surdus
& mutus / vt imponeret sibi manũ: app̃hen=
dẽs eũ de turba seorsum misit digitos suos
in auriculas eius: & spuẽs tetigit linguã ei9:
E & suspiciẽs in celum dixit: Effeta qd est adaperire. Et
Tropo= statim aperte sunt aures eius: & solutũ est vinculũ li=
logia gue eius: & loquebat recte. ¶ Sic reuera cũ ad dñm
quotidie veniãt pctõres / qui surdi & muti esse dicunt
pro eo q illa que pertinẽt ad salutẽ suam / nõ possunt
loq̃ aut dicere / seu aliqua honesta & virilia predicare:
vtilia: sc3 correctionẽ & bonã monitionẽ non possunt
audire: nec ad aliquã bonã doctrinã cor suum appli= Hiere.6
care. Hiere. In circũcise aures eorũ: & nõ possunt au= b.
dire. Sz qñq3 Christus vel p̃latus istos seorsum a tu=
multu negociorum et hoĩz p cõtemptum separat / do
nec saliua bone doctrine linguã taliũ tangat: & sic ad
recte loquendũ / cõfitendũ / laudandũ & gratias agen
dum ipsos acuit & disponit. Ipsos etiã digitis suis.
i. donis spũssancti / vel digitis sue liberalis gratie vl
distributiõis / vel digito sue manuductionis / ostẽsio=
nis & intẽtionis / vel digitis sue percussionis vel cor=
rectionis illorũ aures. i. auditũ & attentionez aperit:
vinculũ eorũ lingue: sc3 verecundiã / ignorantiam / ob
stinationẽ / insolentiam ac ĩpudiciciã resoluit: ita qd
diligenter loqui & recte audire & attẽdere eos faciat mar.7.d
Unde d tali spũali medico põt dici qd sequit: Bene mat.11.a
omnia fecit: q2 surdos fecit audire: & mutos loq̃. Et
alibi: Surdi audiunt: & ceci vident.

¶ Capitulum nonum textus: Et dicebat illis: Amen dico vobis: quia sunt quidaz de hic stantibus. Mora. Ca. III

DE quodã demoniaco ducto ad iesum: vt ab F
eo sanaret: dicit hic q pater eius dixit chri= historia
sto: attuli ad te filiũ meũ habentẽ spiritum
mutũ ab infantia sua: qui vbicunq3 app̃hẽ=
dit: allidit eũ: & spumat: & stridet dẽtib9: & arescit: sepe
etiã eũ in ignẽ & aquã misit: vt eũ p deret. Et attuli eũ
ad discipulos tuos & eũ sanare nõ potuerũt. Christ9
igit istũ sanauit: et spiritũ surduz & mutuz. i. qui muti Mora=
tatẽ & surditatem in eo causauerat: effugauit. ¶ Iste litas.
demoniacus significat peccatorẽ: qui a discipulis sa=
nari non potuit: ad significãdũ q solus deus et non luce.7.a
hõ peccata dimittit. Uñ dicit: quis põt dimittere pec
cata nisi solus deus? Iste igit qñq3 ab infantia a de=
mone obsedit: id est demonum seruitio p vitia subiu=
gatur: a quo et p quẽ multis spũalib9 infirmitatib9
occupat. Et primo quidẽ istũ facit surdũ: inq̃tum nõ
dignat bonũ audire: mutũ inq̃tum nõ vult dicere: al
lisum in terrã: inq̃tũ hoc solet per auariciã ad bona
mundi effundere: et ea cõcupiscere & amare. Et breui=
ter istũ facit spumare per luxuriã: stridere per detra=
ctionẽ vel iracũdiam: arescere per inuidiaz. In aquã
etiam ipsum p̃ijcit p gule ingluuiẽ. & eũ in ignẽ mit=
tit p malã cõcupiscẽtiã: & sic diuersimode nititur ipm
perdere per damnationis molestiam. Et breuiter qñ
immundus spũs mẽtem occupat: per peccatuz ipsaz
solet diuersimode inuadere: & nunc per vnũ vitiũ: nũc
p aliud infestare: ita q qñq3 est ita obstinatus & mal9
q discipuli christi: sc3 predicatores & prelati ipm ne=
queunt corrigere: cõuertere vel sanare. Quinimo ne= G
cesse est quod ipse christus per seipsuz: sc3 per spiritua
lem inspirationẽ & vocationẽ ipm dignet misericor=
diter liberare. Tales igit demoniaci et obstinati deo
dimittunt: quia per alios nullatenus cõuertunt. Uñ eccs.10
dicitur: Peruersi difficile corrigunt. Ab ipso aũt deo
quandoq3 miraculose curantur: et ad salutis semitaz
reducuntur. Psal. Tibi derelictus est pauper: orpha
no tu eris adiutor. ¶ Uel dic s̃m sctõs: quod iste si= ps.9.g.
gnificat genus humanuz: demonibus per idolatriã Aliter
& diuersos errores subditũ: quod per moysem & pro=
phetas & alios discip̃los sanari ac saluari nõ poterat
quinimmo ipsum diabolus grauabat. Necesse fuit

igitur ꝙ ip̄e dñs personaliter iteruenirct ⁊ꝙ ꝑ seipsuꝫ
⁊ nō ꝑ discipulos istū saluaret. Vñ ego veniā ⁊ cura=
bo eū. Vide similē expositionē de baculo helisei. iiij.
mat. 8. g Regū. iiij. ¶ Discipulis petentibus a christo / quare
Eo. ca. d quoddā demoniū nō poterāt expulisse: Dixit iesus / ꝙ
historia hoc genus demoniorū nō expellit nisi in orōne ⁊ ieiu
nio. De isto dicit / ꝙ ꝓpter incredulitatē suā nō pote
mat. 17. c rāt ipsum discipuli eiecisse: et sic patet / ꝙ fides / ieiu=
niū ⁊ oratio valent summopere contra denonia ⁊ pec
cata. Cum dñs vellet istū demoniacū quē pr̄ suus sic
ad christū adduxerat sanare: diabolus cepit eū crude
lius impugnare: ita ꝙ expulso demonio hō q̄si mor=
Mora= tuꝰ erat / ⁊ cecidit: sed ip̄ꝫ dñs subleuauit. Sic vere cuꝫ
litas. diabolus videt / ꝙ homo debet de sua ptāte per peni=
tētiā recedere: et qđ christus ip̄m vult de suis manibꝰ
h liberare: vt pote qñ videt ꝙ pater suus scꝫ predicator
eū ad dñꝫ nitit adducere ⁊ apportare: tūc fortius per
tētationes cū inuadit: ⁊ ne ipsum perdat / cōtra eū plꝰ
insurgit. Qđ tñ parū sibi valet / qñ ipsum deus salua=
re decreuit: qr dato ꝙ mortuus .i. obstinatus ⁊ pctōr
appareat: qñqꝫ tñ manum sibi sue misericordie porri=
git: et ipsum ad statū ⁊ vitā grē reducit. Psal. Susci=
tās a terra in opē / et de stercore erigēs pauperē. ¶ Vel
dic qđ quādo q̄s a diabolo ꝑ tētatiōes fortius inua=
ps. 112. a dit: tūc magis est ꝓpe ꝙ a diabolo liberet / et salꝰ per=
Aliter petuo sibi det. ¶ Hic dicit de quodā homie q̇ in chri
Eo. ca. f. sti nomie demoniū eiiciebat: et tñ christū nō sequeba
historia tur. Quē cū discipuli ꝓhiberēt / deus noluit. imo ip̄m
sic dimitti mādauit: Nolite inquit ꝓhibere eū: quia
nemo est qui facit virtutē in noie meo: ⁊ possit male
loqui de me: qui enim nō est aduersus nos / pro no=
bis est. ¶ Ista pn̄t allegari ꝙ nō debet esse aliquis ita
Mora= malus volēs mala loq̇ de illo / in cuius noie virtutes
litas. facit / id est de illo a quo virtutē ⁊ dignitatem recepit:
sub quo honorē ⁊ potestatem acquirit. Nemo inquit
dñs qui fecit virtutes in noie meo pōt cito mala loq̇
de me qđ tñ est cōtra multos / qui lacerant ⁊ mordent
bñfactores suos / et illos in quorū noie .i. sub quorum
potestate exercent in hoc seculo actꝰ magnos. ¶ Vel
Aliter dic ꝙ mali q̇ nō sequunt christū in moribꝰ ⁊ vita: quā
doqꝫ in noie eius virtutes faciūt in exēplis / in operi=
bus ⁊ doctrinis / sicut ad literā patet de hypocritis: q̇
q̄uis sint mali: demonia tñ in christi noie eiiciunt / in
q̄tū bñ docendo peccatores conuertūt. Vnde nec isti
k hec debent ꝓhiberi facere / cum a bonis ⁊ malis Chri
stus et christi virtus debet predicari.

¶ Capitulū decimum Textus: Et inde ex= urgens venit in fines iudee. Moralitatum Capitulum IIII

Cum quidā genuflexo a Christo petijsset q̇d
faciendo vitā eternā haberet: ⁊ christus si=
bi dixisset: Si vis ad vitā ingredi / serua mā=
data: ⁊ ipse se ea seruasse a iuuentute iactaret
incepit iesus ꝑsuadere ꝑ hec verba: Vnū tibi deest: va
de ⁊ vēde oīa q̄ habes ⁊ da pauperibꝰ / ⁊ habebis the=
saurū in celo: ⁊ veni ⁊ seq̄re me ip̄e aūt his auditis / abijt
tristis merēsqꝫ. Erat em̄ habēs multas possessiones:
christꝰ aūt occasione eiꝰ locutꝰ ē dicēs: ꝙ facilius est
chamelū ꝑ foramē acus transire / q̄ꝫ diuitē in regnū ce
lorū introire. ¶ Ista allega ꝙ vix est ita bonus diues
Mora= nec tātꝰ mādatorūꝫ obseruator: si agit ꝙ diuitias di=
litas mittat / post christū per paupertatis imitationē vadat:
terrena cū eternis cōmutet: ⁊ thesaurū sibi ꝑstari q̄rat
celestē: qui tristis ⁊ desolatꝰ efficiat: ⁊ quin a christo
potiꝰ recedere eligat q̄ꝫ ꝑ viā ꝑfectiōis dñm sequatur
difficile enim est diuitē intrare celū / cū diuitias nolit
saltē q̄tūcūqꝫ ad effectuꝫ vitare. De quo dicit: Diues
difficile intrabit regnū celorū. ¶ Mater filiorū zebe= ma. 19. c
dei accessit ad dñm: ⁊ petēs ab eo / ꝙ dū in regno suo
veniret: vnus filiorū ad ipsius Christi dexterā / aliꝰ ad
sinistram sederet. Ipsam aūt dñs de imprudentia rep̄
hēdit / dicēs: Nescitis q̇d petitis. Calicē igit .i. passio
nē et tribulationem: et nō sessionē illis obtulit: ⁊ non
hoc esse suū illis dare / sꝫ quibꝰ a patre paratuꝫ est in=
dicat dicēs: Calicē meū bibetis / ⁊ baptismo quo ego
baptizor baptizabimini: sedere aūt ad dexterā vel ad
nistraꝫ / nō ē meū dare vobis: sꝫ quibꝰ paratū est a pa=
tre meo. ¶ Ista possunt allegari q̄ūo carnalis affe=
tus facit qñqꝫ matrē .i. affectuosuꝫ hoiem ꝓ suis iniu
sta petere: et eum velle plus q̄ꝫ exigāt sua merita ꝓmo
uere. Veruntamē christus .i. vnctus: scꝫ p̄latꝰ cui fit
talis petitio: debet tales indigne petētes redarguere
et eos ad virtutū exercitiū inclinare. Si em̄ a prelato
petatur ꝙ det alicui sessionē .i. officium vel promoti
onē: primo ante oīa debet eis ꝓponere calicē ⁊ bapti=
smū calicem dico tribulationis: et baptismum puri=
ficationis. Acsi diceret: Ante debetis tribulationem
sustinere / ⁊ puritatem mentis habere / ante q̄ꝫ debea=
tis ad dignitates ascendere. Meū inquit nō est dare
vobis / supple calicē aut baptismū: hmōi nō expertis vl̄
insufficientibꝰ ⁊ indignis huiusmodi sessionē: sꝫ solū
illis quibus a patre meo paratū est: qui habent san=
ctitatē ⁊ ꝑfectionē. Acsi diceret: Mecū in dignitati=
bus nō debēt sedere: nisi q̇ calicē dñi biberūt ⁊ amici
facti sunt Vñ psal. Calicē salutaris accipiā ⁊c. ¶ Ce= ps. 115. a
cus quidā sedebat secus viā mēdicās: ⁊ nō obstante Eo. ca. g
impedimento turbarū multo magis clamabat dicē= Histo=
do. Miserere mei fili dauid: cum a christo fuisset voca ria.
tus: statim vestimentū ꝓiecit / et exiliēs ad christum
venit et ab ipso illuminationē recepit. ¶ Sic vero pec Mora=
cator q̄uis sit obstinatus ⁊ cecꝰ: si tñ sentiat se a deo litas
vocari / et ad salutis semitā per inspirationē inuitari
statim debet ꝑ consensum post eū surgere: ⁊ ꝑ bona
oꝑa post eū salire Vestimētū male cōuersationis vel
oꝑimentum cuiuscūqꝫ male excusatiōis deponere: vt
sic poterit lumē diuine grē a dño recipere. Vnde apl's eph. 5. d.
Surge q̇ dormis ⁊ exurge a mortuis et illuminabit
te christꝰ. Illum enim christus illuminat: qui depo=
sito male cōuersationis habitu: ipsum sequit: ⁊ hono mat. 20.
rat. Vide cetera in Mat. de duobus cecis: in fine. De d.
vidua ⁊ de duobus inimicis / vide infra. Lu. 21. a

¶ Capitulum decimumquartum. Textus Erat autem pascha et azima post biduum Moralitatum Capi. V

Iudas desyderans pecuniam: cum nō haberet
quid venderet q̄ꝫ ipsum christum: adijt princi
pes iudeorū: ⁊ de christo pro pecunia vendens
do incepit tractare: dicens: Quid vultis mihi
dare: ⁊ ego eū vobis tradā: Acceptis aūt ab eis trigita
argenteis: ipsum vēdidit. ⁊ eū osculo tradidit: q̇ fina
liter penitēs: se male fecise clamauit: et desperans se
laqueo suspēdit: et viscera eius effusa sunt: mediꝰ cre= actu. 1. c.
puit. ¶ Sic vere vident facere symoniaci prelati. Isti Mora=
em̄ christū .i. grām spūssancti vel accessionē ad christū litas
i. beneficium vel officium ecclesiasticum non tradūt
alicui. nisi conueniant de mercede: dicētes: Quid vul
tis mihi dare: et ego eum vobis tradā: At illi consti= p
tuerunt ei triginta argenteos. Finaliter tamen post
mortem

mortem christi penitebunt in inferno: vbi ad infer-
ni patibulũ suspẽdent / ꝛ pre dolore crepabunt: et feda
viscera id est interiora cogitamina et crimina effun-
Aliter dent / et apparebunt: vel vbi viscera impia cõtra chri-
stum et deum et desperationẽ eructabunt. ¶ Uel dic
ꝙ prelati symoniaci / qui vendũt christũ / pecunia sus-
pendent: per mentis elationẽ crepant: et ꝑ iactãtiam
et presumptionẽ viscera sue misericordie perdunt: et
Aliter ipsa in terrã effundunt per terrenorũ auariciã ꝛ affe-
ctionem. ¶ Uel etiam viscera istorum significant
eorum nepotulos quos in ecclesia promouent dum
sunt ibi qui reuera post ipsorũ mortẽ consueuerunt
de corpe ecclesie eijci ꝛ effundi / id ẽ de bñficijs suis ex
pelli: ꝛ in terrã / id est ad statuʒ infimũ deduci. Treñ.
Treñ. 2. d Effusum est in terrã iecur meum. ¶ Judas aũt volẽs
Eodem christũ in mortẽ tradere / ministris dedit signũ dicẽs.
ca. c. Quẽ osculatus fuero ipse est ꝛc. Cũ igit christus esset
in orto: iudas ad eũ accedẽs / osculũ sibi dedit: et sic
osculãdo ipsum ipsis monstrauit: qui gladijs ꝛ fusti
Tropo bus eũ apprehẽderunt: ꝛ ipsum ad supplicia duxe-
logia runt. ¶ Judas proditor est mundus: qui ipm quem
osculat ꝓsperis cui arridet: ꝛ quem fauoribꝰ tp̃alibꝰ
amplexat. satellitibus. i. demonibꝰ in inferno et tri-
bulationibus tradere comprobat dicẽs: Quẽcũqꝫ os
culatus fuero ꝛc. Qr reuera hortus deliciarũ in quo
homo spaciat: arrisus fauorũ ꝛ diuitiarum quibꝰ ho
mo in mundo ditat: osculũ ꝛ amplexus fortune ꝛ pro
speritatis quibꝰ hõ in hoc mũdo iocũdat: signũ sunt
E ꝙ talis finaliter dʒ capi / et a turba demonũ ad tormẽ
ta deduci: qr quãto plus hõ talibus osculis alludit /
tanto captio eius parator ꝛ celerior inuenitur / teste
ambrosio. Cõtinuus successus tp̃alium / eterne dãna-
tionis est indicium. Uñ de tali iuda. i. de tali mundo
Eccli. 22 vel fortunato successu dicit: In labijs indulcat inimi
d. cus. ¶ De Joãne dicit: ꝙ adolescẽs quidã amictus
Eodem sindone super nudũ: videns quod ministri ꝑ vestẽ te-
ca. e. nebãt eũ vt punirent: relicta sindone nudus ꝓfugit.
Mora- ¶ Sic vere si satellites diaboli per vestes bonorũ tem
litas. poralium nos capiãt: ꝛ si istis mediãtibus in malis
complacentijs nos detinẽt ꝛ inuoluãt: ipsas terreno
Amos. rum bonorum vestes debemus per contẽptuʒ reijce-
2. d. re: ꝛ nudi. i. pauperes ꝛ ꝯscientia mundi debemus
Ca. xv. b de eorum manibꝰ recedere. Uñ: Robustus corde iter
Mora- fortes nudus fugiet. ¶ Milites crucifixerũt dñm: ꝛ
litas. inter se vestes suas diuiserunt. ¶ Sic vere milites re
gum et principum officiales christum in persona mi
mat. 25. nistrorũ / clericorũ ꝛ pauperũ crucifigunt: inqꝫtum isti
d. christi seruitores molestãt multipliciter ꝛ affligunt.
Uñ dicit: Quod vni ex minimis meis fecistis ꝛc. Et
ps. 21. d. vestes etiam tp̃alium bonorum suorũ ipsis per rapi-
Tunica nam subtrahunt: ꝛ inter se diuidunt ꝛ dispergũt. Ps.
saluato Diuiserunt sibi vestimẽta mea. ¶ Tunica saluatoris
ris incõ que incõsutilis dicta est: quã milites nõ diuiserunt:
sutilis sed eam sortiti fuerunt dicit fuisse quedã tunica icõ-
F suta / scʒ acu sine sutura contexta: quam beata virgo si
bi existẽti paruulo dicit fecisse: que tandem ẽm cremẽ
tum corpis dicit concreuisse: ꝛ sic semꝑ suo corpi ap-
tata fuisse: que sine decremento ꝗdiu vixit durabat:
ita ꝙ ipsam nulla antiquitas consumebat. Illã etiã
sicut postea ponunt alij / pilatꝰ habuit: et quãdocũqꝫ
vocabat ad cesarẽ ipsum volentẽ occidere: mox vt eũ
videret / ira ipsius cõtra eum quiescebat: mox ꝟo cuʒ
ab ipso exierat / stati cõtra eũ seuiebat: sed eo iterũ ad
imperatoris p̃sentiam reuocato / statim virtute tuni-
ce pnceps ad mansuetudinem redibat: ꝛ eũ tanqꝫ iu-

stum absoluere ꝓponebant. Aduertẽs igit ad hoc pn
ceps ipsum expoliari fecit: ꝛ tunc contra eũ insaniẽs
ipsum ad exilum cõdemnauit: sicut hec omnia in hi-
storijs quibusdã cõtinent. ¶ Tunica saluatoris. i. sa- Tropo-
lutis tunica / est diuina gratia: quam maria virgo. i. logia
amaritudo penitentie cũ acu contritionis / cum virgi
nitate ꝛ cũ purificatione ꝛ mundicia confessiõis / cõ-
ponit: ita quod nullam scissuram vel rupturam ali-
cuius discontinuationis vel imperseuerãtie ibi po-
nit. Unde ad hoc qđ Maria. i. amara penitentia tu-
nicam gratie faciat: põt dici illud Joan. Tunica suc ioã. 21.
cinxit se / ꝛ misit se in mare. Ista eñ tunica in christo /
id est in personis bonis semꝑ auget: ꝛ quanto plus ꝑ
bona oꝑa creuerint tanto ad etatem maiorẽ perueni
unt et tanto in ipsis tunica incõsutilis / id est gratia ꝛ
perseuerantia plus auget. Ista autem tante virtutis
est / ꝙ si Pilatus id est pctõr quantũcũqꝫ fuerit malꝰ
ipsam induat: nũqꝫ erit sibi impator celestis deus ir-
ritatus: quin qñ cũ ista tunica corã ipso in die iudicij
cõparebit / sibi in mansuetudinem cõuertat / ꝛ quin ab G
ipso misericordiã consequat. Si vero contingat ꝙ si
ne tunica diuine gratie homo tunc adeat imperato-
rem: ira domini statim contra eũ mouebit: ꝛ dabit si-
bi infernale exiliũ et tormẽtũ. Bene igit dicit: Beatꝰ
qui custodit vestimẽta sua / ne nudus ambulet. ¶ Uel
dic ꝙ ista tunica Christi significat ecclesiã: que reue- Apoca.
ra simplex et inconsutilis / et sine diuisiõe schismatis 16. c.
vel erroris debet esse: et sic poterit semper crescere et Aliter
augeri. Apostolus: Fecit sibi ecclesiam non habenteʒ ephe. 5. f
maculam.

¶ Capitulum decimũsextũ Textus: Et cuʒ transisset sabbatũ maria magdalene. Moralitatum. Capi. VI

Ualde mane prima sabbatorũ / mulieres de
nocte venerunt ad monumentum: vt vnge
rent cũ aromatibus que emerãt corpꝰ chri historia
sti. Cũ igit cõquererent de lapide ab ostio
reuoluendo: ẽm ꝙ dicit: Ecce terremotus factus est mat. 28.
magnus: angelꝰ dñi descẽdit de celo: ꝛ accedẽs reuol a.
uit lapidem / ꝛ sedebat super eũ: Erat aũt aspectus eiꝰ
sicut fulgur / et vestimẽta eius sicut nix. Satellites ve
ro qui corpus christi in sepulchro seruabãt / qͣsi mor-
tui ceciderũt. Mulieres etiã predicte ad aspectuʒ eiꝰ
fortiter obstupuerunt: ꝛ sicut Marcus dicit hic: qđ
mulieres intrantes in monumẽtũ / viderũt istũ in for
ma vnius iuuenis stola cãdida cooperti. Iste aũt an
gelus mulieres fuit cõsolatus / et resurrexisse dñʒ pro
testatꝰ. Satellites ꝟo terruit et ipsos quasi mortuos H
dereliquit. ¶ Per sepulchrũ dñi potest intelligi eccle
sia materialis in qua corpus christi in sacramẽto al- Aliter
taris seruat: ¶ Uel etiaʒ ecclesia vniuersalis: in qua Allego
corpꝰ christi in ꝑsonã paupꝫ mortuũ ꝛ depssum iacet ria.
et substernit. Uel sacre scripture mysteriũ / in quo cor
pus Christi mortuũ iacet. In quo etiaʒ de morte cor-
poris Christi mysterium cõtinet. Mulieres iste de-
uote aĩas seu mẽtes vel ꝑsonas simplices designant:
que aromata virtutũ vel vnguẽta deuotionis lenitu
rãqꝫ cõpassionis portãt: ꝛ iesum siue in ꝑsona ꝓpria
siue pauperũ ꝑ cõpassionẽ vngere et linire affectant
Unde dicit: Uenit mulier habens alabastrum vnguẽ
ti preciosi: et effudit super caput Jesu. Lapis gran- mat. 26.
dis qui Jesum claudit / pondus difficultatis si- a.
gnificat / quod est in via veniendi ad Jesum mu-
lieres istas / id est simplices retrahit atque grauat.

Uenientes enim ad paupes obuiat lapis ppñe paupertatis: veniēdo ad scripturā obuiat lapis difficultatis: veniendo ad eū in sepulchro mētis per deuotionē/obuiat lapis nostre male cōsuetudinis ⁊ fragilitatis. Et ideo iste mulieres añ oīa debent auxilia bonorum querere/vt lapidē hmōi valeāt submouere/dicētes. Quis reuoluet nobis lapidē? Per istū angelum pñt intelligi boni ecclastici vel plati: qui reuera dñt dici iuuenes ꝑ virtutē fortitudinis ⁊ cūstātie. angeli ꝑ virtutē limpitudinis ⁊ prudētie: aspectu fulgurei/ꝑ virtutem seueritatis ⁊ iustitie: cū vestimētis cādidis/per virtutem castitatis ⁊ mundicie: sicut de angelo Tobie dicit: Qd ipsi inuenerunt iuuenem splen-
A didum/stantē precinctum paratū ad ambulandum.
tobie.5.a. Isti enim debēt aspectu sue seueritatis ⁊ iustitie satellites diaboli.i. peccatores terrere. Isti per equitatem ⁊ mentis tranquillitatē debent sedere. Isti in monumento christi per sue passionis meditationē/vel scripture expositionē/vel pauperum nutritionē debent manere: ita quod etiā mulieres.i. simplices debēt. ⁊ consolari ⁊ fouere: ⁊ lapidē.i. omne impedimentum quominus iesum inuenire/et ad eū ꝑ spē ⁊ deuotionē venire valeant/remouere: ⁊ de resurrectione ⁊ alijs
Apoca.14.b. articulis ipsos instruere. Apoc. Uidi angelū dei fortem volantem per medium celi: Ibidem: cuius faci-
Apoca.10.a. es erat sicut sol. Ista igitur est veritas/quod quotiēs mulieres ⁊ deuoti ad iesum volunt per spem ⁊ penitentiam accedere: ⁊ eum per compassionē ⁊ deuotionem in se vel in suis pauperibus vngere: semper debent angelos.i. viros ecclesiasticos ⁊ prelatos obuiam habere: qui omnia impedimenta debent tollere: et omnem offendiculi lapidem remouere: ⁊ eos consolari benigniter ⁊ iuuare: vt sic de talibus angelis.i. viris ecclasticis dicat illd quod de angelis dr. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis.
actu.1.b ¶ Moralitatum super Marchum finis.

Liber tricesimusprimus.

Moralitatum super Lucam.

B ¶ Capitulum primū Textus: Fuit in diebus herodis regis iudee: sacerdos quidam nomine. Mora: Capi. I



E euāgelio Luce nihil intēdo ponere nisi solum illa que ptermittunt Mattheus ⁊ Marcus. Idō hic dicit ꝙ missus est angelus gabriel ad virginem mariā in Nazareth salutādam ꝗ ingressus ad eā/ipam suo lumine stupefecit: ꝫ consolatus eam verbo nunciauit eidem. Quod credens ipsa/dei filium mox concepit. ¶ Ista possunt
Tropologia. applicari exemplariter ad virgines: ⁊ maxime ad scimoniales: quia reuera exemplo beate virginis iste debent manere in ciuitate nazareth: que interpretat vnctio: vel mūdicia custodiens/aut separatio: quia iste debent habere vnctionem deuotionis/mundiciā pure ⁊ caste conuersationis/custodiam suijpsius per diligentem discretionem ⁊ seperationem a mundi negocijs/vel secularium nugis/vel a quibuscūꝙ malis consortijs per solitariam habitationē. Iste enim debent dici maria per amaram penitentiam ⁊ contritionem ⁊ debent manere ⁊ stare infra domum ⁊ claustrū per oīs vagationis abductionem. Qd ostenditur cū dicitur: ingressus ad eam: Qui non inuenit eā in platea/sed in domo. Ps. Ecce elongaui fugiens ⁊c. Ad ps.54.b
tales virgines non sunt qualescunꝙ viri mittendi: ꝫ solum qui sunt angelus gabriel qui interpretat fortitudo idest viri angelici fortes in bonis moribus ⁊ ro- C
busti. Tales enim de quibus nulla potest esse suspicio/debent virgines visitare: lumine bonorum exemplorum ⁊ documentorum ipsas illuminare: ⁊ verbū dei ipsis annūciare et predicare ⁊ sic ipse poterunt mediantibus istis verbum dei per gratiam suscipere vel concipere ⁊ ipsum in vtero conscientie retinere. Esa. esa.7.c.
Ecce virgo concipiet ⁊c. Audi tñ ꝙ dicit/ꝙ virgo expauit de lumine/⁊ de angeli presentia inconsueta: in quo notari pōt ꝙ non est aliquis ita angelicus quin ꝟgines eius cōsortium ⁊ pñtiā debēt expauescere: et quin quo aduersus ipos pbauerint/debeant de ipsis dubitare. Uirile enim eloquiū debent metuere quousꝙ ipsos cognouerint ꝟbum salutis veraciter predicādo. Uñ dicit: Dñe audiui auditū tuū: ⁊ timui. Abacuk.3.a.
¶ Cum beata virgo filiū dei concepisset: ⁊ quadam die ad salutandā elizabeth: que iam ꝑ sex menses ante ioannem baptistam conceperat/in mōtana celeriter ascendisset: sic factum est ꝙ iohānes existēs in matris vtero christi ⁊ matris pñtiam sensit: ⁊ ob eorū reuerentiam exultauit. Unde dixit elizabeth: Uñ michi hoc vt mater domini veniat ad me: vt enim facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit infans in vtero meo. ¶ Ista possunt allegari ad confirmationem fidei incarnationis/quam iohannes sensit in vtero et predicauit in gaudio. ¶ Uel potest allegari de sanctitate ioannis: qui in vtero existens christum honorauit/et diuinitatem eius mox agnouit.
¶ Uel allega de humilitate virginis: que ad salutādam cognatam dignata est ascendere: et ad eam celeriter festinare. In quo datur nobis exemplum ꝙ nullus debet esse ita magnus ⁊ dignus: quin minores cōsanguineos debet diligere: ⁊ eos quandoꝙ benigniter visitare. ¶ Uel dic quod christi et beate ꝟginis auxiliatrix presentia faciet pueros idest puros ⁊ innocētes spiritualiter exultare: ⁊ ob ipsorum reuerentiam gaudere. ¶ Zacharias pater Joannis baptiste ante natiuitatem ipsius ioannis mutus extitit: quo nato statim loquelam recuperauit: et in laudem dei prorupit/dicēs: Benedictꝰ dñs deus israel. ¶ Joannes qui iterpretatur in quo est grā/significat diuinā gratiam: qui igit tali ioāne.i. tali gratia caret/mutus.i. elinguis efficit: quia sibi nihil dicere vel loqui cōprobatur. Uerū qñ iste puer scꝫ ioannes diuina grā sibi nascitur/⁊ a deo conceditur: tūc bene congrue ꝟba salutis loquit. Uñ Gre. Inuanum laborat lingua predicatoris/nisi affuerit gratia saluatoris.

Eodem ca.d. Historia. Moralitas. Aliter. Aliter. D Aliter Eodem ca.c. Moralitas.

¶ Capitulum secundum Textus: Factum est autem in diebus illis: Exijt edictū a cesare Augusto. Mora. Ca. II

Pastores erant in regione vigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. Ecce angelus domini stetit circa illos/⁊ claritas dei circūfulxit illos: et timuerunt timore magno. Iste autem angelus statim cōsolatus eos extitit: et gaudium magnum illis retulit: ⁊ natū in bethleē mūdi saluatorē nunciauit. Illi cōtinuo laudes celestis

Psalm. prouer.

des celestis exercitus audierunt: vsq; in betheleem venerunt: ⁊ mariam/ioseph ⁊ infantem inuolutū pānis
Mora- ⁊ positum in presepio repererunt. ¶ Isti pastores pñt
litas. significare bonos prelatos ⁊ predicatores puidos: q̄
E pabulo sacre scripture .i. subuētioni tēporalis substā-
tie cibo deuotiōis ⁊ eucharistie se ⁊ alios nutriūt: gre-
ges subditorū a lupis infernalibus custodiūt: ⁊ sup
Luc.12.c ipsos diligenter attendūt. Uñ si sciret p̄rfamilias qua
hora fur veniret: vigilaret vtiq;/⁊ nō sineret pfodi do-
mū suā. Tales igit̄ ab angelis visitant̄: lūine charita-
tis ⁊ gratie circūfundunt̄: timore dñi cōstituunt̄: ⁊ ab
ipso spūaliter ɔsolant̄. Finaliter autē post mortē vsq;
in bethleē/q̄ interpretat̄ domus panis .i. vsq; in paradi
sum trāseunt: vbi mariam cū ioseph .i. cū sanctis: ⁊ in-
Cum in primitiua eccl̄ia oēs fideles in hierusalem in cōmuni viuerent: ita ꝙ multitudinis credentium erat cor vnum ⁊ anima vna Histo ria nec quisq̄ȝ eoꝝ que possidebat suum esse dicebat: sed erant eis omnia cōmunia / ita ꝙ vendentes domos ⁊ agros offerebant precium ante pedes apostolorum: ⁊ diuidebat̄ singulis ꝓut vnicuiq̄ꝫ opus erat: ita ꝙ magna gratia erat in illis: nec quisq̄ȝ erat egēs inter eos. Contigit ꝙ ananias quidā vendebat agrū: ⁊ conscia vxore sua fraudauit de precio: partem pedibus apostoloꝝ posuit aliam retinuit. Cū petrus ip̄m increparet: super hoc: statim mortuus cecidit. Vxor eius que tunc absens erat / post tres horas veniens: ⁊ hoc audiens protinus expirauit. Cur (inquit petrus) tentauit sathanas cor tuum: nonne manens tibi manebat: ⁊ venundatum in tua erat potestate? Non es mentitus hominibus / sed deo. Videtur igitur supponere petrus / ꝙ ipse non peccauerat retinendo totum vel partem: cum totum possit retinere: sed potius di- B cendo ꝙ totum precium apposuerat / super hoc men- Tropo tiendo. ¶ Ista possunt allegari contra religiosos. logia Ista enim ecclesia primitiua videtur religionis typū gerere: ⁊ ipsius formam ⁊ rationem designare. Constat ꝙ ipsi debent cōmuniter viuere per concordiam ⁊ charitatem: vnum cor / vnam animam possidere: et omnia que habent / debent vendere: et nihil sibi proprium remanere: nihil debēt suum dicere: sed omnia communia reputare: omnia que habent debent ad pedes apostolorum / idest dispositionem prelatorum ponere: qui debent vnicuiq̄ꝫ de necessarijs prouidere. Prou. Vnde in Prouerb. Marsupium sit vnum omnium 1.d. nostrum: et sic si ita faciant: magnam gratiam dei / et apostoli poterunt acquirere: ita ꝙ nullus egens erit inter eos: inquantum eos faciat dominus in necessarijs abundare. Ista est veritas / ꝙ si nos ⁊ alij religiosi istam regulam modo teneremus: nunq̄ȝ indigeremus: sed bonorum abundantiam haberemus. Vnde dicitur: Non affliget dominus fame animam Prou. iusti. Sed multi sunt sicut Ananias: qui occulte ter- 10.e renas diuitias retinent: ⁊ ante pedes apostolorum / idest in dispositione prelatorum bona sua non totaliter exhibent: sicut ad literam sepe faciunt proprietarij regulares: qui vix volunt veritatem suarum rerum requisiti a superioribus reuelare. Et tales pro certo: quia hominibus non mentiuntur / sed deo: finaliter pereunt: ⁊ sic de suo mendacio triste salarium ferunt secum. Igitur bene dicitur: Os quod mentitur occi- Sap.2. dit animam. Licitum fuerat eis a principio res suas c. ⁊ diuitias retinere: sed ex quo religionem intrauerūt: non sine prelati licentia aliquid reseruare possunt: et nullo modo se debent mendaciter excusare: cū apud spiritumsanctum cuius negocium geritur / nullus A posset negocium occultare: vt patet in act. apostolorum. ¶ Illa verba Gamalielis que de predicatione Ca.v.f. sunt dicta. Si ex hominibus consilium hoc / dissoluetur: sicut ibi exemplificat de duobus. Si autem ex deo sit / ipsum non poteritis dissoluere: ne forte deo repugnare videamini. ¶ Hoc potest allegari: vt Mora communiter illa opera que a deo non sunt: et que litas

vera intentione non fiunt/durare non pñt: sicut patet de hypocritarum fictionibus/ et de maliciosorum inuentionibus: sicut dicitur: Dis plantatio etc. Ille vero que sũt a deo data/ quãuis videntur deficere: non tñ deficiunt: sed excrescunt: et in multum conualescunt/ et melius. Unde dicitur: Omne qđ a deo est/ manet in eternum. (Matt. 15.b. 1.Ioã. 2.d.)

¶ Capitulum sextum Textus: In diebus autem illis crescente numero discipulorum Moralitatum Capitulum V

(Historia) Apostoli dixerunt ꝙ non erat equum eis dimittere verbum dei: et seruire mensis: et ideo certos viros ad hoc elegerũt: quibus in cõspectu aplorum statutis/ et manibus ipsis impositis hoc ministeriũ tradiderunt. (Tropologia) ¶ Hoc põt allegari ꝙ viri scientifici et speculatiui: q̃ pñt pdicare et docere: et qui nouerunt studio/ orationi et cõtemplationi vacare: non debent illud sctm̃ offm̃ dimittere: vt mẽsis. i. pauperum corporalibus nutritionib9/ et actiue vite occupationib9 tpalium prelaturarum promotionibus possint vacare: talia officia inferiorib9 et indoctioribus debere cõmitti/ et eidem p aplicarum manuum impositionẽ. i. per prelatorum ordinationẽ immergi. Alij vero scientifici (B) ministerio verbi. i. predicatiõi/ nõ terrene administrationi debent spãlr deputari. Sic eñ deus ad literam videtur facere/ cum prelaturas terrenas raro vult viris sciẽtificis et theologicis dare: quos ad vtiliora et magis ardua creare voluit et seruare. Istas aũt iuristis et terrene scientie pariter cõcedit: quos forsan magis vtiles ad hoc nouit. Non est inquiunt equum nos relinquere verbum dei et ministrare mensis. Cõsyderate igitur viros quos cõstituamus super hoc opus: nos aũt orationi et ministerio verbi dei instantes erim9. Ista tñ non videntur facere moderni religiosi et theologi: qr isti pre alijs se ingerunt: et relicto vero dei ministerio ministrare et preferri mẽsis querunt: qr sicut dicit apl's (Phil. 2.c.) Omnes que sua sunt querunt/ non que iesu christi. Sequitur in cap. vij. de disputatione et lapidatione btĩ stephani: de hoc nihil ad presens.

¶ Capitulum octauum Textus: Saulus autem erat consentiens neci eius. Moralitatum Capitulum VI

In hoc ca. viij. dicitur ꝙ cũ simon magus vidisset in samaria/ ꝙ apostoli faciebant multa miracula: et ꝙ p suarum manuum impositiones spiritussanctus dabatur gentibus credentibus: venit ad apl'os/ et obtulit pecuniam dicens: Date mihi hanc ptãtem/ vt cuicũq3 imposuero manum/ accipiat spm̃sctm̃. Petrus aũt ipm reprehendens p hec verba repressit: Pecunia inq̃t tua tecum sit in pditionẽ/ q̃ donum dei existimasti pecunia possidere. Nõ est tibi (C) pars neq3 sors in sermone isto: cor eñ tuũ nõ est rectũ coram deo. In felle enim amaritudinis te esse video. (Tropologia) ¶ Iste simon significat simoniacos/ q̃ ab ipso demoniaci fuerunt: qui bene magi dicuntur: qr per dona sua oculos veri iudicij platorum illudere pbantur. Simones etiã. i. obedientes pñt dici eo ꝙ tales pre ceteris solẽt obedire et adulari: et sic pñt tã simoniaci q̃ demoniaci appellari. Tales enim spũsscti grãm. s. ordines/ sacra bñficia: quib9 annexa est ptãs dandi spm̃sctm̃ et sacra ministrãdi mediãte pecunia nitunt emere: et illud qđ sufficientijs et virtutib9 obtinere nequeunt/ munerib9 volunt impetrare/ dicentes: Date mihi hanc ptãtem. Uerũtñ petrus. i. bon9 superior/ debet tales acriter redarguere/ et eorum munera refutare/ dicẽs: Pecunia tua tecum sit in pditionẽ. Et sĩle habetur in Dañ. Munera tua tibi sint: et dona dom9 tue alteri da. (Dañ. 5.c.) Tñ hodie apõ multos prelatos est cõtrarium: q̃ nõ repudiãt qđ offertur sed magis offerunt: vt pecunia tribuatur/ dicẽtes: Quid vultis mihi dare/ et ego eum vobis tradã? (Matt. 26.b.) Uidetur enim allegare illud cum aplo: Si spũalia seminauimus vobis/ non magnũ est si carnalia metamus. (1.Co. 9.b.) ¶ Ethiops quidã eunuchus et magister gazarum candacis regine ethiopum/ recedentis de hierl'm vbi causa oratiõis venerat: sedens in curru legebat librum Esaie. s. vbi dr: (Eo. c.c.) Generationem eius q̃s enarrabit? (Esa. 53.c.) Philippus ex spũsscti mãdato currui se adiungens: et occasione accepta/ p scripturã quã legebat sibi viã veritatis pdicans/ ipm ad christum cõuertit: et descendentem de curru cõtinuo baptizauit. Tandem vero sicut in gestis btĩ matthei legitur: idem ethiops btõ Mattheo in ethiopia pdicãti q̃plurima bona fecit: ipm̃q3 in his q̃ ad fidem ptinẽt (D) q̃plurimum adiuuit. ¶ Ista pñt allegari quõ oratio deuotio: lectio: sunt ad fidem manuductiua et salutis (Moralitas) nostre causatiua. Ille paganus cã oratiõis de ethiopia in hierl'm venit: q̃ legendo scripturã sedens in curru se occupabat: et ideo p illum ad fidem vocari meruit cuius scripturã legebat: qr in scripture lectionib9 occupatur/ ad omẽ bonũ facilit inclinatur. apl's: Scriptura diuinitus inspirata vtilis est. (1. Tim. 3.d.) ¶ Uel allegatur quõ bona societas eunuchus reginarum. i. diuitibus et principib9 huius mũdi pficit: et quõ philippi apli q̃ interptatur os lampadis. i. virorum sctõrum religiosorum/ q̃ os lãpadis dicuntur: qr loqui et docere verbis et illuminare exẽplis alios dinoscuntur: societas et allocutio talib9 pficit: ipsos ad baptismũ. i. ad puritatẽ cõscie inuitat pariter et inducit. Ps. Cum sctõ sctũs eris. (ps. 17. d) Dato ꝙ aliquis sit ethiops. i. pctõrum fuligine denigratus: sedẽs in curru. i. in altis seculi dignitatib9 eleuat9/ et curriculo diuersorum negociorum agitat9: si tñ scripturã libenter legit/ et societatem bonorum diligit: ipsorũq3 verba et documenta audit: faciliter ad salutem peruenit. Unde dr: Qui ex deo est/ verba dei audit. (Io. 8. f.)

¶ Capitulũ nonum Textus: Saulus aũt erat consentiens neci eius. Moralitatum Capitulum VII

(E Historia) Beati pauli conuersio fuit mirabilis valde. Nam cum actualiter peccaret: et ad adducẽdum vinctos ihierl'm/ si qui iudei in christũ crediderant/ pperaret in damascũ: subito circũfulsit eum lux de celo: et cadens in terrã audiuit vocem dñi ipm desup arguentẽ: Saule saule q̃d me psequeris? durũ est tibi cõtra stimulũ recalcitrare. Qui dixit: Quis es dñe? Cui responsum est: Ego sum iesus nazarenus quẽ tu psequeris: Surge et ingredere ciuitatem etc. Paulus igitur qui dicebatur saulus/ q̃ ex circũfulsione diuini luminis fuerat ad terrã pstratus et excecatus/ de terra surrexit: sed aptis oculis nihil vidẽs per manus tractus a socijs in damascum/ ab anania baptizatus fuit: et squamis de oculis cadentib9 visum recepit: et cibo sumpto cõfortatus/ et a discipulo informat9/ gentib9 et iudeis pdicauit: et vas electõis a dño dictus fuit. Uade inq̃t christus Anania: qm̃ vas electionis est mihi iste/ vt portet nomen meũ corã regibus et principib9 et filijs israel. Nõ vtiq3 factum est: qr quãto existẽs in pfidia fuerat nequior/ tanto ad fidem conuersus est melior et cõstantior atq3 maior: sicut ipse de se dicit: Ubi abũdat delictũ/ ibi supabũdabit grã.

¶ Ista

Tropologia Ista pñt applicari ad modũ ꝛ formã qua pñt cõuerti
hoĩes obstinati ꝛ ĩ sua malicia ꝯfirmati. Oportet enĩ
ꝙ deus añ oĩa ipsos luce celesti.i.diuina grã inspiret
interius ꝛ infundat. Deinde per tribulationẽ ꝛ stimo
rem ipsos ad terrã deprimat: ꝛ suã superbiã ꝑ violen-
tiã vel timorẽ mortis/iudicij ꝛ inferni cõterat: tandem
visum presumpte sapiẽtie auferat: ꝛ per cõscientie sti-
f mulũ ipsos acriter reprehẽdat. Saule inquit q̇d me ꝑ-
sequeris?.i.cognosce quãta cõtra deũ feceris. ꝛ tũc se
quit ꝙ ipsos ꝑ spẽ salutis erigat: ꝛ ad ingrediẽdũ/cõ
Gen.35.a syderãdũ ꝛ affectãdũ paradisi ciuitatẽ ipsos inducat
dicens. Surge ꝛ ingredere ciuitatẽ: Surgite ꝛ ascen-
dam⁹ in bethel. ꝛ tũc necesse est ꝙ tales aptis ocul' ni
hil videãt id est ꝙ mẽtis oculos ꝑ mẽtis discretionez
Ma.27.b aperiant: ꝛ si esse nihil cogitẽt de his q̄ añ viderant.i.
ꝙ aliqua mũdi bona nõ respiciãt. Mat. Neminẽ vi-
derũt nisi solũ iesum. Tãdẽ oportet ꝙ bonis socijs et
fidelibus p̄dicantibus isti cõmittãt: a quibus ꝑ ma
nus.i.ꝑ bona exẽpla trahant: ꝛ ad ananiã qui interp̄-
tat donũ grẽ.i.diuinam gratiã ꝛ misericordiã: in da-
mascũ/que interpretat sanguinis potus.i. ad sangui
nis christi ꝛ eucharistie receptionẽ introducant: vbi
per lachrymarũ exuberãtiã baptizant: vt sic squãmis
i.vitiorũ immũdicijs ꝑ cõfessionẽ cadẽtib⁹/visus mẽ
talis discretionis in eis reparet: ꝛ quanto añ peiores
fuerãt: tanto in meliores hoĩes cõuertant: ita ꝙ vasa
electionis a deo vocari mereant/ꝛ ad officiũ prelatio
Aliter nis pre ceteris eligant. ¶ Uel dic ꝙ prelatus qñ vult
obstinatũ corrigere: debet eũ primo per fortem tribu-
lationẽ ꝓsternere: ꝛ ad terrã.i.ad mortis cõsyderatio
nẽ eijcere: ꝛ tandẽ ꝑ cõsolationẽ erigere/bonis peda-
gogis ꝛ socijs cõmittere: vt supra. Et sic saulus/qui
interpretat abutẽs cõsilio/efficiet paulus: qui inter-
G pretat os tube vel electionis miraculũ: inq̃tũ de abu
sore ꝛ malo ipse efficiet bonus: et inq̃tũ ad tubal pre
dicationis officiũ miraculose a dño erit electus. Esa.
Esa.58.a Clama ne cesses: sicut tuba exalta vocẽ tuã. ¶ Ul' dic
Aliter ꝙ paulus qui ad terrã ꝓstratus excecatus est: ita qd̓
apertis oculis nihil videbat/donec introductus da-
mascũ visum recepit: põt significare auaros: q̇ ad ter
ram.i.ad terrena ꝑ affectionẽ ꝓstrati solẽt visum vere
discretionis perdere: ita ꝙ q̃uis oculos intellectus
apertos habeant quantum ad sapientiã secularem
ꝛ in mũdanis negocijs lipidos ꝛ acutos: nil tñ qd̓ ad
Ps.113.b salutẽ ꝑtinet vidẽt: nec que spectãt ad aĩam student.
Psal. Oculos habẽt ꝛ nõ videbũt. Uerũtñ postq̃ ci-
uitatẽ damasci/q̄ iterp̄tat sanguinẽ ꝓpinãs.i.in infer
nũ/vbi sanguis crudeliter ꝓpinat dãnatis/intraue-
rint: tunc incipient visuz discretionis recipere/ꝛ se co
Luce.16.f gnoscere. Uñ: Eleuãs oculos cũ esset in tormẽtis vi-
Esa.28.e dit: Sup quẽ locũ Grego. dicit: ꝙ aduersitas aperit
Eo.ca.e oculos. Esa Uexatio dabit intellectum. ¶ Illud qd̓
ponit hic/ꝙ paulus q̄rebat se adiungere fratrib⁹ in
Moralitas hierl'm: illi timebãt ꝛ fugiebãt eũ: nescientes ip̄m cõ-
uersum: scientes quãta mala inferre fidelib⁹ solebat.
¶ Hoc põt allegari/ꝙ mala fama difficile tollit: ꝙ q̇
Eccles.10.b. semel criminosus extitit: dato ꝙ in veritate sit corre-
ptus: tñ ꝓ suspecto habet. Eccles. Si hebetatũ fuerit
Eo.ca.b ferrũ: nõ vt prius multo labore exacuet. ¶ Socij pau
Moralitas li vocẽ audientes nihil videbant. ¶ Hoc põt allega-
ri/ꝙ moderni p̄dicatorũ auditores multa audiũt/sed
H nihil vident: audiũt ꝟba/s3 nõ vidẽt exẽpla: q2 multi
Ma.23. inueniũt q̇ bona dicũt: pauci exẽplariter faciũt Ideo
Aliter. dicitque dicũt facite et que faciũt nolite facere. ¶ Ul'
dic cõtra auditores: q̇ bene p̄dicatorũ verba libenter
audiũt: nũq̃ tamẽ accedũt ad facta: nec volũt ab eis
capere aliqua bona exempla operandi. Deute. Uocẽ Deute.4.b.
audiuistis: sed faciem non vidistis.

¶ Capitulum decimum textus: Uir autez quidam erat in Cesarea nomine cornelius.

Moralitatum Capi. VIII

Cornelius centurio gentilis italicus: ꝑ ĩpe- historia
ratorẽ in palestine cesarea constitutus/reli-
giose viuebat: ꝛ timẽs deũ multas elemosi-
nas faciebat: ꝛ sepi⁹ deũ exorabat: q̄propter
deus ipsum perire nõ sustinẽs/angelũ sibi misit: per Moralitas
quẽ ad beatũ petrũ erectus/fidẽ ꝛ baptismũ suscepit.
¶ Illud allega/quõ etiã elemosyna in gẽtilib⁹ ꝛ alijs
est deo grata: q̄ apud deũ salute possessori suo meret:
ita ꝙ diuina clemẽtia vt cõiter hoĩẽ piũ ꝛ misericor
dẽ/q̃uis al's sit pctõr/nõ sustinet damnari: iuxta ver-
bũ Hiero. dicentis/se nõ audisse hominẽ male mor-
tuũ pijs operib⁹ assuetũ. Sicut de beato gregorio le-
Tobie.4.b. git. ꝙ paganũ suis orationib⁹ ab ĩferno suscitauit: eo
ꝙ ip̄z fuisse piũ audierat: iõ dicit/ꝙ elemosyna a pec
Eo.ca.b cato liberat ꝛc. Cũ iudei abominarent gẽtiles: ita qd̓
in ꝓmitiua ecclesia christi discipuli/q̇ ꝑ maiori par
te iudei erãt gentilib⁹ nõ predicarẽt/nec eis cõicarẽt:
sed potius in iudea cum iudeis habitarent: factũ est
A ꝙ petrus quadam die in ioppen manebat. vbi in so-
larium vnius domus ascenderat et orabat fact⁹ igit
in extasi: linteũ per quatuor angulos a celo dimissuz
oĩb⁹ serpẽtib⁹/quadrupedib⁹ ꝛ volatilib⁹ plenũ sibi p̄
sentatũ in visu intuet: ꝛ tũc de celo audit vox/monẽs
vt comedat. dicẽs: Surge petre/macta ꝛ mãduca. S3
tñ ne ista tanq̃ imũda et lege ꝓhibita refutaret/cõti
nuo subinfert: Qd̓ deus purificauit: tu ne inmũdum
dixeris. Uas igit illud mox in celũ recipit: et ꝑ hanc
visionẽ intellexit petrus ꝙ nõ est personarũ acceptio
apud deũ: ꝛ ꝙ deus ita bene vult saluari gẽtiles vt iu
deos. ꝛ ꝙ indifferentes debẽt esse apl'i quo ad bonos
et malos. Exinde factũ est/ꝙ discipuli gẽtilib⁹ p̄dica
uerunt: ꝛ eis cõicantes ipsos ad fidẽ et ecclesiã rece-
perũt. Tũc igit intrauit nunci⁹ cornelij gẽtilis qui fi-
dẽ ꝛ baptismuz petebat: ꝛ sic in visione cognouit/qd̓
neminẽ refutare deberet. Inde etiã factum est/ꝙ dis-
cretionẽ cerimonialem ciborum legaliuz dimiserũt:
et cuncta aĩalia dũ tñ sana essent/corporibus in ciba- Moralitas.
ria receperunt. ¶ Dic cõtra quosdaz qui sunt tam in
seculo q̃ in claustro: q̇ ita de sua iustitia p̄sumũt/ꝙ gẽ
tiles et imunda aĩalia.i.pctõres et ĩpios vilipendunt
Luce.18.b ꝛ cum ipsis cõicare dedignantur: et eis predicare nõ
Esa.15.a satagunt/sed contemnunt Cõtemnebat enĩ pharise-
us publicanum. Dicũt enĩ illud Esa. Recede a me ꝛc.
S3 illud in suis discipulis dñs repudiat: et maxime
B in petro.i.in p̄lato et predicatoribus illud nõ appro
bat. Uult enĩ ꝙ tales nihil immunduz reputent: nul-
lum q̃uis pctõrez repudient et contemnãt: sed gñali
ter bonis et malis viam salutis ostendãt: ꝛ ad oẽs in
differenter se habeant: cum sapientib⁹ ꝛ insipientib⁹/
Ma.9.b. grecis et barbaris debitores existãt debitum suũ sol-
uãt. Non enĩ opus est valentibus medicus/sed male
habentibus Quod deus purificauit ꝛc. quia quos
Ma.18.b deus baptismo lauit/vel sanguine redemit: nõ debẽt
alij ꝯtẽnere s3 charitatis amplexib⁹ adamare. Mat.
Uide ne contemnatis vnum ex pusillis his.

¶ Capitulu3 duodecimum textus: Eodez autem tempore misit herodes rex manus:

vt affligeret quoſdam. Mora Ca. IX

historia
PEtrus captus ab herode/vt poſt paſcha ab
eo occideret: primo in carcerē fuit miſſus du
abus cathenis vinctus/a quatuor q̄ternioni/
bus militum cuſtoditus. Verū cū oratio fie
ret ab eccleſia ſine intermiſſione ad deū ꝓ eo: factū eſt
ꝙ eadē nocte q̄ in craſtinū debebat occidi: inter duos
milites in carcere dormienti/angelus dn̄i aſtitit: ⁊ lu
men in habitaculo circūfulſit: ꝑcuſſoq; latere petri/ex
citauit eū dicēs illi: Surgē velocit/ꝑcige te/⁊ calcia
te caligas tuas: ⁊ circūda tibi veſtimētū tuū/⁊ ſeque
re me Ceciderūt igit cathene de pedib9 ei9: ⁊ ipſe poſt
angelū ibat ⁊ ꝙ hoc per angelū fiebat/ neſciebat: q̄ni
mo ſe videre ſomniū exiſtimabat. Trāſeūtes igit pri
mā ⁊ ſecūdā cuſtodiā/venerunt ad portā ferream que
ducit ad ciuitatē: que vltro aperta eſt eis: et ſic de po
teſtate herodis exiuit: et continuo angelo recedente/
petrus ad ſe reuerſus/angelicū miniſterium recogno
C uit dicēs: Nunc ſcio vere: q2 miſit dn̄s angelū ſuū ⁊c.
Tropo- Ipſe igitur ad fratres venit et ſic miraculoſe ſe libera
logia. tum inuenit. ¶ Reuera talis ꝓceſſus videt q̄nq; fieri
in cōuerſiōe pctōris. Cōſtat em̄ ꝙ petrus qui īterp̄tat
diſſoluēs. i. pctōr penitēs/robuſtus ad diſſoluēdū le-
gis diuine vincula aſſuet9: ab herode diabolo ꝑ pec-
catū capit: in carcerē male cōſuetudinis trudit: qua
tuor q̄ternionib9. i. quatuor malis affectionib9 tra-
dit: duab9 cathenis. i. cōplacētia pcti ⁊ difficultate pe
nitendi ſtrigit ⁊ ſic ibi dormit ⁊ q̄eſcit: ⁊ iter duos mi
lites/ſcz inter excecationē mētis/⁊ in conſyderationē
finis ibi cōmorat: Nec cogitat ꝙ de eius dānatione ⁊
morte tractet: ⁊ ꝙ in craſtino. i. ſubito dānādus a de-
luce. 19a monibus expectat. Vñ: Nūc autem abſcondita ſunt
ab oculis tuis. Sz deus qui videt damnationis peri
culum angelū ſuū. i. aliquē euāgelicum p̄dicatorē vel
prelatū ſibi mittit/q̄ ipm arguēdo percutit: et ad ſur-
gendū de pctō/exeūdūq; de periculo excitat ⁊ inducit
Percutit igitur latus/id eſt cor et pectus eius per cō
tritionē: cadunt catene vitiorū ꝑ confeſſionē et abſo-
lutionē: ſurgit ꝑ peccati diſplicētiā: precingit ſe ꝑ ab-
ſtinentiā/et tēperantiā/⁊ ſupfluitatū reſecationē: cal-
ciat caligas ſuas/id eſt multiplicē bonā affectionez:
circundat ſibi veſtimentū ſuū/id eſt bonā cōuerſatio
nē: ſequitur angelū predicatorē ꝑ bonā imitationē/et
exo. 32. g obedientie executionez. Exo. Angelus meus p̄cedet
te cuſtodi et obſerua mādata eius. Primā ⁊ ſecundā
cuſtodiā tranſit per culpe et pene euaſionem: et ſic ad
portam ferream. i. ad durā penitentiā que ad ciuitatē
paradiſi ꝑducit ꝑ ꝓprie carnis macerationē: ⁊ ita li-
ber de manu herodis. i. diaboli efficit: ⁊ fratribus. i.
D fidelib9 adiungit ꝑ gratiā ⁊ deuotionē. Luc. de ma-
luce. 1. g nu inimicorū nr̄orum liberati ſeruiamus illi: ad lau-
dādum deū et angelū q̄ ipſuz liberauit. i. prelatū qui
ipſum cōuertit: ꝑ gratiarum actionē q̄n ſe liberatū co
gnoſcit/et euaſiſſe periculū ⁊ dānationez/ dicēs: Nūc
ps̄. 125. a ſcio ꝟe q2 miſit dn̄s angelū ſuū/et liberauit me. Ps̄.
Eo. ca. c Laque9 contrit9 eſt. ⁊ nos liberati ſumus. ¶ Diſcipu
lis audientibus petrū ſtare ante ianuā/⁊ nō credenti-
Mora- bus: dictū eſt qd̄ angelus eius erat. ¶ Hoc poteſt al-
litas. legari/q̄ñ quilibz hz angelū ſibi deputatū. Unde di
ma. 18. b cit: Angeli eorū vidēt faciē patris ⁊c. ¶ Cū herodes
Eo. ca. d quadā die in Ceſarea/indut9 veſte regali ꝓ tribunali
Hiſto- ſederet: et tyrij et ſydonij quibus iratus fuerat/adula
ria. rentur eidem: et vocem dei ⁊ non hominis acclama-
rent: hoc eſt dictu: ꝙ laudes deo et non hominib9 de-
bitas ſibi adulādo dicerent: ipſum eo ſuſtinente ⁊ ap
probātē tāq̄ deū collaudarēt: affuit angelus dn̄i qui
percuſſit ipſuz: ⁊ ſtatim cōſumptus a vermib9 expira
uit. ¶ Illud pōt exēplariter dici: q̄ño illū deus dete- Mora-
ſtat ⁊ punit: q̄ ꝓpriā conditionē non cognoſcit: ſz vl- litas.
tra ꝓpria merita ſe laudari permittit: angelus: id eſt
diuina ſentētia tales ꝑcutit: et vermiū. i. demonū mul
titudo ipſuz conſumit. Eſa. Vermis eorū nō moriet: eſa. vl. g
⁊ ignis eorū nō extinguet. ¶ Vel allega cōtra antichri Aliter
ſtū: q̄ in regia maieſtate ſedebit: ⁊ ſe deuz magnificari
gaudebit: ideo vermis īfernalis ipſum perpetuo de- E
uorabit: ⁊ angelus. i. chriſtus: ipſum ꝑcutiet ⁊ dāna-
bit. ¶ Vel dic ꝙ herodes qui interpretat glorians in Aliter
pellib9. i. q̄ in ſua pulchritudine gloriāt: ⁊ qui iacobū
id eſt ſploliationē diaboli in ſe occidunt: ⁊ petrū id eſt
ſubſtātiā mentis in ſe eneruare conant: qui volūt in
ornatu regio ſedere: et adulatorum laudibus ſcalpi:
et vltra merita virtutē ſuā laudari ab adulatorib9 de-
lectant: tales dico ꝙ angelo dei: id eſt ab anteriori rō
ne ꝑcutiūt: ⁊ a vermibus id eſt cōſcientie remorſū in-
terius corroduntur: inq̄tum cōſciētia taliū ipſos per
cutit: q̄n in ſe nō ſentit quod ab adulatorib9 ꝓclama
tur. ¶ Vel dic ꝙ reges et magnates huius mundi ex-
terius publice habent adulatores: intus: id eſt occul
te: vermes: id eſt detractores ⁊ aliorum deuoratores.

¶ Capitulum decimumquartum textus: Factus eſt autem in iconio: vt ſimul intro- irent ſynagogam. Mora. Capi. X

PAulo et barnaba regionem luſtrātib9: conti- hiſtoria
git ꝙ dū eſſent lyſtris: vir q̄dā ſedebat clau-
dus pedibus ex vtero matris ſue Dū igitur
iſte audiēs paulo loquēte etvidens paulus
ꝙ haberet fidez vt ſanus fieret dixit ad eum paulus.
Surge et ſta ſupra pedes tuos rectus. Qui exiliēs an
bulabat. Turbe aūt licaonite clamauerunt: Dij ſiles
facti hoib9 deſcenderūt ad nos. Barnabā igit Iouē
dixerunt: paulū ꝟo q̄ dux erat ꝟbi: mercuriū vocaue-
runt. Ipſi adductis theſauris et coronis: ipſis ſacri-
ficare voluerunt: niſi apl̄i ꝓhibuiſſent. ¶ Iſta appli- Mora-
ca ad p̄dicatores: q2 q̄n ipſi de ſuis doctrinis ⁊ exem- litas
plis faciunt claudos: id eſt peccatores ⁊ in moribus f
claudicātes recte per iuſtitiam incedere: digni ſunt ꝙ
gentiles. i. ſeculares ipſos deos. i. ſanctos debeāt eſti-
mare: et ſacrificia bonorū tꝑaliū ipſis miniſtrare: di-
centes: Dij ſimiles facti hominibus deſcenderūt ad
nos. Tales dij: id eſt celeſtes merētur dici: ⁊ tā Iupi-
ter: qui dicit iuuās pater: q̄ mercurius: qui dicit ape
riens ciuitatē: poſſunt vocari: eo ꝙ peccatores ꝑ eos
ſicut ꝑ patres ſolēt iuuari: ⁊ ipſis celi ciuitas aperiri.
Pſal. Ego dixi dij eſtis: et filij excelſi oēs Talib9 de- ps̄. 81. b.
bent ſacrificia. i. terreni honores offerri: qui ſi vltra
modū excedūt: debent per eos refutari: teſte. Grego.
Predicatoribus qui largiuntur ſpūalia: debent tem
poralia. ¶ Vel dic ꝙ nullus ſanctus homo debet ſu Aliter
ſtinere ꝙ aliq̄s ipſum deū reputet. i. ꝙ maiores lau-
des ꝙ ſua requirunt merita ſibi formet. Velꝙ ſacrifi
cia vane laudis ſibi offerat/ꝙ de ipſo aliquid vltra
veritatez exiſtimet. Hiere. Vt q̄d offertis mihi thus hiere. 6.
de ſaba? Cuius cōtrariū fecit Herodes: q̄ ſicut ſupra e
viſum eſt: deū ſe vocari ſuſtinuit: et ideo triſte ſalari- Actuū.
um reportauit. ¶ Paulus lapidatus: ⁊ extra ciuita- 12. b.
tem lyſtris tractus: vbi prius tāq̄ deus fuerat eſtima Eo. ca. c
tus: a turbis extra ciuitatē ꝓiectus: mortu9 fuit credi hiſtoria
tus: q̄ tādē poſt turbarū receſſuz ſurrexit: et circūſtan
tibus

tibus fratribus ciuitatē intrauit: ⁊ die postera de ciui
tate recessit: ⁊ valefaciēs fratribus dixit: Per multas
Mora- tribulationes oportet nos introire regnū dei. ¶ Ista
litas allega/ ꝙ illi qui in lystris/ que erat ciuitas gentiliū:
id est in mūdo/ que est habitatio peccatorū: sicut dij
B aliquotiēs honorant: ibidē qñꝗ versa vice ꝑ infortu-
nia lapidant: vbi em̄ fortuna hoīem eleuat/ ibidē ipꝫ
qñꝗ lapidat ⁊ cōdemnat. Vñ Seneca: fortuna vitrea
Aliter. est dū splēdet frāgit. ¶ Uel dic ꝙ in hoc pōt notari/ ꝙ
qñꝗ viri sancti pñt mortuos se licite ⁊ alia similia fin
gere: vt sic possint impiorum seuitiam declinare.

¶ Capitulum decimūquintum textus: Et quidam descendētes de iudea: docebāt fratres. Mora. Capi. XI

historia In capitulo decimoq̄nto fit mētio: qūo deter-
minatū est cōuersos ad christi fidē ad onꝰ gra
ue cerimoniarū legis non teneri nō indiget ex
poni: vide ibi. Illud autē quod tādē sequitur
ꝙ orta est dissensio inter paulū ⁊ barnabā: statuētes
reuisitare per eos fratres in diuersis ciuitatibꝰ cōuer-
sos: et eos in fide ⁊ moribus solidare: ita ꝙ ab inuicē
sunt diuisi: vnus quidē electo vno socio ad vnā partē
Mora- alius cū alio ad aliam iuit. ¶ Hoc allega/ ꝙ occulta
litas dei prouidētia inter viros sctōs qñꝗ ꝑmittit dissen-
siones/ vel aliqua alia leuia scandala: ⁊ hoc qñ videt
hmōi mala in bona posse cōuerti/ ⁊ in melius cōmu-
tari. Isti ꝙ diu solū fuissent simul in vno loco/ fructū
non fecissent. Nūc aūt ab inuicem diuisi sunt: ⁊ sic in
pluribus locis predicauerunt: ⁊ nomen christi fidēꝗ
eius multo amplius adauxerūt. Bona igit̃ fuit illa
dissensio ex q̄ occasionaliter orta est fidei christi mul-
luce. 12. tiplicatio. Unde christus dicit/ ꝙ nō venerit pacē mit
b tere in terram/ sed gladium.

¶ Capitulū decimūsextum Textꝰ: Peruenit autē in derbē ⁊ lystrā Et ecce discipulus quidam. Moralitatum Capi. XII

historia Paulus circuncidit timotheum qui erat gē-
tilis: cū tamē sciret circūcisionem nō esse ne-
cessariam: ipsaꝫ ⁊ alias cerimonias non esse
fidelibus imponēdas. sicut patet in capitu-
lo p̄cedenti: hoc tamē fecit ad iudeorū scādalū vitan
dū: quorū multitudo in illis partibꝰ crediderat: qui
adhuc circūcisionē tenebant Non poterant em̄ ita su
Actuuꝫ. bito ritus nouos accipere: et suos modos antiquos
21. c. abdicare. Simile probat̃ infra vbi paulus de cōcilio
seniorū/ ⁊ se nazareuꝫ ⁊ legis obseruatorem ipsum vi
deri crederent: ⁊ illa simulauit: ⁊ cū alijs nazareis ad
tēplum purificandus intrauit/ vt legis obseruatoreꝫ
ipsum videri crederent: ⁊ illa que de ipo audierāt/ fal
Mora- sa existimarent: offerens sacrificiū acceptauit. ¶ Ista
litas. possunt allegari ad duo. Unū est: ꝓ vitādo scādalo ⁊
luce. 24 periculo licituꝫ est fieri quod alias erat illicitū/ ⁊ dis
d. simulare quod non est verum. Vñ Lu. Fingebat se lō-
prouer: gius ire. Aliō est/ ꝙ cito ⁊ faciliter nō pōt mutari bō
22. a. diu fuit obseruatū. Prouer. Adolescēs iuxta viā suaꝫ
Eo. ca. b ambulās/ etiā cū senuerit ⁊c. ¶ Paulus ⁊ silas voca
ti sunt a spūsancto p̄dicare in frigia/ bithinia ⁊ gala
tia. Uocati vō sunt in macedonia euāgelizare: sicut
paulo ꝑ visum ostēsuꝫ est: vbi videbat̃ sibi/ ꝙ hō mace
A do ad eum venit/ ⁊ eius auxiliuꝫ implorauit. ¶ Hoc
Mora- pōt allegari/ qūo spūs vbi vult spirat: ⁊ qūo quosdaꝫ
litas. vocat: ⁊ quosdam repudiat: ⁊ quomodo predicato-
Ioā. 3. a res suos per occultam inspirationeꝫ/ nunc ab illo lo-
co retrahit/ nunc ad aliuꝫ mittit. Nouit em̄ deus qui
sunt eiꝰ: ⁊ iō ꝺm ꝙ vnū vel aliū elegit/ ꝺm hoc predica
tores ad eos mittit. Vñ Ioā. Ego scio quos elegerim Ioā. 13. b
¶ Cū philippis que est prima ciuitas macedonie/ es- Eo. ca. d
set quedā puel'a spū phitonico plena: que diuinādo historia
questū maximū suis dñis exhibebat: factū est ꝙ pau
lū ⁊ silā sequeret̃/ et ad eorū laudē hoibꝰ loqueret̃. Isti
hoies iquit serui dei excelsi sunt: qui annūciāt nobis
viā salutis. Cōpatiens sibi paulus/ iꝑauit immundo
spiritui ꝙ ipsam dimitteret: ⁊ sic eā ꝓtinus a spū phi
tonico liberauit. Dñi vō puelle vidētes/ ꝙ lucruꝫ suū
defecerat: ⁊ ꝙ puella sanata nihil ampliꝰ diuinabat:
aplos inuaserunt: ⁊ facto concursu/ ipsos traxerūt ad
principes qui ipsos publice cesos in carcerē detruse-
rūt. ¶ Ista allega/ qūo multi sunt qui nō curāt de fili Tropo-
orū suorū ⁊ subditoꝝ spūaliuꝫ salute/ sꝫ solū de ꝓpria logia
⁊ tꝑali vtilitate: nō curāt si diabolo vel spūi imūdo ⁊
pctō subijciant̃: dū tñ inde aliqua lucra sue burse sub
ornent̃. Ista videmus de parētibꝰ ⁊ amicis seclaribꝰ:
qui si habent aliquam puellā. i. aliquē filiū vel amicū
spū phitonico. i. scientia diabolica plenū/ diuinato-
rem ⁊ aduocatū: ⁊ in secularibꝰ scientijs eruditū: vidē
tes ꝙ q̄stus: honor: vtilitas tꝑalis ex hoc ipsis adue
nit nolūt ipm ad hoc cōuerti: sꝫ potius ipm plus dili Phil. 2.
gūt in sclari statu ꝯuersari. Phil. Oēs em̄ q̄ sua sunt c.
querūt: nō que iesu christi. Vñ si contingat ꝙ tales ad
instinctū pauli ⁊ sile. i. bonorū religiosorum spūaliter
sanent̃: et ad religionem cōuersi a ptāte diaboli libe-
rent̃: statim dñi taliū. i. ipsorū tꝑales parētes: vidētes B
ꝙ spes tꝑalis lucri quā habebāt i talē: cecidit ⁊ defe-
cerit: icipiūt cōtristari: et cōtra ipsos q̄ eū sanauerunt
idest q̄ eū ad religionē duxerūt: solēt turbari: ⁊ in eos
debachari dicētes: Hi hoies ꝯturbāt ciuitatē nostrā
cū sint iudei: et annūciāt morē quē nō licet nobis reci
pere: cū simus romani. Ad litterā em̄ sclares vocāt re
ligiosos orbis turbatores: ⁊ ipsos iudeos et supstiti
osos dicūt: ⁊ respectu sui ipsos esse viles reputāt: se vō
romanos. i. nobiles esse ferūt nō licet nobis dñe hūc
morē suscipere: cū simꝰ romani. i. nō licet nobis reli-
giosos vel clericos fieri: cū simꝰ nobiles ⁊ magni. Vñ
dicit̃ in Ioā. Semen Abrae sumus: et nemini seruiui Ioā. 8. d.
mus vnꝗ ¶ Paula et sila trusis in carcere: et eorum Ca. xvj. c
pedibus strictis ligno: factus est terremotus: funda
menta carceris mota sunt: fores aperte: vincula solu
ta: et lumen refulsit vndiꝗ: quibus visis: custos car-
ceris conuersus est ad dominum: et cum tota domo Mora-
sua baptizatus. ¶ Hoc allegatur/ quod mors et tri- litas
bulatio apostolorum valde proficit ad vtilitatem no
stram: dum in eorum tribulationibus et morte mira
cula fiebant. Cunꝗ existentes in carcere predicabant:
vel epistolas scribebant ⁊ ad remota mittebant: qñꝗ
actualiter ad Christū homines conuertebāt: vel sal-
tem nos aliquos qui nunc talia legimus in fide soli
dabant: sicut de beato paulo alibi legitur: qui in car-
cere positus scribebat epistolas que nūc magis pro- C
ficiunt vniuersis: ꝙ si tunc liber existens personaliter
predicasset. Scit enim deus de tribulationibus san-
ctorum et aliorum bona elicere quinimmo talia ma-
la euenire non permitteret: nisi sciret ex talibus vtili-
tatem aliquā prouenire Deut. Ut sugeret mel de pe- Deute.
tra: et oleum de saxo durissimo. 32. b.

¶ Capitulum decimum septimum textus: Cum autē perābulassent amphipolim ⁊ appolloniam. Mora. Capi. XIII

Cum paulus esset athenis: ⁊ ibi nomē dñi p̄dicabat: factū est φ philosophi ⁊ alij audiētes: φ futurā resurrectionē diceret: ceperunt eum deridere / ⁊ verba eius nugatoria reputare. (historia) Uñ quidā dicebāt / φ nouorū demoniorū videbatur esse denūciator. Alij dicebāt / φ erat ꝟborū inutilium seminator. Ipse ꝓpter hoc nō destitit: sed cū ipsis disputās: ⁊ fidē eis p̄dicās / multos ad fidē conuertit. (Moralitas.) Et dicit ibidē / φ athenienses ⁊ alij hospites ad nihil aliō vacabāt / nisi dicere ⁊ audire aliq̄d noui. ¶ Ista pñt applicari cōtra modernos auditores sermonum. Ad hoc deuenit humana demētia / φ hoīes plus querunt audire nugas q̄ꝫ vtilia: q̄nimo multi videnť esse siſes atheniensib9: q̄ curiositatis grā magis q̄ꝫ vtilitatis sermones aliorū audiūt: quos tandē modica occasiōe despiciūt. Uñ Sene. Natura hūana nouitatis est auida. Si autē predicator dicat cōmunia ⁊ vtilia / ⁊ nō ad voluntatē ip̄orū: statim solēt eum despicere: et (D) oia ꝟba eius / q̄ꝫ q̄ꝫ scā ⁊ vtilia / dānare dicētes. Quid vult seminator ꝟborū hic dicere: Alij dicūt / φ nouorū demoniorū vr̄ denunciator esse. (prouer. Eo. ca. e) Prouer. Non recipit stultus verba prudētie ⁊c. ¶ Uidēs paulus idolatrie (historia) deditā atheniensiū ciuitatē / incitabať eius spūs. Inter cetera ꝟo simulachra inuenit ibi idolū / cuius titulus erat ignotus deus: hoīb9 ipsis annūciauit dicēs: Qō ignorātes colitis / hoc ego nūcio vobis. Narrať eñi φ in passione christi cuꝫ solis eclipsis vniuersalis fieret: ⁊ ipsa eclipsis naturaliter nō fieri valeret: ꝓ eo φ luna in oppositione / ⁊ non in coniunctione solis esset: philosophi qui erāt athenis / illō tā mirādum factum alicui ignoto numini atribuerunt / quē tunc pati alicubi dixerūt ⁊ iō ignoto deo arā fecerunt: ⁊ ibi titulū ignoto deo erexerūt. Tūc ferť dionysius in ariopago. i. loco vbi disputabať / prefectus ista verba dixisse. Aut deus nature patiť / aut mundi machina dissipať. Paulo igitur super titulo huius idoli disputāte / iste dyonisius christo credidit ⁊ vna cū multis alijs (Moralitas) pauli discipulus fuit fact9. Illō allega ꝯtra gētiles / q̄ adorāt deū ignotū. Adorāt enim deū tanq̄ꝫ creatoreꝫ: ignot9 tñ est eis: q2 christū nesciunt redēptorē. Unde (ioā. 4. c) possumus dicere: Nos adoramus qō scim9: vos adoratis qō nescitis ⁊c. ¶ Uel allega inter miracula fa(Aliter)cta in christi passione / vel de conuersione Dionisij.

¶ Capitulum decimūnonum textus: Factum est autem cum apollo esset corinthi. Moralitatum Capi. XIIII

(E) (historia) Uidentes q̄dā iudei miracula que faciebat Paulus: ⁊ qūo demones de obsessis corpibus expellebat: ceperunt per nomen christi demones adiurare: ⁊ q̄ꝫ q̄ꝫ christū nō crederent / ceperunt tamē suꝑ obsessis nomē dñi inuocare / dicentes: Adiuro vos per deū quē paulus p̄dicat. Dū igiť quadā die hoc facerent: incepit demoniacus seu demō in demoniaco dicere ꝑ hec verba: Iesum noui: ⁊ paulū scio: vos aūt qui estis: Insiliēs aūt in ipsos (Moralitas) ad terrā ꝓstrauit: ⁊ dominatus amborū / ip̄os nudos et vulneratos dimisit. ¶ Illud potest allegari cōtra predicatores / qui dicunt ⁊ non faciunt: qui iuxta verbū apl̄i: confitentur se deū nosse: factis aūt negant. (Ad titū. I. d.) Sicut ad literā sunt hypocrite / qui in noīe Iesu solent predicare: ⁊ q̄ꝫuis ipsi nō obediant / nec fidē eius per bona opera tenēt: gaudent tamen predicando in eius nomine eius virtutes facere: ita φ q̄nq̄ꝫ bñ docēdo solent demones et pctā de peccatoribus propulsare. Unde: Dñe vidimus quendā in noīe tuo ⁊c. Sed quid? Pro certo dñs cōtra tales indignať: ⁊ eos tanq̄ꝫ indignos φ p̄dicent nomen suū in manibus demonum tradit: a quib9 finaliter affliguť. (mať. 9.) Psal. Quare enarras iustitias meas / dixit dñs pctōri: et assumis testamentū meū ꝑ os tuū: Tu vero odisti disciplinā ⁊c. (ps̄ 49. c) propterea deus destruet te in finem. ¶ Uel dic φ istimet demoniaci quos ip̄e volebat curare. i. peccatores (Aliter) quos talis malus pctōr vult cōuertere: solet ipsis dicere: Iesum noui / ⁊ pauluꝫ scio: vos aūt q̄ estis: scꝫ q̄ (f) ꝟba dicitis: ⁊ oꝑa nō facitis et ore cōfitemini quem operib9 ip̄ugnatis. Medice iquiūt cura teip̄ꝫ. Tales solent q̄nq̄ꝫ in iniurijs discerpere / tribulare ⁊ opprimere / vestimēta tꝑaliū tollere: ⁊ eos infestare: et sicut ad litteram patet de mūdi tyrānis: qui q2 vident religiosos ⁊ prelatos verba habere ⁊ nō oꝑa: iō ip̄os spoliāt, (iob. 24. b.) et cōtemnunt verba eorū ⁊ per iniurias ipsos grauāt. Iob: nudos dimittūt vestimēta tollētes. Igiť talit p̄dicāti dicūt illō Io. In peccatis nat9 es: ⁊ tu doces nos. (ioā. 9. f.)

¶ Capitulum vicesimum textus: Postquā autem cessauit tumultus: vocatis paulus discipulis. Mora. Capi. XV

Iuuenis quidā qui predicante paulo dormiuit: ⁊ de tertio cenaculo quasi mortuus cecidit quē Apl̄s mox curauit. (Moralitas.) ¶ Hoc allegari pōt: φ qui verbis apl̄orū dormiunt: ⁊ qui doctorū / p̄dicatorū prudentūq̄ꝫ hoīm sermonibus nō intendūt: sed potius in vitijs delectanť / faciliter per peccatum (Eo. ca. e historia) corruūt ⁊ cadūt. ¶ Paulus volēs ire in hierusalē: inter cetera dixit de se alligatus spū: vado in Hierusalē ignorans quid mihi ibi sit futurum: nisi q2 spūssanctus vbiq̄ꝫ mihi dicit / φ vincula ⁊ carceres me manēt. (Actuū. 21. b.) Uñ sequēti ca. dr̄ / φ ꝓpheta Agab9 zona pauli pedes suos ligās dixit: Hoc dicit spūssanctus: viruꝫ cui9 zona hec est / sic alligabunt in hierusalē. Qua de causa cū a fratrib9 rogareť φ nō iret: sibi suaderi non potuit: sꝫ cōtra volūtatē oīm illuc iuit: vbi statim captus / (G) verberatus / alligatus: ⁊ Romā postea ductus fuit. (Moralitas) ¶ Recte quotidie sif̄ia expimur in actib9 humanorū: sic eñi nescio qua voce vel occulta dei voluntate / q̄nq̄ꝫ homo tanq̄ꝫ alligatus spū in īfortunia ruit: ⁊ dato φ sciat sibi ꝓspera non succedere / negociū tñ illud ꝓseq̄ non omittit: et cū possit fugere / non fugit: sed acsi volūtarie in penā rueret / ab opere huiusmodi nō desistit alligatus vtiq̄ꝫ spiritu: qō eñi deus futurū decreuerit non pōt humana sagacitas ip̄edire: sed potius creatura creatori deseruiens / solet occultis dei ordinatio(gen̄. 24. f.)nib9 cuꝫ hora venerit obedire. Gen̄. A domino egressus est sermo: illud impedire non possumus. ¶ Paulus non grauabat expensis illos quibus predicabat: sed poti9 manib9 laborabat / vt haberet vnde viueret nec ab eis aliquid accipiebat: sed eos libere instruebat. (Moralitas. ma. 10. a) ¶ Hic potest notari / quod predicatores quādo predicant / non debent elemosynas petere: et hoc / ne videātur questus gratia predicare. Unde: Gratis accepistis / gratis dare debetis.

¶ Capitulum vicesimumprimum textus: Cū autem factū est vt nauigaremus abstracti ab eis. Mora. Capi. XVI

Quāuis beatus paulus se alligādū in hierusalem / et tribulationes se passurum audiret ⁊ hec sibi spūssanctus reuelaret: et propheta agab9 predicaret: fratribus dissuadētib9 ⁊c.

noluit

noluit credere sed futura tribulamina vilipendens
paratū se asseruit ꝓ christi noīe mortē ⁊ vincula susti
Mora- nere. ¶ In hoc docet ꝙ ꝑdicator euāgelicus vel qui
litas. cūqꝫ professor catholicus: vbi de christi fidei vtilita-
B te agitur/ non debet tribulationes metuere/ nec iter
suū ad fidei ⁊ predicationis opera dimittere: sꝫ ꝓ no-
mine dñi vinculis/ mortiqꝫ ⁊ laboribꝰ si fuerit necesse
se donare: dicens dño illud qd̄ dicit̄ Lu. Paratus suꝫ
Lu.22.d tecū in mortē ⁊ carcereꝫ ire. Et alibi: Si oporteret me
mar.26. mori tecū ⁊c. ¶ Consequēter hic ⁊ in ca. xxij. ⁊. xxiij fit
d. mētio/ q̄uo paulus in seditione fuit captus/ et a tri-
Eo. ca. e buno ereptus/ tortoribus traditꝰ. sed se romanū di-
cens a torsionibus dimissus. Tandē in iudicio mul-
tipliciter accusatus/ a iudeis ꝑ summū sacerdotem ꝑ
cuti iussus: ita ꝙ idē princeps sacerdotū a paulo exti
tit maledictus: Percutiet te deus paries dealbate
Tu sedens sꝫ legē/ contra legē iubes me percuti. Sed
hec oīa trāseo: excepto hoc ꝙ cū ipsum torquere vel-
lēt/ romanū se ciuē allegauit. Cuius silr̄ supra fecerat
act.26.c vbi propter phitonissam liberatam in carcerem mis-
Mora- sus fuit. ¶ Hoc allega/ quod nō est malum viro dei
litas. qñqꝫ bonis temporalibus/ priuilegijs ⁊ auxilijs dei
onus vel penitentiam facere vt vbi propter dei timo-
rem non parcit̄: saltem timore vel amore hominū ali-
C.xxiij.b qualiter faueat̄. ¶ Illud aūt hic consequēter infero
historia ꝙ cū iudei tā pharisei q̄ saducei/ qui erāt secte diuer
se: q̄r pharisei resurrectionē futurā credebant: ange-
los ⁊ animas post mortem viuere asserebant: saducei
vero negabant: silr̄ cōtra paulū cōuenissent: ⁊ ipsuꝫ cō
tra mortē: peterent: caute cepit clamare ⁊ dicere co-
ram eis: Viri fratres/ ⁊ ego phariseus sum filius pha
riseorū: et de spe ⁊ resurrectione futurorū ego iudicor
A Qd̄ audientes pharisei/ statim a saduceis diuisi sunt
ita quod inter se contendere ⁊ disputare ceperunt: et
Mora- ita pharisei qui contra Paulum acerbius seuierunt
litas. pro ipso pugnare ceperunt. ¶ Illud potest allegari/
quod si quis plures aduersarios contra se confede-
ratos habeat: summa prudentia est/ si eorum fedus ⁊
concordiam ad inuicem aliquo articulo dirumpat:
vt ipsos per partes diuisos facilius superet ⁊ euadat
C.xxiij.d ¶ Illud etiam quod sequit̄ scilicet quod quadragin
historia ta viri venerunt ad principes sacerdotum dicentes il
lis: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos do
nec occidamus Paulum. Et ideo ordinauerunt in-
ter se/ quod iterum ad iudicium corā tribuno voca-
retur: vt dum veniret ad locum/ interficeretur ab eis:
Mora- quod tamen deo nolente fuit aliter ordinatū. ¶ Hoc
litas potest allegari/ quod hodie multi sunt homines ini-
qui/ qui se reputant deuote ⁊ sancte agere/ quādo san
ctos viros possunt occidere. Sicut ad litteram vide-
mus de multis malis secularibus: qui recte se repu-
tant bonos: qñ religiosis et clericis possunt nocere.
Jo.16.a Vñ sic videtur illud: Veniet inquit dies in quo om-
nis qui interficit vos/ arbitretur se obsequiū prestare

¶ Capitulū vicesimūsextū Textus: Agrippa vero ad paulū ait: permittitur tibi loqui pro temetipso. Mora. Capi. XVII

historia Dominus disposuerat ꝙ paulus romā iret: ⁊
act.23.c. ibi nomē dñi predicaret. Unde supra dixit
B sibi: Constans esto Paule: sicut de me testi-
ficatus es in hierusalē/ ita Rome oportet te
testificari. Veruntamen per quot vias/ modos ⁊ cau-
sas romā peruenit/ infra patet. Fuit enim de hierusa-
lem in cesaream ductus/ ⁊ ibi coram felice accusatus:
tandē ab eo dimissus/ et per bienniū relaxatus: post-
ea iterū vinctus et festo successori traditus est: et ab
eo volente grām prestare iudeis/ vt reduceret̄ in hie-
rusalē/ iudicatus. Tūc vero Paulus cesareꝫ appella-
uit: ⁊ sic missus ad cesarē/ romam venit: corā quo no-
mē dñi predicauit: ⁊ multum ppl'm dño collegit: vbi
postea mortē ꝓ dño tolerauit. ¶ Ista allega/ q̄uo deꝰ Mora-
per multas vias solet effectus suos ꝑducere: q̄uo et litas.
qñ decreuit aliquid fieri: dato ꝙ multa interualla fi-
ant/ ita ꝙ negociū ex toto videt̄ sopitū finaliter tamē
solet suscitare: et occasione accepta ꝓcurat quod de-
creuerat euenire. Habet eñ dñs in omni negocio qd̄
decreuerit/ modos causas/ ordinationē tēpus horam
et regulā ordinatā: que oīa quādoqꝫ suspēdit: et post
qñ tempus fuerit negocium quod decreuerat: intro-
ducit/ Unde Eccl's. Omni negocio tempus est ⁊c. Ec.8.a.

¶ Capitulum vicesimūseptimum Textus Ut autem iudicatū est nauigare eos in italiam. Morali. Capi. XVIII

Cum paulus cum multis nauigando de ter-
ra promissionis in italiam duceretur: factuꝫ
est quod post multos maris impetus: na-
uis vbi erat bitalassum idest profundum/ te-
nacem et bituminosuꝫ ipegit: ita ꝙ pro stabat imobi
lis: et puppis soluebat̄ a vi maris. Armamētis igitur
nauis in mare ꝓiectis: ⁊ neqꝫ sole neqꝫ syderibus post
multos dies apparētibꝰ: sed tempestate nō exigua im
minēte: ablata erat oīs spes ⁊ fiducia singuloꝝ. Verū- C.
tamē deus salutē animaꝝ Paulo cōcessit: ita ꝙ nullꝰ
ibidē perijt aut defecit: naufragātesqꝫ Paulus alloq̄-
tur: ⁊ ad sumendum panem incitat ⁊ hortat̄. Satiati
igit̄ cibo: nauim alleuiabāt: ⁊ frumenta in mare iacta
bāt. Tādē vo fracta naui: aliq̄ natādo ad littus vene-
rūt: alij sup tabulas applicuerūt: ⁊ sic oēs piculū euase
runt. ¶ Nauis ista est anima: que scꝫ inferius ad terre
na dꝫ esse clausa/ superius ad celestia apta/ iterius ꝑ Tropo-
humilitatem concaua/ ꝑ charitatem lata/ per pseuerā logia.
tiam larga/ in principio ⁊ in fine ꝑ abstinentiā ⁊ tēpe-
rantiaꝫ ⁊ cōtinentiā stricta. Prouer. Facta est quasi na pro.31.b
uis institoris de longe portās panē suū. Habet etiam
ista nauis duas principales ptes. s. prorā/ q̄ significat
amorē: puppiꝫ/ q̄ significat timorē. Habet eñ ista na-
uis armamēta. s. vtutes ⁊ scias: portat etiā qñqꝫ frumē
ta. i. terrenas possessiones/ ⁊ diuitias. Ista igit̄ est ve-
ritas/ ꝙ qñ Paulus. i. humanus animꝰ vel hō tentat
nauigare de terra ꝓmissionis/ de statu gratie in italiā
q̄ interpretat̄ excessus in mūdū: vbi faciliter excedimꝰ
ꝑ pctm̄: ⁊ ꝓpter hoc mari. i. mūdi fluctibus ⁊ amari-
tudinibꝰ aīe sue nauem exponit/ qñqꝫ cōtingit ꝙ tem-
pestas tribulationū sibi nascit̄: lux vo solis ⁊ syderū. i.
dei gratia ⁊ sctōrum/ vel doctrina bonorū predicatoꝝ cap.17.b
eidē penitꝰ denegat̄. Vñ dicit̄: Ignis quidē nulla vis D
poterat eis lucere: nec syderū limpide flamme illumi
nare poterāt illā noctē horridā. Ita ꝙ prora prima
pars nauis anime. s. amor ipsius in bitalassuꝫ/ que est
terra tenacissima. i. in mūdi bonis terrenis ꝑ affectio-
num tenacitatē impingit/ vbi ꝑ auariciaꝫ arescat ⁊ si-
stit. Puppis vo. i. timor: impetu maris. i. tribulatiōi-
bus soluit̄: ⁊ sic diuersa peccata nauis anime dissipat̄
armamēta vtutuꝫ perdunt̄: ⁊ paulus cum pplo suo. i.
ratio cū cordis affectibus periculis exponit̄. Verūta-
men qñqꝫ cōtingit/ ꝙ post illā fractionē. i. post anime
pctm̄ aliqui ꝑ mare penitentie nauigātes: ⁊ aliqui ta-
bulis diuine misericordie se cōmittētes: saluant̄: ⁊ ad

portum salutis ꝛ grãe deducunt. Quod potissime contingit/qñ cibo diuine lectionis sunt refecti/frumẽta.
idest bona mũdi:in mari.i.ad amaros paupes ꝑ elemosynas ꝓyciunt:ꝛ nauẽ maris a terrenis exonerant
ma.8.c. atqꝫ ꝑ terrenorũ contemptũ alleuiãt et extollũt. Vñ
Allegoria. Ma. Nauicula in mari magnis iactabat̃ fluctib⁹ ꝛc.
¶ Vl' dic ꝙ nauis significat ecclesiã:cuius pria pars prelatos ꝛ superiores designat:vltima vero pars subditos ꝛ seculares significat. Igitur ista prima pars ecclesie.s.p̄lati/qñ ex toto impingit in bitalassuz.i. in amorẽ ꝛ auariciã terrenorũ:necessario fit vt pars posterior.i.ppl's subditorũ malorũ/illorũ exẽplo soluat̃:
ꝛ ꝙ propter istorum auariciã/terrenis penitus adherẽtẽ.ꝛ de spũalibus ꝛ eternis minime curantem tota nauis ecclesie tentationum ꝛ tribulationum fluctib⁹ dissipet̃:tempestates cũ vitiorum insurgunt: armamenta virtutum proyciunt̃:ꝛ peryt lux solis et syderũ idest exempla sanctorũ deficiunt:ꝛ sic qui sunt in hac
E naui/dãnationis ꝑiculũ pertimescere satis possunt.
Unde Ambro.in sermone de confessoribus nauigantibus:vbi per hoc mare magnũ valde pertimescendũ est/ne nauẽ nostrã fluctus voluptatis absorbeat:aut in eternã dãnationis predã pirata crudelis abducat
Qui igit̃ saluari vult: debet se in mare.i.in amaritudinem penitẽtie mittere: tabule diuine misericordie se cõmittere:frumẽta.i.bona mũdi ꝓycere:ꝛ ad portum salutis qui christus est/per bona oꝑa natitare.
Unde Joan. Tunica succinxit se:ꝛ misit se in mare.
ioã.21.b ¶ Vel dic ꝙ paulo anime dant̃ ne pereãt:in quo no=
Aliter tat̃ ꝙ qñqꝫ societas ꝛ oratio vnius boni/causa est salutis multorũ. Anime aũt ꝛ non nauis saluant̃: q2 deus de perditione temporaliũ nõ tristat̃: Itaqꝫ in hoc notari potest/ꝙ apud deũ anime corꝑib⁹/ꝛ spũalia tẽ-
Aliter. poralib⁹ p̄ferunt̃. ¶ Vel dic ꝙ per nauim pauli intelligit̃ eccl'a quã ipse cõuertit.s.asia minor:que est turchia cũ oib⁹ suis prouintiys:ꝛ grecia ꝛ cõiter tota ecclesia oriẽtalis:quia ista pauli nauis peryt/inq̄ꝫtum illa ecclesia per schismata ꝛ hereses oberrauit.

¶ Capitulum vicesimũoctauum Textus. Et cum euasissemus tũc cognouimus quia mytelene. Mora. Capi. XIX

historia CUm paulus euasisset de naufragio/pro calefaciendo se pyrã sarmentorũ ꝯgereret contigit ꝙ vipera vi caloris commota manũ pau-
F li arriperet et morsu manu inferius depẽderet:quod vidẽtes viri insule/ipsuz homicidã dicebãt
Utiqꝫ(inquiũt)homicida est homo ille:qui cũ a mari euaserit/vltio diuina non sinet eum viuere. ipsum in tumorẽ conuertendum/et subito moritur credebant:sed videntes ꝙ excussa bestia in ignẽ nil omni-
Tropologia. no nocuit/ipsum deũ esse ferebãt. ¶ Ista allega contra vanã ꝛ mutabilẽ opinionẽ quorũdã fatuorũ/qui nescientes dei iudicia/qñ vident aliquod infortuniũ alicui accidere:ꝛ serpentes.i.demones vel tyrannos ipsum atrociter inuadere:statim solẽt euz homicidã vel malũ hominẽ estimare et per eternã damnationẽ perire:et vt mori debeat expectare eũ qñqꝫ tñ vidẽt cõtrariũ accidere:et lesionem nullã subsequi:sꝫ post tribulationẽ hmõi pacẽ ꝛ solatiũ sibi esse. Tob. Post tẽ-
tob.13 b. pestatem trãquillũ facit et ecõuerso:qñ vident sibi ꝓspera succedere et nullã lesionẽ serpentũ.i.nullã tribulationẽ maiorũ icurrere solẽt statim eũ deum et iustũ hoiem iudicare:cũ tñ sepe cõtigat/vt bonis mala/et malis bona soleãt ꝑuenire:ita ꝙ tẽꝑales casus q̃ accidunt/siue boni siue mali/bonitatẽ vel maliciã hoiꝫ
nõ possint declarare: sicut ostensuz est Luce.xiy.vide ibi. ¶ Vel dic ꝙ cum homo euasit naufragiũ dãnationis eterne mundi nauẽ fractã exeũdo:et ad littus Aliter
religionis per penitentiam se trãsferendo:sepe cõtingit ꝙ dum per aliquã recreationẽ temꝑalẽ se calefacere nititur:serpentes.i.detractores cõtra eũ insurgunt qui manũ.i.opera ipsius mordẽt:ꝛ eũ(si possent)iuueniãt/ꝛ diffamãt:sicqꝫ fit ꝙ vbi ad trãquillitatẽ portus religionis crediderat venisse/detractoruz rabies
iꝑm fortius ledat. Uerũtñ talis paulus.i. hõ iustus/ G
debet tales serpentes in ignẽ sue inuidie excutere: et sic de eorũ detractionibus non curare:ꝛ si ipsos excusserit/ꝛ non curauerit:ipsum nequibũt ledere vel nocere:ita ꝙ aly suã perfectionẽ videntes/iꝑm deum ꝛ iustum hominẽ poterunt estimare. Mat. vere fili⁹ dei
erat iste. ¶ Vel dic ꝙ in littore religionis solẽt demo ma.27.f
nes serpentini illos acrius per tentationes mordere/ Aliter
quos vidẽt de naui mũdi maris periculũ euasisse:et de mũdo ad religionis ac penitẽtie littora transfugisse. ¶ Vel dic ꝙ qñ paulus.i.bonus p̄latus aliquẽ ser Aliter
pentem.i.aliquem maluz subditũ in ignẽ tribulationis per correctionẽ mittit/statim cõtra eũ si põt isur- eccl's.10
git/et eũ diffamat ꝛ pũgit. Q2 dicit̃: Qui dissipat sepẽ mordebit eum coluber: q2 qñ p̄latus nititur in ma b.
lis subditis sepem malarum excusationũ/spinarum vitiorũ per correctionem destruere:talis coluber solet eum inuadere. Quod videns prelatus ipsuz debet in istum ignẽ fortiter excutere:ꝛ ad subeundũ correctionẽ acrius compellere:ꝛ a tali morsu.i. rebellione cõ-
pescere ꝛ arcere. Ps. In ignẽ deycies eos:in miserys Ps.139
non subsistent. c.

¶ Moralitatũ Actuum Apl'orum finis.

Liber tricesimusquartus H

Moralitatũ super Apocalypsim.

¶ Capitulũ primum Textus: Apocalypsis iesu christi quã dedit illi deus palã facere seruis suis. Moralitatũ Capl'm. I.

IOannes in historia
plum et lux debet esse deus:quia nullus alterius fidẽ
vel sapientiam debet recipere.Cuius tamen cõtrariũ
faciunt moderni ecclesiastici audiendo leges. Sem=
per debet esse aperta .Non clauditur enim per termi=
nos huius vite:sed aperta est ad recipiendnm fidem
iob.31.d et penitentiam peccatorum .Unde illud predictum:
E foris non mansit peregrinus ⁊c.Nullus coinquina
tus vel symoniacus debet intrare in eum nec ad eius
treñ.1.d officia promoueri.Sed hodie prohdolor verificat̃ il
lud Treñ.Uidi gentes ingressas sanctuariũ tuuz de
quibus p̃ceperas ne intrarent ecclesiam tuaz. Dilata
Aliter si vis sicut in precedenti capitulo.Uel expone de glo=
ria eterna:vbi non intrat aliquis coinquinatus: vbi
eo.cã.d. est claritas indefectibil'.¶Ciuitas noua hierl'm quã
historia vidit ioannes habebat muruz magnũ ⁊ altũ in quo
duodecim erãt porte:postea quelibet duodecim ha=
buit angulos:⁊ nomina duodecim filiorum israel in
portis singulis erãt scripta:⁊ erat ciuitas in quadro
posita:et longitudo eius tanta quanta et latitudo la
tera eius erant equalia. Hic dicitur etiã ꝙ duode=
cim porte duodecim margarite:singule porte erãt ex
singulis margaritis.Illã enim quidã angelus cum
Allego= arundine aurea mensurauerat:⁊ in suis partibus ad=
ria. equauerat.¶Per istam ciuitatẽ:id est ciuiũ vnitatẽ
ps̃.86.a ecclesiam intelligimus.De quo Psalm. Gloriosa di
cta sunt de te ciuitas dei. Murus istius ciuitatis si=
lu.22.d. gnificat fidem christi: que est murus inexpugnabi=
lis ciuitatis .Unde Luce.Ego rogaui pro te vt nõ de
ficiat fides tua.Per duodecim portas intelliguntur
duodecim apostoli:⁊ quicunqꝫ boni predicatores et
prelati:qui pro eo porte dicte sunt:quia per eos fide=
les murum et ambitũ ciuitatis id est fidẽ ecclesie in=
esa.26.a trauerunt.Unde.Esa.Aperite portas iustitie:⁊ ingre
dietur gens iusta.Margarite etiã que sunt candide/
ma.13.f. cõfessores dicti sunt:pro eo ꝙ ꝑ castimoniã ⁊ innocẽ=
f tiã cãduerũt/⁊ ꝑ sapientiã splẽduerũt.Unde christus

dici potuit similis homini patrifamilias/querẽti bo
nas margaritas.Per duodecim angulos intelligi=
mus duodecim articulos fidei:quia quelibet porta.
id est quilibet angelus vel bonus predicator vel pre=
latus duodecim angulos habet.i.duodecim articu=
los fidei credit.Articuli vero fidei anguli dicũtur/ꝓ
eo quia in ipsis scz in lapidibus angularibus totius
vite congeries continetur atqꝫ sustinet̃.Unde Josue: iosue.4
Elegerunt de medio aluei duodecim lapides durissi=
mos.Per duodecim filios israel et per eorum nomi
na intelligo fidem veteris testamẽti/⁊ omniũ patri=
archarum:quia pro certo et duodecim anguli et duo
decim patriarcharum nomina in portis sunt:ad de=
notãdum ꝙ duodecim apl'i et duodecim patriarche
cum eoꝝ sequacibus/duodecim articulos fidei credi
derunt:simulqꝫ in eandez fidem et apostoli et patria=
che conuenerunt.Ideo tã apostoli ꝙ patriarche duo
decim esse dicuntur:pro eo ꝙ eadem fides duodecim
articulorũ ab ipsis creditur ⁊ habetur. Unde in Ge= geñ.42.
nesi:Duodeciz fratres vnius patris filij sumus.Ista e.
enim ciuitas scz ecclesia/dicit̃ quadrata per quatuor
virtutum cardinalium quadraturam:mensurata per
debiti regiminis prelaturam:dicitur adequata ꝑ de=
bitam iustitiam et censuram:quia pro certo latera ip
sius ciuitatis id est persone/debent inter se equalita=
tem habere:inquãtum proportionabiliter debent in
gradn et statu conuenire inuicem.Dico igiturꝙ ciui
tas muro fidei circũcincta per quatuor virtutes qua G
drata:et ab ipso angelo testamenti arundine sue oc=
culte dispositionis in suis personis proportionabi=
liter adequata:duodecim portas.i. duodecim apo=
stolos cũ duodecim angulis.i. cũ duodecim articu=
lis fidei habuit:in quibus etiã nomina filiorũ israel.
idest antiquorũ patrũ fidem continuit:⁊ sic vtrãqꝫ fi=
dem noui et veteris testamẽti simul conuenire mon=
strauerunt et sic etiã christus est paterfamilias:qui ꝓ ma.13.c
fert de thesauro suo vetera et noua. ¶Uel dic ꝙ ista Aliter
ciuitas est anima:in qua scilicet intellectus est rex/⁊
voluntas regina/populus potentie sensitiue:que mu
rum diuine gratie et protectionis continent: et duo=
decim portas id est duodecim apostolorum doctri=
nas tenet duodecim angulos.i.duodecim articulos
fidei credit:et nomina duodecim patriarcharum/et
sanctorum patrum nomina ⁊ exẽpla ꝑ imitationem
ostendit.Que per quatuor virtutes est quadrata/per
iustitiam adequata/per temperantiã debite mensura esa.43.c
ta.Unde Esa.Extendetur super eum mensura.¶Uel Aliter
dic ꝙ angelus qui mensurat ciuitatem/est bonus pre
latus qui cum mẽsura aurea.i.mediãte iustitia ⁊ pru=
dentia debet ecclesiam sibi commissam et etiã subdi=
tos mensurare:⁊ quãtũ ꝓficiant vel deficiant cogita
re:vt sic possit eos s̃m merita in officijs et beneficijs eo.ca.G.
promouere.¶Ciuitas noua hierusalem habebat in
suis partibus scz orientali/aquilonari/occidentali/
australi duodecim portas:quia scz ab oriente erant
tres porte ab occidenee similiter tres protendebant̃
ab australi similiter tres ⁊c.sic concludebatur portis
duodecim ⁊c.¶Ista que iam de hierusalẽ dicta sunt Mora=
mystice intelligi et aliter possunt. Sic enim perfectꝰ litas
homo moraliter habet quatuor portas. id est qua= Tropo=
tuor cardinales virtutes: scilicet orientalem que est logia
pars lucida:et hec est prudentia. Aquilonarem que
est pars cõstricta et solida:et hec est fortitudo seu cõ= H
stãtia.Occidẽtalẽ que est pars frigida ⁊ humida:hec
est tẽperantia. Meridionalẽ que est est pars feruida
⁊ hec

⁊ hec est iustitia: quia pro certo homo iustus seu ciui-
tas anime vel cordis religio/vel ecclesia debet habere
prudentiam ad illuminandum tanquam orientem.
fortitudinem ad mala sustinendum tanquam aqui-
lonem. Temperantiam ad prosperis bene vtendum
tanquam occidentem. Iustitiam ad mala puniendū
tanquam meridionalem partem feruidam ⁊ vrentem.
ezec.1.b Unde Ezechiel. Apparuit rota vna super terram ha-
bens quatuor facies id est quatuor virtutes cardina-
les: sed quelibet illarum partium seu virtutum habet
tres portas id est tres particulares virtutes: quia orīē
talis prudentia habet portam sapientie: per quam in-
trat notitiam superiorum. Portam scientie/ per quā
intrat notitiam rerum inferiorum. Portam consilij/
per quam intrat notitiam actuum ⁊ agibiliū exterio
1.io.5.d rum. Unde dicitur. Tres sunt qui testimonium perhi
bent in celo/id est tres sunt virtutes que celesti submi-
nistrant prudentie: vt de viro prudenti dicatur illud.
2.re.23.a David sedet in cathedra sapientissimus iter eos. Itē
A aquilonaris fortitudo tres similiter habet portas id
est tres alias particulares virtutes: per quas ingredit
ciuitatem mentis: ⁊ iste sunt humilitas/spes ⁊ oratio.
Spes enim attendit ad premium. Oratio procurat ad
iutorium. Humilitas debilitat aduersarium. Istis
enim tribus virtutibus roboratur fortitudo mentis
⁊ corporis. Et per istas tres portas intrant merita do-
mū cordis. Unū de istis trib⁹ partibus fortitudinis po
2.re.23.c test dici illud. Irruperunt tres fortes castra philistino
rum ⁊ cetera. Item occidentalis temperantia habet
tres portas id est tres virtutes theologicas particula
res: scilicet timorem/quo temperantur cordis vanita-
tes. Abstinentiam qua temperantur carnis volupta-
tes. Paupertatem voluntariam/ qua temperantur re
rum superfluitates. Et sic potest dici de temperantia
esa.40.c illud quod dicit. Esaias. Quod ipse apprehēdet trib⁹
digitis molem terre ⁊ cetera. Item meridionalis iusti
tia similiter habet tres portas: id est habet tres specia
les virtutes: scilicet liberalitatem/que premiat bonos
⁊ seueritatem/que sententiat malos ⁊ peruersos: equi
3.reg.7.b tatem que iudicat inter vniuersos. Unde iustitia po-
test dici illud atrium maius rotundum: quod habe-
bat ordines de lapidibus sectis. Iustitia enim atrium
maius dicitur: quia maior ⁊ vtilior ceteris virtutibus
perhibetur. Dicitur etiam rotunda: quia ista debet es-
se plena ⁊ vera: ⁊ nunꝙ per fallaciam obliqua/et per
dissimulationem variam angulosa. Tres etiam ordi
nes dicuntur habere: inquantum tres partes sue seu
B virtutes predicte semper debent concomitare. Iste igi
tur sunt duodecim partes porte/ per quas intrat ad
animam spiritussanctus ⁊ gratie ⁊ virtutes: quia pro
certo per portas prudentie intrat deus ad nos erudiē
dum. Per portas fortitudinis intrat ad nos roboran
dum. Per portas temperantie intrat ad nos mundifi
ps.117.c candum. Per portas iustitie intrat ad nos iustifican
ecc.25.a dum. Unde David in Psalmo. Aperite mihi portas
Aliter iustitie. Et de tali triplicitate dicitur illud Ecclesiasti-
ci. In tribus beneplacitum est spiritui meo. ¶ Uel
dic quod ciuitas est ecclesia. Porte duodecim signifi
cant fidem/ que duodecim articulos habet: sed iste
porte in tres distinguuntur: pro eo quod in quatu-
or plagis terre circunquaqꝫ est ecclesia seu fideles: vt
trinitatis mysteriū credatur: ⁊ fides ipsius teneatur
Aliter ¶ Uel dic ꝙ ciuitas est homo: qui in oriente puericie
in aquilone adolescentie/in meridie iuuentutis/in oc
cidente senectutis: necesse est quod tres portas habe-
at id est quod sancte trinitatis fidem credat: vel tres
portas: id est tres virtutes theologicas: scilicet fidē/
spem/⁊ charitatem habeat. Uel tres portas/id est mū
diciam cordis/oris ⁊ operis gerat: vt dicat illud predi
ctum. In tribus beneplacitum est spiritui meo. ¶ No
ua ciuitas hierusalem multa duodenaria continebat ecc.25.a
Continebat enim duodecim stadia/ duodecim portas Eo.c.d
duodecim angulos duodecim lapides preciosos duo historia
decim nomina apostolorum duodecim nomina filio
rum israel. ¶ Cum dictum sit quod ciuitas animam
significet: sciendum est quod per stadia que dicūtur Tropologia
a stando/intelligitur sue perseuerātie stabilitas. Per
fundamenta que habꝫ/ intelligitur virtutum cardina C
lium firmitas. Per portas eius intelligitur sacramen
torum vtilitas. Per lapides preciosos intelligitur sua
rum virtutum moralium nobilitas. Per apostolorū
nomina/doctrine apostolorum autoritas. Per nomi
na filiorum israel/sanctorum patrum ⁊ suorum exem-
plorum sanctitas siue bonitas. Iste sunt partes ciui-
tatis moralis/id est anime: sine quibus non diceretur
neqꝫ hierusalem neqꝫ noua: que deus spiritualiter con
tinet. Hierusalem id est pacifica/⁊ noua/id est gratio
sa ⁊ placida debet dici. Unde dicitur. Uidi ciuitatem
sanctam hierusalem de celo descendentē. Sed quid? apo.21.a
In omnibus istis perfecte anime partibus debet nu-
merus duodenarius/per quem fides catholica intelli
gitur/relucere. Numerus duodenarius duodecim fi-
dei articulos significat: quos pro certo in omnibus
actib⁹ aīa sctā portat: qꝛ reuera nulla ꝑs ipsi⁹ sufficiēs
eēt/nisi ibi fidei veritas reluceret: qꝛ nec porte sensuū/
nec fūdamēta ꝟtutū cardialiū/nec lapides ꝑciosi ꝟtu
tū moraliū/anguli sacroꝝ/nec noīa seu doctrīa aploꝝ
nec exēpla sctōꝝ patrū proficiūt/nisi duodenari⁹ fidei
semꝑ assit. Unū dicit Apls. Sine fide īpossibile ē pla- heb.11.a
cere deo. ¶ Uł dic ꝙ ista ciuitas ē eccl'ia: cui⁹ stadia ꝙ Aliter
ipm mensurauerunt/fuerunt angeli: fundamenta fue-
runt patriarche. Porte fuerunt apostoli. Anguli fue-
runt virtutes. Lapides preciosi fuerunt virgines ⁊ cō
fessores. Apostoli sunt prelati ⁊ predicatores. Filij isra
el sunt omnes fideles. In istis autem omnibus duo-
denarius numerus/id est fides catholica resplen- D
duit: ⁊ in ipsis fidei veritas semper fuit. ¶ Uel dic ꝙ
iste duodenarius numerus est nobis stadium ad cur- Aliter.
rendum fundamentum ad sustinendum: porta ad in-
trandum: angulus ad fortificandum: lapis preciosus
ad nos ditandum: apostolos ad nos docendum pa-
triarcha ad nos spiritualiter generandum. ¶ Uidit
ioannes ciuitatem nouam/cuius platee erant ex auro eod.c.f.
purissimo: perlucide tanquam vitrum cuius funda- historia
mentum erat ornatum omni lapide precioso. Ibi eīm
nominat duodecim lapides preciosos/quibus est or-
natum fundamentum ciuitatis. Primus lapis fuit
iaspis. Secundus sapphirus. Tertius calcedonius.
Quartus smaragdus. Quintus sardonius. Sextus
sardius. Septimus crysolitus. Octauus beryllus.
Nonus topazius. Decimus crysopassus. Undecim⁹
hiacynth⁹. Duodecimus amethystus. ¶ Ista ciuitas
est anima vel quilibet vir ꝑfectus: cuius platee con- Tropologia
scientie debent esse auree per sanctitatem seu vi-
tree seu lucide ꝑ sapiētie claritatē. Fundamētū eīm cor-
dis sui debet habere duodecim ornamēta: duodecim
virtutes figuratas in istis duodim lapidibus precio-
sis: et sic proprie sit illud fundamentum sicut vas au- ecc.50.b
ri solidum/ornatum omni lapide precioso. ¶ Est igi- E
tur primus lapis iaspis: qui phantasmata fugat/et Iaspis.

incantatoribus resistit: sedes oculorum purgat/ ⁊ vi-
sum acuit. Hec est fides/ que est prima aliarum virtu-
heb. 11 a tum: quia secundum Apostolum. Sine fide impossi-
bile est placere deo Ista enim est que phantasmata id
est demonia fugat: ⁊ incantatoribus/ id est hereticis
obuiat: oculum cordis/ id est visum discretionis acuit
esa. 54 c atq; purgat. Unde Esaie. Ponam iaspidē propugna-
sapphirus cula tua. ¶ Secundus lapis est Sapphirus: qui cele
stem habet colorem et secundum Diascoridem/ virtu
tem letificatiuam/ per quam significatur spes que to-
ta est lucida: ⁊ celestis/ inquantum celestia sperat bo-
na: que etiam desolatos letificat: ⁊ ideo de hoc dicit
esa. 54 c dominus anime vel ecclesie. Fundabo te in sapphiris
calcedonius ¶ Tertius lapis est calcedonius: qui secundum Dias
coridem facit vincere causas: ⁊ calefactus attrahit pa
leas: per quem intelligitur charitas/ que aliarum vir-
tutum est seruatrix: que causas/ id est tentationes vin
cit: ⁊ que paleas/ id est infimos ad salutem trahit. Un
1. co. 13 c de dicit Apostolus. Charitas omnia suffert. ¶ Quar
Smaragdus tus lapis est Smaragdus qui est viridis coloris/ con
fortans oculos: ⁊ quivisuz confortat: ⁊ portanti se dat
persuasoria verba: ⁊ diuinare volentibus valet secun-
dum lapidariuz. Et per istum intelligitur prudentia:
que oculos aliorum confortat/ inquantum delectabi
le est videre hominem prudentem. Uisum intellectus
seruat: verba persuasoria ⁊ eloquentia dat: diuinare et
predicare volentes super omnia iuuat. Ista enim est
prima cardinalium virtutum/ quam homo summe de
bet appetere scilicet prudentiaz: ⁊ hoc quia sine ista ce
F tere parum noscuntur valere. Ideo bene docet sapiēs
pro. 7. a Dixi sapientie/ Soror mea es: ⁊ prudentiam amicam
Sardonius meam vocaui. ¶ Quintus lapis est Sardonius: qui
luxuriam depellit: ⁊ hominem humilem ⁊ pudicuz fa
cit: ⁊ significat temperantiam: que luxuriam/ id est om
nem superfluitatem tollit: humilitatem ⁊ pudicitiam
semper gignit. De qua Prosper in libro de vita contē
platiua ait. Temperantia facit hominem sobriuz/ par
cum/ moderatum ⁊ pudicum. Hec enim libidinis affe
ctum temperat: desyderia sancta multiplicat/ vitiosa
castigat: inter nos ꝯfusa omnia ordinat: prauas cogi
Sardi9 tatiōes remouet: sanctas inserit: voluptates extinguit
⁊ totum hominem temperat ⁊ componit. ¶ Sextus
lapis est sardius: qui sanguinei coloris est: in cuius pꝛ-
sentia onyx lapis maleficus nō potest nocere: timorē
pellit: ⁊ hominem audacem facit. Iste significat forti
tudinem: quia pro certo iste coloris sanguinei debet
esse: inquantum proprium sanguinem fundere non so
let timere: quinimmo solet timorem pellere: ⁊ homi-
nem audacem facere: ⁊ nocumentum onycis/ id est tē-
tationem diabolicam resistendo refrenare. Unde Am
brosius libro primo de officijs de fortitudine dicit: ꝙ
fortitudo virtutes custodit: iustitiam seruat: contra
vitia est inimica: ad laborem fortis: ad pericula rigi-
Chrysolithus da ⁊ aduersa. ¶ Septimus lapis est Chrysolithus/
ignem velocissime rapiens qui demones fugat ⁊ ter-
G ret: ⁊ timores nocturnos pellit. Et iste significat iusti-
tiam/ que ignē zeli ⁊ seueritatis faciliter concipit: de-
mones id est maleficos homines tollit: ⁊ timore malo
rum sublato/ patriam securaz reddit. Unde de isto la
pide scilicet de iustitia ⁊ iusto homine dicitur illud da
dañ. 10 a nielis. Quod ipse vidit filium hominis: cuius corpus
beryll9 erat quasi chrysolithus. ¶ Octauus lapis est Beril-
lus cuius virtus secundum Diascoridez est contra pe
ricula hostium: ⁊ contra inimicum hominem inuictū
facit: ⁊ inter beryllos ille qui est pallidior/ est melior: p

quem intelligitur patientia: que inter lites ⁊ pericula
summe valet: quia sicut dicit Seneca. Cuiuslibet dolo
ris remedium est patientia. ¶ Nonus lapis est topa- topazi9
zius/ siue topazion indeclinabile/ lapis clarissimus: qꝛ
secundum Lapidarium ad sanguinem stringendum
⁊ ad aquam bullire nonpermittendum valet: omniuz
lapidum superat claritatem. Et sic iste significat casti
tatez: que est proculdubio virtus rara: quia rara auis
in terris ⁊ nigro simillima cygno: que sanguinem lu-
xurie restringit: ⁊ feruorem concupiscentie compescit
⁊ aliarum virtutum pulchritudinem antecedit. Unde
dicitur. O quampulchra est casta generatio cum cla- sap. 4 a
ritate. ¶ Decimus lapis est Chrysopassus: quem lux Chryso
celat: ⁊ prodit obscuritas. In obscuro enim splendet passus.
⁊ sub diuo positus eius claritas absconditur atq; pal
let: ⁊ iste est humilitas que sub diuo: id est ī hominis
apparentia non querit splendere: sed in obscuro idest
in abscondito ⁊ secreto: quia pro certo humilitas ob-
scuritatem querit: ⁊ omnem hominis presentiam: om
nemq; vanaz gloriam semper fugit. Unde illud Mat
thei. Intra cubiculum tuum: ⁊ ora patrem tuum qui mat. 6 a
in celis est: qui videt in abscōdito. ¶ Undecimus la H
pis est Hyacinthus: qui est lapis secundum tempora Hyacinthus
conditionem mutans: quia secundum quod tempus
est turbidum vel serenum: lapis iste fit serenus ⁊ turbi
dus. Et significat virtutem discretionis: que secundū
bona tempora ⁊ personas se solet mutare: ⁊ vnam cuz
vno/ ⁊ aliā cū alio: nūc clara ⁊ affabilis: nūc obscura ⁊
tristabilis dz eē. Uel dic ꝙ ista est cōparatio: q̄ nouit
cū flentibus flere: ⁊ cum gaudentib9 gaudere: exēplo
Apostoli qui dicebat: Omnibus omnia factus sum.
¶ Duodecimus lapis est amethystus/ lapis violaci9 1. co. 9 d
in colore: qui ſm Diascoridem valet contra ebrietatez amethy
bonum confert intellectum: ⁊ hominem facit vigilem stus
Et iste significat sobrietatem: que ad literam ebrieta-
ti resistit: hominem vigilem ⁊ diligentem efficit: ma-
las ⁊ immundas cogitationes repellit: ⁊ intellectum
acuit. Unde Leo papa in summa: De abstinentia pro-
deunt caste cogitationes/ rationabiles voluntates/ sa
lubria consilia. Per hanc enim caro concupiscens mo
ritur/ ⁊ spiritus virtutibus innouatur. ¶ Ista sunt duo
decim hominis fundamenta/ seu duodecim fundamē
ta nostre cōscientie vel gratie: vel etiā ecclesie ornamē-
ta: ⁊ duodecim lapidum preciosorum id est virtutum
spiritualium paramēta: ita ꝙ cuilibet homini sic fun-
dato/ vel ipsi ecclesie sic a deo stabilite: vel etiā cuilibet
prelato: qui est subditorum seu ecclesie fundamentuz: A
potest dici illud Ezech. Omnis lapis p̄ciosus operi- ezec. 28 c
mentum tuum: sardius/ topazius/ iaspis/ crysolitus
⁊ onyx: beryllus: saphirus ⁊ carbunculus ⁊ smaragd9
vt de talibus fundamentis dicatur illud Psal. Funda ps. 86 a
menta eius in montibus sanctis.

¶ Capitulum vicesimumsecundum textus Et ostendit mihi fluuium aque viue splendidum tanq̄ crystallū. Morali. Capi. XXIII

Sicut dicit in Apoca. Ciuitas noua nouū ha apo. 22 a
bebat tēplū: nec sole nec luna egebat: qꝛ ipsaz historia
domin9 illuminabat. Et lucerna ipsi9 agnus
erat. Ista eñ nullā prorsus habebat noctem:
porte eius nullatenus claudebantur: ⁊ nullus coinqui-
natus aut abominatione aut mendaciuz faciēs illuc
ingrediebatur: immo canes et venefici: impudici ho-
micide: seruientes idolis et mendacia facientes fo-
ris eijciebatur: quia ibi erat sedes dei et agni: et ser-
ui eius

ui eius ad seruiendum ei: ad videndum faciem eius
Allegoria omnes ibi solummodo admittebantur. ¶ Ista pos-
sunt allegorice dici de ecclesia vel religione: quia pro
certo ista non debet habere vel querere templuz: id est
cuiuscunque hypocrisis vanitatem: solem id est munda
B ne glorie claritatem. Lunam: id est mundane prospe-
ritatis mutabilitatem et eclipsibilem facultatem: quia
pro certo solum deum debet habere pro lumine: et sto-
lam agni: id est christi gratiam debet appetere pro lu-
cerna: quia ecclesia vel religio a deo debz illuminatio
nem accipere mundi lumen aut gloriam non querere
sed lucem que christus est/solummodo affectare. Psal.
ps. 118 o Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis.
Porte illius debent esse apte quia porte eius spirituales dicuntur esse ap-
te ad recipiendum peccatores ad fidem et ad penitentiam: quia
ista non debet claudere gremium penitenti: et dignos
esa. 26. a ad officia vel beneficia admitendum. Unde Esa. Ape
rite portas: ingredietur gens iusta/custodiens verita
tem. Porte ipsius materiales ad pauperes sustentan
dum/et hospitalitatem indigentibus faciendum: vt sic
iob. 31 b dicatur illud Iob. Foris non mansit peregrinus: osti-
um meum viatori patuit. Unde versificator ait. Por-
te patens esto: nulli clauderis honesto. Quia reuera
serui dei et agni/id est viri iusti: debent infra portas ec
clesie per promotionem admitti: vt ibi possint deo ser-
uire: et faciem eius contemplari: vt dicitur in Psalmi
ps. 117 c sta. Aperite mihi portas iustitie: ingressus in eas con
fitebor domino: hec porta domini: iusti intrabunt in
eam. Nullus tamen immundus aut peccator ibidem
recipi debet: quinimmo canes/id est insatiabiles/cupi
di et auari: venefici id est pestiferi: immundi id est luxu
riosi: homicide id est detractores: et malefici et idola-
tre/id est superstitiosi/et heretici/et sortilegi debent fo-
ris extra ecclesiam impromoti relinqui. Non enim di-
C gnum est quod tales ad fidem dei et agni/id est ad sta
tum ecclesiastice dignitatis ascendant: vel quod ad por-
ps. 89 b tas ecclesie introeant. Psalmis. Quibus iuraui in ira
mea si introibunt in requiem meam. Cuius tamen proh
dolor fit hodie oppositum: quia mali per portas eccle
sie introducuntur: boni vero et serui domini ab eccle-
tren. 1. d sie beneficijs repelluntur. Unde dicitur. Uidi gentes
ingressas sanctuarium tuuz: de quibus preceperas ne
Aliter intrarent ecclesiam tuam ¶ Uel dic quod ista ciuitas
est paradisus: vbi non est templum manufactum: nec
sol nec luna: quia speculum eius in eternum est deus
ipsis luminare et lucerna. Ista est ciuitas/que vsque ad
finem seculi apertas habet ianuas: solos tamen ser-
uos dei recipit: coinquinatos et peccatores alios non
admittit: quia secundum Augustinum sicut nulli di-
Aliter gno negabitur: ita nulli indigno conferetur. ¶ Uel
dic quod in malo significato talis ciuitas est anima
peccatrix/vel ecclesia moderna: quia iam non est tem-
plum deuotionis/vbi deficit sol discretionis: vel ces-
sat luna recte compassionis: vbi non clauduntur por-
Aliter te sensuum delectabilium: nec porte beneficioruz clau
duntur ambitiosis/seu munera apportantibus. ¶ Uel
dic quod ciuitas est verbum iusti: in quo est sedes dei
D et agni per gratiam: que a deo illuminatur per fidem
et sapientiam: ita quod non habet noctem/id est erro-
rem aut ignorantiam: nec querit templum/id est eccle
siasticam dignitatem: nec solem/id est mundane scien
tie claritatem: nec lunam/id est mundane opulentie fa
cultatem. Portas cordis et sensuum habz apertas: ad
recipiendum res que ad salutem sunt necessarie. Ue-

runtamen nihil coinquinatum/id est nulla mala cogi
tatio aut affectio mala debet ibi recipi per alicuius
male complacentie voluptatem. Unde illud Mat-
thei. Elegerunt bonos in vasa sua: malos autem fo- mat. 13 f
ras miserunt. ¶ Uidit ioannes fluuium aque vite splen eod. c. a
didum tanquam crystalluz in medio platee ciuitatis: historia
procedentem de sede dei viui et agni: et ex vna parte flu
minis lignum vite: afferens fructus duodecim per men
ses singulos: reddens fructus et folia sua ad sanitatez
gentium. ¶ Per istum fluuium intelligitur voluptas Anagogia
eterne glorie: que satiat/potat et refrigerat beatos: et
que in ciuitate dei/id est paradisi de ipsa sede maiesta
tis diuine immediate influit. Psalmista: Torrente vo ps. 35. b
luptatis tue potabis eos: quoniam apud te est fons
vite. Iste igitur fluuius eterne vite vel glorie duas ha
bet partes/scilicet christi diuinitatem et humanitatez
quia in istis duabus pendet tota contemplatio beato
rum: sed ex vtraque parte istius fluminis inuenitur li-
gnum vite/id est ex vna natura vitalis/perpetua et eter
na: videlicet natura angelica ex parte eius diui-
nitatis: et natura humana ex parte ipsius humanita-
tis. Homo enim et angelus sunt duo ligna vite: que per
cipiunt visionem beataz: et potantur flumine volupta
tis eterne. Unde de quolibet beato dicitur illud Psal
miste. Quod ipse sit tanquam lignum quod planta- psal. 1. a
tum est secus decursus aquarum: quod fructum suuz E
dabit in tempore suo. Et folium eius/id est decor eius psal. 1. b
non defluet: ideo quecunque faciet/semper prosperabi-
tur. Sed pro certo ista ligna/id est beati: proferunt per
menses singulos fructus duodecim. Mensis enim di
citur a mene quod est defectus: eo quod in quolibet
mense luna deficit: et significat defectus huius morta
lis vite: fructus vero ligni vite/significant gaudia et
premia paradisi. Oportet enim ostendere quomodo
per menses singulos/id est contra duodecim defectus
quos patitur ista vita: ille arbores paradisi/scilz bea-
ti: habent duodecim fructus/id est duodecim gaudia
siue premia: ita vt singuli fructus singulis mensibus:
et singula premia siue gaudia singulis huius vite de-
fectibus applicentur. Menses igitur/id est defectus
nostri: in hac vita sunt sex quantum ad animam: scili-
cet obliuio in memoria: in intellectu ignorantia: in af
fectu concupiscentia: dolor presentium malorum/ti-
mor futurorum/languor virtutum naturalium. Quan
tum ad corpus sunt alij sex scilicet passibilitas sine sa-
nitate: grauitas sine agilitate: obscuritas sine clarita
te/et plena cecitate: condensitas sine subtilitate: labor
sine quiete: mors cum necessitate. Sed pro certo con-
tra istos duodecim menses seu defectus/sancti habent
duodecim fructus: id est duodecim gaudia. Et primo F
scilicet quantum ad animam: in memoria firmitatez:
sine obliuionis feruore: in intellectu veritatem/sine
ignorantie errore: in affectu sufficientiam: sine cupi-
ditatis ardore: in animo voluptatem/sine tristi-
cia vel dolore: in statu securitatem/sine dubio vel timo
re: in natura prosperitatem/sine desyderio vel languo
re. Item quantum ad corpus habebunt sanctitatem
sine passibilitate: et agilitatem sine ponderositate: cla-
ritatem sine obscuritate: subtilitatem sine densitate:
quietem sine turbatione: vitam sine mortis termi-
natione. Et sic beati qui sunt ligna vite/per sin-
gulos menses habent singulos fructus: remedia
vel profectus: ita quod quelibet anima potest dici
illa mulier de qua dicitur. Signum magnum apo. 12 a

apparuit in celo: mulier amicta sole: ꝛ luna sub pedibus eius: ꝛ in capite eius corona stellarum duodecim.

[Aliter Tropologia] ¶ Uel dic quod lignum vite quod sedet super oram fluminis dei sedentis / est vir iustus: qui super fluuium deuotionis/compassionis ꝛ compunctionis sedet: quod fluuius a sede dei ꝛ agni/id est inspiratione vel influentia christi prouenit: quia pro certo ille duodecim fructus solet portare / id est duodecim pietatis opera facere: ꝛ inde alios recreare: qui fructus / id est pietatis opera sunt duodecim: scilicet sex spiritualia ꝛ sex corporalia: qui in istis duobus versibus continentur. Instrue/castiga/remitte/solare/fer/ora. Uestio/poto/cibo/recolligo/visito/condo. Ut sic de homine pio ꝛ fructuoso dicatur illud Regum [3.re.11.f G]: quod Ahias diuisit pallium suum in duodecim partes. Pallium enim bonorum nostrorum tam spiritualium quam corporalium in duodecim partes diuiditur: quando duodecim pietatis opera a nobis in alios diffunduntur. Et procul dubio folia istius ligni/id est verba viri iusti ad sanitatem aliorum proficiunt: inquantum verbis talium alij boni fiunt.

[Aliter] ¶ Uel dic quod illud lignum significat crucem cum suo crucifixo: quod in medio ciuitatis ecclesie super fluuium deuotionis est situm quia pro certo per menses singulos/id est contra singulos vitiorum defectus ibi inueniuntur duodecim gratiarum/virtutum ꝛ exemplorum fructus. Mensis enim dictus est a mene quod est defectus: ꝛ significat mundi defectus vel vitia.

[Januarius] ¶ Est enim primus mensis in anno peccati Januarius: qui dicitur quasi anni ianua: significans superbiam/que est initium ꝛ ianua peccatorum. Unde illud Ecclesiastici [eccl.1.b]. Initium omnis peccati est superbia. Et illa pingitur cum tribus faciebus: eo quod triplex est superbia / scilicet preferre se maioribus/paribus ꝛ minoribus. Uel eo quod superbia nascitur ex tribus causis: scilicet eminentijs/diuitijs/ꝛ ex gratijs naturalibus. Uel istas tres facies habere dicitur: pro eo quod superbus supra plures homines valere se opinatur. Unde dicitur [Ezech.1.b]. Quatuor facies vni. Et ideo sol in aquario tunc dicitur esse: qui scilicet pincerna deorum dicitur fuisse: ad denotandum [H] quod superbi summe gaudent in magnatum officijs alti esse.

[Februarius] ¶ Secundus mensis est Februarius: dictus a febre: quia pingitur se calefacere ad ignem: ꝛ significat defectum luxurie: qui facit eam per mala desyderia calefieri/ꝛ febricitare: ꝛ semper in igne concupiscentie estuare. Unde illud Ecclesiastici [ecc.38.c]. Uapor ignis vret carnes eius: ꝛ in calore fornacis concertatur. Et tunc sol in piscibus esse dicitur: quia scilicet sol/id est ratio luxuriosorum: in piscibus/id est in carnis voluptatibus implicatur.

[Martius] ¶ Tertius mensis est Martius/dictus a marte deo belli: qui pingitur scindens vineam: et in ipso sol est in ariete: ꝛ significat iracundiam: que contra homines per impatientiam mouet bella: atque vineas/id est simplices scindit ꝛ ledit: ꝛ more arietis ipsos litibus ꝛ contentionibus percutit ꝛ inuadit: verbis ꝛ verberibus ꝛ accusatione non modica ipsos ferit. Ecclesiastici [ecc.28.a]. Homo homini seruat iram.

[Aprilis] ¶ Quartus mensis est Aprilis: vbi terra se incipit aperire: qui pingitur homo armatus/vadens ad bella super equum. Et tunc est sol in thauro: qui significat peccatum crudelitatis ꝛ seuitie: quod est semper armatum ad vindictam de aduersarijs sumendam: ꝛ more thauri semper seuitiose incedit: ꝛ terram seu patriam suam rapinis ꝛ exactionibus aliorum virescere facit. Contra quos dicitur illud Ecclesiastici. Non te extollas [eccl.6.a] in cogitatione tua / sicut thaurus euertens domesticos tuos. Quia sicut dicitur ibidem. Qui vindicare [ecc.28.a] vult/a deo inueniet vindictam.

[Maius A] ¶ Quintus mensis est maius: a madificatione pluuiarum dictus: qui pingitur iuuenis: floribus circumseptus: significans peccatum lasciuie: quo fatui iuuenes floribus: id est curiosis vestibus ꝛ moribus se adornant: ꝛ nihil aliud quam flores mundane glorie optant: ꝛ delicijs carnalibus pre ceteris se madidant ꝛ humectant dicentes illud quod dicitur in libro Sapientie. Uino ꝛ vnguentis [sap.2.b] preciosis impleamus nos: ꝛ non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant. Ideo sol tunc videtur esse in geminis: quia isti letitiam suam geminant et duplicant.

[Junius] ¶ Sextus mensis est Junius: in quo iam terra calescit ꝛ siccatur. Et ideo prata tunc temporis defalcantur: quia iste cum falce secando herbam depingitur. Et sol in cancro eius medio subinfertur. Et significat peccatum parcitatis ꝛ auaricie: quod est in male seruando: quod scilicet facit terram nostri cordis per cupiditatem calefieri: et incompassionem secari: ꝛ quod herbas: id est diuitias falcare ꝛ amplecti: ꝛ sibi per parcitatem retineri curat: ꝛ nihil expendere: omnia autem seruat: ꝛ quod solem: id est animam in cancro (quod est animal retrogradum) intrare facit: inquantum ipsum a celestibus ad terrena retrogredi procurat. Unde Innocentius de miseria humana dicit: quod auarus nec patientibus compatitur: nec miseris miseretur. Sequitur. Iste est qui deo prefert aurum: paradiso preponit argentum.

[Julius B] ¶ Septimus mensis est Julius: in quo oritur stella que dicitur canis: ꝛ sol in leonem intrat: in quo maximus regnat calor: ꝛ iste pingitur quasi segetes secans: quia tunc solent arua segetibus expoliari: significans detractionem ꝛ inuidiam: quam concomitatur canis mordens: leo ore fetens: id est mordax oblocutio/ꝛ fetida inflammatio: quia detractor ꝛ inuidus solent segetes ꝛ virtutes ꝛ sufficientias aliorum falce sue lingue truncare: ꝛ ipsos bonis suis ꝛ honoribus spoliare. Unde Job [job.24.b.]. Agrum non suum demetunt: et vineam eius quem vt oppresserunt: vindemiant.

[Augustus] ¶ Octauus mensis est Augustus: qui dicitur ab augendo: tunc enim segetes triturantur: et grana segetum augentur: ꝛ ideo iste blada triturans ꝛ excutiens pingitur: ꝛ sol in signum virginis tunc mouetur: significans vitium rapine ꝛ auaricie: quod est in male acquirendo: quia auaricia non cessat grana segetum: id est diuitias pauperum per rapinas ꝛ vsuras excutere: ꝛ diuitias diuitijs adaugere/ꝛ ipsos pauperes tribulationibus triturare: ꝛ ideo sol: id est animus talium tunc temporis solet virginem / id est sterilitatem virtutum subintrare. Unde dicitur [ozee.10.c]. Ephraim vitula docta diligere trituram: ꝛ ego transiui super pulchritudinem colli eius. Ephraim enim interpretatur augustus: et designat illos qui diuitias suas augere non cessant. Unde in Prouerbijs dicitur [pro.22.c C]. Calumniatur pauperem vt diuitias suas augeat: dabit ipse ditiori: et egebit.

[September] ¶ Nonus est September: in quo vina colliguntur: ꝛ ideo vindemians: seu in dolijs vina fundens depingitur: ꝛ significat ebrietatem: seu deliciarum voluptatem que de vinis ꝛ delicijs curam gerit. De quo dicitur in esa [esai.5.e]. Ue qui potentes estis ad bibendum vinum/ꝛ ad sectandum

ctandum ebrietatem vsqꝫ ad vesperam. Et ideo tunc
temporis sol intrare libram dicitur: quia isti ad nihil
aliud vacant nisi ad librandum/ponderandumqꝫ cui
vinum prefertur/ad ipaqꝫ vina libandum domino vē
tri suo. ¶ Decimus mensis est October: in quo semi=
Octo= na in terram proijciuntur: ideo in forma hominis se=
ber. minantis pingitur: quia tunc primos fructus per se=
mina noua alios recuperare conantur: ⁊ significat vi
tium inconstantie: quod fructus bonorum operuꝫ nō
custodit: immo quotidie per ipsuꝫ perdit illos: ⁊ quo
tidie semina bonorum propositorum recuperare con=
tendit. Ideo sol tūc in scorpione dicitur: pro eo quod
sol/id est mens talium more scorpionis in cauda/id
est in fine: a facie id est a principio/diuersificari dicit.
Ita quod talibus seminatoribus potest dici illud qđ
leu.26 c dicitur in Leuitico. Frustra seretis sementem/que ab
hostibus deuorabitur. Iste enim mensis nunqꝫ come
dit quod seminat: sicut nec homo inconstans fructuꝫ
capit de bono quod inchoat. Unde in euangelio Lu=
ce dicitur. Iste homo cepit edificare/⁊ non potuit cō=
luc.14.c summare. ¶ Undecimus mensis est Nouember: in
Nouē= quo tantum frigus viget/quod pori terre ⁊ animali=
ber um clauduntur: ⁊ labor exterius impeditur. Ideo tūc
D quiescunt aues: ⁊ amplius si cibum habeant impin=
guantur. Ideo in forma hominis pascentis ⁊ impin=
guantis suos porcos/⁊ excutientis glandes depingit.
Sol tunc signum sagittarij peragratur: significans
carnalem affectionem: ⁊ ex frigore indeuotionis por=
tas cordis ⁊ aures claudit: ⁊ vires anime taliter strin=
git/quod laborare per bona opera nō permittit: quin
immo ista facit possessores suos quieti ⁊ ocio vacare:
⁊ suos/id est filios vel nepotes ⁊ consanguineos car=
nales diuitijs ⁊ beneficijs impinguare. Ita quod so=
lent pro istis glandibus/idest pro terrenis bonis suis
acquirendis quam plurimum laborare. Unde sol/id
est animus talium sagittariorum dicitur percutere:
quia constat quod isti mali ecclesiastici ⁊ vsurarij ra=
tione sue carnalis affectionis pro filijs suis ditandis
⁊ etiam nepotibus/solent alios sagittare: ⁊ quādoqꝫ
rapinis ⁊ exactionibus molestare: vt sic possent glna=
des bonorum temporalium excutere ⁊ habere. Unde
Hieronymus. Quanta mala nos compellit facere car
nalis affectus. ¶ Duodecimus mensis est December
Decem qui corpora frigorum fortitudine ledit: qui in figura
ber hominis porcum occidentis pingitur: pro eo quod
tunc temporis porci ⁊ animalia que impinguata fue
rant occiduntur. Sol etiam tunc temporis per signuꝫ
capricorni vagatur. ¶ Iste igitur mensis duriciem et
Mora= seueritatem significat: que solet alios frigore ⁊ tribu=
litas latione percutere: ⁊ quoscunqꝫ porcos/id est homines
E peccatores ⁊ infirmos sine misericordia occidere ⁊ cor
rigere. Sicut ad literam patet in crudelibus iudicibꝰ
⁊ prelatis qui sine compassione crudeliter puniunt de
linquentes: nec quacunqꝫ leui occasione homo deli=
querit/eidem miserentur. De quibus dicit Seneca in
libro de Clementia. Crudeles vocabo/qui puniendi
causam habent. Isti igitur capricorni dicuntur: quia
dato quod quandoqꝫ pre ceteris vitijs feriant alios:
tamen peccatores cornu petere et cornu ventilare ni=
mis austere noscuntur. Unde dicitur. Ecce hircus ca=
dan.8 b prarum veniebat impetu fortitudinis sue. Isti sunt
duodecim mali menses: id est duodecim defectus hu

mani: contra quos pro certo (sicut iam supra dictum
est) lignum vite/id est crux cum crucifixo portat duo=
decim fructus/id est duodecim virtutes speciales/et
duodecim bona exempla: vt singuli menses per fructꝰ
singulos/id est singula vitia per virtutes singulas tē=
perentur. ¶ Dico igitur quod de isto ligno vite/idest
cruce ⁊ crucifixo tu potes colligere contra Januari=
um/humilitatem in capitis inclinatione: quia incli=
nato capite emisit spiritum/id est superbiam. ¶ Con=
tra Februarium/luxurie timorem in cutis spinea per=
foratione/⁊ in oculorum ad terram depressione: quia
puncture timoris domini in consyderatione terre/id
est mortis carnis concupiscentia. Unde dicit in Pro=
uerbijs. Per misericordiam ⁊ fidem purgantur pecca F
ta: per timoreꝫ domini declinat omnis a malo. Mēs pro.15 d
iusti meditabitur obedientiam: os impiorum redun=
dat malis. ¶ Contra Martium/iracundie patienti=
am in auris auscultatione: quia dato quod imprope=
ria multa audisset: tamen cum malediceretur non ma
ledicebat: cuꝫ pateretur non comminabatur. Trade= 1.pe.2.d
bat autem iudicanti se iniuste/dicens illud Psalmi=
ste. Ego autem tanquam surdus non audiebam: ⁊ si=
cut mutus non aperiens os suum. ¶ Contra Apri= ps.37.c
lem vindicte ⁊ seuitie/collige misericordiam/in beni=
gna lingue locutione: in hoc scilicet quod crucifixori
bus misericorditer indulsit: dans exemplum de hoc
quod ipse docuit/dicens: vt habetur in euangelio Lu
ce. Dimittite ⁊ dimittetur vobis. ¶ Contra Mayum
lasciuie ⁊ inanis letitie contritionem ⁊ doloreꝫ in oris luce.6.f
fellea ⁊ amara potatione: dicens cum Ezechia: Reco=
gitabo tibi omnes annos meos/in amaritudine ani= ps.68.e.
me mee. ¶ Contra Junium parcitatis collige libera= ma.27 d
litatem/in manuū perforatione ⁊ extensione. Manus esa.38.c
enim perforata male continet quod immittitur: exten
sa vero alteri porrigit quod appetit. Da igitur libera= eccl.4 d
liter iuxta verbum Ecclesiastici. Non sit porrecta ma=
nus tua ad accipiendum ⁊ ad dandum collecta. ¶ Cō
tra Julium detractionis ⁊ inuidie/collige charita=
tem in corde ⁊ lateris apertione: quia cor suum vide=
tur tibi velle dare/dum latus tenet apertū. Unde Ber G
nardus. Respice vulnera pendenti ⁊ cetera. Unde di=
citur. Maiorem charitatem nemo habet quam vt ani ioā.15.b
mam suam ponat quis pro amicis suis. ¶ Contra
Augustum rapine ⁊ auaricie/collige paupertatem in
corporis denudatione. Nudus enim in cruce mansit:
⁊ nuditatem ⁊ paupertateꝫ in hoc diligere nos instru
xit. Juxta illud Gregorij. Nudi post nudum curra=
mus. ¶ Contra Septembrem deliciarum ⁊ volupta=
tum/collige asperam penitentiam in corporis flagel=
latione. Caro enim eius non fuit in delicijs ibi/sed in
penis ⁊ supplicijs: dans exinde exemplum/quod ma=
gis sunt diligenda aspera quam prospera. Unde iob. iob.33 d
Consumpta est caro eius a supplicijs. ¶ Contra Oc=
tobrem inconstantie/collige perseuerantiam in pedis
conclauatione ⁊ confixione. Ita enim fuit conclaua=
tus/quod nec iudeorum insultationibus/nec inimi=
corum tentationibus crucem dimittere voluit: dans
exemplum perseuerandi in cruce/id est in cruciatu et
labore assumpto: Unde Seneca. Utere officio quod
semel sumpsisti turpe est enim oneri cedere. ¶ Contra
Nouembrem carnalis affectionis/collige contemptū
cuiusqꝫ amoris superflui in discipulorum fuga ⁊ deser

tione/ et in totius corporis a terra eleuatione. In quo
H nobis dat exemplum/ quod circa nos per carnis affe-
ps. 37. c ctionem non debemus amicos et notos tenere. Unde
dicitur in Psalmista. Noti mei de longe steterunt: et
vim faciebant qui querebant animam meam. Et qui
inquirebant mala mihi/ locuti sunt vanitates: et dolos
tota die meditabantur. Quinimmo debemus sursum
iob. 7. c. per contemplationem suspensi a terra/ et terrenis eleua
ti esse: Unde dicit Job. Elegit suspendium anima mea
et mortem ossa mea. ¶ Contra Decembrem nimie seue
ritatis et duricie/ collige compassionem delinquentiū
in crucifixi corporis dispositione: quia iste fuit cruci-
fixus facie ad occidentem/ dorso ad orientem/ dextera
autem ad aquilonem/ sinistra ad meridiem versis. In
quo datur nobis intelligi: quod ipse pie per passionē
respicit occidentales cōgelatos/ id est peccatores: dor
sum vero vertit ad orientales: id est ad superbos/ de
suis presumentes virtutibus. Dexteram etiam eterne
liberalitatis sue porrigit aquilonarib9/ idest suis pau
luce. 1. c peribus: sinistram vero eterne aduersitatis et inimici-
tie minatur meridionalibus/ id est diuitibus. Quia
iste qui esurientes impleuit bonis/ et diuites dimisit
inanes: dat nobis exemplum/ quod peccatores delin-
quentes non debemus contemnere/ nec per austeram
seueritatem ledere: sed eis misericorditer compati: et
eos extensis brachijs per misericordiam et penitentiā
amplecti et recipere. Quia sicut ipse dicit Luce. Gau- A
dium est angelis dei super vno peccatore penitentiam luc. 15. b
agente. Et sic dico quod lignū vite id est crux vel chri
stus contra duodecim menses duodecim vitiorum/ p
fert nobis duodecim fructus duodecim bonorum ex-
emplorum: scilicet humilitatem contra superbiam: ti
morem contra carnis concupiscentiam: patientiam
contra iracundiam: misericordiam contra vindictam
et seuitiam: contritionem contra lasciuiam: liberalita-
tem contra parcitatem: charitatem contra inuidiam:
et paupertatem contra auariciam: disciplinam contra
voluptatem: perseuerantiam contra vagabilitatem:
contemplationem contra carnalem amorem: compas
sionem contra nimie seueritatis ardorem. Lignum
igitur vite protulit nobis duodecim fructus per men
ses singulos. Duodecim enim hore sunt diei. Vide su ioā. 11. b
pra libro quinto capitulo vbi de duodecim mensibus
inuenies aliter expositum.

¶ Exactum est hoc opus insigne mysteriorum sacre scripture
in inclyta vrbe lugdunensi ad superne ac ter sancte maiestatis
gloriam et ecclesie orthodoxe profectum. Anno edite mun
do salutis Millesimo quingentesimo vigesimo.
Petrus Bertorius Edidit.
Lambertus Campester illustrauit.
Joannes Cobergerus erogauit expensis.
Jacobus Sacconius expressit.
Amor veritatis persuasit.

Materie singl'ares operis reductorij moralis super totam Bibliam: ordine aptissimo secundum numerum librorum ac capitulorum necnõ foliorum: vna cum elementorum appositione hic colliguntur: vt facilius occurrat quod candidus lector optat.

Principalium Sentētiarum

Curijs

Hismael

Lazarus a morte per

Na Nachor ciuitas: libro.i.ca.xvij.fo.7.A

Prelatus

Sacerdos

¶ Finem sortitur repertorium illustrium sententiarum operis (dubio procul) frugiferi tropologiarum seu mysticarum enarrationum sacre scripture Editi a venerabili viro Patre nostro Petro Bertorio Benedictine religionis et sacre theologie professoris laudatissimi

Registrum

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z et Omnes sunt quaterni preter x y z et qui sunt terni.



ALegoríarum Moralíum.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm